BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LI
G
33
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

IMPERIUM
ORIENTALE
SIVE
ANTIQUITATES
CONSTANTINOPOLITANÆ
IN QUATUOR PARTES DISTRIBUTÆ,

TOMUS SECUNDUS

Digitized by Google

Digitized by Google

IMPERIUM
ORIENTALE
SIVE
ANTIQUITATES
CONSTANTINOPOLITANÆ
IN QUATUOR PARTES DISTRIBUTÆ,

TOMUS SECUNDUS

Digitized by Google

Digitized by Google

IMPERIUM ORIENTALE
SIVE
ANTIQUITATES CONSTANTINOPOLITANÆ
IN QVATVOR PARTES DISTRIBVTÆ.

PARS QUARTA
CONTINENS

LIBROS OCTO COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES CP. necnon Animadverſiones in Conſtantini Porphyrogeniti libros de Thematibus, & de Adminiſtrando Imperio; ac breves Notas ad Opuſcula Agapeti Diaconi, Baſilii Macedonis & Theophylacti Bulgariæ Archiepiſcopi. Quæ quidem omnia innumeris figuris in ære inciſis cum monumentorum tum nomiſmatum, ac tabellis Geographicis, & Topographicis illuſtrantur: varia item plurimorum Scriptorum fragmenta & etiam Opuſcula integra inedita, inſerta ibi reperiuntur.

Opera & ſtudio DOMNI ANSELMI BANDURI *Raguſini, Presbyteri ac Monachi Benedictini e Congregatione Melitenſi.*

TOMUS SECUNDUS.

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA:
M. DCC. XXIX.

Bibliotheca Domus Prof. Neap. Soc. Jes.
Catal. inscript.

ERUDITO

LECTORI.

ETSI de iis omnibus, quæ hoc volumine continentur, pluribus diſſerere in Præfatione generali ſit animus, attamen hic etiam ad Commentarios noſtros nonnulla curſim, ut ajunt, & breviter monere, neceſſarium eſſe duximus. Varias porro lectiones quæ paſſim occurrunt in hiſce noſtris Commentariis, duplici de cauſa apponere viſum eſt; tum, ut quæ a nobis in Codice Regio I. ex quo primos quatuor Antiquitatum libros adornavimus, correcta ac emendata ſunt, unde ea mutuati fuerimus, facile cuilibet appareat; tum etiam ut lectiones illas quæ Auctoris ſenſum immutare poſſe videbantur, aliorum ingeniis dijudicandas exhiberem. Commentarios autem prolixiores fecimus, non ſolum quia loca mendoſa, dubia, obſcura atque minus recte ab aliis intellecta paſſim emendantur & explicantur; ac ubi opus eſt, correctionis & explicationis ratio redditur; verum etiam quia ſingula urbis Conſtantinopolitanæ monumenta, quæ a Scriptore noſtro recenſentur, a quo primum condita, vel a quo poſtmodum inſtaurata fuerint, tum veterum tum recentiorum Scriptorum auctoritate demonſtramus. At imprimis in eo ſummam operam ac ſtudium poſuimus, ut verum, quantum licuit, cujuſque monumenti locum deſignaremus, Scriptoris noſtri ordinem ſecuti, qui tres in partes urbem diviſam deſcribit, ut in Præfatione generali monemus; atque ad id comprobandum variorum optimæ notæ Scriptorum teſtimonia in medium proferimus. Verum an propoſitum executus ſim, res ipſa indicabit. Quod autem ſingulis paginis nomen noſtrum præfixum compareat, id factum inde ſciant, quod, cum typis mandare hoc opus cœpimus, animus fuit aliorum etiam Notas ſubjungere, quæ poſtmodum minime neceſſariæ viſæ ſunt. Reſtat modo ut hic de ſeptem tabellis topographicis urbis Conſtantinopolitanæ, Boſpori Thracii ac Propontidis, quas in fronte Commentariorum proponimus; necnon etiam de totidem tabellis, quæ Byzantiorum nomiſmata continent, & poſt paginam 456. exhibentur, aliqua breviter dicamus: nam de aliis, iiſque præſertim quæ monumenta repræſentant, cum ſint plurimæ, & ſuis locis, & fortaſſis in Præfatione generali loquemur. Et prima quidem tabella urbem ipſam Conſtantinopolitanam in quatuordecim diſpertitam regiones, ut a Conſtantino Magno (cum Novam Romam in omnibus Antiquæ parem eſſe decreviſſet) diviſa fuerat, exhibet. Hanc vero tabellam ex Scriptore illo qui Honorio imperante urbis Conſtantinopolitanæ Deſcriptionem edidit, & ex Petro Gyllio adornatam a doctiſſimo Ducangio exhibemus; niſi quod urbis formam, & partem agri Thracii ex tabella Viri Cl. Domini de Combes, quæ in Chartophylacio rei maritimæ aſſervatur concinnavimus; ſingulis autem regionibus ædificiorum nomina, quæ a ſuperius memorato Veteris Urbis Deſcriptionis auctore recenſentur, inſcribi curavimus. Secunda tabella urbem ipſam, ad Anonymi noſtri deſcriptio-


nem, qui tres in partes eandem diviſam deſcribit, & Alexii Comneni tempore vivebat, accommodatam repræſentat; formam autem Urbis ex eodem Domino de Combes deſcripſimus, cuique vero parti nomina ædificiorum, quæ a laudato Anonymo noſtro recenſentur, quantum licuit, ſuis locis inſcripta exhibemus; quod quidem auctoritate etiam variorum optimæ notæ Scriptorum, uti ſuperius monuimus, comprobare in Commentariis noſtris pro viribus ſtuduimus. Tertia tabella anaplum Boſpori Thracii, ex indagationibus Petri Gyllii, qui ſuam ejuſdem Boſpori deſcriptionem ex Dionyſio Byzantio, antiquo Scriptore, ut ipſe teſtatur, concinnaverat, adornatum a Gulielmo Sanſonnio filio exhibet; ſed quia hæc ipſa tabella minus accurata eſt, ut teſtantur viri docti (imprimis Cl. Gallandius) qui diu Conſtantinopoli commorati ſunt; ideo quartam tabellam, quam ex altera ejuſdem Domini de Combes integram deſcripſimus, anaplum ejuſdem Boſpori accurate repræſentantem exhibemus. Urbis autem Conſtantinopolitanæ delineationem cum ſuis ædificiis exhibet tabella quinta, ex MS. Bibliothecæ Regiæ Codice deſcriptam; in quo continetur CHRISTOPHORI DE BONDELMONTIBUS Florentini liber *de Inſulis Archipelagi*, quem *ad Cardinalem Jordanum de civitate Rhodi miſit anno Chriſti* MCCCCXXII. ut habetur in fronte libri, proinde paulo ante expugnatam a Turcis Conſtantinopolim. Hæc autem tabella licet rudi penicillo depicta ſit, & craſſiori Minerva, ut ajunt, ſitum ac Urbis ædificia repræſentet, attamen habet nonnulla, quæ ad præcipuos tractus deſignandos non parum conducant. Eam, licet a Ducangio jampridem in ære inciſa fuerit, tamen commodo lectoris conſulentes, rurſum hic recudendam duximus. Sexta tabella eandem urbem eo modo quo nunc eſt, a Grelorio quam diligentiſſime delineatam repræſentat. Septima denique tabella Helleſponti ac Propontidis aſpectum exhibet. Habes igitur, erudite lector, urbem Conſtantinopolitanam tabellis quatuor repræſentatam pro vario variorum temporum urbis ſtatu; nempe qualis erat ſub Honorio & Arcadio Imperatoribus, ſub Alexio Comneno & ſub Joanne Palæologo penultimo Chriſtianorum Imperatore; denique qualis nunc extare deprehenditur. Haſce porro tabellas præmittere viſum eſt, quia abſque illarum ſubſidio, quæ ex variis ſubinde Scriptoribus in Commentariis noſtris recenſentur, vix intelligi poſſunt. Quod vero ſpectat ad ſeptem tabellas, quæ Byzantiorum continent nomiſmata, agmen ducunt illa, quæ Byzantina Republica adhuc florente percuſa fuere; ſubſequuntur vero nummi illi, qui, cum Romano Imperio ſubjecta eſſet ea urbs, cuſi ſunt. Horum autem nummorum maxima pars ex Gazophylacio Regis Chriſtianiſſimi prodit, nonnulli ex Fucaltiano; & ad diſtinguendos hos nummos a Regiis, quibus nulla nota apponitur, Fucaltianis litera F. inſcribitur: unus Alexandri Severi nummus ex cimelio R. P. Chamillart deſcribitur, & literis CH. diſtinguitur; unicum etiam ex Golzio proferimus, & litera G. eidem adſcribitur. Plurimi autem hujuſcemodi nummi a Joanne Vaillant recenſentur inter nomiſmata Imperatorum a populis, Romanæ ditionis, Græce loquentibus percuſa, ſed quia ille ſæpe nummos ex Italicis Gazophylaciis, aliiſque per Europam diſperſis profert; nonnunquam etiam nummi illi in Gazophylaciis, quæ citat, non reperiuntur, ſæpe etiam nummos alteri ex Imperatoribus, & non ad

quem revera ſpectant, adſcribit; quod ſane ipſi non inſcitiæ cauſa, cum rei nummariæ eſſet peririſſimus, accidit; ſed quod negligeret inſcriptiones capitum deſcribere: ideo nummos illos, quos ipſe recenſet, miſſos facimus, eoſque duntaxat in ære incidi curavimus, quos ipſis oculis videre licuit. Cæterum de Animadverſionibus quæ in libros Conſtantini Porphyrogeniti de Themaribus & de Adminiſtrando Imperio; necnon de Notis quæ ad Opuſcula Agaperi Diaconi, Baſilii Macedonis Imp. & Theophylacti Bulgariæ Archiepiſcopi adornavimus, & hoc volumine continentur, loquemur & in Præfatione Generali & ſuis locis. Reſtat ut in obſequium grati animi literariæ Reipublicæ palam faciamus, quorum ope & patrocinio uſi hæc in publicum emittamus; & quidem cum primis numerandus Eminentiſſimus Cardinalis d' Etrees San-Germanenſis Abbas, qui ut omnigenæ eruditionis laude, ſummiſque aliis animi dotibus purpuram exornat, ita literatis ſemper opportunus ſtudiis laboribuſque noſtris fovendis ſeſe pronum ubique exhibuit: multa etiam in his elaborandis nobis præſtiterunt Illuſtriſſimi Oratores Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis in Gallia, qui proni ſemper ad ſtudia noſtra promovenda, operam ſuam toganti benigniſſime præbuerunt, patrocinio ſuo numquam defuerunt, proque innata munificentia beneficiis cumularunt. Horum alter Marchio Averardus ex Nobiliſſima Salviarorum familia ortus, egregie functus officio diem in hac urbe clauſit extremum, magnum omnibus ſui deſiderium relinquens. Alter vero Comes Franciſcus Maria Bardi Nobiliſſima Vernii Comitum gente prognatus, Oratoris partes ita gerit, ut omnium ſibi exiſtimationem conciliarit, omnium laudes in dies aſſequatur. Neque tacendus eſt vir inter doctiſſimos celeberrimus nobiſque ſumma neceſſitudine conjunctus R. P. D. Bernardus de Montfaucon ſtudiorum noſtrorum fautor, cujus opera, conſilio, exemplo ad hæc, ac pleraque alia capeſſenda animum appulimus. Vale, mi lector, & hoſce meos labores benigne excipe.


Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google


Tabella I
REGIO XIV
Continet in ſe
REGIO XI
Continet in ſe
REGIO V
Continet in
REGIO XII
Continet in ſe
REGIO IX
Continet in ſe

Google





Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google


Tabella II.
Blachernæ
Eccl. Deiparæ
Palatium
Blachernarum.
Porta Xylocerca
Eccl. S. Ioannis Baptiſtæ
Porta Charſiæ
Porta Romana
Porta Polyandri
Porta Aurea
Gerocomium Nauricii.
Domus et Tractus Dexiocratis
Tractus Carpiani.
Xenodochium Theophili Zeugmæ
Monaſterium S. Pantaleemonis
Armamentarii dictum.
Eccl. Deiparæ Cyri dicta.
Eccl. SS. Anargyrorum
Eccl. S. Acacii.
Moſele domus.
Ciſterna Boni
Eccl. SS. Manuel, Sabel etc.
Eccl. S. Romani
Gaina domus.
Ciſterna Aſparis.
Domus Aſparis
Monaſterium Chora
Chryſobalanton
Eccl. S. Georgii
Deuterum
Eccl. S. Annæ
Eccl. S. Theophanonis.
Eccl. S. Eſaiæ
Eccl. S. Laurentii
Monaſterium Fortinationis.
Thermæ Conſtantinianæ
Eccl. S. Stephani
Eccl. SS. Apoſtolorum
Eccl. SS. Notariorum.
Eccl. S. Theophanonis
Eccl. SS. Quadraginta Martyrum.
Domus Taxaræ dicta
Monaſterium Libis
Domus Lampre
Monaſterium Iaſitæ
Forum Bovis.
Magnum Balneum.
Monaſterium Da
Latrina publica.
Forum Amaſtrianum
Eccl. Deiparæ Diaconiſſæ dictæ
P A R S
Petri Tractus.
Eccl. S. Theodori Eccl. Deiparæ Curatoris dicta.
Carbonaria dicta
Monaſterium S. Ioannis Præcurſoris Studii dictum.
Tetrapylum.
Eccl. S. Marci Evangeliſtæ
Monaſterium S. Diomedis
Eccl. SS. Quadraginta Martyrum.
Eccl. S. Procopii
Philadelphium
Monaſterium S. Zoes
Eccl. S. Mocii
Ciſterna Mociſia
Eccl. S. Eleutherii
Eccleſia Cœmeterium
Triclinium et Hoſpitale
Sancti Lucæ.
Eccl. S. Eleutherii. Monaſterium Dalmati
Xerolophus
Eccl. S. Michaelis Abacus dicta.
Monaſterium Gaſtrorum
Monaſterium S. Philippi.
Praſina.
Monaſterium Romani
Gerocomium
Eccl. S. Thomæ
Domus et tractus Anthemii
Chryſocamara.
Myrelæum quod deinde Pſamathium dictum fuit.
P A R S
P A R S
Forum Arcadii.
Tractus Cameli.
Porta Theodoſiana
Eccleſia S. Ioannis Præcurſoris
18
25
15
18
25



URBIS
CONSTANTINOPOLITANÆ
In tres partes divisæ, qualis ab
Auctore Anonymo, qui Alexii Com
nent tempore vivebat, describitur
DELINEATIO,
OPERA D. ANSELMI BANDURII
GALATA

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Digitized by Google





Tabella IV.
ANAPLUS
BOSPORI
THRACII
a Domino de Combes
DELINEATUS
In ære incidi curavit
D. ANSELMUS BANDURIUS
Orgyiæ Vulgo vocant Toiſes
COSTE D'EUROPE
THRACE
CANAL DE LA MER
Vieux Chat d'Europe
Chat d'Aſie
Arcenal
Galata
Tour de Leandre
Boſfore
Scutari
Calcedoine
MER DE MA


MER NOIRE
Fanal
Chat Neuf d'Europe
DESTROIT DE CONSTANTINOPLE
Chat Neuf d'Asie
COSTE D'ASIE
BYTHINIE
Fanal
A R M A R A.

NAPOLI


Digitized by Google

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ

DELINEATIO,

Qualis extitit MCCCCXXII. proinde antequam in Turcarum poteſtatem veniſſet.

Auctore CHRISTOPHORO DE BONDELMONTIBUS *Florentino* in Opere MS. quod *de Inſulis Archipelagi* inſcripſit.



Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google


Digitized by Google

Tabella VI.



CONSTANTIN

Digitized by Google



NTINOPOLIS.

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

Tabella VII. VEVE DE L' HELLESPONT ET DE L



PROSPECTUS HELLESPONTI AC

ESPONT ET DE LA PROPONTIDE. *Post pag. 348.*



LESPONTI AC PROPONTIDIS.

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

Edit. Pariſ. pag. 449.

ANSELMI BANDURII
R A G U S I N I,
MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS
COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES Conſtantinopolitanas
L I B R I O C T O.

LIBER PRIMUS.

Numerus, qui hiſce Commentariis appoſitus in margine paſſim occurrit, reſpondet illi, quo textus Græcus eſt diſtinctus.

TA Πάτρια τῆς πόλεως) Neque ſolus neque primus eſt Scriptor hic noſter, qui Τὰ Πάτρια librum ſuum inſcripſit; ſiquidem plerique alii, qui Urbium Antiquitates vel Origines, aut Hiſtorias ſcripſerunt, opus ſuum Πάτρια nuncuparunt. Sic a Scriptoribus laudantur Πάτρια Θεσσαλονίκης, Πάτρια Μιλήτου, Πάτρια Ἑρμουπόλεως, Πάτρια Βιθυνίας, Πάτρια Τραλλέων, Πάτρια Κυζίκου, &c. At ut miſſos faciam Scriptores ac libros illos, qui ad alias Urbes ſpectant, Heſychius Mileſius, qui diu ante Anonymum noſtrum florebat, opuſculum ſuum de Origine Urbis Conſtantinopolitanæ, Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως inſcripſit; Chriſtodorus item, Paniſci filius, Coptenſis, Πάτρια τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπικῶς βιβλ. ιβ'. edidit. Auctor eſt Suidas, & Eudocia Auguſta in Joniis, opera MS. a nobis infra ſæpe laudato; ſed & complures alios ante Anonymum noſtrum hoc argumentum tractaſſe apparet tum ex iis quæ Scriptor noſter habet infra paſſim, ubi Scriptores ipſi citantur, tum ex Porphyrogenito lib. 2. de Them. cap. 12. ubi οἱ τὰ Πάτρια συγγεγραφότες τοῦ Βυζαντίου laudantur. Verum & Codini Origines & multas alias ineditas, quas paſſim infra in Notis citamus,

pag. 450.

& diu poſt Anonymũ noſtrum editas demonſtravimus, Πάτρια τῆς πόλεως inſcriptas fuiſſe certum eſt.

Ὦ τοῦ μεγάλου) Verſus hi, qui locum tenent epiſtolæ, quam vulgo nuncupatoriam vocant, præfixi habentur huic tractatui, eo ordine quo hic a nobis editi ſunt, in Codice Regio 5. unde quatuor primos Antiquitatum libros excerpſimus, uti in Præfatione generali monemus. Prædictos autem verſus compluribus ubique mendis ſcatere, ſi metricam ſpectes quantitatem, vel iis liquido conſtabit, qui Poeticen vel primoribus labris deguſtarunt. Enim vero, cum Jambici eſſe videantur, præterquam quod ſpondæus pluribus in locis irrepſit, Pyrrichius etiam, ac trochæus ſuas ſibi ſedes occuparunt, quibus nullus in Jambicis locus. Licet autem res non tanti momenti ſit, quia tamen multi verſus hujuſmodi ſub finem occurrunt, hic pauca errata commemorare ne gravemur. Et quidem in ſecundo καὶ τοῖς σοφοῖς, &c. tertio loco habetur trochæus ſcilicet ἀγαθὸν; enim vero ἀγαθὸν ſemper dactylum invenies. Sic Theocritus: ἐπὶ θρόνον ἀγαγε φέρων, Dorice pro ἤγαγε. In quinto χρόνον κατ' ἄκρον ἀρεταῖς, &c. tertio loco trochæus etiam habetur, qui frequentiſſimus error eſt, ut κατ' ἄκρον ἀρεταῖς. ubi vides primam in ἀρετῇ perpetuo apud Poetas corripi, ut Hom. Odyſſ. Παντοίης ἀρετῆς κεκασμένον. & Iliad. Ψ'. κρείσσων ἀρετῇ τε, βίῃ τε, &c. Septimus uno pede claudicabat, ideoque ad verſus perfectionem, & ad ſenſum aliquem inde eliciendum, verbum illud φέρων addidimus. Octavus quinto loco choræum, ſeu trochæum admittit, ut σοφοῖς ὥσπερ; cum ο vocalis ſit brevis. At nonus pluribus in locis claudicat: nam ſecundo loco habet pyrrichium, ut δόξας σου... enim vero ibi υ brevis eſt ut in cæteris ſimilibus: tertio vero adeſt trochæus, ut τὸν σου eum vocari non poſſit in dubium quin υ in σου brevis ſit. quarto vides ſpondæum irrepſiſſe, cum Jambi ſedes ſit, ut ἐξάγγελμα, &c. ultimo tandem ταύτας ſpondæus Jambi loco: quo quidem verſu nihil potuit eſſe mendoſius. In duodecimo ſpondæus quartum locum Jambo debitum occupavit, ut Συμπάντων πλείστων τοῖς; quod tamen comica licentia defendi poteſt. In decimo ſexto omnino legendum eſt Τ' αὐτοῖς τρόποις, non vero ut in MS. Τ' αὐτοῖς τρόπω; idque, tum ne una ſillaba verſus deficiat, tum ut ſententia ſibi conſtet: idem tamen quarto loco pyrrichium habet, cui tamen mendo in promptu eſt remedium, ſi legatur, τρόποιςι δεξιόν γ' ἐκπονῶν, addita

ſcilicet enclitica, quæ ſuppleodis biatibus deſtinata eſt. Decimus ſeptimus ſecundo loco trochæum admittit, qui Jambo debetur; unde fortaſſis quiſpiam, ut verſui mederetur, legendum crederet λαοὶν pro λαοῖς. At ego longe aliter hos verſus interpretatus ſum; an vero recte? alii viderint. Et hæc quidem, quod ad metricam horum verſuum quantitatem pertinet, obiter dixiſſe ſufficiat; ſiquidem illius ævi pleroſque Poetas legum metricarum ignaros prorſus fuiſſe nemo in MSS. codicibus verſatus, ubi paſſim occurrunt illius ævi Poemata, ignorat.

Τοῖς χειρουμένοις πολ...) Sæpe cives, ſæpe & exteros in Alexium Imperatorem fruſtra conſpiraſſe pluribus docet Anna ejus filia in Alexiade; unde quonam reſpiciat hic Poeta aſſerere omnino difficile.

Καθεῖλε) Ita reponimus. Perperam in MS. legitur καθεῖλε.

Χαίρει) Ita emendamus. Perperam in MS. habetur, χαίρω.

Φέρει) Hanc vocem repoſuimus, ut verſus eſſet integer, & ſenſus aliquis verbis ineſſet.

Τυγχάνοις) Sic emendamus. Corrupte in MS. τυγχάνοις.

Edit. Pariſ. pag. 451. Τοῖς μονοτρόποις) Μονότροποι, *Monachi* ita paſſim ſcriptoribus Græcis recentioribus nuncupati, vide Gloſſ. Græc. Ducangii eodem v. Cæterum hinc apparet Scriptorem noſtrum Monachum fuiſſe, uti in Præfatione generali obſervavimus.

Τρεπαίνας) Ita reponimus. Perperam in MS. legitur τρέπαι.

Μαρμαρῶσαν) Sic emendamus. In MS. corrupte μαρμαρῶσαι.

Αλεξίῳ μεδόντι Κομνηνῷ) Hinc noſtri Scriptoris Anonymi ætas qua floruerat dignoſcitur, uti in Præfatione generali monuimus.

I. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τὸ Βυζάντιον πόλις ἐκ τοῦ Βύζαντος Βασιλέως) De Byzantii conditore, perinde atque de aliarum civitatum priſca origine varia & fabuloſa traduntur. Alii quippe Byzantem Ceroeſſæ ex Neptuno filium. Ceroeſſam autem a Jove ex Io conceptam fuiſſe putant: Inachum ſiquidem Argivorum Regem narrant, ex uxore filiam Io procreaſſe, ejuſque virginitati cuſtodem adhibuiſſe Argum; Jovem vero puellæ amore captum, Mercurii ope per dolum interfecto Argo, Ium compreſſiſſe, & mutaſſe in buculam: iratam porro Junonem œſtrum buculæ immiſiſſe, quo illa percita, terras varias tractuſque maris emenſa, tandem ex Aſia in Thraciam trajecit ad maris illud fretum, quod ab ea Boſporus nuncupatur. Inde progreſſa eſt ad Cydari & Barbyſi confluentes, ejuſque loci multa incolis futura prædixit, atque Ceroeſſam peperit, a qua Ceratino Sinui nomen derivatum creditur. At Ceroeſſa adulta formaque excellens ex congreſſu Neptuni Byzantem peperit, ita nuncupatum a nympha Byze, quæ illum in Thracia enutriverat. Is ubi adolevit armis ac venationi operam dedit: eumque cum Melias Thraciæ Rex ad tauri certamen ablegaſſet, ac victor inde cum gloria reverſus Byzas, devictum taurum diis patriis offerret ad eoſdem confluentes, derepente aquila, abrepto hoſtiæ corde, ad extremam Boſpori littus avolans ſubſtitit e regione Chryſopoleos. ubi ille fauſto omine, Neptuno & Apolline adjuvantibus, urbem de ſuo nomine appellatam condidit, muris validiſſimis ſeptam, ac variis, iiſque ingentibus ac fortiſſimis turribus munitam; multa que in ea delubra extruxiſſe fertur; Rheæ ſcilicet templum, & ſimulacrum, quod ceu Fortunæ fanum a civibus colebatur; Neptuni item templum, ſeu Jovis ut aliis quibuſdam placuit, Hecates, Caſtoris & Pollucis: Aiaci etiam & Achilli aras erexit. Præterea Amphiarao vati, ædem dicavit: Veneri pariter, Dianæ ac Minervæ. Ita Heſychius Mileſius memoriæ prodidit. Chronicon autem Alexandrinum Byzantium fuiſſe perhibet Thraciæ Emporium, cujus Princeps fuit Barbyſius Phidaliæ pater: quæ quidem ſuperſtite adhuc parente plura ædificia in eo excitavit, fortunamque erexit, quam Ceroeu nuncupavit: Barbyſio vero mortuo, de ſupremo ejus mandato Phidalia murum a mari ad mare ædificavit: deinde Byzanti Regi Thraciæ nupta, locum ſeu emporium de ejus nomine Byzantium nuncupatum eſt. Alias item opiniones veterum Poetarum ac Scriptorum refert laudatus Heſychius, Argivos ſcilicet, edito a Pythia oraculo,

Felices illi qui urbem illam ſacram incolent
Et actam Threiciam, ad aquoſi os Ponti,
Ubi duo catuli mare canum lambunt,
Piſciſque & cervus ſimul pabulantur.

poſuiſſe ſedes ad Cydari & Barbyſi confluentes. At cum ſacra diis facerent, accipiter advolans abreptam victimæ partem in alium locum tranſtulit, cui Boſporus nomen, atque a bubulco, quo avis avolaſſet, edocti, Bucolia locum illum nuncuparunt. Quidam vero putant Megarenſes illuc appuliſſe duce Byzante, quem & nomen urbi impoſuiſſe fabulantur. Alii prætetea Semeſtræ, indigenæ nymphæ, filium Byzantem fingunt. Hæ ſunt præcipuæ opiniones ſeu verius fabulæ, quæ de Byzantii conditore feruntur.

Ὁ δὲ ἐν αὐτῷ ναὸς ὑπάρχει πρότερον τοῦ Διὸς, ἐξ οὗ, &c.) Codinus habet: Ὁ δὲ ναὸς τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ὑπάρχει πρῶτον τοῦ Διὸς ἱερόν· ὅθεν δὴ καὶ εἰς τὰς μαρμαρίνας ἁψῖδας, τὰς ὑπὸ δύο μεγάλων κιόνων ὑπαρχούσας αἱ στῆλαι τοῦ Διὸς, καὶ Κρόνου. Quod Lambecius vertit, *& Templum S. Menæ antea fuerit fanum Jovis: quamobrem etiam nunc in marmoreis ejus arcubus, qui duabus maximis columnis ſuſtentantur, Jovis & Saturni ſtatuæ ſuperſunt*. pag. 452. Sic infra Anonymus noſter num. 71. cum Eccleſia, inquit, S. Menæ in Acropoli purgaretur, repertam eſſe ibi foſſam gigantum oſſibus plenam. Unde apparet locum hunc Anonymi noſtri poſſe etiam hoc modo intelligi: *Templum autem quod in ea eſt, olim Jovis delubrum erat*, vel *olim Jovi ſacrum fuit*. Et quidem quod ſpectat ad Eccleſiam S Menæ ac ejus ſitum, infra pluribus monebimus num. 71. & 144. Quod vero hic ſcribit Anonymus noſter, necnon Codinus de Templo Jovis in Acropoli, confirmatur ab auctore Chronici Conſtantinopolitani apud Meurſium in Notis ad Heſychium Mileſium, qui ſic habet, τοῦ Βύζαντος τὰ παλάτια ἐν τῇ Ἀκροπόλει ὄντα. ὁ δὲ ναὸς τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ὑπάρχει πρότερον τοῦ Διὸς ἱερὸν, ἐξ οὗ καὶ ἔχει τὰς μαρμαρίνας ἁψῖδας. At Heſychius Mileſius non Jovi ſed Neptuno ſacrum fuiſſe contendit: Ποσειδῶνός τε τέμενος πρὸς τῇ θαλάττῃ ἀνήγειρε· ἔνθα νῦν ὁ τοῦ μάρτυρος Μηνᾶ οἶκος ἀφιδρύεται. *Neptuni vero fanum ad mare conſtituit, ubi nunc Menæ martyris ædes eſt*. Profecto Heſychio aſtipulatur Dionyſius Byzantius apud Gyllium lib. II. de Boſporo Thrac. cap. II. ſed quam male concludat ex Heſychio Mileſio Ducangius Neptuni ædem, ac conſequenter S. Menæ Martyrium recte collocari in quarta Regione in veteri Urbis Deſcriptione nemo non videt; & ſane quod pertinet ad templum S. Menæ vide infra loco paulo ante citato. Quantum ad Neptuni ædem aperte Heſychius ad mare eam extitiſſe aſſerit, uti & laudatus Dionyſius ſupra Promontorium Boſporium eam ponit, hoc eſt, ubi erat Acropolis, & conſequenter in prima Regione, cum ad Urbis angulum, qui Propontidem & Fretum ſpectat, extitiſſe Acropolim omnes conſentiant. Quarta autem Regio ad mare non pertingebat, cum media eſſet ac circumſepta prima, ſecunda ac tertia Regione. Unde corrigendus eſt Ducangii locus in Conſtantinop. Chriſt. lib. I. p. 14. ubi de Templo Neptuni, necnon lib. IV. p. 118. ubi de Templo Sancti Menæ. Et quidem vel ex hoc ipſo facile apparet quam accurate ordinem ſervet in deſcribenda urbe Anonymus noſter.

Δι' αὐλὰς εἶχον ἔθος τοῖς παλαιοῖς, &c.) In Codino legitur: *ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις ἄρχουσιν, ἵνα τὰς ἀκροπόλεις κτίζωσι τὰς αὐλὰς τῶν παλατίων*. Huc quidem ſpectat id quod legitur Geoponicorum lib. 1 s. *ἀκροπόλεις δὲ ἐκάλουν παλαιοὶ τὰς κατασκευασίας τῶν βασιλέων, ὡς διὰ τὴν ἀσφάλειαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν πόλεων οἰκοδομουμένας. Aulas regias antiqui Acropoleis vocabant, quod ſecuritatis gratia in eminentioribus urbium locis extruerentur.*

Ἤρχετο δὲ τὸ τεῖχος οὐδὲ καὶ νῦν, ἐπὶ τοῦ Βυζαντίου ἀπὸ τοῦ πύργου τῆς ἀκροπόλεως.) Ita reſtituimus ex Codino; perperam quippe hoc legitur in Codd. Regiis & Colbertino: *ἤρχοντο δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους τῆς ἀκροπόλεως, καὶ διήρχοντο*, &c. Murum ſiquidem ſub Byzante incepiſſe a turri Acropoleos conſtat, & ad Eugenii turrim perrexiſſe, indeque aſcendiſſe verſus Strategium, & uſque ad Thermas Achilleas: hinc in Chalcopratia uſque ad Milium; dehinc ad columnas tortiles Tzycalariorum, ac demum ad locum dictum Topos progreſſum, rurſum deflexiſſe verſus Mangana & Thermas Arcadianas, denique in Acropolim deſiiſſe. Amplitudinem autem veteris Byzantii, & illius muros deſcribit imprimis Zoſimus lib. II. *κεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου, μέρος ἐπέχουσα τοῦ ἰσθμοῦ, τοῦ ἀπὸ τοῦ καλουμένου Κέρατος καὶ τῆς Προποντίδος ἀποτελουμένου· καὶ τὸ μὲν παλαιὸν εἶχε τὴν πύλην ἐν τῷ συμπληρουμένῳ τῶν στοῶν, ἃς Σεβῆρος ὁ βασιλεὺς ᾠκοδομήσατο. — τὸ δὲ τεῖχος ἀπὸ τοῦ λόφου καθήκοντος ἦν ἀπὸ τοῦ δυτικοῦ μέρους, ἄχρι τοῦ τῆς Ἀφροδίτης ναοῦ, καὶ θαλάσσης τῆς ἀντικρὺ Χρυσοπόλεως. Ἀπὸ δὲ τοῦ βορείου λόφου κατὰ τὸν ἴσον τρόπον κατιὸν ἄχρι τοῦ λιμένος, ὃν καλοῦσι Νεώριον, καὶ ἐπέκεινα μέχρι θαλάσσης, ἣ κατ' εὐθὺ κεῖται τοῦ στόματος, δι' οὗ πρὸς τὸν Εὔξεινον ἀνάγονται Πόντον. Urbs in colle ſita eſt, ejus Iſthmi partem complexa, quem Iſthmum id quod Ceras ſive Cornu vocant, & Pro-*

Edit. Pariſ. pag. 453.

pontis efficiunt. Et olim quidem eo loco portam habebat, quo loco porticus illæ deſinunt, quas Severus Imperator extruxit. — Murus vero per collem demiſſus ab occidentali parte, uſque ad Veneris ædem & mare ipſum pertinebat, quod eſt e regione Chryſopolis. Eodem modo & ab Aquilonari colle deorſum ductus erat uſque ad portum, quem Navale vocant, & ulterius uſque ad mare, quod directo ſitum eſt ad id oſtium, per quod in Pontum Euxinum adverſo fluxu navigatur. Quam firmi autem ac validi eſſent Veteris Byzantii muri teſtatur Herodianus in Severo: *Περιετετείχιστό τε γενναίῳ τε καὶ μεγίστῳ ἡ πόλις τείχει, τετραπέδῳ μυλίτῃ λίθῳ, ἐς τετράγωνον εἰργασμένῳ· τοσαύτῃ τε ἁρμονίᾳ καὶ κολλήσει, ὡς μηδένα οἴεσθαι τὸ ἔργον συνθετόν, ἑνὸς δὲ λίθου πᾶν πεποιῆσθαι. ἔτι γοῦν καὶ νῦν τὰ μένοντα αὐτοῦ ἐρείπια καὶ λείψανα ἰδόντι, θαυμάζειν ἔστι τήν τε τέχνην τῶν τὴν ἀρχὴν κατασκευασάντων, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν ὕστερον καθῃρηκότων. Erat enim munita urbs valido ingentique muro, qui molari quadrato lapide conſtructus, adeo tenui junctura fuit ut nemini compoſitum opus, ſed ex uno tantum perpetuoque lapide videretur. At nunc quoque ruinas ipſas reliquiaſq; cum videris, mireris utique vel eorum artificium qui primi extruxerunt, vel horum vires qui deinceps ſunt demoliti.* Acropolis autem ſita erat ad angulum urbis, qui Propontidem & Fretum ſpectat, ubi nunc novum Sarajum extat. Claudianus lib. I. in Rufinum.

> ——— *Celſa qua Boſphorus arce*
> *Splendet, & Chryſis Aſiam diſcriminat oris.*

Arcis item ſeu Acropolis Byzantinæ meminit Auſonius in Profeſſorib. carm. XVII.

> *Byzanti inde arcem, Threſſæque Propontidis urbem*
> *Conſtantinopolim fama tui pepulit.*

Et ex veteribus Xenophon lib. VII. de exped. Cyri, *ἄκραν* appellat; *Ὁ δὲ Ἐτεόνικος εἰς τὴν ἄκραν ἀποφεύγει*, *Eteonicus vero in Acropolim fugit.* Cæterum ſupereſt ut hic aliqua de Codicibus MSS. Regio nimirum & Colbertino, ex quibus varias lectiones decerpſimus, dicamus; licet enim horum in Præfatione generali meminerimus; attamen hi cum præter Patria ſeu Origines Urbis Conſtantinopolitanæ plurima etiam alia eaque varia opuſcula contineant, rem non injucundam eruditis me facturum arbitror, ſi hujus utriuſque codicis MS. perfectam notitiam, & Opuſculorum in iis contentorum integrum catalogum hic proferamus. Et primum quod attinet ad Codicem Regium, quem ſecundum, ad diſtinctionem alterius Regii, appellamus, in hoc Codice ſignato n. 3058. ſequentia Opuſcula continentur, uti doctiſſimus Boivinius in Catalogo MS. Regiæ Bibliothecæ adnotat: Patria ſeu Origines Urbis Conſtantinopolitanæ. f. 1. deſunt paginæ duæ initio. Confer cum Codini Originibus, a quibus hæ ſæpe diſcrepant, præſertim poſt folium 27. hujus Codicis. Confer item cum Anonymi Collectaneis Codino ſubjunctis in editione Regia. Auctorem vero harum Originum vixiſſe ſæculo undecimo ineunte colligitur ex eo quod ait fol. 64. V. conditum eſſe S. Sophiæ templum ante annos 458. Laterculus Horologicus. fol. 67. De ſuperiori Laterculo brevis annotatio. fol. 68. Chronologia myſtica, ſeu Cabaliſtica in tribus vocibus *Μωϋσῆς, Χριστὸς, & σταυρός*. Ibidem. Quæſtio an Chriſtus natus ſit anno Mundi 5500 an. 5506. Ibidem. f. V. Leonis Deſpotæ threni alphabetici de Judicio (id eſt de ſecundo Chriſti adventu) verſibus Anacreonticis. fol. 69. Pſelli de Generalibus Conciliis verſus Politici ad Michaelem Ducam Imperatorem. fol. 71. Ejuſdem ad eundem verſus Politici de fide. fol. 73. Ejuſdem ſimiles verſus de Theologia. fol. 74 Monoſticha de variis Apoſtolorum obitibus. fol. 75. Paſchalion ab anno mundi 6828. (Chriſti 1320.) ad annum 7000. (Chriſti 1492.) fol. 76. Hinc apparet ſcripta hæc ante circiter annum Chriſti 1320. Cur Pontifex ſedeat *ἐν τῷ συνθρόνῳ*, & de Omophorio, ſeu humerali. fol. 82. *γέγραφεν Γεώργιος οὗτος ὁ Βατραλύτης* fol. 82. Diagramma ſeu figura, qua invenitur Paſcha per cyclum Lunarem. Aliud diagramma diem Paſchalem indicans per cyclum Solis. fol. 82. V. utrique diagrammati adjuncta eſt explicatio, verſu Jambico. Gregorii Nazianzeni Epigrammata 12. in obitum Baſilii Magni cum commentario Nicetæ Paphlagonis. fol. 83. V. Sanctus Maximus Confeſſor de duabus Chriſti naturis, &c. fol. 86. De Proceſſione Spiritus Sancti excerptum ex capitulis a Damaſo Papa Romano ad Paulinum Epiſcopum Theſſalonicenſem ſcriptis fol. 88. Ex x. cap. Actorum tertiæ Synodi Cæleſtini Papæ ſententia, adverſus eos qui aliquid addunt vel detrahunt iis quæ ab Apoſtolis tradita ſunt. Ibidem. Canon tertius ſeptimæ Synodi adverſus eos qui aliquod dogma invehunt præter ea quæ Concilium Nicænum definivit. Ibidem. in margine. recentiori manu. Ubi notanda hæc verba recentiori manuſcripto. *ταῦτα βλέπων ὁ Ἐφέσου ἔλεγε, τοῦτο τὸ ὅλον ἐζητοῦμεν ἡμεῖς, ὦ φίλοι πατέρες*, id eſt, *Hæc videns (Marcus) Epheſi Epiſcopus, dicebat: Idipſum totum poſtulamus nos, o dilecti Patres.* Videndum an hæc ſcripta ſint manu Marci Epheſii, an vero manu Georgii Batralytæ. Diſputatio Orthodoxi cum Acephalo negante duas fuiſſe in Chriſto naturas poſt unionem hypoſtaticam. Titulus Græcus non ſatis indicat rem de qua agitur; & quæ ſtatim poſt titulum leguntur obſcuriſſima ſunt, &, ut opinor, mendoſa. Aliud argumentum ad eandem quæſtionem pertinens. fol. 89. Aliud per interrogationem. Ibidem. Alia capita, ſive interrogata & reſponſa de Trinitate. Ibidem. fol. V. Sancti Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini diſputatio de rebus variis dogmaticis ad Antiochum Præſidem, per interrogata & reſponſa. fol. 91. Epiphanius Cypri (Archiepiſcopus) ad Diodorum Tyri (Epiſcopum) de 12 lapidibus, qui erant in veſtimento Aaronis. fol. 111. De adamante lapide, quem & ipſum geſtabat ſummus Pontifex ter unoquoque anno cum in Sancta Sanctorum ingrederetur. fol. 115. Duodecim lapides cum duo- pag. 454.

decim Patriarchis collati. Gregorii (Cyprii) Philoſophi & Patriarchæ Conſtantinopolitani profeſſio fidei ad eos qui ipſum calumniabantur. fol. 116. Ejuſdem ad Imperatorem Epiſtula ſupplex, qua ſe vindicat a crimine blaſphemiæ, & Marci libellum, quem approbaſſe dicebatur, aperte reprobat. Marcus ille non eſt Marcus Epheſius, ut putavit D. G. ſed Marcus Monachus, de quo ut & de Gregorio Cyprio vide Pachymeris lib. II. Vitæ Andronici cap. IV. Memorabilia, & ſententiæ ſelectæ, ex libris tum ſacris tum profanis exceptæ. fol. 122. Initium eſt: Οἱ γέροντες καὶ περὶ τὴν πτωχῶν ἀδοκιμῶσι, &c. ſuperſunt tantum paginæ 5. reliqua deſunt. Codex hic Chartaceus ſeu Bombycinus eſt, & initio ac fine mutilus. Scriptus videtur circa annum Chriſti 1320. ut colligere eſt e Paſchalio, quod habetur fol. 76. uti ſupra monuimus. At quod ait Boivinius, Auctorem Originum CP. quæ in hoc Codice habentur, vixiſſe ſæculo undecimo ineunte, ex eo colligi, quod ait fol. 64. ℣. conditum eſſe Sanctæ Sophiæ templum ante annos 458. non mihi arridet, tum quia animadverti in evolvendis Codicibus MSS. Scribas illius ævi vix unam notam numeralem incorruptam reliquiſſe, tum etiam quia Scriptores illius ævi, cum Græci tum Latini, integras nonnunquam paginas, ex aliorum Scriptis in ſuum Opus transfundere ſolebant; ita ut nefas eſſe putarent vel numeralem notam mutare; hinc fit ut hodierni Critici, cum hoc non animadvertiſſent, paſſim in aſſignandis Scriptorum temporibus decipiantur. Sed de hac re plura ad Chronographum noſtrum obſervavimus. Cæterum Origines iſtæ Conſtantinopolitanæ, quæ in laudato Codice Regio habentur, in multis diſcrepant a Codino, & etiam ab Anonymo noſtro, ita tamen ut quantum ad ordinem & diſpoſitionem tractatuum omnino ſere cum Codino conveniant, & nonnunquam res ipſas iiſdem verbis narrent ac Codinus; in aliis vero ſæpe cum Anonymo noſtro conveniunt, uti facile eſt ex variis Lectionibus, quas inde excerpſimus, cognoſcere. Et hæc quoad Codi-

Edit. Pariſ. pag. 455. cem Regium 2. In Codice autem Colbertino ſignato num. 3607. iſtæc opuſcula continentur. Patria ſeu Origines urbis Conſtantinopolitanæ & Patria Sanctæ Dei Magnæ Eccleſiæ, ſcilicet Sanctæ Sophiæ a fol. 1. ad fol. 67. ſed imperfectum eſt opus, nam multa folia deſunt, alia vero inverſa, & præpoſtero ordine compacta ſunt; quam quidem rem, cum non animadvertiſſet Ducangius non ſemel duos tractatus diverſos copulavit, uti ſuo loco monemus. Auctorem vero harum Originum vixiſſe ſub Conſtantino Duca ſcribit Ducangius in Addendis ad CP. Chriſt. pag. 591. idque colligi ait, ex eo quod habetur fol. 20. ubi de Tzycaniſterio loquitur: ἐν δὲ τοῖς ὑστέροις χρόνοις, inquit, πλείω τούτου ἐπλάτυνε τοῦτο Κωνσταντῖνος ὁ Δούκας, κτίσας καὶ τὸ μέσον τρίκλινον, τὸ Ἱππόδρομον ἐκ τοῦ ἔσω κάθισμα. At fallitur Ducangius, veniaque dignus eſt, cum integrum opus non legiſſet; nam idem ſcriptor infra ubi de Portu Sophiano, ait, Portum Sophianum ſuo tempore ab Andronico Comneno Palæologo repurgatum ac dilatatum fuiſſe, &c. uti ſuo loco monuimus. Et quidem ſub Andronico Palæologo vixiſſe Auctorem harum Originum crediderim, tum quia laudato loco ait, λιμὴν ὃν δὴ καὶ ἀνεχωσθέντα τῷ χρόνῳ, ἀνώρυξε καὶ ἀπέδωκεν τοῦτον, νῦν, ὁ ἐν τοῖς βασιλεῦσι ἀοίδιμος, ὁ τῆς ὀρθοδοξίας ὄντως λαμπάς, ὁ Αὐτοκράτωρ ἡμῶν, κυρὸς Ἀνδρόνικος Κομνηνὸς ὁ Παλαιολόγος, &c. tum etiam quia tractatus hic de Originibus videtur ſcriptus charactere tertii decimi ſæculi & fortaſſis manu ipſius auctoris. Id vero quod habet de Conſtantino Duca exſcripſit procul dubio ex Anonymo noſtro, unde opus ſuum adornavit; nam præterquam quod, eundem ordinem, & eandem diſpoſitionem in deſcribenda urbe tenet, ac Anonymus noſter, nimirum urbem in tres partes dividit, integros etiam tractatus paſſim ad verbum, ut ajunt, ex eodem Anonymo noſtro exſcripſit. Præter memorata, habentur etiam in hoc ipſo Codice Colbertino diverſa alia opuſcula manu alia atque alia, & fortaſſis recentiori exarata. Et ſunt iſtæc. Catalogus Imperatorum Romanorum ac Conſtantinopolitanorum a Julio Cæſare uſque ad Joannem Vatatzen. Heroa, ſeu tumuli Imperatorum Conſtantinopolitanorum in æde ſanctorum Apoſtolorum CPoli. Catalogus Metropoleon & Epiſcopatuum Patriarchatus CP. & Officiorum Eccleſiæ CP. Quædam ex Origene, de oratione. Synopſis Canonum & Conſtitutionum de Vetitis nuptiis, vide lib. 8. Juris Gr. Rom. Ecthesis Leonis & Conſtantini Imperatorum, de Nuptiis. Liber Pœnalis capitum criminalium. Liber de Pœnis militaribus. Leges Georgicæ. Vide Harmenopul. lib. 6. Canones Apoſtolorum Petri & Pauli cum ſcholiis ſeu Commentario. Apophthegmata quædam. Paradigmata ſeu excerpta cujuſdam ſapientis digeſta per epitomen ordine alphabetico. Gabriæ fabulæ tetraſtichis jambicis exaratæ. Baſilii Romanorum Imperatoris capita exhortatoria LXVI. edita a Morello & aliis. Colloquium Chriſtiani ac Judæi. Contractus Nuptialis. Adjuratio ridicula pro purgatione domus. Codex hic Chartaceus ſeu Bombycinus eſt, (manu alia atque alia exaratus, uti ſupra adnotavimus.

Καὶ διήρχετο εἰς τὸ τοῦ Εὐγενίου πύργου) Turris Eugenii nuncupatæ nemo alius ex Scriptoribus Byzantinis, quod ſciam, meminit, præter Anonymum noſtrum, Codinum ac cæteros Originum CP. Scriptores. De hac autem turri loquitur etiam infra Anonymus noſter, ubi deſcribit ſitum murorum, qui a Conſtantino Magno conditi fuere; inquit enim ille, ab hac turri Eugenii murum protenſum fuiſſe ad ſanctum Antonium uſque, &c. Ex quibus apparet hanc turrim ad Fretum Sycenum extitiſſe haud procul ab Acropoli, cum muri Byzantii, in quam deſinebant ex parte Freti Syceni & incipiebant ab Acropoli, ut ait Scriptor noſter, tum breves admodum eſſent. Hoc etiam in loco Porta Eugenii, quæ fortaſſis ab ipſa turri, vel vice verſa, nomen accepit, ponitur a Cantacuzeno lib. IV. cap. XI. XXIX. & XXXI. ut & a Codino de Offic. cap. XXXII. num IV. A Nicephoro autem Gregora lib. VII. ad ædem ſancti Pauli ſtatuitur, ubi ait Andronicum Seniorem inſtauraſſe τὸν περὶ τὰς πύλας τοῦ Εὐγενίου μέγιστον νεών. Tractus autem pag. 456.
ſeu Portæ Eugenii meminit Prochoprodromus in verſibus politicis Græcobarbaris contra Hegumenum, ex Cod. Reg.

Ἄλλος ἐνδ εἰς Πέραμαν, ἄλλος εἰς τοῦ Εὐγενίου.

Meminit & Syropulus in Hiſt. Conc. Florentini Sect. IV. cap. 1. Sed a quonam Eugenio turris, ac Porta nomen acceperint non liquet. Cæterum huic Portæ Eugenii adſcriptum fuit Epigramma a nobis infra editum num. 428. ex quo quidem Epigrammate colligimus Portam hanc Eugenii a quodam Juliano ædificatam, vel inſtauratam fuiſſe. Sed vide quæ hac de re ibidem monemus.

Ἡ δὲ ἁψὶς ἡ λεγομένη τοῦ Οὐρβικίου, &c) Ita habet & Cod. Reg. 2. & Colbertinus. Codinus vero clarius: ἡ δὲ ἱστῶσα ὁρωμένη ἁψὶς, ἡ λεγομένη νῦν Οὐρβικίου, πρότερον πόρτα ἦν χερσαία τοῦ Βυζαντίου. *Arcus vero, qui ibi viſitur, & nunc Urbicii appellatur, erat olim terreſtris porta tempore Byzantis*. Hic Urbis in parte Conſtantinus magnus Forum ampliſſimum, ac variis ornatum monumentis extruxit Urbiſque mœnia longe dilatavit, ut infra videre eſt.

Καὶ ἀνέβαινεν εἰς τὰ Χαλκοπρατεῖα τὸ τεῖχος, ἕως τοῦ λεγομένου Μιλίου, &c.) Ita reſtituimus ex cod. Reg. 2. & Codino; in cod. Reg. 1. quippe, & Colbertino, ſcribæ inſcitia, omnia præpoſtere leguntur: ἀνέβαινε δὲ εἰς τὰ Χαλκοπρατεῖα, τὸ τεῖχος ἀπὸ τῶν Τόπων, καὶ ὑπεκάμπτετο εἰς ἀκρόπολιν. πλὴν ἕως τοῦ Μιλίου ἦν τὸ τεῖχος καὶ ἐκεῖσε ἐτύγχανε πόρτα τοῦ Βυζαντίου,




Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google


Tabella II. *Post pag. 352.*



Digitized by Google


NAPOLI

Digitized by Google




Digitized by Google


Digitized by Google


Æ·II·
Æ·I·
Æ·III·
Æ·III·
Æ·II·
ÆM·
ÆM·
Æ·I·
Æ·I·

NAPOLI


Digitized by Google





NAPOLI

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

Βυζαντίων, χερσαῖα· εἶτα διήρχετο εἰς τὰς πλακωτὰς κιόνας τῶν Τζυκαλαρίων, καὶ κατέβαινε τὸ τεῖχος, ὡς ἐρρέθη ἀπὸ τῶν Τόπων· ἐξ ἀνῆρχετο εἰς ἀκρόπολιν, διὰ τῶν Μαγγάνων, καὶ τῶν Ἀρκαδιανῶν, &c. Id eſt. *Aſcendebat autem murus a Topis in Chalcopratia, deflectebatque ad Acropolim. Cæterum ad Milliarium uſque tendebat murus, ibique erat porta Byzantinorum terreſtris; mox porrigebatur ad tortiles Tzycalariorum columnas, deſcendebatque murus, ut dictum eſt a Topis, pergebat autem ad Acropolim per Mangana Arcadianaſque Thermas*, &c. Cæterum Τζυκαλάριος dicitur ollarum artifex. Vide Ducangii Gloſſ. med. & infim. Græcitatis.

Ἐπὶ τῷ Βυζαντῷ) De Byzantii conditore, ac ipſius urbis forma ſatis ſuperque dictum eſt. Supereſt modo ut Byzantiorum olim cuſa nomiſmata, ex variis Gazophylaciis, & præſertim Regio a nobis eruta, & quamdiligentiſſime in ære inciſa, hic, ad illuſtranda ea quæ a nobis dicta ſunt, proponamus. Horum autem nomiſmatum agmen ducent illa, quæ Byzantia adhuc Republica florente percuſa fuere, ſubſequentur vero nummi illi, qui, cum Romano Imperio ſubjecta eſſet, cuſi ſunt. Et quidem Byzantii licet cæterarum Græciæ urbium fortunam ſint ſecuti, ac perinde a Romanis eodem ferme tempore, quo univerſa Græcia, in ſervitutem redacti, tamen ab iiſdem Orbis dominatoribus ob egregie navatam bello Mithridatico operam, libertatem, hoc eſt ut ſuis ipſi legibus vivere poſſent, obtinuere. Qua quidem libertatis prærogativa ad Severi Imperium uſque uſi ſunt; donec ab eodem Auguſto urbs Byzantia, quod Peſcennii Nigri partes tueretur, expugnata eſſet, ac omnibus privilegiis quibus gaudebat, nimirum libertate, ac civitatis jure eſſet privata; nam Severus Byzantii mœnibus cæteriſque aliis ædificiis publicis everſis, urbem celeberrimam in vici formam redactam, Perinthiis, qui & Heracleenſes dicti, donavit, eorumque juri addixit. Cæterum non me latet, a viro doctiſſimo binas ſimilium nomiſmatum tabellas in fronte libri primi propoſitas eſſe, tamen commodo lectoris conſulentes ut in promptu eſſent, ſeu, ut ajunt, ad manum, quæcunque ad illuſtrandam materiam non admodum facilem conducere poſſent, ſummo ſtudio conati ſumus, non ſumptibus, non labori parcentes. Quænam vero nomiſmatum uberior meſſis, quæve accuratius in ære inciſa ſint, æqui lectoris judicium expectandum, non a nobis eo de re ferendum.

2. Ἡ δὲ ἑτέρα χρηματογραφία, &c.) Titulus hic in
Edit. Pariſ. Codice Colbert. ita legitur; ἡ δὲ ἑτέρα χρηματογρα-
pag. 457. φία ἣν μετέθηκεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, ἐστὶν αὕτη. In Codino vero nonnihil diverſa habemus: ἡ δὲ δευτέρα, καθὰ διὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐκτίσθη, ἐστὶν αὕτη· κατὰ μὲν τὸ παράλιον μέρος, προσετέθη ἀπὸ μὲν τῆς ἀκροπόλεως, ἐκ τοῦ Εὐγενίου πύργου, μέχρι τοῦ Ζεύγματος τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου. ἀπὸ δὲ τῶν καλουμένων Τόπων, μέχρι τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Ῥάβδου. τὸ δὲ χερσαῖον τεῖχος ἀνέβαινεν ἕως τοῦ Ἐξακιονίου, ἀπὸ δὲ τοῦ Μιλίου ἀπήρχετο μέχρι τῆς παλαιᾶς πόρτης τοῦ προδρόμου, καὶ τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου καὶ τῆς Εἰκασίας, καὶ διήρχετο μέχρι τοῦ Βοὸς, καὶ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων Μανουὴλ, Σαβὲλ καὶ Ἰσμαὴλ. καὶ κατήρχετο εἰς τὰ Ἀρμαστιανὰ, καὶ ἐπληροῦτο εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου. διήρκεσε, &c. Senſus igitur eſt, Murum Maritimum, qui Sinui Ceratino adjacet, ab Acropoli & Turri Eugenii uſque ad Zeugma Sancti Antonii, & alium qui Propontidem reſpicit, a loco dicto Topi, pertinuiſſe ad ædem Deiparæ, cognomine Rhabdi: Terreſtres vero muros uſque ad Hexacionium perveniſſe: ita ut a Milio uſque ad veterem ædis S. Joannis Baptiſtæ portam, per Monaſterium Studii & Monaſterium Icaſiæ, atque ad tractum Boni, & templum ſanctorum Martyrum Manuelis, Sabelis, & Iſmaelis pergerent, & ita in ædem ſancti Antonii deſinerent. Hæc porro fuit muri a Conſtantino magno extructi forma; cujus quidem amplitudinem ſic deſcribit Zoſimus lib. II. Πολλῷ δὲ μείζονα τὴν πόλιν ἀποφῆναι βουλόμενος, τοῦ πάλαι τείχους ἐπέκεινα σταδίοις πεντεκαίδεκα τείχει περιέβαλε τὴν πόλιν, ἀπολαμβάνοντι πάντα τὸν ἰσθμὸν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν. *Cumque urbem longe majorem efficere vellet, ultra veterem murum decem & quinque ſtadiis muro novo circumdedit, qui totam Iſthmum a mari ad mare complecteretur.*

Καὶ τῆς μονῆς τοῦ Δίου) Ita uterque Codex Regius & Colbertinus, Codinus vero καὶ τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου, & fortaſſis ita hic legendum eſt. De Monaſterio Dii loquitur infra Anonymus noſter n. 150. Vide quæ ibidem adnotavimus.


Ἐν ᾧ τόπῳ ἀνῃρέθησαν ἅγιοι οἱ ἅγιοι) Horum SS. 3.
Martyrum mentio occurrit in Menologio Græcorum, die XVII. Junii, ubi legitur eos Martyrium conſummaſſe Conſtantinopoli in muro terreſtri, ſive verſus Thraciam ſito. Martyrologium vero Romanum, eadem die horum meminit, & Chalcedone pro Chriſto mortuos ait. Cæterum de templo SS. Martyrum Manuel, Sabel & Iſmael infra agit Anonymus noſter n. 146. ubi vide quæ de ejus ſitu obſervavimus.

Δίχα βασιλέων, &c.) Hoc eſt, ad imperium uſque Theodoſii Junioris, ſub quo muros Conſtantinopolitanos terræmotu collapſos fuiſſe ait infra idem ſcriptor n. 13.

Ὅτι τῷ πεντακισχιλιοστῷ, &c.) Hic imprimis integra Anonymi noſtri verba, eo modo quo in Codice Regio I. habentur, exſcribere viſum eſt, ut vel hinc facile lector videat, quæ a nobis correcta & emendata ſunt. Hæc enim ibi leguntur: Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι τῷ ͵εωλ'. ἔτει τοῦ κόσμου τῷ τρίτῳ μηνὶ Νοεμβρίῳ, ἱστορημένοις τοῖς κατὰ τὸν Νοέμβριον μῆνα ἡμέρᾳ δ'. ὄντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸ τοῦ τόξου ζώδιον, ἀρχομένου καρκίνου, τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ϛξδ'. ὀλυμπιάδος, ἐπήξαντο τοὺς θεμελίους τῶν πρὸς δύσιν τειχῶν Κωνσταντινουπόλεως. καὶ εἰς τὸ ιδ'. ἥμισυ τὸ χερσαῖον καὶ παράλιον τεῖχος, μετὰ πλείστων οἰκοδομημάτων ἐν τῇ πόλει δομηθέντων, ἀπαρτισάντων τῇ ια'. τοῦ Μαρτίου μηνὸς, καὶ τὰ ἐγκαίνια γεγόνασι, καὶ προσηγορεύθη ἡ πόλις Κωνσταντινούπολις. Neque tantum hæc in laudato codice aut in aliis, quæ Originum CP. Scriptores continent, corrupta ac depravata ſunt, verum etiam ita hæc ſe habent apud omnes Scriptores Byzantinos: Quod quidem librariorum inſcitia factum eſſe nemo ambigit. Verum quod ſpectat ad tempus conditæ Conſtantinopolis, quove anno & menſe ea fundata fuerit, cum nobis modo non liceat per varias occupationes id ſerio perpendere, cumque viri docti hac de re integras lucubrationes ediderint, illos conſulere ne graventur; & imprimis Baronium, Scaligerum, Petavium, & Pagium.

Καὶ ἐν ἐννέα μησὶ, &c.) Atqui non eodem anno, quo fundamenta Urbis jacta fuere, ut perperam tradunt Græculi Scriptores, Encænia ipſius celebrata ſunt, cum id acciderit anno Chriſti 330. 4.
Conſtantini 25. ut optime ſcribit laudatus Baro- pag. 458.
nius.

Καὶ προσηγορεύθη Κωνσταντινούπολις) Hoc quidem tempore Conſtantinus M. nummos æreos, quos in ære inciſos hic exhibemus, cudit; tres nimirum primi, ut ajunt, moduli ex Regio Galliarum gazophylacio, tres vero alios tertii moduli ex Regio Etruriæ. In horum ſane antica facie Conſtantinus ipſe galeatus ac laureatus conſpicitur, cum inſcriptione, CONSTANTINOPOLIS. Sed vide quæ de hiſce nummis tomo ſecundo monebimus.



Τὴν αὐτὴν τύχην ἱδρύσθαι μετὰ τῆς εἰθισμένης τιμῆς, &c.) Uterque Cod. Reg. & Colbertinus; necnon & Codinus habent *τὴν αὐτὴν τύχην ἱδρύσθαι μετὰ τῆς εἰθισμένης τιμῆς*, &c. Heſychius vero Mileſius *μετὰ τῆς εἰθισμένης τιμῆς*, id eſt *cum honore ſolito*, & hanc veram eſſe lectionem cenſet & Lambecius; nullibi quippe ſuperius Fortunæ urbis, & cæremoniarum quibus Fortunæ ſtatua ad tribunal Hippodromi deducebatur, meminit; quali tamen apparatu hoc fieret loquitur infra n. 518. ubi refert banc ſtatuam coluiſſe Conſtantinum pro Fortuna urbis, & a civibus honoratam fuiſſe uſque ad Theodoſium magnum; nimirum, albis omnes induti veſtibus, ſtatuam illam currui impoſitam, cum cereis deducebant a cancellis ad ſolium uſque Imperatorium Hippodromi, die Urbis natali; ſed quia hac de re plura infra obſervabimus, eo lectorem remittimus.

Καὶ ἀνήρχεσθαι μέχρι τοῦ σίγματος) Ita reſtituimus ex Cod. Reg. 2. & Codino: in Cod. enim Reg. 1. & Colbertino legitur, *καὶ ἀνήρχετο μέχρι τοῦ σοφίσματος* De Tribunali Hippodromi pluribus infra agemus.

Καὶ Οὐεστιαίου τοῦ Ὀλυμβρίου τοῦ, &c.) Sic reſtituimus ex Cod. Reg. 2. In Codice quippe Reg. 1. deeſt *Ἰουδαίου καὶ Εὐτροπίου*.

5. *Καὶ Ὀνωρατίου ὑπάρχου*) Codinus habet: *τοῦ Ὀνωρατίου ὑπάρχου*. Sed Lambecius legendum putat *Ὀνωρατίου*; cenſet quippe hic loqui de Honorato, qui a Conſtantio Conſtantini filio ex Præfecto Prætorii Galliarum primus Conſtantinopoli Præfectus urbi factus eſt, ut perhibent Hieronymus & Nicephorus Calliſti. *Edit. Pariſ. pag. 439.*

Καὶ ὁ συμπαρὼν τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ ἐν Περσίδι, Εὐτρόπιος, &c.) Ita habet & Cod. Colbertinus; Cod. vero Reg. 2. *καθὼς ἱστορῶσιν Εὐτυχιανὸς γραμματικὸς ὁ πρωτασηκρῆτις. ὁ συμπαρὼν τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ ἐν Περσίδι. Εὐτρόπιός τις ὁ σοφιστὴς ὁ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου, Ἑλλάδιός τε ἄφρονος ὁ φιλόσοφος*, &c. Codinus etiam nonnihil diverſa prodit. *καθὼς ἱστοροῦσιν Εὐτυχιανὸς πρωτασηκρῆτις ὁ γραμματικὸς, καὶ Εὐτρόπιος ὁ σοφιστὴς, ὁ τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ ὁ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου, Ἑλλάδιός τε ἄφρονος, ὁ φιλόσοφος, καὶ Τρωίλος, ὁ ῥήτωρ*, &c. Ipſe vero legendum putor *καθὼς ἱστοροῦσιν ὅ, τε Εὐτυχιανὸς γραμματικὸς ὁ πρωτασηκρῆτις, καὶ ὁ συμπαρὼν τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ ἐν Περσίδι, Εὐτρόπιός τις, ὁ σοφιστὴς ὁ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου, Τρωίλος ὁ ῥήτωρ, ὁ πολλὰς ἀρχὰς ἄρξας μετὰ δόξης, καὶ Ἡσύχιος ὁ ταχυγράφος*, &c. id eſt, *Quemadmodum memoriæ tradiderunt Eutychianus Grammaticus a Secretis primus, & Eutropius quidam Sophiſta, qui fuit Conſtantino ab epiſtolis, ac Juliano Apoſtatæ in Perſide una adfuit; Troilus rhetor, qui multos magiſtratus cum gloria geſſit, & Heſychius notarius*, &c. Siquidem Eutropius lib. 10. Breviarii rerum Romanarum refert ſe una cum Juliano profectum contra Parthos: *Hinc Julianus rerum potitus eſt, ingentique apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui.* Cæterum in Cod. Reg. 1. Eutropius *ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου* legitur, & in Codice Vaticano Lambecius ſcriptum reperit *καὶ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου*, *Conſtantino ab epiſtolis*, & hanc veram lectionem eſſe cenſeo. Eutropius ſcilicet ſophiſta, qui fuerat Conſtantino Imperatori ab epiſtolis una cum Juliano Apoſtata contra Perſas profectus eſt.

Οὗτοι πάντες ἐκτίσθησαν καὶ, &c.) Codinus eadem refert diverſis verbis.

Ἐν δὲ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει, &c.) Ita & Cod. Colbertinus; in Codino vero legitur: *ἐν δὲ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐπολέμησε Πέρσας, μείζονα τοῦ Βυζαντίου πόλιν, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὴν Κωνσταντινούπολιν.* *Anno igitur*

duodecimo imperii ſui, ut dictum eſt, Conſtantinus Byzantis urbem ampliavit, vocavitque Conſtantinopolim. Perperam quippe Codinus & annum quo ædificari cœpta eſt Conſtantinopolis, & quo conſecrata eſt, ac cognominata confundit, ut optime & Lambecius monet. Quo vero anno fundamenta murorum urbis CP. jacta fuerint a Conſtantino, & quo anno conſecrata fuerit paulo ſuperius diximus.

Ἔκτισε δὲ καὶ τὰ παλάτια, &c.) Ita ſcriptum reperi & in Codice Colbertino; in Codino vero deeſt καὶ τῶν σχολῶν.

6. Καὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἔκτισε τῶν ἁγίων Ἀποστόλων) Perperam in utroque Cod. Regio legitur: ἐκ τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους. καὶ τοὺς ἀγίους ἀποστόλους ἔκτισε. Templum quippe SS. Apoſtolorum, omnium quæ in urbe extiterunt, poſt Sophianum, celeberrimum ac pulcherrimam unum extruxit Conſtantinus magnus; ut in eo Imperatores tumularentur, non vero duo, ut videntur innuere Codd. Regii.

Καὶ τὸ γενικὸν, καὶ τὸ ἰδικὸν, &c.) Καὶ τὸ ἰδικὸν deeſt in Cod. Reg. 1. reſtituimus vero ex Reg. 2. & Codino: nam Conſtantinopoli *Genicum* fuit, atque *Idicum*. *Genicum* quidem nuncupabatur Ærarium publicum quo Byzantii reponebatur, quicquid ex tributis & vectigalibus colligebatur: quæ bona Juriſconſultis Fiſcalia dicuntur, & ad uſus reipublicæ deſtinata cenſentur, nec in hæredem tranſeunt, & alias ſacræ largitiones appellabantur; quibus bonis is qui præerat *Comes ſacrarum largitionum* dicebatur. Conſtantinus vero Porphyrogenitus inde nomen Genici derivatum putat, quod in illam ædem, omnes undique confluerent. Hujus ærarii publici officiales omnes recenſentur in ſubſcriptionibus Hypomneſtici Alexio Comneno porrecti, in Rationali perræquatorum, ſeu τακτικῷ λογαριασμῷ, quod publicavit Montfauconius noſter una cum aliis Opuſculis Græcis. *Idicum* vero ædes fuit, qua reponebantur Imperatorum bona patrimonialia; quæ & *Privata* dicuntur; quibus bonis qui præerat, *Comes rerum privatarum* dicebatur. Theodoritus

Edit. Pariſ. pag. 460. lib. III. τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων τε καὶ κτημάτων τὴν ἡγεμονίαν.

Καὶ τὸ Σίγμα ἐκ τὸ Ὠατον, &c.) Vide quid infra obſervavimus cum de porticu Sigma, & de ſtatuis quæ in ea viſebantur. Ὠατον autem fuit, Triclinium magni Palatii ita dictum, a forma ovata, quod Zonaras Θολωτὸν appellat, atque ab Anaſtaſio Dicoro extructum fuiſſe ſcribit. Hoc Triclinium alias Trullum dictum, quod trullo, ſeu tholo opertum fuit, celebratur potiſſimum propter actam in eo ſextam Synodum: Willelmus Tyrius lib. XXII. cap. IV. *In Palatio Domini Conſtantini Senioris, in ea parte Palatii quæ dicitur Trullus, ubi & ſancta & univerſalis Synodus ſtata, temporibus Conſtantini, filii Conſtantini, filii Conſtantini, filii Heraclii dicitur fuiſſe congregata.*

Καὶ τὰ παλάτια μέχρι, &c.) Codinus, καὶ τὸ κάτοπτρον λουτρὸν, καὶ τὰ παλάτια τὰ ἐπάνω, μέχρι τοῦ Γερανίου: *& balneum pellucidum, & Palatia ſuperiora uſque ad Geranium.*

Καὶ τὸ μέγα λουτρὸν τοῦ οἰκονομείου) Ita reſtituimus ex Cod. Reg. 2. ita quippe habet & Codinus; Cod. vero Reg. 1. καὶ τὸ μεγαλότρουλλον τοῦ οἰκονομείου. *& magnum trullum Oeconomii.*

Καὶ κόλυμβον διμεγέθη ἐν ζώδοις) Codinus perperam; καὶ κολύμβηθρον διμεγέθη. ἐν ζώδοις δὲ ὑπάρχει. quod Lambecius ſcribendum ait ex Cod. Vaticano: ἐκ κολυμβήθραν διμεγέθη, ἐν ζώδοις δὲ ὑπάρχει. Cæterum κόλυμβον idem hic ſignificat quod κολυμβήθρα; quo ſenſu etiam reperitur apud Joannem Damaſcenum Orat. in S. Barbaram.

Καὶ αἱ μὲν ἑπτὰ ἐνδῦναι, εἰς ἀνάμνησιν τῶν, &c.) Codinus: ἐκ αἱ μὲν ἑπτὰ ἐνδῦναι, εἰς μίμησιν τῶν ἑπτὰ πλανητῶν. *Et ſeptem quidem receptacula, ſimilitudinem ſeptem planetarum referebant.*

Αἱ δὲ ιβ΄. τοὺς τῶν ιβ΄. μηνῶν τὰς κράσεις ἐσῴζον) Ita reſtituimus ex Cod. Reg. 2. in Cod. quippe Reg. 1. habetur ἀκρασίας. In Codino vero: αἱ δὲ δώδεκα στοαὶ, τῶν δώδεκα μηνῶν τὰς κράσεις, ἐσῴζοντο δὲ μέχρι τῆς βασιλείας Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ. Quod Lambecius vertit: *duodecim vero porticus, duodecim menſium temperamenta referebant. Permanſit autem integrum uſque ad imperium Nicephori Phocæ,* &c. Cæterum ἐσῴζοντο hic idem quod ἐσῴζετο. *permanſit* vel proprie *junxit*.

7. Ὁ δὲ κατέλυσε Ἰωάννης ὁ Τζιμισκὴς, καὶ ἐκ τῆς τούτου ὕλης, &c.) Id eſt, Joannes Tzimiſces ea materia magni Balnei, quod Oeconomio adjunctum erat, haud procul a Foro Dulciario extruxit ædem Salvatoris Chalces in qua & humatus eſt; de qua plura infra cum de Triclinio Chalces, & n. 16.

Βουλόμενος δὲ κτίζειν καὶ Ἱππικὸν κατὰ μίμησιν τῆς Ῥώμης, &c.) Hippodromi prima fundamenta jacta fuiſſe a Severo teſtatur etiam & Cedrenus: Οὗτος καὶ τὸ Ζεύξιππον λουτρὸν ἔκτισε Βυζαντίοις, καὶ τὰ πρῶτος κτίσματα τῷ Ἱπποδρόμῳ παρέδωκε. *Hic & Zeuxippum, Balneum ita nuncupatum, Byzantiis condidit, & Circi prima ædificia.* Quam vero partem Hippodromi Severus confecerit Heſychius declarat: Καὶ τὸν τούτῳ (Ζευξίππῳ) πλησιάζοντα χῶρον τῆς Ἱπποδρομίας, τοῖς τῶν Διὸς ἀναθήμασιν κοῦρον, ἰκρίοις τε καὶ στοαῖς ἐφιλοτιμήσατο. ἔνθα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες δηλοῦσι τὰ τῶν ἐφόρων γνωρίσματα, ὑπὸ τῶν ἐπικειμένων ὠῶν τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις. *Vicinum (Zeuxippo) Hippodromum Dioſcuris ſacrum tabulatis & porticibus exornavit ubi & nunc Flexus, ſeu Metæ Deorum Preſidum argumenta exhibent, per ova æneis obeliſcis impoſita.* Nec quidem abs re quod ait Heſychius de ovis, cum ea iis eductos Dioſcuros fabulæ fingant, & ova Caſtoris in Circis poſita tradant, Varro. lib. 1. de Re ruſtica, Tertullianus, Caſſiodorius & alii. Et ſane Græca certamina præſides ſuos habuiſſe varia dæmonia ſcribit Cyprianus lib. de Spectac. Sic & Hippodromum Conſtantinopolitanum Caſtori & Polluci ſacraſſe Severum traditur. Cæterum de Hippodromo Conſtantinopolitano vide quæ lib. III. dicemus.

Τὸ ἓν μέρος τῶν βαθμίδων, &c.) Codinus hæc paulo diverſa habet, ἤγουν τὸ ἓν μέρος τῶν βαθμίδων, τῶν δύο περιπάτων, ἐκ ἄνω τῶν καγκέλλων, ἐκ τῆς σφενδόνης, pag. 461.
ἐκ τοὺς καμπτῆρας, ἐκ τοὺς δήμους. Quod perperam Lambecius vertit: *Unam nempe graduum partem, quibus aſcenditur ad duo ambulacra: & ſupra cancellos, ſphendonem, metas & factiones.* Interpretor igitur ſic; *unam nempe graduum partem, duarum Porticuum, & ſuperiorum Cancellorum, præterea ſphendonem, & Flexus ſeu Metas, & factionum ſedes ſeu Gradus.* Cæterum Δῆμοι hic non ſunt *Factiones*, ſed *Gradus Hippodromi* in quibus ſedebant δῆμοι ſeu *Factiones*, qua ſignificatione frequenter hæc vox uſurpata reperitur apud Scriptores Byzantinos; ſic Leo Grammaticus in Porphyrogenito pag. 507. οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ ἱππικῷ δῆμοι κατέπεσον, οἱ ἀπ᾽ ἐναντίας τῶν βασιλικῶν θρόνων ἐτύγχανον. Scylitzes in eodem Auguſto pag. 631. ἐγένετο δὲ καὶ βίαιος ἄνεμος μέλας Δεκεμβρίῳ, καὶ καταπεσόντες οἱ λεγόμενοι δῆμοι συνέτριψαν τὰ αὐτόθι ἐν τῷ βάθρα καὶ τὰ ἕδη. Eadem notione reperitur in Theophane ad annum 27. Copronymi. Vide Ducangii Gloſſ.

Πάντα δὲ τὰ χαλκουργήματα, καὶ τὰ ξόανα, &c.) Signa ærea ac ſimulacra quæ in Hippodromo erecta erant lib. III. recenſet Anonymus, ubi etiam ædes ſacras ac alia ædificia, Hipodromo adjacentia, accurate deſcribit.

Ὁμοίως καὶ τοὺς κίονας, &c.) Codinus omnino diverſa, Ὁμοίως καὶ τοὺς κίονας τῶν περιπάτων. ἐστρώσε δὲ τοὺς αὐτοὺς περιπάτους μετὰ συγκοπῆς, καὶ ἀπετέλεσεν αὐτὸς πρῶτος γυμνικὸν, καὶ ἱππικὸν ἀγῶνα. *Similiter & columnas ambulacrorum, quæ pavimento ſtravit teſſellato. Ipſe vero ibi primum gymnicum & equeſtrem ludum edidit.*

Ὁ δὲ ἔχων τοὺς πόδας, &c.) In Codino legitur: δὲ ἔχων τοὺς ἀρκαμικοὺς πόδας, ἦλθεν ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας. ἐκεῖ δὲ ὁ Βελλεροφόντης, καὶ ἐκεῖ ἵσταντο αὐτῶν ὄντες. In Cod. vero Reg. 1. penitus diverſa habentur: ὁ δὲ ἔχων τοὺς ὀνικοὺς πόδας, ἦλθεν ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας, ὅπερ δὲ ὁ Βελλεροφόντης καὶ ἐκεῖσε ἐστήσατο τὸ τοιοῦτον. Id eſt, *Verum ſtatua quæ pedes aſininos habet, delata fuit e magna Antiochia, quam a Bellerophonte poſitam*

illic colebant. Quod ita ex altero Cod. Regio reſtituimus: ὁ δὲ ἔχων τοὺς πόδας ἐπτερωμένους ἐχθεὶς ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας. ἔστι δὲ ὁ Βελλεροφόντης, καὶ ἐσέβοντο αὐτὸν ἐκεῖσε: Id eſt, *Verum ſtatua quæ pedes alatos habet, delata eſt e magna Antiochia, & Bellerophontis eſt, qui illic colebatur*. Ita & Lambecius ex conjectura reſtituerat, unde Perſei potius fuiſſe illam ſtatuam putat, qui a Mercurio acceptis talaribus iter per aera feciſſe perhibetur, quam Bellerophontis. At ſi ridiculas Græculorum figuras ſpectea, quibus ſæpius utebantur, non eſt quod dubites Bellerophontis ſtatuam illam fuiſſe, qui Pegaſo equo alato vice pedum utebatur, idcirco alatis pedibus nugaces Græculi Bellerophontem dicebant. In Cod. autem Vaticano ſcriptum repeiit Lambecius: τὸ δὲ ζώδιον τοῦ ἱππικοῦ ἔχων πόδας ἐπτερωμένους ἀπὸ τῆς, &c. Cæterum de Bellerophontis ſtatua Pegaſo inſidente quæ in Foro collocata erat, infra loquitur Anonymus noſter: & Nicetas Choniates eandem deſcribit in narratione de ſtatuis Conſtantinopolitanis, quas Latini, capta Urbe coofractas, in monetam conflavelunt: En ejus verba a nobis Latine facta; *Opus illud conflatoribus tradiderunt, quemadmodum & equitem illum in Tauro baſi ad menſæ formam ſtructæ impoſitum, Heraica forma, magnitudine ſtupenda, quem quidam Jeſum Nave filium eſſe dicebant, inde conjecturam facientes, quod vir ille, extenſa contra ſolem ad Occaſum vergentem manu, quaſi præciperet ut ad Gabaon ſtaret: maxima vero pars putabant eſſe Bellerophontem in Peloponneſo educatum, & Pegaſo inſidentem. Nam equus ſine fræno erat, quemadmodum & Pegaſus fuiſſe traditur, ſine habenis per campos decurrens, ac de equite non curans utpote qui alis & pedibus una ferretur*. De reliquis vero Hippodromi ſtatuis ac monumentis vide quæ lib. III. obſervavimus.

Μέλλων οὖν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος οἰκίσαι, &c.) Paulo diverſis verbis hæc refert Codinus: Θέλων δὲ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος οἰκίσαι τὴν πόλιν αὐτοῦ, μάλιστα δὲ τοῖς Ῥωμαίοις εἰς τὸ Βυζάντιον, ἔλαβεν τῶν αὐτῶν λαθραίως τὰ δακτυλίδια αὐτῶν, ἑνὸς ἑκάστου ἴδιον, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, ὅστις ἐκαλεῖτο Σαβάριος. Quod Lambecius vertit; *Cæterum cum vellet Conſtantinus magnus urbem ſuam maxime a Romanis habitari, annulos præſtantiſſimi cujuſque viri occulte accepit, & miſit ipſos contra Perſarum regem Saporem*.

Edit. Pariſ. pag. 462.

Εἰς τὸ βασιλέα τῶν Περσῶν Σαβάριον) Varie hoc no-
8. men apud Hiſtoricos ſcriptum reperi, alii. Σαβώριον alii vero Σαβώρην, alii denique Σαπώρην ſcribunt.

Καὶ ὁ Σαλαμβρος) Codinus habet Σαλαμβρος.

Σαλλούστιος ὁ ἔπαρχος.) Perperam ſcribitur in Codino & Cod. Reg. 1. Σάλτιος, ὁ ἔπαρχος; nam paulo infra Anonymus noſter ſcribit, Saluſtium domum ædificaſſe Condomyti appellatam. Cæterum Saluſtius hic fortaſſis idem eſt cum illo qui anno Chriſti 362. ſub Juliano fuit Præfectus Prætorio; ad quem nonnullæ extant leges Codicis Theodoſiani, & qui anno ſequenti 363. Conſul creatus fuit una cum Juliano. Apud Eunapium in vita Maximi corrupte ſcribitur Σαλούτιος pro Σαλλούστιος, ut probe monuit & Lambecius.

Παιδεύοντα ἐν Πισιδίᾳ μίμους ιε´) Hic utitur Anonymus verbo ποιεῖν ut Latini verbo agere pro eſſe, vel pro vivere. Tacitus, *agere inter homines deſiit*: & alii auctores paſſim hoc ſenſu utuntur.

Ἀπελάβοντο τὰς γυναῖκας αὐτῶν. οἱ δὲ, &c.) Pluribus hæc narrat Codinus: ἀπελάβοντο τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὰς φαμιλίας. ὥρισε δὲ καὶ κτίσαι μηχανικούς, ἵνα ἴδωσι τοὺς οἴκους αὐτῶν, καὶ τὸν τόπον ἑνὸς ἑκάστου, ποῦτε κεῖνται, καὶ δῶμα, ἐπέμεινεν τοὺς αἰγιαλοὺς τῆς θαλάσσης, ἄλλοι εἰς τοὺς ἠπείρους καὶ τὰ σχήματα τῶν κτισμάτων, καὶ τὰς ἀναβάσεις οἷον δοῦν κοχλιδας. Quæ ſic interpretatur Lambecius: *Interea Conſtantinus M. miſſis Romam legatis, earum uxores, liberos & familias accerſivit. Miſit etiam architectos, ut domos eorum, & cujuſnis locum ſitumque ſive in ora maritima ſive continenti; tum formam ſtructuræ, earumque gradus & ſcalas obſervarent*.

Ἐδείμαντο καὶ τοὺς τόπους ἐκείνων, τοὺς κείμενα, &c.) Ita ex Codice Reg. 2. reſtituimus: in Cod. quippe Reg. 1. legitur: ἐδείμαντο καὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὅπου ἔκειντο, καὶ ὅσα ἦσαν παρὰ τὸν αἰγιαλὸν εἰσί, ἔστιν καὶ ἐπὶ τοὺς ἠπείρους ᾠκισμένοι.

Καὶ ἔκτισαν ὅμοια κτίσματα) Zoſimus etiam per- 9.
hibet, Conſtantinum domos ædificaſſe nonnullis Senatoribus, qui eum Roma ſequuti fuerant: κατασκευάσας δὲ οἰκίας τισὶ τῶν ἐκ τῆς γερουσίας ἀκολουθήσασιν αὐτῷ. *Præterea quibuſdam Roma ſequutis eum Senatoribus domos ædificavit*.

Ἀνελάβοντο καὶ πάκτα,) Πάκτον hic ſignificat tributum ex pacto indictum; qua ſignificatione reperitur paſſim apud Conſtantinum Porphyrog. lib. de Adm. capp. 21. 28. 30. 32. & apud Theophanem anno 11. Phocæ: ὁ δὲ Φωκᾶς τὰς δυνάμεις ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν μετέθηκε, τῷ Χαγάνῳ τὰ πάκτα ἐπαυξήσας, νομίζων ἠρεμεῖν τοὺς βαρβάρους τῷ ἔθνει. *Phocas porro auctis ex fœderis pacto ſacciendis Chagano donis barbaros ea ratione quietem ac pacem ſervaturos ſperans, copias omnes ex Europa in Aſiam tranſmiſit*. Sic & apud Cedrenum & frequenter etiam apud alios Hiſt. Byzantinæ ſcriptorea hoc ſenſu occurrit.

Ὅτε καὶ ἐπαίνουν τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον) Ita cuncta nugis ac fabulis condiunt nugaces Græculi.

Μετὰ ὀψικίου αὐτοῦ) Præceperat ſcilicet Euphrati accubitori Imperator ut unicuique ſuam ædem redderet cum familia. ὀψίκιον hic ſumitur pro familia ſeu comitatu, vel etiam pro ſatellitio Regio, quo ſenſu Juſtinus libro XIII. cap. II. *Placuit itaque Roxanis expectari partum; & ſi puer natus fuiſſet, tutores Leonatum, Perdiccam, Crateron, & Antipatrum conſtituunt, confeſtimque in tutorem obſequia jurant*.

Οἱ δὲ οἱ εἶδον τοὺς τυλαίους, &c.) In Codino non- 10.
nihil diverſa habentur: οἱ γοῦν εἶδον τοὺς τυλαίωνας, ἔστι τὰς αὐλὰς, καὶ τὰς ἀνόδους, ὁμοίας ταῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὰ μέτρα, καὶ τὰ σχήματα, καὶ τὰ ὕψη, καὶ τὴν ἀπόβλεψιν τῶν θεμάτων, ἔδοξαν εἶναι ἐν φαντασίαις ἐν τῇ Ῥώμῃ.

Ὁ Φιλόξενος ἔκτισε κινστέρναν) In Codino legitur in- pag. 463.
ſuper, τὴν ἐπονομαζομένην Φιλοξένου. De hac autem Ciſterna Philoxeni loquitur etiam infra ſcriptor noſter n. 138.

Εἰς τὰ Μαυριανοῦ) Vide quæ infra n. 85. de tractu Mauriani, ubi etiam extitit templum S. Reſurrectionis, ſeu S. Anaſtaſiæ.

Ὁ Δαρεῖος ἔκτισε τὸ Κανατίσσης τοῦ Σκληροῦ) Ita reſtituimus ex Cod. Reg. 2. Darius ſcilicet condidit ædem Canatiſſæ uxoris Scleri. In Cod. autem Reg. 1. ſic corrupte legitur, ὁ Δαρεῖος ἔκτισε τὸν οἶκον τὸν Σκοσ´ Σκληροῦ, & in Colbertino, τὸν Ἰκανατίσσης τοῦ Σκληροῦ, Ita etiam in uno Cod. Vaticano ſcriptum repeiit Lambecius: in altero vero, ὁ Δαρεῖος ἔκτισε τὸν οἶκον τῆς Κανατίσσης τοῦ Σκληροῦ.

Ὁ Μαῦρος ἔκτισε τὸν οἶκον, ὃς καλεῖται τὸ Βελανεῖ) Codinus habet, ὃς καλεῖται καὶ τὸ Βελανεῖ. Mauri autem ædis, ſeu tractus, quæ ſita erat ad portum Juliani meminit ſcriptor Chronici Alexandrini in Phoca: καὶ ἐλθὼν μετὰ καραβίου εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα, κατὰ τὰ λεγόμενα Μαύρου, ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. *Et veniens in lembo in Juliani portum, ad ædes Mauri appellatas redactus ad anguſtias ſe præcipitem in mare dedit*. Theophanes item loquens de Leontio Patricio ait. ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι τοῦ Σοφίας, πλησίον τοῦ Μαύρου.

Ὁ Ῥωδανὸς ἔκτισε τὸν οἶκον. ὃ καλεῖται τὰ ἐν οὐρανοῖς &c.) Id eſt, *Rhodanus condidit ædem ſacram Deiparæ, nuncupatam ἐν οὐρανοῖς ſeu in cælis*. Ita reſtituimus ex Codino; perperam quippe legitur in Cod. Reg. 1. ὃ καλεῖται τὰ τοῦ κυρανοῦ; & in Cod. Reg. 2. & Colbertino ὃ καλεῖται οὐρανοῖς: Codino enim conſona habent Menæa ad IX. Decemb. de Conceptione Deiparæ; quæ hanc ædem proxime Eccleſiam Sophianam ſtetiſſe perhibent: Τελεῖται δὲ αὐτὴ ἡ σύναξις ἐν τῷ πανσέπτῳ οἴκῳ τῆς Θεοτόκου τῷ ὄντι ἐν τοῖς οὐρανοῖς, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. Codini lectionem Lambecius ex Codice Vaticano reformavit: Vide ejuſdem Notas ad Codinum.

Digitized by Google

Ὁ Σολοίσιος ἔκτισεν οἶκον, δι καλεῖται τοῦ Κονδομύτου) Cod. Colbertinus Κοδομύτο, Codinus vero Κορδομυτο; Cod. Vaticanus Κοντομύτο, & hanc veram lectionem cenſet Lambecius, ex brevitate ſcilicet naſi nomen deſumtum. Græcis quippe recentioribus κοντος *brevis* dicitur, & μύτη vel μύτις *naſus*.

11\. Ὁ Μόδεστος ἔκτισεν οἶκον, &c.) Scilicet ædes τοῦ Δημητρεῖ extructa fuit verſus templum SS. Apoſtolorum a Modeſto, uno ex duodecim Senatoribus, quos Roma Byzantium Conſtantinus Magnus adduxit, hodieque etiam τοῦ Δημητρίου dicitur. In Codino autem deeſt καθὼς καὶ νῦν καλεῖται.

Ὁ Εὔβουλος ἔκτισε τρεῖς τρικλίνους) Ita omnes Codices & Codinus: corrupte autem legitur in Cod. Reg. 1. ὁ Εὔβουλος ἔκτισε τὸν εἰς τρικλίνους.

Ἔκτισε δὲ καὶ τεσσάρας ἐμβόλους, ἀπὸ τοῦ παλατίου μέχρι τῶν χερσαίων τειχῶν, ἐγχωρίους δώμας) Ita ſcriptum reperi in Cod. Reg. 2. ita habet & Codinus; Cod. vero Reg. 1. & Colbertinus perperam, ἔκτισε δὲ καὶ δύο ἐμβόλους; ex ſequentibus quippe verbis quatuor porticus Eubulum extruxiſſe liquet. Lambecius vertit: *Idem quatuor porticus condidit a Palatio uſque ad eum locum terreſtris muri, in quem ſordes efferuntur*. Ipſe vero locum hunc longe aliter intelligo, & ſic reddo. *Eubulus tria condidit atria, & quatuor porticus, ſcilicet tholos enchoregos, a Palatio ad muros uſque terreſtres*. Noſtræ quidem interpretationi favet lectio Codicis Vaticani a Lambecio ad Codinum laudata: ἔκτισε δὲ ὁ αὐτὸς τοὺς τέσσαρας ἐγχωρίους δωματίους, ἀπὸ τοῦ παλατίου, καὶ μέχρι τοῦ χερσαίου τείχους. Nam præterquam quod adverbium μέχρι genitivum ſequens τῶν χερσαίων τειχῶν regit, non autem adjunctum accuſativum ἐγχωρίους δώμας; ἐγχώριοι vero δῶμαι hic non ſignificant locum in quem ſordes efferuntur, ſed porticus, uti ſupra monuimus cum de Triclinio Oato egimus, quod Zonaras Θόλους appellat: ἐγχώριοι vero ſunt lapides naturales ſeu nativi, hoc eſt, eruti & effoſſi ea ipſius ſoli ſodinis, non vero lapides peregrini ut nonnulli putarunt, aut lateritium: vide Ducangii Notas ad Alexiadem, & ejuſdem Gloſſar. med. & inf. Latinitatis. Cæterum etſi ipſe non omnimodam fidem præſtem iis quæ Anonymus noſter refert de duodecim Senatoribus Romanis & de ædibus a Conſtantino extructis ac de ædificiis, quæ ipſi Senatores condidere, tamen non auſim cum Ducangio affirmare, Porticus Eubuli nuncupatas excitatas fuiſſe ab Eubulo, qui ſub Theodoſio Juniore fuit Præfectus Prætorio Illyrici, non vero ab Eubulo, uno ex duodecim Senatoribus, quos Roma Byzantium adduxit Conſtantinus magnus; cum nemo ex ſcriptoribus vel æqualibus vel ſubſequentis ævi, quod ſciam, Eubulo Præfecto Prætorii Illyrici hoc tribuat. Edit. Pariſ. pag. 464.

Περίπατοι πλακωτοὶ λίθοι) Id eſt, ambulacra incruſtata lapide, vel ambulacra lapide quadrato conſtrata: πλάκας quippe Græci lapides grandiores vocant, unde & Forum Conſtantinianum crebro ſcriptoribus dicitur πλακωτὸν, quod grandioribus conſtratum fuerit, & etiam πλακωὶ, *Incruſto* Gloſſ. Gr. Lat. Vide Valeſii Notas ad Euſebium, & Ducangii Gloſſ. med. & inf. Græcitatis v. πλακωτός.

12\. Ἔκτισε δὲ τοὺς μυδραίους, &c.) Ita in omnibus Codicibus ſcriptum reperi, ita habet & Codinus ſcilicet *officinas ferrarias* quaſi a μύδρω *ferrum candens*. Sed Lambecius conjectat legendum ὑδραίους, id eſt, *aquaria* vel *loca aquationis*, quæ Græci antiqui vocabant ὑδρεῖα, ut paſſim Strabo; Latini vero *Hydrea*, Plinius ac Solinus; ſed veriſimilius ſcribendum eſſe ait Lambecius λουτραίους, id eſt ἀφεδρῶνας, *latrinas*. Ipſe Codicum lectionem ſecutus μυδραίους lego, id eſt, *Præterea officinas ferrarias condidit, & aquæductus ex Bulgaria in Urbem*. Quæ fortaſſis aqua officinarum ferrariarum uſui deſtinata erat. Sed ſi reformandus eſſet textus potius ὑδραίους legerem quam λουτραίους; ὑδραῖος ſiquidem pro ὑδρεῖα recentiores dixerunt, ſcilicet Nymphæa, ſeu aquarum receptacula, quibus maxime urbs abundabat, & imprimis celebre illud fuit, quod Valens extruxit. Confecto enim Aquæductu, magnam aquarum copiam in urbem induxit, tum ut urbis neceſſitatibus conſuleret, tum etiam ad uſum balnearum publicarum. Hujus Nymphæi meminit Socrates lib. IV. cap. VIII. ubi Ὕδρειον vocat id quod Zonaras & Cedrenus Νυμφαῖον; Τοῦ ὑδραγωγοῦ γὰρ εἰσαχθέντος εἰς τὴν πόλιν, Κλέαρχος ἔπαρχος ὢν τῆς πόλεως ὑδρεῖον μέγιστον κατεσκεύασεν ἐν τῇ νῦν Θεοδοσίου ἀγορᾷ καλουμένῃ. ὃ ὠνόμασαν δαψιλὲς ὕδωρ. ἐφ' ἑορτὴν ἤγαγεν ἡ πόλις. *Cum enim aquæductus ille in urbem perductus eſſet, Clearchus Præfectus urbis, in foro quod nunc Theodoſii dicitur, ingens lavacrum ædificavit, quod δαψιλὲς ὕδωρ, id eſt copioſa aqua appellatum fuit. Cujus rei gratia civitas feſtum diem ſumma hilaritate celebravit*. Theophanes etiam an. 36. Juſtiniani ὑδρεῖον pro Nymphæo ponit. Sed ſi plura de Nymphæis expetis, conſule doctiſſimi Ducangii Conſtant. Chriſt. lib. I. p. 86.

Ἐποίησε δὲ καὶ τοὺς καμαρώδεις ἐγχωρίους) Sic in omnibus MSS. legitur, Καμάρα *cloacam* hic ſignificat; niſi forte legendum ſit γαλβοὺς ἐγχωρίους ut habet Codinus, quod Lambecius vertit *cloacas* ſimpliciter. Quid vero ἐγχώριοι ſignificet ſupra monuimus.

Βαθεῖς τῷ ὕψει ὅσον τῶν ἐμβόλων, &c.) Hæc ita ex Cod. Regio 2. corrupta quippe ſunt in Reg. 1. ubi ſic legitur, ἐποίησε δὲ καὶ καμαρώδεις ἐγχωρίους εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν, βαθεῖς τῷ ὕψει ὅσον τοὺς ἐμβόλους, διὰ τὸ εἶναι δυνατὸν τοιαῦτα καὶ ὑποκάτω τούτων πολλοί, ἀλλ' εἰς τὸ βάθος διέρχεσθαι, καὶ τὰς δυσωδίας ὅλας κατέρχεσθαι εἰς τὴν θάλασσαν. Ad hos ſubterraneos meatus ſeu cloacas, quibus Urbis Conſtantinopolitanæ ſordes eluebantur, ſpectat id quod ſcribit Willelmus Malmesburienſis lib. IV. Hiſt. Angl. pag. 137. *Danubius, qui & Iſter, occultis canalibus urbi ſub terra influit, dieuſque conſtitutis ablato peſſulo inductus, cœnum platearum pelago importat*. Niſi quod pro Danubio Lycum fluviolum voluit fortaſſis dicere, qui urbem ipſam tranſmeat.

Τὴν Περσθλάβαν.) Ita Cod. Reg. 2. & Codinus. Reg. vero 1. Περσθλαβίτζαν habet. Varie quidem hoc nomen ſcriptum reperitur apud Scriptores, nimirum Παρασθλάβαν, Περσθλάβαν, Περσθλάβαν, Πρεσθλάβαν, & Πρεσθλάβαν. Duæ autem hujus nomini urbes extiterunt: Altera Perſthlava Magna, altera vero Perſthlava Parva nuncupata: utriuſque mentio apud Scriptores occurrit. Et quidem Perſthlava Magna Bulgariæ Regum olim Regia fuit; deinde cum a Joanne Tzimiſce Imperatore expugnata eſſet, Joannopolis appellata eſt, ut ſcribunt Scylitzes & Cedrenus pag. 674. Eadem quoque perhibet Leo Diaconus Hiſt. MS. lib. VIII. Αὐτὸς δὲ ὀλίγας ἡμέρας ἐνδιατρίψας τῇ πόλει, καὶ ταύτης τὰ πεπονηκότα ὀχυρωσάμενος, καὶ φρουρὰν ἀποχρῶσαν καταλιπὼν Ἰωαννούπολιν τε ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ καλεῖσθαι ὀνόματι, &c. *Ipſe autem dies paucos in urbe commoratus, refectis iis, quæ in ea labaſcebant, relictoque præſidio quod illi tuendæ ſufficeret, eam ex ſuo nomine Joannopolim nuncupavit*, &c. Haud diu poſt utramque Perſthlavam cepit Baſilius Romani Junioris filius. pag. 465.

Perſthlava Magna ſtatuitur a Zonara, Scylitze & Cedreno non procul a Doroſtolo: Perſthlavæ, inquit Cedrenus, Imperator feſto Dominicæ reſurrectionis die acto, poſtridie Doroſtolum movet. Ad Iſtrum ponitur ab Anna Comnena: ad Hæmum montem a Niceta in Iſaac. lib. 2. num. 5. quo loco eam deſcribit. Vide quid de Perſthlava, ſive Preſthlabo ut vocat, habet Porphyrogenitus de Adm. Imp. cap. XL. Cæterum nemo ex ſcriptoribus, quod ſciam, præter Originum CP. Scriptores hujus urbis ſtructuram Conſtantino Magno attribuit.

Καὶ τὴν Δίρσον) Hoc nomen varie ſcriptum repetitur; quippe Scriptoribus Originum CP. & Porphyrogenito de Adm. Imp. cap. XLII. dicitur Δίρσα:

Cedreno & Zonaræ Δρίστρα; Joanni Lydio Δορίστορον; Leoni vero Diacono lib. VIII. Hiſt. MS. Δρίστρα. Et eſt eademurbs ac Doroſtolus, teſte ipſomet Leone: Ἄρτι δὲ τῶν στρατευμάτων ἐς τὸ πρὸ τοῦ Δορυστόλου χῶρον συνελθόντων, ὃ καὶ Δρίσταν καλεῖσθαι εἰώθασι. *Jam vero cum ambo exercitus in pomærium Doroſtoli (quam etiam Dreſtram ſolent appellare) conveniſſent*, &c. Eadem etiam ſcribunt Zonaras, Scylitzes ac Cedrenus. Hanc urbem a fundamentis extructam fuiſſe a Conſtantino Magno præter laudatos Originum Scriptores, tradit quoque & Leo Diaconus eodem loco, qui præterea quo tempore conſtructa ſit, innuit: κατειργετο τὴν ἐπὶ τὸ Δορύστολον ἰέναι· ὅπερ Κωνσταντῖνος ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος, ἐκ βάθρων ἐδείματο, καὶ εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται κάλλος καὶ μέγεθος ἤγειρεν, ὁπηνίκα τὸ σταυρικὸν σημεῖον κατεστεριγμένον ἐν οὐρανῷ θεασάμενος, Σκύθας δυσμενεῖς ἀντιπαρατεταγμένους αὐτῷ, καὶ μανικῶς ὁρμῶντας κατεπολέμησε. *Mox cum omnibus copiis Doroſtolum movet; quam urbem inclytæ memoriæ Conſtantinus Imperator a fundamentis extruxit, inque eam pulchritudinem & magnitudinem, quæ nunc viſitur, provexit, tunc nimirum quando Crucis ſigno ſtellis radiantibus in cœlo conſpecto, Scythas profligavit, qui hoſtili in ipſum acie, inſanoque impetu irruerant.* At falluntur qui hujus urbis conditorem Conſtantinum Magnum agnoſcunt: ſiquidem tempore Ptolomæi celebre erat oppidum Mœſiæ inferioris ad Iſtrum ſitum. Vide Itinerarium quod Antonini vocant, Notitias vet. apud Carolum a S. Paulo in Geograph. ſacta pag. 20. & 52. Item Excerpta Geograph. Bonaventuræ Vulcanii. Varie autem apud veteres nomen hujuſce oppidi ſcribitur, *Duroſtolus*, *Doroſtolus*, *Doroſtorum* & *Duroſtorum*, corrupte vero *Rhodoſtolum* litteris ſcilicet inverſis. *Doroſtena* autem Jornando, & *Dora* Lazio appellatur. Cæterum Doroſtolum haud procul a Perſthlava extitiſſe paulo ſuperius adnotavimus.

Καὶ τὴν Πλίσκουβαν) Pliſcoba dicitur Zonaræ, Cedreno, ac Annæ Comnenæ: Pliſcuba vero ſcriptoribus Originum CP. & Leoni Diacono lib. VIII. Hiſt. MS. qui eam extare inter Perſthlavam ac Doroſtolum ſcribit, atque a Joanne Tzimiſce Imperatore captam: Παριὼν δὲ τὰς ὁδοὺς, τήν τε καλουμένην Πλίσκουβαν καὶ Δίνιαν εἷλεν ὁ βασιλεύς, &c. *In itinere autem & quaſi per occaſionem oppidum cepit, cui nomen Pliſcuba eſt, necnon Diniam.* Rurſus a Baſilio Pliſcuba capta fuit: auctor eſt Cedrenus pag. 704. Zonaras item ac Scylitzes in eodem Baſilio. Hujus ſtructuram nemo, quod ſciam, præter Originum ſcriptores Conſtantino Magno adtribuit.

Edit. Pariſ. pag. 466. Καὶ τὴν Κωνσταντίαν) Conſtantia inter oppida Bulgariæ recenſetur a Porphyrogenito de Adm. Imp. cap. IX. Ἀπὸ δὲ Δανούβεως καταλαμβάνουσιν εἰς τὴν Κωνοποῦ, καὶ ἀπὸ τὴν Κωνοπᾶ εἰς Κωνσταντίαν εἰς τὸν ποταμὸν Βάρνας, καὶ ἀπὸ Βάρνας ἔρχονται εἰς τὸν ποταμὸν τὴν Διτζίναν, ἅπερ πάντα εἰσὶ γῆς τῆς Βουλγαρίας. *A Danubio Conopam, inde Conſtantiam ad flumen Varnas, inde ad Ditzinam flumen veniunt, quæ omnia ſunt terræ Bulgariæ.* Conſtantia non procul a Doroſtolo trans Iſtrum proponitur a Cedreno pag. 676. καὶ προσῆλθον αὐτῷ πρέσβεις ἐκ Κωνσταντίας καὶ τῶν ἄλλων φρουρίων τῶν πέραν ἱδρυμένων τοῦ Ἴστρου, ἀμνηστίαν κακῶν αἰτούμενοι, καὶ ἑαυτοὺς ἐγχειρίζοντες καὶ τοῖς ὀχυρώμασιν. *Ea die ad ipſum veniunt legati a Conſtantia, & aliis trans Iſtrum ſitis caſtellis, veniam petentes, & ſe ac munitiones dedentes.* Vide quid de ea Abraham Ortelius in ſuo Theſauro eodem v.

Ταῦτα ἐκτίσθησαν, &c.) Cod. Reg. a. habet Ταῦτα δὲ ἐκτίσθησαν παρὰ τοῦ Οὐρβικίου, &c.

Ἀπὸ φωνῆς Ἑρμοῦ) Ita uterque Cod. Reg. & Codinus; Cod. vero Colbertinus babet, ἀπὸ φωνῆς Ἱερμείου. Lambecius in uno Cod. Vat. ſcriptum reperit: ἰσ᾽ ἐ Ἑρμίου: In altero vero Vat. hoc deeſt.

13. Ἔκτισε δὲ καὶ τὰ Ἀρματίου) Codinus hæc diverſis verbis. Cod Vat ἔκτισε δὲ τὰ Ἀρμάτια, ἔνθα τὸ φρίττον, ἀπὸ τοῦ κατεργάζεσθαι τὸ Βυζάντιον, ἔπηξε τὴν χορτὴν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἅρματα αὐτοῦ ἀπέθετο, &c. Sed nihil tale apud reliquos Byzantinos Scriptores habetur. Vide quæ infra de Armatii tractu monemus, unde forſan Græculi hanc fabulam commenti ſunt.

Τὰ καθίσματα Κωνσταντιανά) Ita habet & Cod. Colbertinus ac Codinus. Cod. Reg. a. τὰ καθίσματα Κωνσταντιανῆς, ſic etiam & in uno ex Codicibus Vat. ſcriptum reperit Lambecius. Sed de Palatio Conſtantini magni, quod fortaſſis non diverſum fuit ab hoc, quod nunc τὰ Κωνσταντιανά vocat, pluribus infra.

Καὶ τὰ λεγόμενα τὰ Κόντα) Præter Originum CP. Scriptores loquitur etiam de ædibus magnificis Conſtantinopoli, quæ τὰ Κόντα vocabantur, Stephanus Eccleſiæ CP. Diaconus in Vita Sancti Stephani Junioris Monachi & Martyris, edita a noſtratibus in Analectis Græcis, pag. 401. ἐν οἷς ὄντος οἰκῶν πρὸς τὸ τῆς βασιλικῆς δημοσίας λεωφόρου τρανὲς, ἐν ᾧ ἀνίδρυται καὶ ἐπιλέγεται τὸ Σταυρίον, ἐξ ὅπερ πρὸς τὸ κάταντες μέρος εἰσὶν οἱ μεγάλοι οἶκοι προσαγορευόμενοι τὰ Κόντα. *Manebat autem ad declivem regiæ viæ publicæ partem, ubi crux collocata eſt, cujus etiam appellatione inſignitur. Ex hoc loco ad declivem partem ſitæ ſunt ampliæ domos, quæ Conſta nuncupantur.* Præterea Monaſterii τῶν Κόντα dicti mentio occurrit in Conciliis CP. Joannes enim Hegumenus τῆς μονῆς τῶν Κόντα ſubſcripſit in Concilio Conſtantinopolitano ſub Hormiſda, & Stephanus ſub Mena.

Ἔστι δὲ οἶκος τὰ Τιβαίου καὶ τὰ Ἰβηρίτζη, &c.) Sic & Cod. Colbertinus, Reg. vero a. ἔστι δὲ καὶ ὁ οἶκος τὰ Τιβαίου καὶ τὰ Ἰβηρίτζη, ὅνπερ ἔχει ὁ Ἀκροπολίτης. Ita babet & Codinus, niſi quod pro Ἰβηρίτζη ſcribit Ὀβηρίτζα. Lambecius in uno Cod. Vat. ſcriptam reperiſſe ait: ἔστι δὲ καὶ οἶκος τὰ Βασιλίου καὶ τὰ Ὀβηρίτζα. In altero vero ſic, μετὰ δὲ καὶ τὰ καλούμενα Κόντα, ἅπερ νῦν εἰσι τὰ Τιβαίου καὶ Ἰβηρίτζη. Hanc autem domum Iberitzæ ad Acropolim ponit Scylitzes, atque eam fuiſſe docet Gregoræ Magiſtri cognomento Iberitzæ, qui ſocer erat Conſtantini Ducæ, Andronici filii: τῶν συνίδων εἰσελθὼν τὸ Πρωτοβεστιαρίου Μιχαὴλ ἐκλήθη οὖσαν ὁ Ἀκροπόλεως, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Μαγίστρου Γρηγορίου τοῦ Ἰβηρίτζη. Hujus Gregoræ meminit Leo Grammaticus pag. 484. & Symeon Magiſter n. XXII. Unde videtur hanc domum, quæ, ut volunt Originum CP. Scriptores, extructa fuit a Conſtantino Magno & Acropolitæ dicta, vel, ut babet Codinus, in qua Præfectus arcis habitat, nomen accepiſſe poſtmodum a laudato Gregora cognomine Iberitza, qui eam poſſidebat.

Σεισμοῦ γεγονότος) Hunc terræ motum, qui Originum CP. Scriptoribus dicitur accidiſſe anno quinto Imperii Theodoſii Junioris, ad annum trigeſimum imperii ejuſdem Auguſti referunt Theophanes & Cedrenus, qui rem totam pluribus narrant. Neque enim anno quinto imperii Theodoſii Proclus, quem tum ſupplicationibus adfuiſſe ſcribit ſcribit Anonymus noſter, adhuc Conſtantinopolitanam ſedem obtinebat, cum id accidiſſe tradant Hiſtorici fide digni anno vigeſimo octavo ejuſdem Imperatoris. Sic præpoſtere, nulla temporum habita ratione, omnia intervertunt Græculi iſti nugigeruli. De hoc autem terræ motu quo muri collapſi ſunt loquitur etiam auctor Chronici Alexandrini ad annum Chriſti 447. qui præterea ſcribit, hujus terræ motus memoriam quotannis agi VIII. Idus Novembris: ὅθεν καὶ ἀναμνησις κατ᾽ ἔτος ἐπιτελεῖται μέχρι νῦν τῆς λιτανείας ὑπὲρ τῆς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μακροθυμίας ἐν τῷ Τριβούνῳ, πρὸ ή. Ἰδῶν Νοεμβρίων. *Unde quotannis celebratur Litaniæ iſtius memoria pro clementis Dei bonitate ac patientia in Triconcho ex a. d. VIII. Idus Novembris.* Meminit etiam & alterius terræ motus idem Scriptor, quem contigiſſe ait a. LII. Ind. III. Valentiniano Auguſto VII. & Avieno Coſſ. hoc eſt, Chriſti 450. Imperii vero Theodoſii Junioris 42. quo anno exceſſit e vita Cal. Auguſt. Hujus item terræ motus memoriam quotannis agi ſcribit XXVI. Januarii, quo is accidit, in Campo, qua quidem die memoriam agunt & Menæa. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ μεγάλου pag. 467.

σεισμοῦ γενομένου εἰς τὰ τελευταῖα τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Νέου, υἱοῦ Ἀρκαδίου καὶ Εὐδοξίας, ἡμέρᾳ κυριακῇ, ὥρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἡμέρας. καὶ κατέπεσον ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ τὰ τείχη τῆς πόλεως, &c. Unde ſallitur auctor Chronici Alexandrini qui ſcribit memoriam illius terræ motus quo muri corruerunt agi VIII. Idus Novembris. Marcellinus vero Comes ſcribit, hunc terræ motum, quo muri Urbis CP. corruerunt, accidiſſe Ardabure & Callepio Coſſ. anno XXXIX. Theodoſii, Chriſti vero 447. *Ingenti terræ motu per loca varia imminente, plurimi urbis Auguſtæ muri recenti adhuc reædificatione conſtructi, cum quinquaginta ſeptem turribus corruerunt*. Et quidem Marcellino in hanc rem potiorem fidem habendā nemo non videt. Cæterum quod tradit Auctor Chronici Alexandrini bis terræ motu Conſtantinopolim concaſſam fuiſſe ſub Theodoſio Juniore, fidem vix meretur; cum nemo alius ex hiſtoricis hujus ſecundi terræ motus meminerit.

Διὰ τὸ τοὺς Ἀμαλληνίτας τοὺς Χατζιτζαρίους.) Ita omnes Codices MSS. In Cod. Vat. legitur τοὺς Ἀμαλληνίτας καὶ τοὺς Χατζιτζαρίους. Nugatur fortaſſis Scriptor noſter, dum Chatzintzarios tempore Theodoſii Junioris in Urbe extitiſſe ſcribit; ſiquidem Chatzintzariorum hæreſis longe poſt Theodoſii Junioris tempora exorta fuit, nimirum temporibus Conſtantini Heraclii filii, circa annum Chriſti 640. de qua quidem hæreſi pluribus agit Nicephorus Calliſti lib. 18. cap. 52. Qui Chatzintzarios, hoc eſt Staurolatras hinc dictos ait, quod Χατζὲ crux ipſis dicatur, & quia τὸν σταυρὸν μόνον, ὥς φασι, καὶ προσκυνοῦσι καὶ σέβονται. Sic & Anonymus Scriptor in criminat. in Latinos num. 59. qui Chatziſarios hos hæreticos appellat: Χατζιζάριοι δὲ λέγονται οἱ σταυρολάτραι. Χατζὶ γὰρ, παρ᾽ αὐτοῖς, ὁ σταυρός· καὶ δοξάζουσι τὸν σταυρὸν ὑπὲρ τὸν Χριστοῦ. De aliis autem horum hæreticorum erroribus, pluribus agit Nicephorus citato loco.

Εἰς τὸ Τρισάγιον) Ita ex Cod. Reg. 2. In Reg. 2. ſcribitur εἰς τὸ τρισάγιον, ὃ διὰ καὶ ἐκτείνει κατὰ ταῦτα, &c. Quod vero ait, ideo potiſſimum illum terræmotum eveniſſe, quod Chatzintzarii in orbe habitantes, in Triſagium blaſphemarent, etiam atque etiam nugatur; Chatzintzariorum ſiquidem hæreſis, uti paulo ſuperius monuimus, longe poſt Theodoſii Junioris tempora exorta fuit; Triſagium vero hymnum (niſi hic Τρισάγιον pro ſancta Trinitate uſurpatum ſit, quo modo apud Theophylactum Simocattam lib. 1. cap. 2. legitur) tum primum ſub Proclo ab Angelis decantatum fuiſſe paulo infra oſtendemus.

Εἰς τὸν Κάμπον τοῦ Τριβουναλίου) Tribunal hoc erat in Hebdomo, ac præ cæteris celeberrimum. Varie a Scriptoribus ſolet efferri; interdum enim *Tribunal Hebdomi*, interdum *Hebdomum* tantum, *Tribunal Campi* & nonnunquam *Campus* tantum vocatur. In hoc autem Campo Hebdomi ſæpe alias ſupplicationes factas docemur ex Scriptoribus Byzantinis. Sed de Hebdomo infra pluribus.

Edit. Pariſ. pag. 468. Ἅγιος ὁ Θεός) Rem totam multis prodit Theophanes p. 80. E. R. qui præterea tradit, Theodoſium & Pulcheriam edixiſſe, ut hic hymnus per totum orbem terrarum ſic caneretur: atque ex eo tempore per ſingulos dies ſuavibus modulis illum recitandi morem cunctas recepiſſe Eccleſias. Quæ vero in hanc rem habet Cedrenus p. 342. E. R. ex ipſomet Theophane hauſit. Hunc autem hymnum tum primum ſub Proclo Patriarcha ab Angelis decantatum & cani in Eccleſia cœptum ſcribit & Jovius lib. 6. cap. 25. apud Photium: λέγει δὲ τὸν αὐτὸν ἱερὸν ὕμνον, καὶ τοῦτο αὐτὸν ἐκδιδάξασθαι, καθὰ καὶ ὑπόμνημα ἀξιοπιστίας, ὡς τῷ μακαρίῳ Πρόκλῳ (ΚΠόλεως δὲ πρόεδρος ἦν) ὁ τοῦ ὑμνουμένου μελῳδήματος δι᾽ ἐπισημασίας ἐμφανῶς ἐκαθάρθη· ἀγγέλων μὲν τὴν ὑμνολογίαν ταύτην ἀναμελπόντων, ἐκεῖνα δὲ τὸν ὕμνον πρῶτον ἐκδόντος τοῖς ἀνθρώποις. Verum alii longe ante Proclum in Eccleſia Triſagium hymnum decantatum volunt, tum quod in ſacris Liturgiis Jacobi, Marci, Baſilii, & Chryſoſtomi, paſſim reperiatur (quibus alii poſt Proclum inſertum putant,) tum etiam quod hymnus Cherubicus, qui non alius eſt a Triſagio, etiam ante Chriſtum obtinuerit, uti docet Nicephorus Calliſti lib. 18. cap. 51. & pluribus probat Leo Allatius in Diſſertatione de Liturgia Sancti Jacobi num. 16. & ſeqq. Ad quod tamen reſpondent, licet vocem hanc ἅγιος in Cherubico ter reperiri perinde ac in Triſagio, alia vero verba quæ in Triſagio habentur, & quorum myſticam ſignificationem varie tradunt Jovius loco citato, Joannes Damaſcenus de Orthodoxa fide cap. 57. aliique, in Cherubico non haberi. Sed vide quid de Triſagio Ducangius aliique qui hanc rem luculenter examinarunt.

Καὶ ὅσοι ταῦτα ἐξεῖπον) Hereticos omnium ſectarum, Gentiles atque Judæos ſæpe multis edictis ac pœnis exagitatos fuiſſe a Theodoſio Juniore nemo, qui res ab eo geſtas novit, ignorat.

Καὶ τὰ τείχη ἐξέβαλεν) Hic deſcribit Anonymus noſter muros urbis, qui Cyro ſtructuræ Præfecto reſtituti fuerunt, eodem anno quo terræ motu corruerunt, nimirum Chriſti 447. ſi vera tradit Marcellinus Comes; bis enim ſub Theodoſio Juniore muri Conſtantinopoleos renovati ſunt: primum ſub annum Chriſti CCCCXIII. curante Anthemio Præfecto Prætorio, ampliandæ urbis gratia: ſecundo vero, Cyro ſtructuræ Præfecto, anno quo ſupra monuimus. Sed de hac ipſa re loquimur etiam infra. 14.

Ἀπὸ τοῦ Ἐξωκιονίου, &c.) De Exocionio & Porta Aurea agit infra Scriptor noſter.

Ἀπὸ τῆς Ῥαβδου) De æde Deiparæ Rhabdi cognominata ac ejus ſitu plura infra adnotavimus, ubi de eadem loquitur Anonymus noſter.

Καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου τοῦ Ἀρματίου) Anonymus noſter paulo ſuperius ubi muros a Conſtantino magno conditos deſcribit, ſic habet, καὶ διήρχετο εἰς τὰ Ἀρματίου, καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου &c. unde apparet ædem Sancti Antonii vel in tractu Armatii extitiſſe, vel non longe ab eo. Hanc ipſam ædem Sancti Antonii etiamnum ſupereſſe refert P. Pacificus Capucinus in ſuo Itinerario Conſtantinopolitano, atque ob crebra miracula, quæ ibi a Deo eduntur, magno concurſu Græcorum eam frequentari.

Μέχρι τῶν Βλαχερνῶν) Ita ex Cod. Reg. 2. & Colbert. deſunt enim hæc in Reg. 1. De Blachernis autem loquitur Anonymus noſter infra.

Οἱ δὲ δύο δῆμοι) A duabus factionibus nimirum Veneta & Praſina muros conſtructos fuiſſe narrat pluribus idem Scriptor infra.

Περὶ τοῦ Αὐγουσταίου) Hanc vocem varie ſcriptam reperi. In Reg. 1. περὶ τοῦ Αὐγουσταίου, Ducas Αὐγουστεῖον, Theophanes Αὐγουστεῖον ſcribit. Auguſtæum vero, quod atrium ampliſſimum fuit, porticibus circumdatum, ac veſtibuli vicem præſtitit Magnæ Eccleſiæ, ipſique Imperatorum Palatio, quod Magnum nuncupant, a Conſtantino magno ædificatum fuiſſe teſtatur Zoſimus lib. 2. ὄντι δὲ ἐν Βυζαντίῳ μεγίστῃ ἀγορᾶς τετραστόῳ, κατὰ τοῦ τῆς μιᾶς στοᾶς ἄκρας ναοὺς ᾠκοδομήσατο δύο. *Cum Byzantii Forum maximum eſſet, quatuor porticibus incluſum, ad extremitates unius ex hiſce porticibus ædes duas extruxit*. Neque hoc de Foro Conſtantini intelligi poteſt, cum illud rotundum fuiſſe ſcribat Anonymus noſter infra n. 33. Forum vero Auguſtæum omnium ampliſſimum & pulcherrimum ſtatuis etiam plurimis ornabatur. Situm autem fuiſſe in quarta regione tradit vetus Urbis Deſcriptio: proxime vero ædem Sophianam & Palatium Scriptores omnes. Vide quæ de Auguſteone habet Pachymeres a nobis hic lib. VI. pag. 114. E R. editus. *pag. 469.*

Τῷ παλαιῷ τοῦ Ὀκταβοΐου μονῆς) Apud Suidam in v. Αὐγουστεῖον legitur, τῷ δ᾽ ἀνατολικῷ τόπῳ.

Ἐχόμενοι μεγαλοπρεπεῖς ἐν τῷ γυμνῷ ὄντι τῷ ὀψοπωλίῳ) Ita ex capite ſequenti reſtituimus, ubi narrat Anonymus noſter hanc aream ſeu forum expurgatum fuiſſe ac marmoribus exornatum a Juſtiniano τὸ πρότερον εἶναι Γυμνίον, ὡς εἴρηται, ἤγουν ὀψοπώλιον. In Cod. vero Reg. 1. hic legitur ἐν τῷ Αὐγουσταίῳ, ἤγουν τῷ ὀψοπωλίῳ. Probe autem & Lam-

becius ex Joannis Lydi libro *de menſibus* hæc ita corrigit, ἐν τῇ γουνῃ, in foro cibario ſeu foro cupediarum, quas *Guſtus* Juvenalis Sat. XI. appellat.

Interea guſtus elementa per omnia quærunt.

Cæterum quod ait Scriptor noſter de Auguſtæo & Guſteo metas nugas ſapit: quippe Forum hoc Auguſtæum appellatum eſſe ab ipſo Conſtantino ob matrem Helenam, quam *Auguſtam* renuntiaverat, & cujus erexerat ſtatuam eo in loco, teſtatur Heſychius Mileſius: καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἐπὶ κίονα ἀνέστησεν ἄγαλμα, καὶ τὸν τόπον ὠνόμασεν Αὐγουσταῖον. *Et matris ſuæ ſtatuam columnæ impoſuit, locumque Auguſtæum appellavit.* Neque ſolum ſtatuam ipſam columnæ impoſitam *Auguſtæum* nuncupatam fuiſſe, ſed & ipſum Forum, ſeu Atrium Sophianæ ædis, & Magni Palatii, teſtatur Scriptor Chronici Alexandrini: καλέσας τὸν τόπον Αὐγουσταῖον, καθότι καὶ στήλην, ἣν εὔσεν κατέναντι τῆς ἰδίας αὐτοῦ μητρὸς Ἑλένης Αὐγούστης ἐστήσεν ἐν πορφυρῷ κίονι. *Locum Auguſtæum nuncupans, ut & ſtatuam, quam e regione matris ſuæ Dominæ Helenæ Auguſtæ in porphyretica columna collocavit.* Auguſtæ quippe titulo matrem Helenam donaſſe Conſtantinum teſtantur Scriptores, Inſcriptiones, & illius nummi.

Ὃν οἱ ἰδιῶται Αὐγουσταῖον ἐκάλεσαν. ἐν ᾧ, &c.) In Codice Reg. 2. legitur, ὃν οἱ ἰδιῶται Αὐγουσταῖον ἐκάλεσαν, ὡς ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου τοῦ Τιβερίου. ἐν ᾧ, &c. Hanc lectionem confirmat Joannes Lydus lib. *de menſibus*, qui Curatores Regionis Urbanæ choreas duxiſſe in honorem Tiberii perhibet: ſimilia refert & Svidas v. Αὐγουστ. Cod. vero Colbertinus habet, ὃν οἱ ἰδιῶται Αὐγουσταῖον ἐκάλεσαν, ὡς ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου. Ita & Svidas. De quo autem Tiberio Auguſto hic loquatur (nam plures hujus nominis numerantur Imperatores) non conſtat.

Ἐν ᾧ καὶ στήλην ἔστησε Κωνσταντῖνος τῇ μητρὶ αὐτοῦ) Perperam in Cod. Reg. 1. legitur, ἐν ᾧ καὶ στήλην ἔστησε Κώνστας τῇ μητρὶ αὐτοῦ: quippe non Conſtantem, ſed Conſtantinum magnum ſtatuam matri Helenæ erexiſſe in Foro, ſeu Atrio Sophianæ ædis, & ab Auguſtæ ſtatua Auguſtæum nuncupatum manifeſte ex ſcriptoribus liquet; ut ſupra demonſtravimus. Codinus vero habet, ἐν ᾧ καὶ στήλην ἔστησεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ τῆς αὐτοῦ μητρός. Cæterum Romæ item forum Auguſtæum fuiſſe ab Auguſto ſic nuncupatum teſtatur Piſana Inſcriptio, quam doctiſſimo Commentario illuſtravit Cardinalis Noriſius in Cœnotaphiis Piſanis.

Διὸ καὶ ἐπωνόμασε τὸν τόπον Αὐγουσταῖον, ἅπερ Γουστεῖον λέγομεν) Cod. Reg. 2. & Codin. habent, διὸ καὶ ἐπωνόμασε τὸν τόπον Αὐγουστεῖον, πρότερον Γουστεῖον λεγόμενον ἤγουν ἰ[illegible]. Vide quid hac de re ſupra adnotavimus.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ Αὐγουστείου διὰ τί σφαῖραν καὶ σταυρὸν κρατεῖ τὸ ἐκεῖσε ἱστάμενον) Titulus hic aliter in Codino conceptus habetur; Περὶ τοῦ ἐν Αὐγουστείῳ ἀγάλματος ἑστῶτος, κρατοῦντος σταυρὸν καὶ σφαῖραν. *De ſtatua in Auguſteone, tenente crucem & globum.*

15. Ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς κτίσας τὴν ἁγίαν Σοφίαν ἐκαθῄρει τὸ ἔδαφος, &c.) Vide infra de æde Sophiana.

Edit. Pariſ. pag. 470.

Διὰ τὸ ἐστῶς, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. In Regio enim 1. legitur, διὸ καὶ ἐστάλησαν ἐκ τῆς ἐκεῖσε στήλης ἑστῶτος ἐπὶ τοῦ κίονος, ὡς ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ σφαῖραν φέρει, &c. Vide quid hac de re habet Georgius Pachymeres in Deſcriptione Auguſteonis paulo ſuperius citato loco.

16. Τὸν οὖν αὐτὸν Ἰουστινιανὸν λέγεται ἀνεγεῖραι, &c.) Ita habet & Cod. Colbertinus. In Codino vero hæc & reliqua quæ ſequuntur deſiderantur.

Οὗτος οὖν ταχέως κατὰ τῶν Περσῶν, &c.) Geylamer qui & Gelimer per contractionem dictus, Geloridis filius, Gentonis, Genſerici filii, nepos, Vandalorum regnum occupat, anno DXXVI. multos proceres Africæ crudeliter enecat, multorumque ſubſtantias diripit. Adverſus eum Juſtinianus nocturna viſione Læti Epiſcopi confirmatus, expeditionem, Beliſario Duce, ſuſcipit. Is ſub exitum anni DXXXIII. Africam ingreſſus, hanc intra tres menſes Romano ſubdit Imperio, ſuperatis primum ac cæſis Gelimeris fratribus, Gundimero, Gebamundo, & Tzezone, ſeu Zatinone, mox quidem ipſo Gelimero fugato Carthaginem capit. Inſequenti vero anno Beliſarius Gelimerum tota obſeſſum hyeme in poteſtatem recepit, & Conſtantinopolim ad Juſtinianum traduxit, IV. ejus Conſulatu, quo facto, ſparſam de ſe in Africa tyrannidis calumniam abſterſit. Cæterum quæ hic narrat Anonymus noſter de expeditione Beliſarii, in Mauritaniam contra Gelimerum, ſatis congruunt cum iis, quæ hac de re Theophanes perhibet, cujus verba hic appoſite adſeremus: αὐτὸς Γελίμερ ἔφυγεν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἐπὶ Μαυρουσίων ἐχώρει. Βελισάριος δὲ τοῦτον διώξας εἰς Παπούαν τὸ ὄρος ἀπέκλεισεν εἰς τὰ ἔσχατα Νουμιδίας. τοῦτο δὲ παρακαθίσας διὰ τοῦ χειμῶνος λειφθέντων αὐτῷ πάντων τῶν ἐπιτηδείων, ἄρτος γὰρ παρὰ Μαυρουσίοις οὐ γίνεται, οὔτε οἶνος, οὔτε ἔλαιον, ἀλλὰ τὰ ὄλυρα, καὶ τὰς κριθὰς, ὡς ἄλογα ζῶα, ἄνευ θέρους ἐσθίουσι. τηνικαῦτα Γελίμερ περιστατηθεὶς ἔγραψε πρὸς Φαρᾶν, ὃν Βελισάριος κατέλιπεν φυλάττειν αὐτὸν, πέμψαι αὐτῷ κιθάραν, καὶ ἄρτον ἕνα, καὶ σπόγγον. ὁ δὲ Φαρᾶς ἠπόρει, τί ἂν εἴη τοῦτο, ἕως ἂν ὁ τὴν ἐπιστολὴν κομίσας, εἶπεν ὡς ἄρτον ἂν ἐπιθυμεῖ θεάσασθαι Γελίμερ, μὴ ἰδὼν ἄρτον, ἀφ' οὗ ἀνέβη ἐκεῖ. σπόγγον δὲ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τῆς ἀλουσίας κακωθέντας, ὅπως σπόγγῳ τούτους παραμυθήσῃ. κιθαρῳδὸς δὲ ἀγαθὸς ὢν, ὅπως τὴν συμφορὰν τὴν παροῦσαν τῇ κιθάρᾳ θρηνήσῃ, καὶ ἀποκλαύσηται. ταῦτα ἀκούσας Φαρᾶς, περιαλγήσας τε, καὶ τύχην τὴν ἀνθρωπίνην ἀπολοφυράμενος, κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐποίει, καὶ πάντα ἔπεμψεν ὅσα ἐχρῆζεν ὁ Γελίμερ. *Gelimer itaque ea die fuga arrepta, ad Mauruſios ſe recepit: Beliſarius autem fugientem inſequutus in monte Papua ad extrema Numidiæ incluſum obſedit. Per hyemem vero poſita obſidione, rerum neceſſariarum penuria, & in anguſtum premi cœpere; nec enim panis, vinum, aut oleum, apud Mauruſios enaſcitur, ſed olyra ſola & hordea, animalium ratione carentium more, eaque nondum ſubacta comedunt: In eam calamitatem adductus Gelimer a Pharano, quem Beliſarius ad obſidionem continuandam reliquit, citharam, panem unum, & ſpongiam ſibi mitti per litteras petiit. Pharano hæſitanti, nec quid hæc ſibi vellent, aſſequuto, qui tulerat epiſtolam tabellarius addidit. Nondum viſo pane, ex quo montem aſcendit Gelimer, panem videre deſiderat; oculis ab eo tempore illotis, & jam ſorde oppletis ac dolentibus, nunc leniendis & abſtergendis ſpongiam expetit: citharam denique, ipſe pulſandæ citharæ mire peritus, exoptat, qua præſentis infortunii calamitatem deflere & luctu poſſit proſequi: His auditis Pharanus indoluit, & ſortem humanam deplorans, quod per litteras petierat Gelimer conceſſit, atque omnia, quæ opus erant, tranſmiſit.*

Ἐξώρυξε τοὺς ὀφθαλμούς) Fabuloſum quidem eſt, ſi Scriptoribus coævis fides præſtanda, quod Anonymus noſter, & nonnulli alii ex Græcis Scriptoribus de Beliſarii fine tradiderunt, ſcilicet, effoſſis oculis ad Lauri Monaſterium conſediſſe, dato vaſculo teſtaceo, ut quotquot illac tranſirent, obolum in illud conjicerent, vel ut alii, in trivio mendicaſſe obolos Beliſarium: cui ſane fabulæ occaſionem dediſſe puto id quod de Joanne Cappadoce viro Patricio, Exconſule, & Præfecto Prætorii tradit Procopius lib. I. de bello Perſico extremo, quem ἄρτον ἢ ὀβολὸν ἐκ τῶν ἀπαντώντων petiiſſe ſcribit. Beliſarius porro licet ter in Juſtiniani offenſionem venerit, ſemper tamen in priſtinum gradum reſtitutus eſt, ſi fides ocularis teſtibus habenda. Et primo ſane poſt devictos Vandalos, tyrannidis inſimulatus, ex Africa revocatur; ita Procopius lib. XXI. de Bello Vandal. & in Hiſt. arcana cap. XVIII. Iterum inſtante Theodora Auguſta, in gratiam Antoninæ uxoris, conjugi tum infenſæ, idem Procopius in Hiſt. arcana cap. IV. Ubi narrat Beliſarium tum exauctoratum & omni ſatellitio a Juſtiniano privatum, adeo ut ſolus urbem obiret cogitabundus ac triſtis ſibique de imminente nece timens. Tertio denique jam ſenex, ut ſcribit Agathias lib. V. necnon alii Hiſt. Byzant. Scriptores, poſt devi-

17. *pag. 471.*

Digitized by Google

deviſtos urbem laceſſentes Hunnos anno Juſtiniani xxxii. tanquam popularem auram captans, & ad ſummum faſtigium aſpirans, juſſu Imperatoris omni ſatellitio ſpoliatus, domi ſub cuſtodia detinetur: ſed anno xxxvi. Julii menſis a. in priſtinum gradum reſtituitur. Anno denique xxxviii. menſe Martio Byzantii moritur, ut prodit Theophanes pag. 203. E. R. facultateſque ejus omnes ædi Marinæ, ſeu ærario publico, addicuntur. Hinc falſum eſſe apparet quod ſcribit Fredegarius in Hiſt. Francor. Epitom. cap. L. & ex eo Almoinus, Beliſarium a Francis in Italia occiſum; uti optime & Ducangius monuit in Notis ad Zonaræ Annales.

Ὅτι ἐν τῇ χαλκῇ, πλησίον, &c.) Codinus, Ὅτι ἐν τῇ χαλκῇ πλησίον ἄνωθεν Πουλχερίας τῆς ἀοιδίμου, εἰς πρὸς τὸ περίπατον τοῦ παλατίου, ἀνεγέρθη στήλη, quod Lambecius vertit. *Paulo ſuperius in eadem Chalce, prope ambulacrum Palatii, erecta eſt ſtatua inclytæ Pulcheriæ.* De hac Pulcheriæ Auguſtæ ſtatua mentionem facit Suidas inquiens: Πουλχερίας τῆς ἀοιδίμου, στήλη ἵσταται ἐν τῇ χαλκῇ, πλησίον τοῦ παλατίου, ὡς πρὸς τὸν περίπατον; *inclytæ Pulcheriæ ſtatua in Chalce ſtabat, prope Palatium, cum ad ambulacrum itur.*

18. Ἀντικρὺς δὲ τοῦ χαλκοῦ ἀψῖδος, Γοργονοειδεῖς κεφαλαὶ δύο χρυσέμβαφοι γεγόνασιν) In Codin. vero legitur ἄντικρυς δὲ τῆς χαλκῆς ἀψῖδος Γοργονοειδεῖς κεφαλαὶ κεῖνται δύο, αἵτινες εἰσι χρυσέμβαφοι γεγονυῖαι. Ita enim Lambecius emendavit, nam prius legebatur κατὰ τὸν ναὸν τῆς Χαλκῆς, videlicet *in Chalces delubro.* At Lambecii caſtigatio nō im merito reprehenditur a P. Combefiſio in Notis ad Chronographum; ſiquidem e regione arcus Æreæ ſeu Chalces portæ, templum fuit ſeu Oratorium, a Joanne Zimiſce extruſtum, quod Chriſti Servatoris & Chalces perinde nomine inſigne erat; de quo pluribus infra.

Ἐν τοῖς παλατίοις προσκυνοῦσαι) Codinus habet, ἐν τοῖς παλαιοῖς παλατίοις προστάγματα εἶναι.

Τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐστήριξα) Perperam in Cod. Reg. a. & Colbert. legitur ὑπὸ Ἰουλιανοῦ. nam Juſtinianum Sanctæ Sophiæ conditorem illic crucem erexiſſe certum eſt, non vero Julianum crucis ac Chriſtiani nominis hoſtem.

Καὶ Τιβερίου τοῦ κουροπαλάτου Θρᾳκός, καὶ τοῦ Ἰουστίνου, τοῦ πρώτου κεντηνάρια, καὶ τῶν, &c.) Non vero ut antea legebatur: ὁ Τιβέριος, ὁ τοῦ κουροπαλάτου Θρᾳκός, καὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. ὁ πρῶτος κοντοπαλάτης καὶ τῶν, &c. Optime enim hunc locum ex Collectaneis Anonymi reſtituit Lambecius; nam Juſtinus is primus eſt, qui alias cognominatur Thrax.

19. Καὶ Μαξιμιανοῦ) Perperam in Cod. Regio t. legitur καὶ Μαξιμιανὸς.

Ἔνθα καὶ ὁ τὸ γένος αὐτοῦ Θεοδοσίου ὑπάρχει) In Codino hæc ſequentibus juncta ſunt, nimirum poſt ὑπάρχει ſequitur, ὁ τοῦ Μαυρικίου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν τέκνων ἵστανται. In noſtro vero hæc a linea habentur, quare diverſum ſenſum efficiunt.

Ἐν γὰρ τῇ χαλκῇ ἵστανται στῆλαι τοῦ Μαυρικίου, ἄνωθεν τῆς δεσποτικῆς εἰκόνος) Vertit Lambecius ἐν τῇ χαλκῇ, ad portam æream; ac legendum putat ἄνωθεν τῆς χαλκῆς πλησίον τῆς δεσποτικῆς εἰκόνος: vel ἄνωθεν adverbialiter accipiendum eſſe, ut idem valeat ἐν τῇ χαλκῇ ἄνωθεν, atque ἄνωθεν τῆς χαλκῆς; nec inanis conjectura mihi videtur eſſe, Mauricium ad perpetuam ſomnii memoriam apud illam

Edit. Pariſ. pag. 472. Chriſti imaginem, ſuam, & uxoris, liberorumque ſtatuas, inſtar ſupplicantium manibus extenſis, erexiſſe; etenim apud hiſtoriæ Conſtantinopolitanæ Scriptores famoſum eſt illud ſomnium, quod Mauricius, poſtquam milites a Chagano captos per avaritiam ſuam occidi permiſerat, quadam nocte vidit, videlicet, ſe ab imagine Chriſti ſupra portam æream Palatii poſita, cum tota ſua familia, Phocæ interimendum tradi. Hic appoſite afferatur Zonaræ hac in re teſtimonium. Ἔδοξε πλῆθος παρεστάναι πολύ, τῇ ἄνωθεν τῆς Χαλκῆς πύλης, τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ἐκτυπώματι, καὶ τὸν Βασιλέα καταβοᾶν, φωνὴν δ᾽ ἐκ τῆς εἰκόνος γενέσθαι, παραγενέσθαι τὸν Μαυρίκιον, καὶ τοῦτον αὐτίκα ἀχθέντα, καὶ ἐρωτᾶσθαι, ὅπη βούλεται τὴν ἀντιτισιν ἀναδέξασθαι τοῦ ἁμαρτήματος, οὗ εἰς τοὺς αἰχμαλώτους εἰργάσατο, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι; τὸν δὲ, Ἐνταῦθα, φάναι, Φιλάνθρωπε Δέσποτα· καὶ ἀκοῦσαι φωνῆς λεγούσης, Παραδότω γοῦν αὐτὸν σὺν γενεᾷ Φωκᾷ τῷ στρατιώτῃ. *Putabat magnam turbam inſiſtere effigiei Servatoris noſtri, quæ ſupra Æream portam eſt, & contra Imperatorem vociferari, audirique vocem ex imagine, quæ Mauricium adeſſe juberet, cumque ſtatim adductum interrogari, utro in loco facinoris in captivos admiſſi pœnas dare mallet, in hac vita, an in futura, eum dixiſſe, In hac humane Domine: & audiſſe vocem quæ diceret, Tradite eum ergo cum omni familia Phocæ militi.*

Ἰουδαίοις γενομένας τῷ ὁρατῷ τοῦ δαίμονος, καὶ τὰς φιμοὶ ἀφθόνως, τοῖς τὰ Χριστιανῶν σέβονται ἐπαποδῆσαι τὸ τ Ἑβραίων ἔθνος, τιμῆς μεγαλοπρεποῦς, Ταύτην ὁ Βασιλεὺς τ θεάνθρωπον μορφὴν ἐκεῖθεν εἰληφὼς, τῷ Βυζαντίῳ παρέπεμψεν ὡς μοι ὅδε δεδήλωται. *De hac porro divina imagine ſtupendum quoddam prodigium contigiſſe narratur. Ajunt enim in quibuſdam Beryti ædibus Chriſtianæ Religionis hominem manſiſſe, in qua imaginem, quam modo dicebam, multo honore depoſuerit. Mutatis vero ille ſedibus, Divinæ Providentiæ nutu, ſacri pignoris oblitus, in priore domo imaginem reliquit. Hanc itaque domum Judæus quidam habitandam accepit, qui cum poſtridie ſuperſtitionis ſuæ nonnullos invitaſſet, iiſdem eos laribus ſuſcepit. Tum conjectis illi oculis in ea quæ a fronte ſibi objecta erant, conſpectaque Salvatoris Cruci ſuffixi imagine appenſa, gravibus Judæum maledictis & probris inceſſunt ceu religionis ſuæ deſertorem & Chriſtianorum jura colentem. Ille autem jurejurando affirmare, Imaginem illam ſe tunc primum vidiſſe. Ad quem ſceleſti illi, ſi quidem Chriſtianorum ſacra non colis, inquiunt, rebus ipſis certam fidem facito, arreptaque lancea iſta Nazaræi effigiem in ipſo latere pungito, quemadmodum noſtri olim progenitores latus illius cum e cruce penderet, lancea perfoderunt. Tum ille lancea in manus accepta, qua fervescebat ira, id imprimis ſatagens, ut certiores eos ſuæ in rem Judaicam ſuperſtitionis faciendo affictum ſibi crimen dilueret, Imaginis pupugit latus. Vix autem aciem impegerat, cum ſanguinis aqua mixti copia effluxit. Obrigent ad horribile ſpectaculum illud perduelles Judæi, cujus fama divulgata Chriſtiani cultus homines in Hebræorum ædes invadunt, ſublatamque Crucifixi ſervatoris imaginem ſanguinis adhuc fundentem rivos, in ſacro delubro honorifice colendam appendunt. Hanc igitur Dei hominis effigiem Imperator adſportatam inde, uti jam a me narratum eſt, Byzantium mittit.* Similem hiſtoriam habes inter opera ſpuria S. Athanaſii tom. III. editionis admodum R. P. D. Bernardi de Montfaucon viri doctiſſimi noſtrique amantiſſimi. Vide quæ ipſe ibidem hac de re monet.

Edit. Pariſ. pag. 481.

Καὶ τὰ ἅγια σανδάλια τοῦ Χριστοῦ) Leo item Diaconus lib. X. Hiſt. MS. refert quidem, Joannem Tzimiſcem ea bellica expeditione detuliſſe Chriſti ſandalia, & comam S. Joannis Præcurſoris; verum ſandalia inquit depoſita fuiſſe in templo S. Deiparæ, comam vero Præcurſoris in Oratorio Salvatoris Chalcea, quod idem Tzimiſces extruxerat. Sic ille: Ἐντεῦθεν, ait, φρουρίῳ προσβάλλει, τῷ τῇ Σύρων φωνῇ καλουμένῳ, Μεμπετζὴ, ὃ καὶ πολιορκῶν, καὶ ταῖς παντοδαπαῖς μηχαναῖς παραστησάμενος, τά τε Σωτῆρος Χριστοῦ σανδάλια ἐκεῖσε ἀνεῦρηκὼς, ἀνείλετο, ὥς τι θεῖον ἄγαλμα· καὶ τὰς τῆς σεβασμίας δὲ Προδρόμου τρίχας τ Κήρυκος. Ἃ τὰ μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ περιωνύμῳ τ Θεομήτορος σηκῷ, τῷ κατὰ τ ἀνακτορικὴν ἑστίαν δεδομημένῳ ἀπέθετο, ὥς τινα πολύολβον θησαυρόν. τὰς δὲ ἐν τῷ τ Σωτῆρος ναῷ ὃν αὐτὸς ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν. *Hic Caſtrum aggreditur quod Syrorum lingua Mempetze nuncupatur, quo vi bellica omniumque machinarum genere in poteſtatem redacto reperta ibi ſandalia Salvatoris, veluti cæleſte donum quoddam ſuſtulit ut venerandi præcurſoris & præconis capillos. Ac illa quidem in celeberrimo templo Dei genitricis quod in Palatio extructum erat ditiſſimi theſauri inſtar depoſuit, hos vero in æde ſacra Salvatoris quam a fundamentis erexerat.* Falſo igitur hæc Nicephoro Phocæ adſcribunt, excerpta Hiſtorica ex Cod. Reg. Ὅτι ἐν τῷ Μεμπετζὴ εὗρεν ὁ Βασιλεὺς Νικηφόρος τὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ σανδάλια, καὶ τὰς σεβασμίας τοῦ Προδρόμου τρίχας· καὶ τὰ μὲν ἐν τῷ ναῷ τ Βλαχερνῶν κατέθετο. τὰς δὲ ἐν τῷ τ Χαλκῆς ναῷ, τῷ παρ' αὐτοῦ ἐκ βάθρων ἀνεγερθέντι. Cæterum Membige adhuc Arabiæ appellatur ea urbs quam Græci Μεμπετζὴ vocant, Syri Mabouge, eſtque veterum Hierapolis, cujus Epiſcopus Philoxenus ſeu Xenaias inſignis Monophyſita, vocatur id circo Mabugenſis. Vide Præfationem in Moſen Barcepha.

27\. Ἐποίησεν οὖν καὶ τὸ ἑαυτοῦ μνῆμα ἐκεῖσε ὁλόχρυσον μετὰ χυμεύσεως ἐν ᾧ, &c.) In Codice Colbert. legitur, ἐποίησεν οὖν καὶ τὸ ἑαυτοῦ μνῆμα ἐκεῖσε ὁλόχρυσον μετὰ χυμεύσεως χρυσοχυμευτικῆς ἐντέχνου, ἄνωθεν τοῦ ἔξωθεν φλοιοῦ, ἐν ᾧ καὶ ἐτέθη, id eſt, *Fecit item ibi ſepulcrum ſuum totum ex auro, cum artificioſa aurea fuſione ſupra exteriorem corticem in quo & poſitus eſt.*

Περὶ τῆς στήλης τῆς ἱσταμένης ἄνωθεν τοῦ Μιλίου) Milium ſeu Milliarium quod in quarta Regione ponit vetus urbis Conſtantinopolitanæ Deſcriptio ſtructura & amplitudine longe elegantius fuit Romano Milliario, quod medio in foro octava in Regione ſitum, Auguſtum erexiſſe tradunt Tacitus, Suetonius aliique. Meminit hujus & Plinius lib. 3. cap. 5. Romanum ſiquidem Milliarium, nuda fuit columna lapidea, rotunda, rudis fere ac impolita, baſi Corinthiacæ inſiſtens, ſuſtinensque globum aureum, unde *Milliarium aureum* nuncupata eſt. Hanc Marlianus & ex eo Roſinus ponere videtur in capite fori Romani, ſub Saturni æde, prope arcum Septimii, in qua omnes Italiæ viæ inciſæ finirent, & a qua ad ſingulas portas menſuræ regionum currerent. Plutarchus item, Dion, P. Victor, & alii memoriæ produnt, hanc columnam Romæ in Foro ab Auguſto erectam fuiſſe; a qua omnes viæ Italiæ initium & finem accipiebant, ut apparet ex nummis Auguſti, ubi columna ipſa repræſentatur. Ita habet & Marlianus lib. III. Topogr. urb. Romæ cap. II. Andreas Fulvius lib. III. Antiq. Rom. cap. III. Lucius Maurus, Salmaſius ad Plinii lib. III. cap. V. Bergerius lib. III. de Viis Roman. Bulingerus ac reliqui Romanarum Antiquitatum Scriptores. Contrarium tamen perhibet Æmilius Macer in l. Mille de ver. ſig. qui mille paſſus non a Milliario urbis, ſed a continentibus ædificiis numerandos eſſe ait. Hujus Milliarii Romani figuram exhibent Bartholomæus Roſſus, & Gruterus in corpore Inſcriptionum pag. 154. 4. *Milliarium* autem *Conſtantinopolitanum*, quod & *Aureum* appellatur ab Auctore veteris urbis Conſtantinopolitanæ Deſcriptionis, ædificium fuit editius, fornicibus inſtructum, ſtatuis aliiſque ornamentis feſtive decoratum; ut patet ex noſtro Anonymo, Cedreno, aliiſque rerum Conſtantinopolitanarum Scriptoribus.

pag. 482.

Στῆλαι Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης (Cedrenus pag. 322. E. R. nullam mentionem fortunæ Urbis facit: Ὅτι ἐπάνω, inquit, τ τ Μιλίου ἁψῖδος ἵστανται στῆλαι δύο, τοῦτε μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ τ μητρὸς αὐτοῦ, μέσον ἔχουσαι σταυρόν· ὄπισθεν δὲ Τραιανὸς ἔφιππος, ἔχων πλησίον τὸν Αἴλιον Ἀδριανὸν ἔφιππον; *ſupra Milliarii fornicem duæ ſunt ſtatuæ, Magni Conſtantini & matris ejus, & in harum medio crux. A tergo earum Trajanus eques, & juxta hunc Ælius Adrianus eques.* Anonymus quid de Theodoſii ac Trajani ſtatuis, vide n. 28. 33.

Μέσον δὲ τοῦ σταυροῦ ἡ τύχη τ πόλεως. ὅπερ ἐστι κατείνων, &c.) Cod. Reg. 2. & Codinus, μέσον δὲ τοῦ σταυροῦ ἡ τύχη τῆς πόλεως, κατεῖνον, &c. Perperam habet Suidas v. μίλιον. ἔνθα καὶ σταυρὸς ἐν ᾧ ἡ τύχη τῆς πόλεως; nam in medio crucis non aliquod ſimulacrum fortunæ Urbis extabat, ſed catena clauſa ac magice conſecrata, velut ex illa integra clauſaque urbis fatum penderet: quod Græcanicis ritus ſuperſtitionem olebat. Ducangius lib. I. Conſtantinopoleos Chriſt. pag. 73. E. R. arbitratus eſt ex dubia Codini lectione in media cruce extitiſſe aliquod fortunæ Urbis ſimulacrum. At, ut ex contextu liquet, non ſimulacrum fortunæ, ſed catena clauſa ac magice conſecrata in media cruce erat, ex qua Urbis fatum pendere arbitrabantur.

Κατεῖνον κλειδόμενον καὶ ἐστοιχειωμένον) κατῖνα κατίνα & κατῖνον Græcis recentioribus catenam ſignificat: vide Ducangii gloſſ. Græc. ἐστοιχειωμένον hic idem valet, quod τετελεσμένον, hoc eſt, *magice conſecratam*, ut recte monet & Lambecius. Hujuſmodi ſtatuas magice conſecrare ipſemet Anonymus & Codinus ἀγάλματα στοιχειωτὰ vocat: ſed de ſtatuis magice conſecratis plura infra dicemus. Perperam legitur in Cod. Colbert. ἀστοιχειωμένον.

Digitized by Google

Καὶ νίκλω κατὰ πασῶν τῶν ἐθνῶν φέρον τὸ μῆλον, &c.) Ita ex Codice Reg. 2. & Colbert. perperam enim in Cod. Reg. 1. legitur, *καὶ νίκλω κατὰ πασῶν τῶν ἐθνικῶν πολεμῶν φέρον τὸ μῆλον ἰσχύειν, ὃ προσεγγίσαι, ὃ προσψαῦσαι τῇ πόλει ταύτῃ, ἀλλὰ πόῤῥω ἀπέχεσθαι, καὶ ὑποστῆναι εἰς ὑποταγὴν ἐν αὐτῷ δὲ*, &c Codinus quidem paulo diverſa habet, *καὶ νίκλω πάσαν τὸ ἐθνῶν ὑπερμέρων, τὸ μηκέτι ἰσχύειν προσεγγίσαι ἢ προσψαῦσαι, ἀλλὰ πόῤῥω ἀπέχεσθαι, καὶ ὑποστῆναι εἰς κυνηγεῖον. ὁ δὲ ...*
τὸ κατέλαβεν κατεχώσθη εἰς τοὺς βυθοὺς τῶν ...

28. *Σοφίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκὸς*) Imprimis corrigendus eſt Svidas qui v. *μίλιον* habet *καὶ ἐν τῷ αὐτῷ Σοφίας τῆς γυναικὸς Ἰουστινιανοῦ*. Nihil profecto ſcit, qui Juſtiniani conjugem Theodoram fuiſſe appellatam ignorat, fœminam impotentem, avaram, libidinoſam, ac hæreticam, a ſcenicis artibus, & meretricio quæſtu ad legitimum matrimonium ob formæ commendationem adductam. Dein ſcribe *Ἰουστίνου τοῦ ἀπὸ Κουροπαλατῶν* ut & Lambecius monet; Juſtini quippe Thracis, qui & ſenior, paſſim dicitur, uxorem Lupicinam, & mutato nomine, Euphemiam, nuncupatam fuiſſe ex omnibus Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptoribus conſtat.

Καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, καὶ Ἑλένης ἀνεψιᾶς αὐτοῦ) Ita reſtituimus; omnes ſiquidem MSS. habent *αὐτῷ* vel *αὐτῆς*. Codinus *καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ἑλένης ἀνεψιᾶς αὐτοῦ*. Cod. Reg. 1. *καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, καὶ Ἑλένης ἀνεψιᾶς αὐτῆς*. Reg. 2. *Ἀραβίας*. Svidas vero, *καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτῆς, καὶ Ἑλένης τῆς ἀνεψιᾶς, αὐτῆς*. Chronographus item noſter hæc nonnihil diverſa, *καὶ Ἀραβίας θυγατρὸς αὐτῆς καὶ Ἑλένης ἀνεψιᾶς Σοφίας ἀμφοτέρων ..., ... ἀνεψιᾶς*. At quidem utrobique legendum puto *αὐτοῦ*. Helena quippe filia fuit Baduarii, Curopalatæ, & Arabiæ, Juſtini Junioris & Sophiæ, filiæ. Neptis itaque fuit Helena utriuſque, non vero Conſobrina, at vertit Lambecius.

Edit. Pariſ. pag. 483.

Ἐν τῷ λεγομένῳ Μιλίῳ) Codinus, *ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ Μιλίῳ*.

Καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ μῆλον κρατοῦντος, ὧν ἀνεγείρας ἀνέστησεν. &c. Hæc in Codino & Cod. Reg. 2. omnino diverſa: *καὶ ἐν τῇ χειρὶ μῆλον ... ἀνδριάντα ἄγαλμα ἔχοντος, ... τῇ πόλει ... δείκνυσιν*. Cod. vero Colbert. *μῆλον ...* cætera ſimilia. At pro *...* legendum eſſe *ἀνεγείρας* nemo non videt. Vide quæ de hac ſtatua Theodoſii infra obſervamus n. 48.

Οἱ δὲ κίονες, καὶ οἱ ποδίσκοι, &c.) In Cod Reg. 2. & Codino legitur; *οἱ δὲ ἐκεῖσε ὀκτὼ κίονες, καὶ οἱ ποδίσκοι, ὅμοιοι εἰσὶ τῶν Ἀρτοπωλείων ὀκτὼ κιόνων, καὶ τὸ Τζυκαλαρείων τῆς Χαλκῆς*, &c.

Ἃς ὁ αὐτὸς καλλίνας ἐχρύσωσεν) Codinus habet, *ἃς εἰς Καλλίνας ἐχρύσωσεν*; quod vertit Lambecius, *quas Callinas inauravit*. Putavit quippe *Callinas* nomen proprium fuiſſe artificis, qui eas inauravit. At nemo non videt virum doctiſſimum hic allucinatum eſſe: & forſan cauſa fuit quod apud Codinum ι pro υ ſcribatur.

Φωκᾶς ὁ τύραννος ἔκτισεν ἐν Βάθει, &c.) Cod. Colbertinus habet; *τὸν δὲ ἅγιον Φωκᾶν ἐν τῷ Μιλίῳ, Φωκᾶς ὁ τύραννος ἔκτισε, μηδέπω ... ἐν τῷ Σφενδόνῃ τοῦ ἱππικοῦ ἐκαύθη*. Codinus vero *ὁ αὐτὸς δὲ ὁ Φωκᾶς ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Φωκᾶ ἐν τῷ Μιλίῳ*, &c. S. Phocæ Martyris feſtum agunt Græci XXIII. Julii.

Ἐκεῖσε γὰρ ἦν ὁ ἀλλαγὴ τῶν καντίων, καθ' ὃν τόπον ἐνεύρωσαν, &c.) Hæc omnino diverſa in Codino habentur: *ἐκεῖσε δὲ ἦν ποτε ἡ ἀλλαγὴ τῶν κουρσόρων, καθ' ὃν τόπον ἐνεύρωσαν τὰ κουρσόρια ἐκ τῆς ἐκεῖσε, ὅτε ἐχρημάτιζε πρότερον ἀλλαγὴ χρυσῆ, ἕως μέχρι τῆς χρυσῆς πύλης, μετὰ τὸ ἀνελθεῖν καὶ βασιλεῦσαι ... δύο ἵππους ... ἐνεύρωσε, καὶ βωμοὺς λιθίνους ... τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Φωκᾶ, ὃν αὐτὸς ἀνήγειρε*, &c.

Τῶν καντίων) *κόντουροι, κουρτοὶ, & κόλουροι* proprie dicuntur equi quibus cauda eſt decurtata. *παρὰ τὸ κοντὴν* vel *κολοβὴν ἔχειν τὴν οὐρὰν*; at hic ſignificant, ut & Lambecius ait, equos curſus publici, uti etiam in titulo 27. lib. 57. Eclog. Baſilicon, qui ſic habet; *περὶ τοῦ δημοσίου δρόμου, καὶ τῶν κουρταίρων χρωμένων*.

Ὅτι ὁ μεγαλοβίας ἐτύφθη παρὰ Μαυρικίου, &c. Quod hic narrat Anonymus de Phoca, & militum ſeditione neſcio unde mutuatus ſit; nam Cedrenus, Zonaras, aliique Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores, non Phocæ plagarum vibices, occaſionem militibus defectionis præbuiſſe narrant, ſed Mauricii avaritiam, quod Petro fratri ſcripſerat, ut Iſtro cum copiis trajecto, inde commeatum peteret: quod conſilium ab avaritia profectum eſt, ut legionibus rapina victum parantibus, militaria ſtipendia lucraretur.

Τὰ δὲ καταλειφθέντα ἀντζίσας) *ἀντζίζειν enervare* hic ſignificat. *ἄντζα* enim, vel *ἄγζα* vel *ἄντα* recentioribus Græcis dicitur pars exterior cruris tumida vel nervoſa, ut teſtatur Euſtathius ad Iliad. π. unde *ἀντζοκοπεῖν* idem quod *νευροκοπεῖν*, videlicet nervos incidere. 29.

Διίππιον αὐτὸν ἐκάλεσαν) Male apud Codinum legitur *Δίιππον*, ſed probe reſtituit in notis Lambecius *Διίππιον*; locus enim ille ita nuncupatus fuit a ſtatuis duorum equorum, quas Phocus ibi erexerat.

Ἐκεῖσε γὰρ καὶ τέσσαρες εἰκόνες, &c.) Perperam in Cod. Reg. 1. legitur *ἐκεῖσε γὰρ καὶ τέσσαρες κίονες*; nam non columnæ ſed imagines quatuor, Conſtantini & Helenæ ibi viſebantur.

pag. 484.

Ὁ δὲ Ἡράκλειος ἐλθὼν, καὶ κρατήσας, ἐτίμησε τὸν ναὸν, καὶ ἐσκέπασεν αὐτὸν) Anonymus noſter, & Codinus Heraclium ajunt, ubi in urbem venit, ac rebus fuit potitus, ornaviſſe S. Phocæ Eccleſiam tectoque operuiſſe, &, commutato nomine, S. Apoſtolo & Evangeliſtæ Joanni dicaviſſe: Codex vero Colbertinus aliter habet, traditque non ab Heraclio, ſed a Romano Lacapeno abſolutam, & S. Joanni Theologo dicatam: *ἀνήγειρε τοῦτον καὶ ἀνεπλήρωσε Ρωμανὸς ὁ Λακαπηνὸς καὶ ναὸν εἶναι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου προσέταξε, καὶ ἐν τῷ τοῦ ὀνόματι εἰς ἀεὶ τιμᾶσθαι ἐδίδαξε, καθὰ δὴ καὶ μέχρι σήμερον τοῦ ἁγίου τοῦ Θεολόγου ἐπικέκληται*.

30. *Καὶ μετωνομάσθη εἰς τὸ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου*) *Διίππιον* cognominatam fuiſſe eccleſiam S. Joannis Apoſtoli tradit Nicetas in Alexio Manuelis F. quod Dibippio contigua erat: *Ἐκ τοῦ μεγάλου*, inquit, *παλατίου κατὰ τὸ περίορθρον ἐνδημήσαντες, ἀσπάζονται τὸν τοῦ Θεολόγου Ἰωάννου ναὸν, ᾧ τὸ ἐπίκλην Διίππιον*. *Diluculo Palatio egreſſi, Joannis Theologi templum quod Dibippium appellant, occupant*. In Menæis pariter & Synaxariis XXVIII. Martii hujus ædis S. Joannis Theologi *ἐν τῷ Διιππίῳ* mentio occurrit. Petrus Gyllius lib. 2. cap. XXIII. inquit: Conſtantinopolitani cam eſſe ædem S. Joannis Theologi putant, ubi jam leonea Regis ſtabulantur, vicinam Hippodromo, & Foro Cupedinis, ſito prope Sophiam, olim Auguſtæo nuncupato.

Σφωράκιος πατρίκιος ἔκτισεν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου, καὶ Θεοδοσίου υἱοῦ αὐτοῦ) Sphoracius Patricius Conſul fuit cum Herculano an. 2. Marciani Imperatoris, ut tradit Scriptor Chronici Alexandrini pag. 740. E. R. & Concilio Calcedonenſi interfuit, ut eſt in eadem Synodo act. 1. Eumdem Panvinius in Faſtis Conſularibus Aſporatium appellat, ac prænominatum fuiſſe Flavium tradit. Conſul fuit in Oriente Olymp. 307. anno 3. urb. conditæ 1203. Chr. Domini 452. Aſporatius item nuncupatur in ſubſcriptione L. XXIII. Cod. de Epiſ. & Cleric. At in ſubſcriptione legis latæ, a Marciano anno ſecundo ſui Imperii quam Leunclavius in Notis ad ſynopſin Baſilic. pag. 93. E. R. refert, Sphoracius dicitur; ut & Scriptoribus Byzantinis, qui ædes aliquot ſacras *ἐν τοῖς Σφωρακίου* recenſent. Præter hanc ædem ſacram S. Theodori Sphoracii appellatam, fuit Conſtantinopoli domus pulcherrima & ampliſſima, atque tractus, *τὰ Σφωρακίου* dictus: teſtis eſt Nicetas Choniates de ſtatu urbis poſt expugnationem, Auctor incertus poſt Theophanem pag. 436. E. R. Hanc ædem S. Theodori haud procul abiiſſe a Magna Eccleſia liquet; ſiquidem Octagonum, cui vicina fuit, in eo tractu extitit; de quo quidem Anonymus noſter, qui, ordine ſervato, urbem deſcribit, ſequenti capite agit.

Εκαυσε δὲ ἕνα τινὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας τ κατηχουμένων, &c.) Cod. Colbert. ἐν δὲ ἑνὶ τινὶ μέρος τ ἐκκλησίας τῶν κατηχουμένων ἀπέθηκε κειμήλια χρυσᾶ. Codinus vero, αἱ δὲ σε μέρος τῶν τινῶν τῶν κατηχουμένων τ ἐκκλησίας, &c. Ita & Cod. Reg. a.

Καὶ παρῆλθον χρόνοι ρλγ'. ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις τ Μαυρικίου ἀνεκαίνισθη, &c) Ita ex Codino: perperam enim legitur in Codice Reg. t. & a. & in Cod. Colbertino, ἐ παρῆλθον χρόνοι ρλγ', ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις τ Μαυρικίου, στίσαν ἀνήγειρε, κτίσας ἢ εὐκτήριον τ ἁγίου Γεωργίου. Siquidem partem hujus templi igne conſumptam reſtituit Mauricius. An incendio illo aotea in ſeditione Victoriatorum, quando Octagonum incenderunt cum aliis quampluſimis ædibus ſacris ac profanis, etiam abſumpta ſit ædes S. Theodori Sphoracii non ſatis liquet ex Chron. Alex. pag. 778. B. R. ἔκαυσαν τ Οκτάγωνον, ἢ ἀπὸ τ πυρὸς ἐκαύθη τὰ πέριξ τ ἁγίου Θεοδώρου τ Σφωρακίου δίχα τ σκευοφυλακίου τ ὁρμίου τ ἁγίου οἴκου. *Et incenderunt Octagonum, eodemque igne abſumpta ſunt loca quæ templa ſancti Theodori Sphoracii cognomine circumjacent, præter Sceuophylacium ſacræ ædis.*

Κτίσας ἢ εὐκτήριον τ ἁγίου Γεωργίου) Illud forſan Oratorium S. Georgii Mauricius extruxit, quod in Deutero ponunt Synaxaria ad xxiii. Apr. τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ τῷ ὄντι ἐν τῷ Δευτέρῳ.

Edit. Pariſ. pag. 485. Καὶ σύλλεκτοι ἢ ἀναλαμβανόμενοι ταῦτα ἐποίησαν αὐτ Ιλλύστριον, ἀπ' αὐτῷ ἐ χρήματα λίτρας λ') Cod.
31. Colbertinus, ἢ σύλλεκτοι ἐ ἀναλαβόμενοι ταῦτα, &c. Codinus vero, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐδωρήσατο αὐτῷ κτήματα, ἢ ἐποίησεν αὐτὸν Ιλλούστριον. Hic manifeſto liquet non modo Illuſtrium titulum obtinuiſſe dignitatum ſumma faſtigia, ſcilicet Præfectos Prætorii, Urbis, Annonæ, Sacri cubiculi, Magiſtros Officiorum, magiſtros militum, Comites Sacrarum Largitionum, Rerum privatarum, Quæſtores, &c verum etiam *Illuſtratum* fuiſſe peculiarem titulum quo qui donabantur, ſummarum dignitatum gradum, licet nulla ex iis ornarentur, obtinebant. Ita & Ducangius docet.

Ανήγειρε δὲ ὁ αὐτὸς Σφωράκιος ἐ τ Πρόδρομον τ εἰς τ κόγχην τ ναοῦ τ ἁγίου Θεοδώρου τυγχάνοντα) Id eſt, *excitavit item idem Sphoracius Præcurſoris ſtatuam quæ in concha templi Sancti Theodori erecta eſt*: Hęc omnino in Codino diverſa; τ Πρόδρομον τ εἰς τ Κόγχην, ὁ αὐτὸς Σφωράκιος ἀνήγειρε; quod Lambecius vertit; *Idem Sphoracius ædificavit quoque templum S. Joannis Præcurſoris, in Conche*: Hac Codini lectione deceptus Ducangius Præcurſoris ædem in Conche non diverſam opinatur eſſe ab illa S. Joannis Baptiſtæ in tractu Sphoracii, de qua mentio occurrit in ſynaxariis ad xiv. Februarii, & xxiv. Junii. Quid vero ſit κόγχα, nec Lambecius, nec Ducangius aperit. Ex eorum tamen ſilentio fas eſt conjicere κόγχην exiſtimaſſe utrumque tractum aliquem Urbis fuiſſe; ea enim doctrina, & eruditione uterque erat, ut non abſque crimine quiſpiam ſuſpicari poſſit, ab illis ignoratum eſſe, Concham in templis non aliud eſſe, quam partem illam quæ in Conchæ formam ſuperne ſinuatur, præcipue illam in qua erat Bema ſeu locus altaris. Igitur cum nullus in Urbe fuerit tractus Conchæ appellatus, quod ſciam, & Concham partem eſſe templi conſpicuum ſit, optime habet Scriptoris noſtri narratio: *Idem etiam Sphoracius excitavit, Præcurſoris ſtatuam, quæ in Concha templi S. Theodori erecta viſitur*: cum inſuper noſtræ lectioni faveat Cod. Colbertinus, qui eadem omnino ac Reg. a. habet.

Τὸ δὲ Τετραδίσιον Οκτάγωνόν ἐστιν ὡς ἔδειπο, &c.) Hæc paulo diverſa in Codino habentur; τὸ δὲ Τετραδίσιον, τὸ Οκτάγωνον, τὸ πλησίον τ Χαλκῆς, στοαὶ ὑπῆρχον ὀκτὼ, ὅπου κατεμερίσθησαν πάντες, ἐν οἷς ἦσαν διδασκαλεῖα πάσης γραφῆς, ὅς εἶχον εἰς συμβουλὴν οἱ κατὰ καιρὸν βασιλεύοντες. καὶ δίχα τ αὐτῶν συναινέσεως οὐδὲν ἐποίουν τούτων ἐξ ὧν ἢ πολλοὶ ἐγίνοντο Πατριάρχαι ἢ Αρχιεπίσκοποι. δὲ οὗτοι ἢ κατὰ διαδοχὰς οἱ τοιοῦτοι διδάσκαλοι διαρκέσαντες ἔτη υιδ'. μέχρι τοῦ δεκάτου χρόνου Λέοντος τ Συριγενοῦς τοῦ πατρὸς Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλλίνου, &c.

Καὶ διδάσκαλοι ἐκεῖσε ὑπῆρχον οἰκουμενικοί) Cod. Colbertinus habet, ἢ διδασκαλεῖον ἐκεῖσε ὑπῆρχεν οἰκουμενικόν, id eſt Academia, ſeu Gymnaſium publicum: vulgo Univerſitas. Codinus vero, ἐν οἷς ἦσαν διδάσκαλοι πάσης γραφῆς. Διδάσκαλοι οἰκουμενικοὶ verti *Doctores omnium ſcientiarum*: Sed fateor οἰκουμενικοὶ ambiguum hic; ſiquidem & ad ſcientias referri poteſt, & ad Doctores; etenim διδάσκαλος οἰκουμενικὸς, apud Conſtantinopolitanos dicebatur præcipuus inter Doctores, ſeu qui duodecim Doctoribus in omni ſcientiarum genere inſignibus præerat, habitabatque una cum duodecim ſociis in Bibliotheca; quam poſtea impius Leo Iſaurus, cum Oecumenicum & duodecim ſocios in ſuam hæreſim pertrahere nequiret, nocte igne appoſito una cum Oecumenico ac Doctoribus combuſſit, ut narrant Zonaras, Cedrenus, Manaſſes, Glycas, &c. unde ſi Anonymo fides præſtanda Bibliothecam in Octagono extitiſſe ſatis conſtat.

Πλησίον δὲ τοῖς Βασιλικοῖς ἦν) Cod. Colbertinus πλησίον δὲ ἦν τ Βασιλικῆς πόρτης, proxime ſcilicet portam Regiam ſeu Imperatoriam, ſeu Portam Baſilicam, quam Ducas vicinam fuiſſe ait illi parti mœnium, quam in ultima urbis obſidione tuendam acceperat Lucas Notaras Magnus Dux. Codinus vero habet; τὸ πλησίον τῆς Χαλκῆς. Proxime autem quam Baſilicam fuerit Octagonum, licet Anonymus noſter non declaret, cum plures eſſent in Urbe Baſilicę, ſatis docemur ex Chronico Alexandrino; ἢ ὁρμήσαντες, inquit, ἐν τοῖς βαλλομένοις οἱ ὄχλοι, ἦλθον αὐτοὶ εἰς τ Οκτάγωνον τ ὄντα εἰς μέσον τῶν Βασιλικῶν τῶν Γουναρίων, ἐ τ δημοσίου ἐμβόλου τ Ρηγίου. *Ut viderunt plebeii ſe jaculis ac enſibus appeti, venerunt ad Octagonum ædem ſic dictam, quæ erat in medio Baſilicæ Gunariarum, & publicæ Porticus quam Regiam vocat.* pag. 486.

Καὶ διήρκεσαν ἔτη υιδ'. μέχρι τοῦ δεκάτου χρόνου Λέοντος τοῦ Συριγενοῦς) *Duravitque quadringentos quatuordecim annos, uſque ad decimum annum Imperii Leonis Syri.* Codinus haud multum diverſa. οἱ δὲ τοιοῦτοι κατὰ διαδοχὰς οἱ τοιοῦτοι διδάσκαλοι διήρκεσαν ἔτη υιδ'. μέχρι τοῦ δεκάτου χρόνου Λέοντος τοῦ Συριγενοῦς Quod Lambecius vertit: *Duravit autem iſta Doctorum ſucceſſio centum & quatuordecim annos, uſque ad decimum annum Imperii Leonis Syri.* Ita accidit ut ſæpe viri doctiſſimi in rebus facillimis errent. An ignoraverit Lambecius υ'. notam eſſe quadringentorum: quod ignorare ipſos Grecitatis tyrones credere non licet? Hinc Ducangius, qui non textum ſed verſionem, probabile eſt, legerat, in Gloſſario med. & inf. Græc. v. Διδάσκαλος, citato prædicto Codini loco, inquit: *Inde videri conſtit tum primum inſtitutos Doctores (ſi quidem fides aliqua adhibenda Græculis iſtis Scriptoribus) a Mauricio circa annum 587.* Qui ſi textum legiſſet, facili ſane negotio & lapſum Lambecii deprehendiſſet, & initium illius quadringentorum & quatuordecim annorum ſpatii repetendum comperiſſet a ſeptimo anno Imperii Conſtantini Magni, Chriſti vero 313. Et quamvis neque hoc annorum ſpatium optime congruat cum anno Chriſti 313. nam nondum aggreſſus fuerat Conſtantinus novam Romam ædificare, cum in Germania eo ipſo anno commoraretur; tamen hinc videre licet Auctorem exiſtimaſſe Conſtantinum conditorem Octagoni, ac Doctorum inſtitutorem, erraſſe vero in Chronologia, ut ſæpe Græcalis accidit.

Κατέκαυσαν αὐτοὺς, ἢ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δέκα ἓξ μοναχοὺς) Codinus habet κατέκαυσαν αὐτοὺς ἅμα τοῖς οἰκήμασι, δεκαὲξ ὄντας, χρήματι μοναχούς. Cod. vero Colbertinus κατέκαυσαν αὐτοὺς, ἢ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας ἑτέρους ις'. μοναχούς. Unde apparet præter Oecumenicum & duodecim ſocios, in Octagono igne conſumptos fuiſſe ſexdecim etiam Monachos, ibi commorantes. Cæterum anno ſexto Juſtiniani conflagraſſe eo incendio Octagonum, quod accidit in ſeditione Victoriatorum, teſtatur Scriptor Chronici Alexandrini, ἢ ἔκαυσαν τὸ Οκτάγωνον, ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πυρὸς ἐκαύθη τὰ πέριξ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τ Σφωρακίου, δίχα τοῦ σκευοφυλακίου τοῦ ὁρμίου τοῦ ἁγίου οἴκου. *Et incende-* 32.

cenderant Octagonum, & eodem igne conflagrarunt ædes adjacentes templo S. Theodori, quod Sphoracii nuncupatur, præterquam Sceuophylacium ſacræ ædis. Teſtis item Cedrenus pag. 359. E. R. Τότε δὲ ἐνεπρήσθη καὶ τὸ Ὀκτάγωνον, καὶ τὸ Λοῦτρον τοῦ Σεβήρου, τὸ λεγόμενον Ζεύξιππος. *Tunc conflagravit & Octagonum, & Balneum Severi, quod Zeuxippus dicitur.*

Τὰ δὲ Λαύσου, οἶκον ἦν Λαύσου Πατρικίου καὶ πραιποσίτου) Lauſum hunc putant viri eruditi eum eſſe, cui Palladius Epiſcopus Helenopoleos hiſtoriam de ſanctis Patribus Eremitis ac Monachis a ſe conſcriptam dicaverat, quam de ejus nomine Lauſiacam nuncupari voluit. Ejuſdem Lauſi mentio occurrit in Actis S. Melaniæ apud Surium xxxi. Januarii. Palatium vero ipſum Lauſi Lauſiacum tantum nonnonquam appellatur. Vide Porphyrogeniti lib. de Adm. Imp. cap. L. & aliquando Triclinium Lauſiacum dicitur Scylitzæ in Leone Armeno, in Theophilo, & in Baſilio Macedone. Lauſiacum Palatium in Media urbis platea, haud procul a Foro Conſtantini extitiſſe indicat Chronicon Alexandrinum.

Ἐκεκόσμητο δὲ αὐτὸ διὰ ποικίλων μικρῶν κιόνων καὶ μαρμάρων) Præter columellas, ac varia pretioſaque marmora queis exornata erat Lauſiaca domus, Cedrenus nonnulla ſimulacra affabre facta, quibus ornabatur Lauſiacum, recenſet, unde appoſite ejuſdem Cedreni Lauſi deſcriptio hic adſcribitur. Ὅτι, inquit, ἐν τοῖς Λαύσου ἦσαν οἰκήματα παμποίκιλα. καὶ ξενοδοχεῖά τινα, ὅπου ὁ Φιλόξενος ἐχορήγει τὸ ὕδωρ, ὅθεν ἔσχε τὴν κλῆσιν. Ἵστατο δὲ ἐκεῖ τὸ ἄγαλμα τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς τετράπηχυ ἐκ λίθου σμαράγδου, ἔργον Σκύλλιδος καὶ Διποίνου τῶν ἀγαλματουργῶν. ὅπερ ποτὲ δῶρον ἔπεμψε Σέσωστρις Αἰγύπτου τύραννος Κλεοβούλῳ τῷ Λινδίων τυράννῳ. καὶ ἡ Κνιδία Ἀφροδίτη ἐκ λίθου λευκῆς, γυμνή, μόνην τὴν αἰδῶ τῇ χειρὶ περιστέλλουσα, ἔργον τοῦ Κνιδίου Πραξιτέλους. ἡ δὲ Σαμία Ἥρα, ἔργον Λυσίππου καὶ Βουπάλου τοῦ Χίου, καὶ Ἔρως τόξον ἔχων, πτερωτός, Μύνδοθεν ἀφικόμενος. καὶ ὁ Φειδίου ἐλεφάντινος Ζεύς, ὃν Περικλῆς ἀνέθηκεν εἰς ναὸν Ὀλυμπίων. καὶ τὸ τοῦ χρόνου μιμούμενον ἄγαλμα, ἔργον Λυσίππου, ὀπισθόκρανον φαλακρόν, ἐμπρόσθιον δὲ κομῶν. καὶ μονοκέρωτες καὶ τίγριδες, καὶ γρῦπες, καὶ καμηλοπάρδαλεις, ταυρελέφαντες, καὶ κένταυροι, καὶ Πᾶνες. *In Lauſiaca erant domunculæ variæ, & quædam hoſpitum receptacula, ubi Philoxenus aquam ſuggerebat, unde habebat nomen. Stabat etiam ibi ſimulacrum Minervæ Lindiæ ex lapide ſmaragdo, altum cubitos quatuor, opus Scyllidis & Dipœni ſtatuariorum: quod olim donum miſit Seſoſtris Ægyptiorum tyrannus Cleobulo Lindi tyranno. Et Cnidia Venus ex albo lapide, nuda, pudenda manu tegens, opus Praxitelis Cnidii. Et Samia Juno, opus Lyſippi & Bupali Chii. Et Cupido alatus, arcum tenens, Myndo advectus. Et Phidiæ eburneus Jupiter, quem Pericles in templo Olympico dedicarat. Et Occaſionis ſimulacrum occipitio calvo, ſincipite crinito. Monocerotes etiam, & tigrides, & vultures, & camelopardi, taurelephantes, Centauri, ac Panes.* Quæ omnes ſtatuæ Baſiliſco regnante igne conſumptæ ſunt, teſtis eſt idem Cedrenus. De hac Veneria Cnidiæ ſtatua loquitur Porphyrogenitus lib. I. cap. XIV. ἐπ' ἄκρον δὲ τοῦ κόλπου ἀπὸ πόλις Κνιδίων κατῴκισται, καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης τέμενος περιβόητον, ἐν ᾧ περ ἦν τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα, μνημεῖον τῆς Πραξιτέλους τέχνης ἀναμφισβήτητον. *In extima autem ſinus ora Cnidorum urbs habitatur; & celebre templum Veneris, in quo & ejus ſimulacrum, Praxitelis monimentum, omnium citra controverſiam præſtantiſſimum.* Vide quæ de hac ſtatua Veneris Cnidiæ lib. VII. monemus.

Ὁ δὲ τοιοῦτος οἶκος ἐκ τῶν δώδεκα οἴκων ἐτύγχανε τῶν μεγάλων Κωνσταντίνου) Eadem refert Codinus diverſis verbis, ἦτοι δὲ οἶκος ἐκ τῶν δώδεκα τῶν μεγάλων Κωνσταντίνου ὑπῆρχεν. Anonymus n. 8. narrat Conſtantinum Roma avocaſſe quatuor Magiſtros, Adam, Protaſium, Scombrum, Philonenum; & octo Patricios, Probum, Domninum, &c. iiſque in Orientali expeditione degentibus Conſtantinopoli ſamtibus domos ædificari curaſſe, per omnia ſimiles illis, quas Romæ reliquerant. Ex his igitur duodecim domibus, hanc eſſe unam, quam Anonymus noſter, & ex eo Codinus hoc loco ait nuncupatam fuiſſe *Lauſi*. Ita & Lambecio placuit; licet Ducangius hoc deſpiciat ceu Græcali commentum, inquit enim pag. 132. lib. II. Conſtantinop. Chriſtianæ. *Verum quod ſubdit unam fuiſſe ex duodecim ædibus, quas Conſtantinus Magnus, pro totidem Senatoribus Romanis, qui cum eo in Thraciam conceſſerant, ædificarat, non cohæret cum Arcadii imperio, ſub quo vixiſſe Lauſum volunt, &c.* Equidem & ipſe faterer commentitiam narrationem, ſi Anonymus & Codinus Lauſum ſub Arcadio Lauſiaci conditorem aſſererent. At neque non condidiſſe Lauſiacum ſed variis pretioſiſque marmoribus ac columellis ornaſſe Lauſum tradunt. Neque obſtat, quod ait a Lauſo nomen obtinuiſſe; nihil enim magis obvium in Originibus Conſtantinopolitanis, quam crebra nominum mutatio, aliquando enim a conditore, aliquando a poſſeſſore, nonnunquam a tractu, vel quid ſimile nomen accepiſſe ædificia videmus: exemplo ſit Portus Julianus, qui ab origine Portus novus fuit appellatus, deinde Juliani, Sophiæ, Bucoleontis, Neorii, &c. Ita & Lauſi Palatio nihil repugnat, quin a Conſtantino conditum fuerit; dein vero Lauſo habitatum, ac exornatum, a quo & nomen accepit.

Πλησίον δὲ τῆς ἀψίδος τοῦ Μιλίου ἵστατο ἔφιππος ἵστατο Τραϊανοῦ, &c.) Codinus pariter apud Arcum Milliarii ſtetiſſe ſtatuam equeſtrem Trajani refert, & proxime hanc aliam ſimiliter equeſtrem Theodoſii Junioris; Cedrenus vero a tergo Conſtantini ac Helenæ ſtatuarum, quæ in Milliarii fornice erectæ erant, narrat ſtetiſſe ſtatuam equeſtrem Trajani, & prope hanc aliam Ælii Adriani pariter equeſtrem.

Ὁ δὲ φόρος εἰς μίμησιν τοῦ Ὠκεανοῦ ἐκτίσθη κυκλοειδής) pag. 488.
Diverſa hæc in Codino habentur; λέγουσι δὲ περὶ τὸ φόρον, ὅτι εἰς μίμησιν τοῦ Ὠκεανοῦ ἐκτίσθη κυκλοειδής, καὶ ψεύδονται οἱ τοῦτο λέγοντες. τὴν γὰρ αἰτίαν ταύτην, ἄνω προειλήφαμεν εἰπόντες. Anonymus noſter n. 37. & Codinus n. 46. Forum Conſtantinianum formatum fuiſſe tradunt, inſtar circuitus tentorii ſeu tabernaculi Conſtantini Magni, quod eo in loco defixit, quando venit Conſtantinopolim; ad quod reſpiciens Codinus, falſo, inquit, nonnulli putant, forum ad imitationem Oceani circulari forma conſtructum eſſe: veram enim formæ ejus cauſam nos ſupra expoſuimus. Cæterum cum in nova Roma plurima Fora & Atria eſſent circumcincta porticibus ac præclaris ædificiis, fornicibus, columnis, & ſtatuis ornata, quibus Urbs præ cæteris elegantior reddebatur, animadvertendum putavi hic Anonymum loqui de Foro quod Conſtantinus magnus extruxit, in ea urbis parte, ubi antea Byzantii veteris portæ & mœnia erant; atque adeo porticibus, ſimulacris, aliiſque illuſtrioribus totius orbis monumentis undequaque advectis exornavit, ut inter præcipua Urbis ædificia a Conſtantino extructa numeraretur; ac de ejus nomine CONSTANTINI appellaretur. Vetus Urbis Deſcriptio CONSTANTINI Forum partim in ſexta partim in octava Regione ponit. 33.

Ὅτι ἐν τῇ ἀψῖδι τῆς καμάρας τοῦ φόρου ἵστανται δύο, &c.) Codinus vero ἵστατο ut ſæpe alias: plura quippe monumenta Anonymus noſter recenſet quæ ſua ætate adhuc extabant; Codinus vero ea didicit ex aliorum ſchedis, quas ſæpe ad verbum exſcripſit, nulla Auctoris mentione facta.

Καὶ σταυρὸς μέσον αὐτῶν, γραίφων) De ſtatuis Conſtantini ac Helenæ in fornice cameræ Fori erectis, quarum in medio crux viſebatur loquitur Nicephorus Call. lib. VIII. cap. XXXII. Suidas v. Ἐλένη. Γραίφων vero pro ἐν τῷ γύρῳ. Sæpe enim alias apud Anonymus & Codinum hac ſignificatione occurrit, ut probe monuit & Lambecius.

Καὶ δύο ταχυδρόμων ἵστανται στῆλαι πτερωταί) In Codino vero legitur: ὁμοίως καὶ δύο ταχυδρόμων στῆλαι πτερωταί, ἱστάμεναι δὲ παρὰ τοῦ τὸν φόρον 34.

Edit. Pariſ. pag. 487.

ἐνταρχωμένῳ. Quod ſcribendum ait Lambecius ex Codice Vaticano, ταχυδρόμων σῆλαι πτερυγωταί. Ego vero noſtræ lectioni inhæreo, cum eadem ſignificent πτερωταί, & πτερυγωταί, atque una cum Lambecio puto binas illas ſtatuas alatas Angelos repræſentaſſe, quibus ad exprimendam eorum celeritatem, alas tribuit Antiquitas; cum iiſdem verbis ſæpe alias Angelos exprimat Anonymus noſter. Quod autem ad hoc comprobandum congeſſit Doctiſſimus Lambecius vide Codini notas num. 32. non enim aliorum ſcrinia expilo. Svidæ vero interpretem, quod ipſe omiſit, corrigendum puto in v. Ἑλένη, ubi de ſtatua Conſtantini & Helenæ, ac cruce, quæ inter utroſque viſebatur refert, καὶ δύο ταχυδρόμων σῆλαι ὁμοίως. Quod perperam interpretatum eſt: *Item eodem modo in Foro ſtabant columnæ duæ velocium curſorum*: Non enim σῆλαι hic columnas denotant, ſed ſtatuas; neque ταχυδρόμων velocium curſorum ſed Angelorum, quo ſenſu hac voce ſæpe alias utitur, ut dixi, ad ſignificandos Angelos Anonymus noſter, necnon alii recentiores Scriptores.

Ὅτι εἰς τὸ βόρειον μέρος τοῦ φόρου ἵσταται σταυρὸς, &c.) Perperam legitur in Cod. Reg. 1. ἵστατο. Codinus habet ἵσταται. Vide Anonymum hac de re infra num. 40.

Καὶ ἐν τοῖς ἀκρωτηρίοις στρογγύλοις μήλοις) Codinus, καὶ ἐν τοῖς ἀκρωτηριασμένοις μέρεσι στρογγύλοις, μήλοις. Ita & Cod. Reg. 2. & Colbertinus.

Περὶ τῶν δύο σταυρῶν τῶν κεχωσμένων) Titulus hic aliter in Codino habetur. Περὶ τῶν δύο σταυρῶν τῶν λῃστῶν, καὶ τῶν βάθρων τοῦ ὀχήματος μύρου.

Ὅτι κατωθεν τοῦ κίονος τοῦ φόρου κεχωσμένοι εἰσὶ ἄνω οἱ δύο σταυροί) Ita reſtituimus ex ſequentibus; nam paulo infra loquens de Palladio habet: κατωθεν δὲ τοῦ κίονος τοῦ φόρου ὑπάρχει τὸ Παλλάδιον τοιχίον καὶ ἕτερα πολλὰ ἀξιομνημόνευτα. Ita habet & Chronographus noſter; ἐν τῷ φόρῳ κατωθεν τῆς μεγάλης σήλης, &c. ubi pro σήλης, πύλης in MS. corrupte legitur, uti infra monemus. Itaque reddo *In inferiori parte columnæ Fori depoſitæ erant duæ cruces*, &c. In Cod. Reg. 1. legitur: ὅτι κατωθεν τοῦ φόρου κεχωσμένοι εἰσὶν οὗτοι οἱ δύο σταυροί: ſcilicet *In inferiori parte Fori ſeceſſim poſitæ ſunt duæ cruces*. Perperam quidem apud Svidam v. φόρος habetur δύο στρατηγοί τῶν δύο λῃστῶν: optime vero Æmilius Portus in Notis ex conjectura legendum ait, δύο σταυροί pro δύο στρατηγοί. Ex quidem duas illas cruces in inferiori parte columnæ Fori depoſitas, duorum Latronum cruces fuiſſe, qui una cum Chriſto cruci affixi ſunt, patet cum ex Svida, tum ex hiſce Chronographi verbis: ἔνθα καὶ τῶν δύο λῃστῶν, τῶν συσταυρωθέντων τῷ Χριστῷ αὐτῷ τῷ τόπῳ κεχωσμένοι εἰσὶν ἕως τῆς σήμερον.

Καὶ τὸ βίκιον τοῦ μύρου, ᾧ ἠλείψατο ὁ Ἰησοῦς) Codinus οὗ ἠλείψατο. Svidas ibidem ὃ ἠλείψατο perperam.

Ἀσφαλισθέντα δὲ παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου) Ita habet & Codinus. Perperam legitur apud Svidam ibidem, ἀφανισθέντα. Theodoſius enim ea quæ Conſtantinus poſuerat non abſtulit, ſed firmius dumtaxat conſiſtere fecit. Ἀσφαλισθέντα δὲ παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. Lambecius vertit; *Theodoſius magnus, quo tutius aſſervarentur, inde abſtulit*.

Περὶ τοῦ ἅρματος τοῦ ἡλίου) Titulus hic in Codino aliter conceptus habetur; Θέαμα δεύτερον πλησίον τοῦ Μιλίου.

35. Ὅτι τὸ ἅρμα ἡλίου ἐν τέτρασιν ἵπποις πυρίνοις ἱστάμενον παρὰ δύο στηλῶν, &c.) Ita ex Cod. Regio 2. & Cod. Colbertino: perperam enim legitur in Cod. Reg. 1. Ὅτι τὸ ἅρμα ἡλίου ἐν τέσσαρσιν ἵπποις πυρίνοις ἀντιπαίνοις περὶ δύο στηλῶν ἐκ παλαιοῦ ὑπάρχειν ἐν τῷ ἀρχαίῳ Μιλίῳ. Codinus vero habet, ὅτι ἐν τῷ Μιλίῳ ἐν τέτρασιν ἵπποις πυρίνοις, ἅρμα ἡλίου ἱστάμενον παρὰ δύο στηλῶν, ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων ὑπῆρχε. Quod Lambecius vertit, *In Milliario jam inde ab antiquis temporibus ſupra duas columnas ſtabat currus Solis, quaſi volans, cui juncti erant quatuor equi coloris ignei*. Ita & in Svida legitur, præterquam vox Ἡλίου perperam omiſſa eſt. Chronographus vero noſter habet: ἐν τῷ αὐτῷ Μιλίῳ ἡλίου ἀεὶ ἅρμα ἦν, &c. vide Spectaculum ſecundum.

Ἔνθα εὐφημίσθη Κωνσταντῖνος ἐν τῷ νικῆσαι Ἀζώτιον) Ita reſtituimus ex Svida; perperam enim legitur in Codicibus Regiis; ἔνθα εὐφημίσθη Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐν τῷ νικῆσαι Ἀζώτιον. Perperam & Codinus habet, ἔνθα εὐφημίσθη ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, μετὰ τὸ νικῆσαι Ἀζώτιον. ἐκεῖ δὲ καὶ Βύζας ἐκεῖσε εὐφημίσθη. Svidas: ἔνθα εὐφημίσθη Κωνσταντῖνος μετὰ τὸ νικῆσαι Ἀζώτιον. ἐκεῖ δὲ καὶ Βύζας ἐκεῖσε εὐφημίσθη. Æmilius Portus male hæc ad Conſtantinum magnum refert, & ad Byzantem Byzantii conditorem; nam Conſtantinus hic celeberrimus aurigarum fuit in quem aliquot Epigrammata habentur a nobis hic edita lib. VII. licet Chronographus noſter adferat verſus ex Epigrammate in Porphyrium, unde Lambecius Porphyrium pro Conſtantino legendum putat; ac cum in omnibus MSS. quos conſului, cum Anonymi, tum Codini & Svidæ Conſtantinus legatur, textui noſtro inhærere volui; Chronographum vero unius Epigrammatis alterius vice carmina per errorem adtuliſſe puto. μέγας quod in Cod. Reg. 1. legebatur ſuſtulimus, & Ἀζώτιον pro Ἀζώτιν ex Svida reformavimus, de cætero lectionem codicis Reg. 1. ſecuti.

Κατηνέχθη δὲ τὸ ἅρμα ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, δορυφορούμενον καινίδιον μικρὸν, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. male enim legitur in Cod. Reg. 1. κατηνέχθη δὲ τὸ ἅρμα ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, ἐδορυφορεῖτο καινὸν· κατεσκευάσθη παρὰ τοῦ αὐτοῦ ὑπὸ ἡλίου φερόμενον τύχη τῆς πόλεως, ἐστεφανωμένην ἐξῄει. Codinus vero habet, κατηνέχθη δὲ τὸ ἅρμα ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ δορυφορούμενον, σηλίδιον καινὸν παρὰ Κωνσταντίνου κατασκευασθὲν ὑπὸ ἡλίου φερόμενον, τύχη πόλεως εἰς τὸ σίγμα εἰσῄει, ἐστεφανωμένη ἐξῄει. Quod perperam Lambecius vertit: *Ubi vero ille currus in Hippodromo ſubverſus fuit, fecit Conſtantinus novam*, &c. κατηνέχθη *deductus eſt*, vertimus, & optime congruit cum eo quod legitur in Chronico Alexandrino: ποιήσας, inquit, ἑαυτῷ ἄλλην σήλην ξοανὴν κεχρυσωμένην βαστάζουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν Τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως, καὶ αὐτὴν κεχρυσωμένην, κελεύσας κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῦ γενεθλιακοῦ Ἱππικοῦ εἰσιέναι τὴν αὐτὴν τοῦ ξοάνου σήλην δορυφορουμένην ὑπὸ τῶν στρατευμάτων μετὰ χλαμυδίων καὶ καμπαγίων, πάντων κατεχόντων κηροὺς λευκοὺς, καὶ περιέρχεσθαι τὸ ὄχημα τὸν ἄνω Καμπτὸν, καὶ ἔρχεσθαι εἰς τὸ σκάμμα ἀντικρὺ τοῦ βασιλικοῦ Καθίσματος, καὶ ἐπεγείρεσθαι (τὸν) κατὰ καιρὸν Βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν τὴν σήλην τοῦ αὐτοῦ Βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ αὐτῆς τῆς Τύχης πόλεως. *Cumque aliam ſibi confeciſſet ex aureo aſſili ſtatuam auratam, quæ manu dextra ipſius Urbis Fortunam geſtabat, ipſamque inauratam, præcepit, ut eo die quo Circenſes ob Urbis Natalem ederentur, introiret eadem ſtatua marmorea, deducta a militibus, lænis & campagis indutis, cunctis cereos albos deferentibus: utque currus quo ſtatua vehebatur ſuperiorem Flexum circumiret, & ad Scamma progrederetur ex adverſo Imperatorii Tribunalis: utque Imperator qui tempore illo regnaret, e ſolio aſſurgens, ſtatuam adoraret ejuſdem Imperatoris Conſtantini, ipſiuſque Fortunæ Urbis*. Hinc corrigendus eſt Svidas, qui male habet εἰς τὸ σῆμα pro σκάμμα; & Æmilii Porti interpretatio, quæ ſic habet: *Cum autem ille currus in Hippodromum delatus eſſet, ſatellitibus ſtipatus, ſigillum novum a Conſtantino paratum eſt, quod a Sole ferebatur, & fortuna Civitatis in ejus os ingrediebatur, & ipſum ſigillum coronatum egrediebatur*. Omnia perperam: ſic vero. *Cum autem ille currus in Hippodromum deductus eſſet, ſatellitibus ſtipatus, novum ſigillum Fortunam Urbis referens a Conſtantino confectum eſt, quod a Sole geſtatum Tribunal Hippodromi ingrediebatur, indeque coronatum egrediebatur*. Præter igitur ſtatuam illam Porphyreticæ columnæ Fori impoſitam, radios in capite habentem, ex Phrygia deductam, aliam etiam ſibi fecit marmoream, dextra ſimulacrum auratum Fortunæ Urbis geſtantem, radiato capite, unde Scriptor noſter ait ὑπὸ ἡλίου φερόμενον. Apollineo quippe habitu radiatus in nummis aliquot Conſtantinus viſitur, cum hac inſcriptione

Edit. Pariſ. pag. 489.

pag. 490.

Digitized by Google

CLARITAS REIPUBLICÆ; geſtans vero victoriolam in nonnullis aliis (nuſquam vidi Fortunam geſtantem) cum hac inſcriptione VICTORIÆ AUGGG. &c. uti videre eſt tomo ſecundo.

Στάμα) hic ſignificat *τὸ κάθισμα βασιλικὸν τοῦ Ἱπποδρομίου*, *tribunal Hippodromi* in quo Imperator ſedebat, cum ederentur Circenſes ludi. Hac ſignificatione ſæpe occurrit apud Anonymum noſtrum, & Codinum, ut in notis ad eundem monuit Lambecius. Apud alios vero Scriptores Tribunal Hippodromi dicitur *κάθισμα τοῦ βασιλέως*, *κάθισμα βασιλικόν*, *κάθισμα τοῦ Ἱππικοῦ*, *κάθισμα θεωρία βασιλικοῦ*, *βασίλειος θρόνος*, & *θρόνος* tantum apud Leonem Grammaticum. Cæterum quod ait Ducangius lib. I. CP. Chriſt. legendum eſſe *σκάμμα* pro *στάμα* ex Chronico Alexandrino, mihi non probatur; quippe ex contextu ejuſdem Chronici contrarium liquet; narrat enim paulo infra, ſtatuam illam Conſtantini, & Fortunæ Urbis ab Imperatore e ſolio aſſurgente adoratam eſſe; unde conſentaneum eſt ad ejus tribunal advectam.

Αὐτὴ δὲ ἐπὶ κεφαλῆς σταυρὸν εἶχεν, ἣν ἐχώρωσε, &c.) Chronographus noſter in eam inquit foveam dejectam fuiſſe Urbis Fortunæ ſtatuam, quod crucem inſculptam haberet, in quam plurima alia monumenta projecta fuere.

Ἔνθα Ἄρειος ἐχώσθη ἐν θανάτῳ ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ εἰς τὸ Σενάτον ἀπιόντος) Arius cum fraude Imperatorem decepiſſe, ita ut juſſerit Alexandro Epiſcopo CP. eum in Eccleſiam ſine mora recipi; ac poſtridie magno cum faſtu & oſtentatione ad Eccleſiam pergeret, cum in foro non procul a curia abeſſet, ventre ſtimulante ad latrinam abiit: ibique ab Angelo ictus, inteſtina in latrinam egeſſit, turpiſſimam mortem obiens. Vide Cedrenum aliosque Scriptores. Lambecius autem pro *ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ Σενάτου* ſcribendum putat; *ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ Σενάτου τοῦ φόρου*, hoc eſt, *a camera Senaculi, quod eſt in Foro*, ſcilicet Conſtantiniano, ubi ſtabat columna Porphyretica, non vero Conſtantiano, ut Lambecius; In Foro quippe Conſtantini Porphyretica columna

35. Edit. Pariſ. pag. 491. erecta viſebatur; & nullum a Conſtantio Forum ædificatum legimus. Cæterum *ὄπισθεν τῆς ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, ἔνθα ὁ πορφυροῦς ἵδρυται κίων*, *pone Forum Conſtantini, in quo ſtetit columna porphyretica*, memorat Socrates cap. XXV. ubi hæc ſubdit: *Ὁ δὲ ἀφεδρὼν ἄχρι νῦν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει δείκνυται, ὡς ἔφην, ὄπισθεν τῆς ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, καὶ τοῦ ἐν τῇ στοᾷ Μακέλλου*. *Latrina iſta ad hoc uſque tempus Conſtantinopoli pone Forum, ut dixi, Conſtantini, & Macellum in Portico cernuntur*. Vide etiam Adonis Viennenſis Chronicon, Libellum precum Marcellini & Fauſtini pag. 59. item Gregorii Nazianzeni Orationem XXI. Narrat præterea Sozomenus, locum ubi illæ latrinæ erant, emiſſe de publico quemdam virum divitem Arianum, ac in eo ædes extruxiſſe, quo infamem Arii mortis memoriam deleret; ſed vide quæ hac de re infra num. 425.

Πῶς καὶ οἱ παρερχόμενοι ὕδρα καὶ κόπρον ἀφιᾶσιν αὐτῷ τῷ ἐχθίστῳ Ἀρείῳ) Hæc fuſius a Codino narrantur; eodem quippe in loco ait, pium Theodoſium Arium & una cum ipſo Sabellium, Macedonium, & Eunomium ad notandam eorum ignominiam, marmori adeo terræ proximo inſculpi curaſſe, ut a prætereuntibus ſtercore, urina & ſputo conſpurcarentur.

36. *Ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἱ μὲν λέγουσιν*) Ita ex Cod. Vat. cum Lambecio ſeſtitui; In Cod. Reg. 1. ſcribitur, *Ὅτι τὸ Σενάτον ὡς οἱ μὲν λέγουσιν εἶναι τὰ κωδικέλλων φυλακτήριον*, &c. In Reg. 2. *Ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς τὰ κωδικέλλια οἱ πατρίκιοι ἐκεῖσε ἐλάμβανον ἕως Κωνσταντίνου*. Nugatur ſane Chronographus noſter dum ait num. 269. Senatum inde ſic appellatum, quod a quodam Senato conditus fuerit; Senatus ſiquidem ſeu ædes in quam Senatores deliberatum convenire ſolebant, binæ in Urbe extiterunt; altera in Regione ſecunda, altera in ſexta, ut eſt in veteri Urbis Deſcriptione; Utramque ſtructuram videtur adſcribere Conſtantino Magno Heſychius Mileſius dum ait, Conſtantinum Senatorum domus ædificaſſe, eaſque Senatus appellaviſſe. Non igitur a Senato conditore Senatus nomen obtinuit, ſed ſic domus illa dicta fuit, quod in eam ſtatis temporibus Senatus Romanus conveniret ad deliberandum vel ad aliquod aliud reipublicæ munus obeundum, teſtis eſt Zonaras in Leone M. p. 45. E. R. *Καὶ κατέκαυσε πρὸς τοῖς ἄλλοις τόν τε ἐν τῷ Σενάτῳ καλούμενον μέγιστον οἶκον, οὗ ἥ τε γερουσία καὶ οἱ λογάδες συνερχόμενοι ἐβουλεύοντο, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ὅτε τὴν ὑπατικὴν ἀνελάμβανε, ἔργον περιφανὲς καὶ ὑπερκάλλιμον*. *Abſumpſit præ cæteris maximam domum, quam Senatum vocant, in quam Senatus & viri delecti deliberatum convenire ſolebant, & ipſe Imperator cum veſtem conſularem ſumebat, opus illuſtre & ſplendidiſſimum*. Eadem ferme habet & Cedrenus in eodem Leone pag. 384. E. R. Procopius vero lib. 1. de Ædif. cap. X. refert in eandem ædem Senatum Romanum ineunte anno conveniſſe, feſtumque ſolenne ex veteri more & inſtituto celebraviſſe: *ἔνθα δὴ ξυνιὼν ἔτους ἀρχομένου ἡ Ῥωμαίων βουλὴ σύγκλητος ἐπέτειον ἑορτὴν ἄγει, τὰ τῆς πολιτείας ὀργιάζουσα ἀεὶ νόμιμα*. Hæc quidem & quæ in hanc rem habet Anonymus noſter intelligenda ſunt de Senatu, qui in ſecunda Regione erat proxime M. Palatium, M. Eccleſiam, Auguſtæum & Regias Porticus. Sic & Ducangius monuit. Quod vero narrat Chronographus noſter id actum fuiſſe in Foro, licet Forum nude ſæpe accipiatur pro Foro Conſtantini, crederem tamen hic Forum Auguſtæum ſignificari.

Ἕως καὶ οἱ Πατρίκιοι) Additur in Codino *ἕως Κωνσταντίνου*. Chronographus vero noſter ait ad uſque Conſtantini Imperatoris tempora codicillos in Foro Conſules accepiſſe, vide num. 284. Eadem habet & Himerius Sophiſta apud Photium in Bibliotheca num. 243. *Πρῶτος Ὕπατος ἐν τῷ φόρῳ Καλλίστρατος ἐτιμήθη, ἕως βασιλείας Κωνσταντίνου Ὕπατοι κωδικέλλια ἐν τῷ φόρῳ ἐλάμβανον*. In Senatu autem veſtem Conſularem accepiſſe Conſules videtur innuere Cedrenus in Leone M. pag. 348. E. R. de Senatu: *ἐν ᾧ γὰρ καὶ οἱ λογάδες ἐβουλεύοντο, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ τὴν ὑπατικὴν ἐλάμβανε στολήν*, *in quo ſelecti Senatores conſilia ſua agitabant, & Imperator intrabat, cum veſtem Conſularem induebat*. Eadem pag. 492. ferme habet Zonaras loco paulo ſuperius citato. Quod vero attinet ad Codicillos ſeu tabulas Codicillares Conſulum, eam quatuor ab hinc annis Compendii eſſem, vidi in gazophylacio Eccleſiæ noſtræ ſancti Cornelii inſigne diptychum ſeu tabulas Conſulares, quas una cum aliis reliquiis, ac rebus pretioſiſſimis eidem Eccleſiæ Carolus Calvus dono dedit. Hoc autem diptycham una cum altero Compendienſi poſtmodum in æs incidi curavit doctiſſimus Mabillonius noſter, ac tertio Annalium Benedictinorum tomo exhibuit; cujus quidem utriuſque tabulæ cum nobis copiam fecerit doctiſſimus Ruinartus noſter, hic iterum, commodo lectoris conſulentes, eas exhibemus, una cum explicatione doctiſſimi Mabillonii. Sic igitur ille tomo citato pag. 225. Præter alia cimelia, idem quoque Carolus (Calvus) inſigne diptychum ſeu tabulas Conſulares eburneas eidem Eccleſiæ contulit, ibidem hactenus aſſervatas, cum inſcriptione, quæ hoc diptychum Senatui olim oblatum fuiſſe docet a Filoxeno Conſule Orientali anno Chriſti DXXV. ſic enim habet: FL. THEODOROS FILOXENUS SOTERICUS FILOXENUS VIR ILLUST. COM. DOMEST. EX MAGISTRO M. PER THRACIA ET CONS. ORDINAR.

Τοῦτ' τὸ δῶρον τῇ σοφῇ γερουσίᾳ
Ὕπατος ὑπάρχων προσφέρω Φιλόξενος.
Dactilo. catoque munus hoc Senatui
Conſul creatus offero Philoxenus.

Digitized by Google

Ita vertit eximius Sirmundus in notis ſecundis ad Sidon. lib. 8. Ep. 6. ubi hujus diptychi breve ſpecimen in æs incidi curavit, quod majori volumine hic repræſentare viſum eſt. Huic Compendienſi diptycho alterum adjunctum eſt quod in Collegiata Eccleſia ſancti Juniani Comodoliacenſi apud Lemovices aſſervatur. Philoxenus dextra ſportulas gerit, continentes ſolemnia munera quæ ſpargi aut mitti ſolebant in auſpiciis conſulatus, aliorumque magiſtratuum: ſiniſtra baculum conſularem: in quo id ſingulare, quod loco aquilæ, ejuſmodi baculis ſuperimponi ſolitæ, caput hominis præfert, ipſius Philoxeni an Juſtini Imperatoris, cujus anno octavo Philoxenus cum Anicio Probo juniore Conſul erat. De aliis Conſulum ornamentis & notis legenda erudita Cangii diſſertatio de inferioribus ævi numiſmatibus, quæ tomo tertio Gloſſarii Latini ſubjecta eſt. Alterum diptychum Comodoliacenſe exhibet duplicem Flavii Felicis Conſulis effigiem, forte ejus, qui cum Secundino conſulatum geſſit anno DXI. idemque *Comes ac Magiſter utriuſque militiæ, patricius & conſul ordinarius*, ut inſcriptio præfert. Ejus habitus ab alio, ut videre licet, paululum diverſus.

37. Περὶ τοῦ τεθέντος σταυροῦ, καὶ τοῦ Φόρου καὶ τῆς στήλης) Titulus hic in Codino aliter conceptus habetur: Περὶ τοῦ Φόρου.

Κάτωθεν δὲ τοῦ κίονος τοῦ φόρου ἐντιθὼν καὶ Παλλάδιον σταυρὸν καὶ ἕτερα, &c.) Ita ex Codice Reg. 2. nam in Cod. Reg. 1. hæc depravata ac corrupta ſcribæ inſcitia habentur. Palladium vero hoc, nimirum Palladis ſimulacrum, quod e ligno compactum, movens oculos atque haſtam manu geſtans uti deſcribitur a Servio, e cœlo cecidiſſe fertur, atque locum ſibi in eo templo elegiſſe, quod in ſummitate arcis Trojanæ Palladi dicatæ extabat; de quo & oraculum ab Apolline redditum perhibet Ovidius v. Faſt. ejus civitatis futurum exitium, ſi ſimulacrum illud extra mœnia portaretur, quod & accidit tempore belli Trojani; nam Diomedes & Ulyſſes cuniculis in arcem ingreſſi, cuſtodibuſque occiſis ſimulacrum exportant: ac deinde Romam advectum, & in Veſtæ templo ſervatum ad Commodi uſque tempora ſub quo inter alia præclara Urbis ædificia cum & Veſtæ templum conflagraſſet, a Veſtalibus virginibus raptum media ſacra via in aulam Imperatoris tranſlatum, memoriæ prodidit Herodianus. Cedrenus vero narrat Palladium Troja olim allatum in templo Martis a Romulo extructo repoſitum fuiſſe ſub eodem Romulo; Græcanicæ fabulæ. Hoc quidem ſimulacrum poſtea Conſtantinus magnus, Urbis ſuæ æternitati conſulens, Roma furtim ablatum Conſtantinopolim tranſtulit, ita Chronicon Alexandrinum, ὁ δ' αὐτὸς, inquit, βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀφελὼν κρυπτῶς ἀπὸ Ῥώμης τὸ λεγόμενον Παλλάδιον, ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι φόρῳ ὑποκάτω τοῦ κίονος τῆς στήλης αὐτοῦ, ὥς τινες λέγουσιν οἱ Βυζάντιοι ἐκ παραδόσεως ἀκηκοότες. Alii vero non Palladium ipſum Trojanum, ſed Palladis ſtatuam æneam columnæ in Foro impoſuiſſe Conſtantinum volunt. At magnum ſane opus aggreditur is qui hoſce Græculos inter ſe conciliare ſtudet, ac ex ipſis veritatem petit. Cæterum παλλάδιον σταυρὸν proprie ſignificat Palladis ſimulacrum magica conſecratum, de quo ita loquitur Symeon Logotheta in Chronico MS. τὸ Παλλάδιον λεγόμενον, ξύλινον ὑπάρχον εἴδωλον τῆς Παλλάδος τὸ ἐν Ἰλίῳ τετελεσμένον ὑφ' ὧν τινα καὶ δαιμονιώδη τελεστικὴ, ἤτοι μυστηρίοις μυστηρίων ἐστοιχειωμένον, &c. Et aliis verbis Joannes Antiochenus περὶ ἀρχαιολογίας. Τό τε Τρωϊκὸν Παλλάδιον ξόανον ὃ μικρὸν ὑπὸ Ἀσίου τινὸς φιλοσόφου κατασκευασθὲν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως. Idem quippe στοιχεῖον hic ſignificat quod τέλεσμα, vel τελέσματα, quæ Arabibus Tilſemat dicitur; unde facta vox vulgaris Taliſman. Sed de hac re infra.

Ὁ δὲ κύκλος τοῦ φόρου εἰς τὸ ἴσον τῆς τοῦ ἀκεανοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, &c.) In Cod. Regio a. & Codino legitur, ἐν ᾧ αὐτὸς, &c. Forum autem ad imitationem Oceani circulari forma extructum fuiſſe tradit ſupra num. 33. Scriptor noſter; eademque forma illud ædificatum fuiſſe ſcribit & Zoſimus lib. 2. Ἀγορὰν δὲ ἐν τῷ τόπῳ καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν, οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, καὶ στοαῖς διωρόφοις ταύτην περιλαβὼν, ἁψῖδας δύο μεγίστας Προικοννησίου μαρμάρου, ἀλλήλαις ἀντίας, ἐπέστησε, δι' ὧν ἔστιν εἰσελθεῖν εἰς τὰς Σεβήρου στοὰς, καὶ τῆς παλαιᾶς πόλεως ἐξιέναι. *Foro vero, quo loco porta antea erat, rotunde extructo, & porticibus diſtegis circumcincto, duos ingentes ex marmore Proconneſio fornices, ſibi invicem oppoſitos, fecit, per quos ire licet in Severi porticus, & urbe priſca egredi*. Vide quid ſupra hac de re monuimus.


Οἱ δὲ δύο σιγματοειδεῖς ἐμβόλοι, ἐπέγχονον τότε ταῖς καμάραις τοῦ φόρου) Duæ autem illæ ad ſimilitudinem Sigmatis porticus id eſt ſemirotundæ. Unde liquet *Sigma* accipiendum non uti veteres Græci efferebant (Σ) ſed uti poſteriores (C) ut in nummis & inſcriptionibus videre eſt; ſed hac de re plura infra cum de Porticu Sigma. Cæterum Nicephorus Calliſti binas Porticus in Foro Conſtantini cocto latere ædificatas ab ipſo Conſtantino refert, uti tecti viatores ſub iis ambularent, quali autem figura eſſent non aperit.

Ὁ δὲ πορφυροῦς στῦλος κίων, καὶ ἡ στήλη τοῦ Ἀπόλλωνος, ἔστι τοῦ μεγάλου, &c.) Hæc paulo diverſa in Codino habentur; καὶ ὁ πορφυροῦς οὗτος κίων, καὶ ἡ στήλη τοῦ Ἀπόλλωνος, ἣν ἔστησε Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐκεῖνος εἰς ὄνομα αὐτοῦ, διὰ ἐν τῷ κεφαλῇ ἔθηκεν ἐκ τῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἥλων ἐκείνων, οἷς ἦλοι τοῖς πολεμίοις ἐχρήσατο. Hanc columnam Porphyreticam Fori, Roma Conſtantinopolim advectam fuiſſe ſcribit Anonymus noſter infra, ubi de porta Ferrea agit. Huic quidem columnæ, pergrandem Apollinis æneam ſtatuam, in cujus capite eminebant radii, impoſuit; quam, teſte Cedreno, Phidiæ opus, Athenis advectam, in ſuum ipſius nomen transfudit, ſeu, ut refert Chronicon Alexandrinum, ex Phrygia, vel denique, ut Zonaras, Ilio, vel Heliopoli, allata fuit. In hac autem ſtatua varias reliquias Conſtantinus repoſuit: in capite unum ex clavis paſſionis Chriſti, teſtantur Cedrenus, Zonaras, atque Anonymus noſter. Particulam item Dominicæ Crucis narrat Socrates lib. 1. cap. 17 & Paulus Diac. lib. 11. Hiſt. Miſc. Multas quidem alias reliquias a Conſtantino in hanc ſtatuam immiſſas tradunt alii Scriptores. pag. 494.
Quanta autem veneratione tenebantur Conſtantinopolitani cives erga columnam hanc purpuream, & qua de cauſa infra dicturi ſumus. Cæterum ſtatuam illam ſceptrum manu dextra geſtaſſe, narrat Anna Comnena, Cedrenus vero haſtam, & terræmota collapſam fuiſſe: læva autem globum in cujus vertice infixa Crux eminebat, auctor eſt Nicephorus Calliſti. Huic ſtatuæ haud abſimilis figura habetur in nummis Conſtantini Magni; ut videre eſt tomo ſecundo.

Ὡς ἥλιον ταῖς πολίταις ἐκλάμποντα) Ex Veteri Chronographo MS. Biblioth. Reg. hanc inſcriptionem refert Lambecius ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΩ ΛΑΜΠΟΝΤΙ ΗΛΙΟΥ ΔΙΚΗΝ *Conſtantino ſolis inſtar ſplendenti*. Quod vero laudatus Chronographus ait, columnam illam μονόλιθον eſſe, ex Petro Gyllio erraſſe convincitur; ipſe enim ocularis teſtis, non ex uno lapide conſtare ſcribit, ſed ex octo lapidibus velut ſpondylis, quorum ſinguli una corona, ſeu zona cinguntur juxta lapidum commiſſuram, quæ nulla apparebat cum integra eſſet, recta nodis eminentibus: ita enim nodos intertextos lauriis foliis & baccis ſingulos ſculptos in ſumma parte ſingulorum lapidum, ſeu ſpondylorum eminenter expreſſos fuiſſe ait, ut commiſſura videri nequiret. Gyllii autem tempore zonas æreas non habebat, ſed aliquot ferreos circulos, qui incendiis corruptam partim illam columnam aſtringebant. Cætera quæ hac de re erudite congeſſit laudatus Gyllius vide lib. 3. cap. 3. Topogr. Conſt.

Edit. Pariſ. pag. 493.

post pag. 372.



Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Ἐν δὲ τῷ Σενάτῳ ἀπετέθησαν οἱ ἡνίοχοι ἐν ζευξίτ-τοις ἐν τῷ ἀστρονομικῷ ὀργάνῳ, &c.) Ita ex Chronographo noſtro reponimus: perperam enim in Cod. Reg. 1. habetur: Ἐν δὲ τῷ Σενάτῳ ἀπετέθησαν οἱ ἡνίοχοι ἐν ζευξίπποις, καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ἀστρονομικῷ ὀργάνῳ ζώδια τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τῆς Ἀφροδίτης· ὅπου καὶ σκυτάλαι ἵσταντο, ἐν αἷς ἀπεκεφαλίσθησαν ὑπὸ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. Ita & codex Colbertinus. In Codino vero omnino diverſa leguntur: ἐν δὲ τῷ Σενάτῳ ἀπετέθησαν οἱ ἡνίοχοι ζευξίππου, καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ ἀστρονομικῷ ὀργάνῳ, αἳ καὶ αἱ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ τῆς Ἀφροδίτης σκυτάλαι ἵσταντο, αἱ τῶν ἀποκεφαλισθέντων παρὰ τῶν Ἀρειανῶν. αἱ δὲ χαρμοῦχαι τῶν ἀποκρυβέντων ἡνιόχων κατεχώσθησαν ἐν τῷ θεμελίῳ τοῦ ἱπποδρομίου παρὰ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. Chronographus item noſter, aurigarum peremptorum currus, Theodoſio Imperatore in Hippodromi impluvio conditos fuiſſe perhibet. Illud vero Ἡνίοχοι ἐν ζευξίπποις ſeu ζευξίππου, fuiſſe puto aurigarum Circenſium ſtatuas, qui curru excuſſi perierant, uti & Lambecius cenſuit. Vide ejuſdem notas. Ita pariter & Combefiſius ad Chronographum.

Οἱ δὲ δώδεκα κόφινοι τῶν περισσευμάτων δώδεκα ἔτη ἐν τῷ Παλατίῳ τοῦ Σενάτου κατέκειντο· μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τὸ βάθρον τοῦ κίονος κατεχώσθησαν) Ita reſtituimus ex Cedreno. In Cod. Reg. 1. legitur μετὰ δὲ ταῦτα τῷ θεμελίῳ κατεχώσθησαν. Narrat porro Cedrenus, ad baſim columnæ Porphyreticæ Conſtantinum poſuiſſe ſeptem corbes & duodecim ſportas Chriſti miraculis inſignes; unde pro δώδεκα κόφινοι, legendum δώδεκα κόφινοι. Codinus vero habet οἱ δὲ ιβ'. κόφινοι τῶν περισσευμάτων πρότερον μὲν ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ Σενάτου κατέκειντο, εἶτα ἐν τῷ θεμελίῳ τοῦ φόρου κατεχώσθησαν. Hic κατεχώσθησαν perperam vertit Lambecius *transpoſiti fuerant*. Cæterum quod Chronographus refert Metrophanem Epiſcopum auctorem fuiſſe Conſtantino ut Cophinos illos ibidem ſuffoderet, temporis ratio non admittit, cum jam annos aliquot Alexander ejus ſucceſſor Antiſtes eſſet anno illo Conſtantini xxv. uti recte monuit &
38. Combefiſius in Notis ad eumdem Chronographum.

Ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ καὶ ὀνομαζομένῃ, &c.) Diverſa hæc a Codino narrantur; Ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ. δρομικῇ τὸ πρότερον οὔσῃ, εἰς εἴδωλα τοῦ πολιτεύματος, τετρακόσια εἰκοσιεπτὰ στῆλαι ἵσταντο, ἃς ὁ μέγας βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς, ἐν τῷ μέλλειν κτίσαι τὸν θεῖον ναὸν, ἀφείλατο, καὶ διεμερίσατο τῇ πόλει δε τεταγμένη τῶν πρωτευόντων, τῆς πόλεως περιερχόμενος, ἐκ ὀλίγα εὑρίσκονται· αἱ πλείονες δὲ, &c.

Στῆλαι ἵσταντο υκζ'.) Ita reſtituimus ex noſtro Chronographo, ex Codino ac ex conteatu; nam in utroque Cod. Reg. ac Colbert. habetur, στῆλαι
Edit. Pariſ. ἵσταντο κζ'. pluribus quippe enumeratis, δίον, inquit, ἐκ
pag. 495. τῶν πολλῶν ὀλίγας εἰπεῖν. quod non dixiſſet, ſi tantum viginti ſeptem eſſent, cum plures recenſeat.

Αἱ πλείους τούτων Ἑλληνικαὶ ὑπῆρχον· αἱ τινες ἐκ τῶν πολλῶν ὑπῆρχον τοῦ Διὸς, &c.) Ita legitur & in Codice Reg. 2. & in Colbert. At in Codino paulo diverſa habentur: αἱ πλείους δὲ ὑπῆρχον Ἑλλήνων, οἱ προσκυνοῦνται, Ἀπόλλωνος, τοῦ Διὸς, &c.

Καὶ Κάρου τοῦ πατρὸς, καὶ Διοκλητιανοῦ) In Cod. Reg. 1. & Colbert. legitur, καὶ Κάρου τοῦ πατρικίου καὶ Διοκλητιανοῦ. In Regio vero 2. καὶ Κάρου τοῦ πατρικίου. In Codino καὶ Καρίνου τοῦ πατρικίου Διοκλητιανοῦ, quod reformat Lambecius ex neſcio quo Cod. ubi ita ſcriptum reperit. Καὶ Κάρου τοῦ πατρὸς καὶ Διοκλητιανοῦ, & hanc lectionem genuinam cenſet; nomini inquit Cari addidiſſe, τοῦ πατρὸς, diſtinguendi gratia Carum patrem a Carino filio; quos ſæpe ob nominis ſimilitudinem inter ſe confundi videmus, ut & Conſtantium, Conſtantem & Conſtantinum; Juſtinum, & Juſtinianum; Valerianum, & Aurelianum, &c. Hanc quidem lectionem & ipſe genuinam puto.

Καὶ ὁ νότιος πόλος) *Polus Auſtralis*. Neſcio quare Lambecio ſuſpecta ſit hæc lectio, ut pro νότιος πόλος legendum putet ὁ νεμόμενος πῶλος, ſtatua videlicet pulli equini, capite proni, forma paſcentis, quales, inquit, in antiquis nummis paſſim ſpectantur, præcipue in nummo M. Opilii Macrini Imperatoris, in quo viſitur equus paſcens inter duas ſtellas cum inſcriptione ΕΠΙΜΙΚΤΟΣ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ quem nummum poſſediſſe inquit, Franciſcum Gotefredum Romanum; ſed hæc ſunt Lambecii conjecturæ, quibus non eſt opus in re tam clara. Anonymus quippe & Codinus poſtquam duodecim ſignorum Zodiaci figuras ibi extitiſſe narraſſent, Lunæ item, Veneris & Arcturi ſideris, quid vetat quin & Poli Auſtralis ſeu ſtellæ polaris Auſtralis figura extiterit? Imo hanc veram & genuinam lectionem eſſe cenſeo; ſic etiam habet & Combefiſius in notis ad Chronographum. De hac ipſa re loquitur infra Scriptor noſter.

Καὶ ὁ ἱέρων τοῦ Ἀδώνιδος) Ita habet Codinus pag. 34. E. R. & hanc veram lectionem eſſe cenſet Lambecius in Notis ad eumdem Codini locum. In Cod. Reg. 1. & Colbertino legitur καὶ ὁ ἱερωδία τοῦ Ἀδώνιδος. Ita & Chronographus habet. In Cod. Reg. 2. ſcribitur καὶ ὁ ἱερωδία τοῦ Ἀδώνιδος.

Ἀπὸ τοῦ πλωρῷ,) Ita ex Cod. Reg. num. 3058. In Cod. Reg. 1. & Colbertino ſcribitur, ἀπὸ τοῦ πλευ τοῦ Ἥρωα φιλόσοφον βαστάζοντα ἐν τοῖς μαρτυρίοις. In Reg. 2. ἀπὸ τοῦ πλώρου ἡ Εἴρωνα φιλόσοφον μαρτυρήσαντα. Codinus vero habet, ἀπὸ τοῦ πλώρου τὸν Ἱέρωνα φιλόσοφον μαρτυρήσαντα ἔχοντα. Ita & Chronographus habebat, niſi quod pro Ἱέρωνα legebatur Ἥρωνα.

Ἐκ δὲ τῶν Χριστιανῶν ὀλίγας μὲν εἰς εἶπον) Perperam ante legebatur: ἐκ τῶν Χριστιανῶν ὀλίγας; ſequitur enim, καὶ δίον ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγας εἰπεῖν. Ita & Lambecius ſcribendum putat.

Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, καὶ Κώνσταντος, καὶ Γάλλου) Ita & Cod. Colbertinus; perperam vero legitur in Cod. Reg. 2. καὶ Γαληνοῦ, ut etiam in Codino; quod ſcribendum, ait Lambecius Γαλλιηνοῦ, id eſt, Gallieni Imperatoris. Laudarem ſane & ipſe Lambecii induſtriam, niſi contextus aliter ſuaderet; Anonymus quippe, & ex eo Codinus enumeratis nonnullis ex gentilibus ſtatuis ac ſimulacris quæ illic viſebantur, ad Chriſtianas deſcendit, & paucas ex multis recenſere contentus a Conſtantino primo omnium Imperatorum Chriſtiano, & ejus filio Conſtante incipit; non Galeni, ut Codinus, neque Gallieni ut Lambecius tertio loco enumerat ſtatuam, ſed Galli ut optime in Cod. Reg. 1. & Colbertino legitur. Gallienus quippe, non Chriſtianus, ſed Chriſtianorum ſævus perſecutor, Decii cumulans perſecutionem, fuit: Gallus vero Chriſtianus, Juliani frater, Cæſar a Conſtantio creatus anno 351. & Orienti præpoſitus, dum ſumma poteſtate per vim, ac libidinem abutitur, a Conſtantio accitus, in Illyrico juſſu ejuſdem interficitur. Sed multus eſt in ſuadendo Combefiſius pag. 496.
Chronographi genuinam lectionem, qui Γαληνοῦ Κυαίστωρος, habet, *Galeni* ſcilicet *Quæſtoris*; Quis autem Galenus is fuerit, vel quo tempore vixerit, ignorat.

Θεοδοσίου τε, ἢ Ἰουλιανοῦ, καὶ Θεοδοσίου τοῦ ἑτέρου, καὶ Ἀρκαδίου υἱοῦ αὐτοῦ) Ita Cod. Colbertinus. Perperam legitur in Cod. Reg. 1. Ἰουστινιανοῦ pro Ἰουλιανοῦ. Cod. vero Reg. 2. habet; Καὶ Θεοδοσίου, καὶ Ἰουλιανοῦ Καίσαρος, ἢ ἑτέρου Ἰουλιανοῦ ἐπάρχου, Αὐγούστου Αὐγούστου, Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Θεοδοσίου, καὶ Ἀρκαδίου υἱοῦ αὐτοῦ, ἢ Χριστιανῶν ὑπῆρχε. Ita & Codinus habet. Cæterum Anonymus noſter confundere hic videtur Theodoſium ſeniorem cum magno Theodoſio, & Theodoſio juniore; recenſet quippe ſtatuas Theodoſii, Juliani, & alterius Theodoſii ac Arcadii ejus filii. Theodoſius igitur hic intelligendus eſt, ſenior pater Theodoſii magni, qui in Africa, devicto Firmo tyranno, ingrato juſſu Imperatoris interficitur; per alterum vero Theodoſius magnus intelligendus, cujus filius fuit Arcadius: etenim Theodoſius junior nullos liberos præter Eudoxiam procreavit.

39. Καὶ Σεραπίωνι ὑπάτῳ) In Chronographo ſcribitur, καὶ Σεραπίωνος ὑπατικοῦ. At cum nulla mentio Serapionis occurrat in Faſtis Conſularibus, puto hic ὑπάτου ſignificare idem quod ſequiori ævo ἀπὸ ὑπάτων, & ὕπατοι ſcilicet Conſules codicillares ſeu honorarios, uti obſervat Nicolaus Alemannus ad Procopii hiſt. arcan. ubi Beliſarius ad Photium: ἐπεὶ ὑπάτων ἀξίωμα ἔχεις, &c. Qui quidem Photius in Faſtis Conſularibus non legitur. Sed ne plura de hac re, vide Ducangii utrumque Gloſſ. eodem v.

Ἡ μὲν μία πορφύρα διαμαργάρων) Ita uterque Cod. Regius. Colbertinus vero, ἡ μὲν μία πορφύρα διὰ μαργάρων. Ita & Codinus: puto tamen legendum ἡ μὲν μία πορφύρα διαμαργάρων, ſcilicet, una Porphyretica margaritis diſtincta. Διαμάργαρος Græcis recentioribus, margaritis adornatus vel diſtinctus, ut διάχρυσος, auro adornatus vel diſtinctus. Apud Annam Comnenam legitur lib. 11. ἀνανέμων τὰ περὶ τὰ βραχίονα περικεκαλλωπισμένα διαμαργάρων πέπλων.

Αἱ λοιπαὶ στῆλαι ἐν τῷ ναῷ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, &c.) Ita uterque Cod. Reg. & etiam Colbertinus. Falſum igitur id quod Codinus hic narrat, in Eccleſia S. Sophiæ, quæ prius forma oblonga erat, & idolorum cultui ſerviebat, ſtetiſſe quadringentas viginti ſeptem ſtatuas, quas magnus Imperator Juſtinianus, templum illud divino cultui ædificaturus, inde abſtulit & per urbem diſtribuit: quippe Conſtantinum Templum S. Sophiæ a fundamentis exciraſſe, ac Divinæ Sapientiæ dicaſſe, teſtis eſt Anonymus noſter in Deſcriptione S. Sophiæ, qui nullas inſuper in ea ſtatuas a Conſtantino erectas perhibet: teſtes item Theophanes, Cedrenus, Glycas, Paulus Diaconus lib. 11. Nicephorus Calliſti; & quotquot fere Conſtantini res proſecuti ſunt Scriptores hujus templi primum conditorem Conſtantinum agnoſcunt. Quod deinde templum cum in ſeditione Victoriatorum cum aliis quamplurimis ædificiis incendio conſumptum eſſet, Juſtinianus novum & longe amplius ædificavit. Sed quia hac de re plura a me obſervata ſunt in Notis ad Deſcriptionem Anonymi noſtri S. Sophiæ, idcirco ne actum agere videar, vel dicta refricare eo lectorem amandare conſentaneum eſt.

Μετὰ πίστεως ἐκ πόθου πολλοῦ) Ita omnes MSS. & etiam Codinus. Chronographus vero habet, μετὰ πίστεως καὶ πόνου.

Ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ φόρου τῆς ἀνατολῆς ἐδέξαντο στήλας πορφυρᾶς, &c.) In Codino legitur, κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ φόρου, στήλας ἐκ μαρμάρου πορφυροῦ ἵστανται δώδεκα, καὶ Σειρῆνες δώδεκα. Cod. Reg. a. habet: ἐν δὲ τῷ φόρῳ τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἀνατολῆς, ἐδέξαντο στήλας πορφυρᾶς διὰ μαργάρων ιβʹ. καὶ Σειρῆνας δώδεκα, &c. Cod. vero Colbertinus ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ φόρου τῆς ἀνατολῆς ἐδέξαντο στήλας πορφυρᾶς διὰ μαρμάρου ιβʹ. ἃς τινας οἱ παλαιοὶ ἔστησαν θαλασσίων κακιῶν.

Edit. Pariſ. Pag. 497.

Ego quidem textum Scribæ inſcitia depravatum putarem, & ita reſtituendum. Ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ φόρου τῆς ἀνατολῆς, ἵσταντο στήλαι πορφυραῖ διὰ μαρμάρου ιβʹ. καὶ σειρῆνες δώδεκα, & hanc lectionem in verſione ſecutus ſum, ſcilicet in dextera fori parte ad Orientem, ſtatuæ duodecim ex porphyretico marmore extabant, totidemque Sirenes.

40. Ἐπὶ δὲ ἡμῶν ἑπτὰ μόνοι καθορῶνται· τὰς δὲ τρεῖς ἐξ αὐτῶν ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Μάμαντος, &c.) Ita & Cod. Reg. a. & Colbertinus. Codinus vero utpote recentior, tres ad S. Mamantem translatas eſſe narrat, duas ſubverſas ſuo tempore, reliquas vero ibidem ſuperſtites. δύο ἐξ αὐτῶν ἐφ᾽ ἡμῶν καθῃρέθησαν, καὶ τρεῖς ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ ἁγίου Μάμαντος ἀπηνέχθησαν· αἱ δὲ λοιπαὶ σώζονται. Chronographus autem noſter nonnihil etiam diverſa: τὰς δὲ τρεῖς ἐξ αὐτῶν ὁ ἐν τοῖς ὑστέροις χρόνοις ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Μάμαντος μετέθηκε, τέσσαρες δὲ ἕως τοῦ νῦν σώζονται ἐν τῷ φόρῳ. Quod Combefiſius vertit. Porro noſtra ætate, ſeptem duntaxat conſpiciuntur, ex quibus ille, qui his temporibus Imperium tenuit, tres ad ſancti Mamantis ædes tranſtulit: quatuor hactenus perſtant incolumes.

Ἡ δὲ τύχη τῆς πόλεως χαλκῆ, &c.) In Codice etiam Reg. a. legitur μετὰ μοδιόλου. In Cod. vero Colbert. pro μετὰ μοδιόλου ſcriba illiteratus, quibus illa miſera ætas maxime abundabat, ſcribit μετὰ μοδιοῦλου. Codinus vero habet μετὰ μοδίου, ſed perperam, licet Lambecius hanc præferat lectionem illi Codicis Vaticani, quam ipſe adfert in notis, μετὰ μοδιόλου. Ubinam Fortunæ ſimulacrum modicum geſtantis viderit? Cum calyptra vero, adinſtar turritæ coronæ, ſæpe in nummis ſpectatur; ut videre eſt tomo ſecundo. Turritos porro fœminarum alienis capillis vertices non ſemel Hieronymus epiſt. ad Demetriadem & ad Marcellam exagitat, necnon & Tertullianus de cultu fœminarum. Calyptra vero adinſtar mitræ muliebris Auguſtarum propria erat, quali videtur ornata Theodora Michaelis Palæologi Imperatoris uxor, & Irene Manuelis Palæologi conjux in iis tabellis, quas in Familiis Byzantinis exhibet Ducangius. De modiolo ſeu calyptra meminit item Continuator Theophanis loquens de Leonis Armeni uxore: δεινὸν λέγεται εἰσαχθῆναι, εἰ Βάρκα, οὕτω δὴ τὴν τοῦ Λέοντος καλῶν σύζυγον, τῇ κεφαλῇ ἐπιθεῖτο τὸ μοδιόλιον. Indignum ac grave ſi Barca (ſic Leonis uxorem convitio vocans) capiti modiolum imponeret.

Ἦν, ἔφησαν Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ χειροτονηθέντος, &c.) Ita ex Codice Colbertino; perperam enim in Codice Regio 1. ἐν ᾧ ἔφησαν ὁ Ῥαγγαβὴ, &c. & in Reg. etiam a. locus ille depravatus habetur. Codinus vero paulo diverſa habet; ἐν Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ παρὰ τοῦ βασιλέως κελευσθεὶς ἐχειροτονήθη, ἵνα μὴ ἔχωσι τὰ δημοτικὰ μέρη ἐπανάστασιν κατὰ βασιλέων. Aliam etiam lectionem adducit Lambecius, ſed putat corruptam. Vide ejuſdem Notas.

Ἑστὼς, ὅτι ὁ σταυρὸς ὁ μονοστήλαβος καὶ ἀναγινωσκόμενος, ἅγιος, ἅγιος, &c.) De hac ipſa Cruce Anonymus noſter ſupra mentionem facit; quam in Septentrionali parte Fori adinſtar illius quam Conſtantinus magnus in cœlo viderat auro obductam, ac in extremitatibus rotundis habentem malum, extitiſſe narrat. Vide quid ſupra hac de re monuimus.

Περὶ τοῦ πρωτοκαγκελλαρίου τοῦ φόρου ἀναγορευθέντος) Ita ex Cod. Colbertino; perperam enim ſcriptum reperi in Cod. Reg. 1. περὶ τοῦ πρωτοσπαθαρίου τοῦ φόρου ἀναγορευθέντος. Cod. vero Reg. a. optime habet περὶ πρωτοκαγκελλαρίου τοῦ φόρου ἀναγορευθέντος. Chronographus autem noſter περὶ τοῦ πρωτοκαγκελλαρίου τοῦ φόρου ἀναγορευθέντος. Codinus hic nullam mentionem facit Præfecti Fori, ſed ſuperius ubi agit de Cruce quæ in arcu Cameræ Fori inter Helenæ & Conſtantini ſtatuas erecta erat, cum hac inſcriptione, Unus ſanctus, unus Dominus, Jeſus Chriſtus in gloria Dei Patris, Amen: extitiſſe narrat duas ſtatuas Angelorum alatas a Fori Præfecto erectas. Unde videtur cruces etiam has a Codino pro more confundi. Vide quid ſupra de illa cruce adnotavimus.

Ἔνθεν καὶ δύο ταχυδρόμων, &c.) Perperam vertit Combefiſius, velocium duorum Curſorum, ut & Æmilius Portus Suidæ interpres. pag. 498. Duorum quippe Angelorum ſtatuas fuiſſe puto; quoniam una cum Cruce Conſtantinum Angelos dicentes, ἐν τούτῳ νίκα, vidiſſe fertur; unde ad conſervandam illius viſionis memoriam Crucem & Angelos erexiſſe; ſed ne actum agam, vide quid ſupra hac de re.

Καὶ αὐτὰ τὰ Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, &c.) Ita reſtituimus ex Chronographo; perperam quippe legitur in Codicibus Regiis & Colbert. τὰ δύο δὲ Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων σώζονται στήλαι. Conſtantini enim & Helenæ ejus Matris ſtatuæ a dextris & a ſiniſtris crucis ibi extabantur.

Εἰς δὲ τὴν ἀνατολικὴν ἁψῖδα τοῦ Κωνσταντινιακοῦ φόρου, &c.) Male legitur in Cod. Reg. 1. Κωνσταντινιακοῦ φόρου. Κωνσταντινιακοῦ habet Cod. Reg. a. & Colbertinus. In Foro Conſtantini Magni Cruces has extitiſſe perhibet Anonymus noſter, cujus integram deſcriptionem, ordine ſervato, hic exhibet. Nonnihil diverſa hæc a Chronographo narrantur.

Digitized by Google

τὸ δὲ προσέρχεσθαι πρὸς βοῤῥᾶν ἢ ἀπέρχεσθαι πρὸς ἀνατολὴν, σταυρὸς, &c. vide num. 242. Cæterum hæc omnia aliter refert Codinus; unius quippe tantum Crucis meminit; in qua ſcriptum legitur *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, eamque a Conſtantino magno erectam adinſtar illius, quam in cœlo viderat. Ἐν τῷ φόρῳ, inquit, ὁ σταυρὸς ὁ μέγας γράφει, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. ἔστι δὲ ἐστιν ἀντίτυπος, οὗ ἐθεάσατο ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐν τῷ οὐρανῷ. ὁ δὲ χρυσέμβαφοι, υἱοὶ αὐτοῦ εἰσιν.

Σταυρὸς ἀργυρέμπλαστος καὶ ἐν τοῖς ἀκρωτηρίοις στρογγύλους μῆλον, &c.) Nimirum, *Crux eſt argento obducta in ſupernis rotundiſque partibus malum habens*. Hujus typum videre eſt in antiquis iconibus Conſtantini; & qualem manu tenet Conſtantinus & Helena in tabella, quam infra ex Codice Regio 1. exhibemus. Cæterum de Cruce auro obducta in cujus extremitatibus rotundis malum habetur Anonymus noſter loquitur etiam ſupra n. 34. In Cod. Reg. 2. legitur: σταυρὸς ἀργυρέμπλαστος ἐν τοῖς ἀκρωτηριακοῖς στρογγύλοις μέρεσι. Perperam in Cod. Reg. 1. pro ἀργυρέμπλαστος habetur ἀργυρέμπλαστρος.

Ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἀνηγέρθη ὑπὸ Κωνσταντίνου, ὡς ἐθεάσατο αὐτὸν ἐν τῷ οὐρανῷ) Ita reſtituimus ex Chronographo; quippe in Cod. Reg. 1 habetur; ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἀνηγέρθη Κωνσταντίνου, ὃς ἐθεάσατο αὐτὸς ἐν τῷ οὐρανῷ. Cod. vero Reg. 2. ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἀνηγέρθη, ὡς ἐθεάσατο αὐτὸν &c. Cod. Colbertinus ἀνηγέρθη Κωνσταντῖνος, cætera ut Reg. 2.

Οἱ δὲ χρυσέμβαφοι υἱοὶ αὐτοῦ εἰσι) De ſtatuis Conſtantini ac ejus filiorum auro obductis loquitur etiam ſupra Scriptor noſter.

41\. Καὶ ἐλέφαντος στήλη ἵστατο φοβερὰ ἐν τοῖς εἰρημένοις, &c.) Ita & Cod Reg. 2. & Colbertinus; paulo vero diverſa habet Codinus: καὶ ἐν τοῖς ἀνωνύμοις μέρεσι πλησίον τῆς μεγάλης στήλης, ἐλέφας χαλκοῦς ἵστατο, ἔνθα καὶ παρεδόξαν ἐδείχθη θέαμα. σπαθὶ γὰρ τοῦτο γεγονότες, καὶ πεπτωκότι αὐτῷ, καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ἐπισθεν ποδῶν κατεσχίσθη, οἱ ταξεῶται, (ἐδει γὰρ ὧν, παρ' αὐτῆς τὸ φόρον φυλάττεσθαι) συνδραμόντες τὸν ἀγόραν τὸ ἐλέφαντα. Perperam legitur in Cod. Reg. 1. ἵσταται. Illam ſiquidem ſtatuam Elephantis Anonymi tempore non extitiſſe ex contextu certum eſt, quoniam eam in nummos redegiſſe Præfectum pro ærario publico idem Anonymus paulo poſt refert. Ταξεῶται & Ταξεῶται dicuntur Præſidis milites cohortales.

Καὶ εὗρον ἔσωθεν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ ἀνθρώπου ἀμφότερα ὅλα τοῦ σώματος) Paulo diverſa Codinus habet; εὗρον ἔσωθεν αὐτοῦ ἀνθρώπου ὀστᾶ ἀπαλλαγέντα ὅλα τοῦ σώματος, καὶ πυξίον μικρὸν ἐν ᾧ γέγραπτο, &c. quod Lambecius vertit. *Oſſa invenerunt in eo inveneruut corporis humani integri, & tabellam, cui inſcriptum erat*, &c. Cæterum vox ἀμφότερα denotat utraque oſſa integri hominis, idcirco lectio Combefiſiana mihi probatur quam ea conjectura reſtituit; videlicet δυοῖν ἀνθρώπων ὀστᾶ; duorum hominum oſſa, utraque integra in eodem ipſo Elephante invenerunt, ubi ceu in urna repoſita forſan erant.

Edit. Pariſ. pag. 499.

Ἀφροδίτης παρθένο ἱερὰ, οὐδὲ θανοῦσα χωρίζομαι) Hæc inſcriptio varie in MSS. legitur, & quatuor diverſas lectiones affert in Notis Lambecius; qui cum multa ibidem hac de re congeſſerit, ne actum agere videar, aut aliorum ſcrinia expilare, ipſum conſulas.

Ὅπερ ὁ ἔπαρχος τῷ δημοσίῳ προσέθηκεν εἰς νομίσματα τοῖς πρωτοπωλοῦσι καὶ χοῖρος, &c.) Hæc nonnihil diverſa in Codino habentur; ὁ δὲ ὕπαρχος εἰπὼν τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ πολλὰ τυγχάνων, λαβὼν ὅλον τὸ τοιοῦτον ζώδιον, εἰς προσθήκην τῷ δημοσίῳ νομίσματα ἐχάραξεν. ἀλλὰ καὶ χοῖρος ἵστατο ἄνωθεν τῶν κατὰ στάδιον ἱσταμένων, &c. Chronographus vero habet, ὅπερ ὁ ἔπαρχος τῷ δημοσίῳ προσέθηκεν εἰς νομίσματα τοῖς πρωτοπωλοῦσι. Quod Combefiſius vertit. *Præfectus ſtatuam Ærario adjecit in eorum ſtipem qui rem priores retulerant*. Ipſe autem in Cod. Reg. 2. ita ſcriptum reperi ὅπερ ὁ ἔπαρχος τῷ δημοσίῳ προσέθηκεν εἰς νομίσματα τοῖς πρωτοπωλοῦσι καὶ χοῖρος, &c. ubi pro τῷ δήμῳ lego δημοσίῳ & ſic Latine reddidi, *Præfectus autem ſignum illud ærario publico intulit in nummos redigendum. Præter ſuperius memorata, viſebatur porcus*, &c. Cæterum νομίσματα ſeu νομίσματα ſeu νόμισμα, dicuntur nummi ſeu nomiſmata Græcis recentioribus.

Συνθέμεντον δὲ μέσον τοῦ φόρου ἐγζώδιον ἐπὶ κίονα, &c.) Hæc aliis verbis refert Codinus: συνθέματα δὲ ἵστανται μέσον τοῦ φόρου ἐγζώδια ἐπὶ κίονα, ἐν οἷς δηλοῦνται εἰς ἱστορίαν τὰ μέλλοντα γενέσθαι ἐν τῇ πόλει. In codicibus autem Regiis & Colbertino pro συνθέματα, ſcriptum reperi συνθέματον. quod hic ſignificat *compagem*, ſeu *coagmentum compactitium*, cui vel figuræ inſculptæ, vel impoſitæ fuerunt; ζώδιον quippe paſſim apud Anonymum noſtrum, & alios recentiores pro figura & ſtatua accipitur; ut etiam apud Codinum, ut recte monet Lambecius in Notis ad eumdem Auctorem.

Οἱ δὲ τελεστικοὶ τῶν ἀποτελεσμάτων ταῦτα πάντα ποιοῦσιν) Ita habet Cod. Reg. 2. & Colbertinus; in Reg. vero 1. τελεστικῶν legitur, ſcribæ inſcitia. In Codino autem illæc deſiderantur. Cæterum οἱ τελεστικοὶ τῶν ἀποτελεσμάτων, idem quod τῶν τελεσμάτων, videlicet *magicæ conſecrationis periti hæc omnia norunt*. Quid τέλεσμα ſignificet ſupra monuimus.

Ἐτέλεσε δὲ αὐτὰ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς, παρακληθεὶς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου) Ita ex Cod. Colbert. Cod. quippe Reg. 1. ἐτέλεσε δὲ αὐτὰ Ἀπολλώνιος, &c. Cod. vero R. 2. ἐτέλεσε δὲ ταῦτα πάντα Ἀπολλώνιος, &c. In Codino omnino diverſa habentur: Ταῦτα δὲ πάντα ἐτέλεσεν Ἀπολλώνιος ἐκεῖνος ὁ Τυανεὺς, ὁ σοφὸς καὶ ἄριστος ἀστρονόμος, καὶ ἐστοιχειώσατο εἰς σημεῖα τῶν ἐσομένων ἕως τέλους αἰῶνος. Quod autem ait Anonymus noſter, Apollonium Tyaneum a Conſtantino magno Conſtantinopolin acceſſitum, ἀναχρονισμὸς immanis eſt; quippe Apollonius Tyaneus ſub Domitiano florebat, diemque ſuum obiit juxta Chronicon Alexandrinum 96. Ind. v. Aproniano st. & Pampino Coſſ. Idem Chronicon narrat Pompejo & Criſpino Coſſ. floruiſſe Apollonium Tyaneum, & multas Conſtantinopoli, & in aliis urbibus ac provinciis magicas perfeciſſe conſecrationes: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων, inquit, Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἤκμαζε, περιπολεύων πανταχοῦ, καὶ ποιῶν τελέσματα εἰς τὰς πόλεις καὶ χώρας, ὅστις ἀπὸ Ῥώμης ἐξελθὼν ἀπῆλθεν εἰς Βυζάντιον, καὶ ἐλθὼν εἰς Βυζαντίων πόλιν, τὴν νῦν τῆς τύχης λεγομένην Κωνσταντινούπολιν, ἐποίησε τελέσματα πολλὰ, τὸ τῶν Χελωνῶν, καὶ τὸ τοῦ Λύκου ποταμίου κατὰ μέσον τῆς πόλεως, καὶ τὸ τῶν Ἵππων, καὶ ἄλλων τινῶν. *His Coſſ. Floruit Apollonius Tyaneus, qui ubique pervagatus, perfecit in urbibus ac provinciis magicis conſecrationibus, Roma profectus, ad Byzantinorum regionem venit, ingreſſuſque Byzantii urbem, quæ ex occaſione Conſtantinopolis dicta eſt, multas in ea ejuſmodi magicas conſecrationes fecit, Teſtudinum nempe & Lupi Fluviatilis, in media urbe, & equorum, & aliorum aliquot ſimilium*. De ſignis aliiſque rebus magice conſecratis ab Apollonio Tyaneo, vel ab aliis loquitur infra Anonymus noſter, uti & ſupra de Palladis ſimulacro magice conſecrato. Loquitur item de Apollonio & ejus præſtigiis Cedrenus pag 245. & 246. E. R. Sed & ex veteribus nonnulli Apollonii meminerunt, præcipue Philoſtratus ejus vitæ Scriptor impudentiſſimus nugarum ac mendaciorum compilator, Eunapius, &c. & ex noſtris Vopiſcus, Sidonius Apollinaris, &c. Quæ vero fides præſtanda Apollonianis iſtis næniis, multis docuit Reverendiſſimus Petrus Daniel Huetius Abrincenſis Epiſcopus in Demonſtratione Evangelica, propoſ. IX. cap. CXLVI. Cæterum τελέσματα, vel ἀποτελέσματα, ut ſupra monuimus, hic ſignificant *magicas conſecrationes* ſtatuarum ſcilicet, vel aliarum rerum quarumvis, ad hoſtium tranſitus, aut incurſiones prohibendas, vel morborum ingruentium aut beſtiarum incurſum avertendum, &c. Statuas autem ejuſmodi conſecratas τετελεσμένας nuncupant Græci: & Arabibus id Tilſemat dicitur; unde facta vox vulgaris Taliſman. 42.

pag. 500.

Digitized by Google

43. Ὅτι μέλλων κτίσαι τὴν πόλιν, &c.) Diverſis paulo verbis hæc a Codino narrantur; μέλλων κτίσαι τὴν πόλιν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ πῆξαι τὸ θεμέλιον, κατὰ τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην χαρακτογραφίαν, πεζὸς ἐξῆλθε μετὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ.

Κατελθόντι εἰς τὸν φόρον) Ita Cod. Reg. 2. & Colbertinus. Reg. vero 5. καὶ ἐκέλευσεν εἰς τὸν φόρον. Codinus habet; ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὸν φόρον. εἰς τὸν φόρον hic improprie dictum puta, cum non ad Forum tunc cum ad Urbem deſignandam una cum Proceribus pedes egreſſus eſt, proceſſerit: nullum quippe ibi erat, ſed ad locum ubi, poſtquam ambitum Urbis ampliaſſet, Forum maximum, ſive Conſtantinianum extruxit. Eo enim in loco tunc temporis porta erat urbis, ut patet ex Zoſimo. ἀγορὰν δὲ ἐν τῷ τόπῳ, καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν, οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, &c. *Conſtantinus autem eo loco, quo loco quondam porta erat, extructo foro rotundo*, &c.

Εἶπον αὐτῷ οἱ ἄρχοντες ποῖον τέλος τοῦ τείχους, δέσποτα, &c.) Hæc paulo diverſis verbis habentur in Codino: ἔλεξαν αὐτῷ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ. ἐνταῦθεν ποίησον τὸ τέλος τοῦ τείχους. ἐκεῖνος δὲ ἔφη· ἕως ὁ ἐμὸς ὁ προηγούμενος, ἐκεῖσε πληρώσω. μόνος γὰρ ἐκεῖνος ἑώρα τὸν ἄγγελον προπορευόμενον αὐτοῦ. ἀπελθὼν οὖν μέχρι τοῦ Ἐξακιονίου ζῶν, μετὰ πάσης τῆς Συγκλήτου, ἐκεῖσε ἐθεάσατο τὸν ἄγγελον τὴν ῥομφαίαν πήξαντα, καὶ μείναντα ἐπὶ τὸν τόπον αὐτοῦ. διὰ γοῦν τοῦτο ἔπηξεν ἕως ἐκεῖσε τὸ τεῖχος, καὶ ἔτι μέχρι τοῦ νῦν τὸ χάραγμα αὐτοῦ. Quæ hic narrant Anonymus noſter & Codinus non multum diverſa ſunt ab iis, quæ hac de re refert Philoſtorgius lib. 2. cap. 9. & ex eo Nicephorus; Τὸν περίβολον ὅλον ὁριζόμενον, βαδίζειν περιιόντα, τὸ δόρυ τῇ χειρὶ φέροντα· ἐπεὶ δὲ τοῖς ἑπομένοις ἔδοξε μείζω ἢ προσῆκε τὸ μέτρον ἐκτείνειν, προσελθόντα αὐτῷ τινα, καὶ πυθόμενον, ἕως ποῦ, Δέσποτα; τὸν δὲ ἀποκρινάμενον φάναι, ἕως ἂν ὁ ἔμπροσθεν ὁδηγῶν με στῇ, ἐπιδείξασθαι σαφῶς, ὅτι δύναμις αὐτοῦ τις οὐρανία ἡγεῖται, τὸ πρακτέον διδάσκαλος. *Ambitum ejus definientem pedibus circuiiſſe manibus haſtam ferentem: cum vero iis qui ſequebantur majorem quam oportebat modum definire videretur, acceſſiſſe ad eum quemdam, interrogaſſeque, quonam uſque, Domine? eum vero reſpondentem diſerte dixiſſe, eo uſque, donec qui me præcedit conſiſtat. Unde manifeſtum fecit, quod vis quædam divina eum duceret, ejus quod faciendum haberet magiſtra.*

Περὶ τοῦ Ἀρτοπωλίου) In Cod. Colbert. ſcribitur περὶ τοῦ Ἀρτοπωλείου. Ἀρτοπώλιον, hoc eſt, Forum panis venalis, ſeu Piſtorium, uti appellat apud Petrum Victorem in Deſcriptione veteris Romæ, partem Fori Theodoſii occupaſſe, aut proximum illi fuiſſe liquet ex Scylitze & Zonara, ubi de Nicephoro Phoca, & ſupplicatione ab eo indicta. Ἀρτοπωλεῖον vero eſt officina, in qua ars piſtoria exercetur & panes fiunt. Vide Svidam eodem v.

Ἐν δὲ τοῖς Ἀρτοπωλίοις, κατέκειτο ἵσταται περιφερὴς ταῦρος, &c.) Ita & Cod. Colbertinus. Codinus vero habet: Ἐν δὲ τοῖς Ἀρτοπωλίοις κατέκειτο περιφερὴς ταῦρος, καὶ ταῦροι, καὶ ἀετοί, καὶ λέοντες, λαγωοί τε, καὶ χηνῶν κέρας, καὶ τρυγόνες, καὶ τρυγόνες, καὶ μυοί, καὶ γαλαῖ, καὶ δελφῖνες, καὶ
Edit. Pariſ. pag. 501. Γοργόνες δύο, &c. Quod ſcribendum putat Lambecius. Κατέκειτο περιφερὴς ταῦρος, καὶ αὐτὸ λέοντες, λαγωοί τε, καὶ κριοῦ κέρας, &c. Cenſet quidem ipſe ſtatuam Naturæ fuiſſe, quæ innumeris mammis & omnigenis animalibus circumdata figuratur. Sed vide quæ hac de re infra ad Chronographum monemus n. 262. & 263.

44. Γαληνὸς δέ τις ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ὑπάρχων, &c.) Quod ait hic Anonymus noſter de Galeno medico & Philoſopho ἀναχρονισμὸν redolet ut reliqua; Galenus quippe ſub Marco, Commodo, & Pertinace floruit. Neque ipſe, ut Lambecius, puto, diverſum hunc Galenum ab illo qui ſub Commodo vixit, fuiſſe, ſed cuncta Græculorum inſcitia confundi, uti ſuperius monuimus cum de Apollonio Tyaneo, quem ſub Conſtantino magno ponit idem Anonymus.

Τὰ μέλλοντα συμβαίνειν τῷ Ζήνωνι παρὰ Βερίνης) Videlicet, quod Verina, Zenone genero fugato, fratrem ſuum Baſiliſcum ad imperium promotura eſſet.

Καλλίγραφοί τινες συρφετοί, κάτωθεν τῇ τέχνῃ, μετὰ τὴν ἐπάνοδον, &c.) Hæc paulo diverſa in Codino habentur: Καλλίγραφοί τινες συρφετοί, κάτωθεν τοῦ τείχους, μετὰ τὴν ἐπάνοδον Ζήνωνος διαβάλλει τὸν Γαληνόν. ὁ δὲ Ζήνων τοῦτον ἀπέρριψεν. λέγουσι δέ, καὶ ἔστιν ἀληθές, ὅτι αἱ ἀγέλαι τῶν χοίρων ἐκεῖσε διερχόμεναι, εἰς τὸ Ἀρτοπωλεῖον ἀπὸ τούτου, μέσον τῆς κάμπης, ὅθεν διέρχεται, καὶ οἱ τοῦτο ἐλαύνοντες τύπτουσι τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων σφοδρῶς, μέχρι ὅτου αἷμα χυθῇ ἐκ τῶν ῥινῶν αὐτοῦ εἰς θυσίαν τοῦ τόπου ἐκείνου, ὃ μεθιστανται ἐκ τῶν ἐκεῖσε. ἡνίκα δὲ χυθῇ αἷμα ὀλίγον, ἀθρόως ὁρμᾷ ἀγέλη. καὶ τοῦτο ἐστὶν ἀληθές. In Chronographo vero noſtro hæc omnino diverſa habentur.

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ ἱδρυμένου ἐπὶ κίονος) Cod. Colbert. περὶ τοῦ σταυροῦ tantum. 45.

Τὸ δὲ σταυρίον, τὸ ἱδρυμένον ἐπὶ κίονος πλησίον τῶν Ἀρτοπωλίων, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. nam in Reg. 5. habetur; ἱδρυμένον ἐπὶ κίονος πλησίον τῶν Ἀρτοπωλείων ἐν τῇ λιθοστρώτῳ αὐλῇ ἀνηγέρθη τὸ τοιοῦτον ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, &c. Hanc crucem in ipſis Artopolis ſtatuit Nicephorus Calliſti; ait enim unam fuiſſe ex tribus crucibus, quas adinſtar illius, quam in cælo viderat, in urbe erexit, & de qua mira Nicephorus perhibet: Τὸν δὲ τρίτον μὲν ὁ Κωνσταντῖνος Νίκην ἐκάλεσεν, Ἡράκλειος δ' Ἀνίκητον κατωνόμασεν, ἐπὶ ὑψηλῷ κίονι ἐκ μαρμάρου συνθεμένῳ ἀνέστησεν, ἐν τόπῳ ᾧ κλῆσις ἐν Ἀρτοπωλίοις. *Tertiam crucem, quam Conſtantinus Victoriam vocavit, Heraclius autem Invictam, in alta marmorea columna poſuit, in loco cui nomen eſt Forum Panarium.* Unde manifeſto liquet falli Lambecium, dum ait in Notis ad Codinum, hoc intelligendum eſſe de celeberrima illa Cruce, quam Conſtantinus magnus adinſtar illius, quam in cælo viderat, ſupra columnam ad Septentrionalem partem ſui Fori erexit; nam hic non loquitur de Cruce quæ arecta erat in Foro Conſtantiniano, ſed de altera ejuſdem figuræ, quæ ſecundum Anonymum noſtrum & Codinum ſtabat propter Artopolia, ſecundum vero Nicephorum in ipſis Artopoliis. De Artopoliis & eorum ſitu vide quæ ſupra adnotavimus. De Cruce autem Fori Conſtantiniani ſuperius egit. De tertia vero Cruce quæ a Conſtantino magno in Philadelphio erecta erat loquitur infra n. 91.

Τὸν τέσσαρα μεριῶν, καὶ περιστατοῦ τέσσαρες χρυσοῦς, καὶ συνωρίδα, &c.) Oenomaum Piſenſium Regem primum inſtituiſſe certamen illud equeſtre quo quadrijugis bigam vehentibus dimicabatur narrat Characes apud auctorem Chronici Alexandrini pag. 111. E. R. Ὁ δὲ Οἰνόμαος πρῶτος αὐτὸς ἐπετήδευσε τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα ἅρμασι τετραίπποις· διὸ καὶ περιβόητος ἐγένετο, καθὰ ἐν τῷ Χάρακος ἱστορίαις ἐμφέρεται. Eundemque Oenomaum primum adinveniſſe Circenſium colores cæruleum atque viridem, hoc eſt, Venetum & Praſinum, teſtatur, præter laudatum auctorem Chronici Alexandrini eodem loco, & antiqua hiſtoriarum Collectanea, quæ ex Cod. Vaticano in Notis ad Hiſtoriam Arcanam Procopii profert Alemannus: quæ quidem & nos commodo lectoris conſulentes libenter hic proponimus: 46.
Οἰνόμαος πρῶτος ἐφεῦρε τὰ τοῦ Ἱπποδρόμου χρώματα, ἀμφίεσμα γῆς καὶ θαλάσσης. ἔβαλλοντο κλῆροι, καὶ ὁ λαχὼν ὑπὲρ τῆς γῆς ἀγωνίζεσθαι ἐφόρει χλοερόν, ὁ δὲ ὑπὲρ θαλάσσης κυάνεον, καὶ ἐποίει τὸν ἀγῶνα Μαρτίῳ εἰκοστῇ τετάρτῃ. Καὶ εἰ μὲν τὸ χλοερὸν ἐνίκα, ἡ γῆ εὐφορίαν ἤλπιζεν. εἰ δὲ τὸ κυάνεον, ἡ θάλασσα εὔπλοιαν. καὶ ηὔχοντο οἱ μὲν γεωργοὶ τὸ χλοερὸν νικᾶν. οἱ δὲ αὖ ναῦται τὸ κυάνεον ἐπεβάλλοντο τὴν νίκην. *Oenomaus primus adinvenit Circenſium colores, ut Terræ ac Maris quaſi certamen repræſentaret. Mittebantur ſortes; quem vero* pag. 502. *ut vigiſſet Terræ vicem agere certando, ille veſtem viridem induebat; cæruleam autem qui vices Maris agebat. Hoc certamen vigeſima quarta die Martii Oenomaus conſtituit. Quod ſi color viridis viciſſet, Terræ fertilitatem omnes ſperabant; ſi cæruleus, tranquillam Maris navigationem. Quare Agricolæ optabant victoriam viridi colori, Nautæ, cæruleo.* Procopius etiam lib. 1. de bello Perſico c. xxiv. pervetus ait in ſingulis civitatibus Factionum Venetæ ac Praſinæ extitiſſe

titiſſe

tiriſſe diſcrimen: Οἱ δῆμοι ἐν τῇ πόλει ἑκάστῃ ἐκ τε Βενέτων ἐκ παλαιοῦ καὶ Πρασίνων διῄρηντο. Hoc idem repetit laudatus Scriptor Hiſtoriæ Arcanæ cap. VII. Τὸ δὲ δῆμον ἐκ παλαιοῦ ἐμεμέριστο δίχα διεκαίστοι, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, μίαν αὐτὸς τῶν Βενέτων ἐπαγαγόμενος, *Cum ex antiquis duæ Populi, ut diximus, factiones eſſent, conciliata ſibi altera Venetorum*, &c. Tertullianus etiam duos ſolos ab initio fuiſſe colores ſcribit, ſed loco Veneti ac Praſini Album ſupponit ac Ruſſeum: ſic ille: *Ab initio duo ſoli fuerunt colores, Albus & Ruſſeus. Albus hyemi ob nives candidas; Ruſſeus æſtati, ob ſolis ruborem voti erant. Sed poſtea tam voluptate, quam ſuperſtitione provecta, Ruſſeum alii Marti, alii Album Zephyris conſecraverunt: Praſinum vero Terræ Matri, vel verno: Venetum cælo & mari, vel autumno.* Romulus vero in Occidente primus quatuor coloribus uſus eſt in illo certamine, quod ipſe Romæ primus inſtituit in honorem Solis & quatuor elementorum, attributis ſingulis elementis ſuis nominibus: terræ, Praſina; mari Veneta: igni Ruſſata, aeri denique Albata factione aſſignata; auctor eſt Scriptor Chronici Alexandrini pag. 110. & 111. E. R. Ὁ δὲ αὐτὸς Ῥῶμος Βενετικοὺς ἀρίστερά καὶ αὐτοῖς τῷ Ἡλίῳ, καὶ ἐφ' ὑπ' αὐτοῦ τεσσάρων στοιχείων τὸν ἀγῶνα ἐν τῇ Ῥώμῃ πρῶτος ἀθλίσας ἐπετέλεσεν ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ τῆς δύσεως, ἤτοι τῆς Ἰταλίας, ἅρμασι τετραπώλοις, τουτέστι, τῇ γῇ, καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ πυρὶ, καὶ ἀέρι, καὶ ἐπέδωκεν ὁ Ῥῶμος τοῖς αὐτοῖς τέσσαρσι στοιχείοις τὰ ὀνόματα ταῦτα· τῇ γῇ τὸ πράσινον μέρος, ὅ ἐστι τὸ χλοῶδες· τῇ δὲ θαλάσσῃ, τουτέστι τοῖς ὕδασι, τὸ Βένετον μέρος, ὡς κυανόν· τῷ πυρὶ τὸ ῥουσαῖον μέρος πυρῶδες· καὶ τῷ ἀέρι τὸ λευκόν. Κἀκεῖθεν ἐκτοτεῦθεν τέσσαρα μέρη ἡ Ῥώμη. Quæ vero de Circo ſeu Amphitheatro tum primum adinvento, atque de Circenſium coloribus habet Auctor laudati Chronici, id præterea attigere, uti monet doctiſſimus Ducangius in Notis ad idem Chronicon, Georgius Hamartolus, Georgius Monachus & Symeon Logotheta in Chronicis MSS. Cedrenus, Glycas, Anonymus editus tom. 1. Var. Sacror. pag. 503. & Auctor Ecloges ex Characis Hiſtoria, Moſis libris & aliis uſque ad Anaſtaſium Imp. in Cod. Reg. fol. 2a. Sed prædictis quatuor Factionibus Venetæ ſcilicet, Praſinæ, Albatæ atque Ruſſatæ duas alias Factiones aurati purpureique panni Domitianus adjecit, teſtis eſt Svetonius: *Duas*, inquit, *Circenſibus gregum factiones aurati, purpureique panni ad quatuor priſtinas addidit*. Eadem ferme habet & Dio apud Xiphilinum, niſi quod loco purpurei coloris, argenteum fuiſſe ſcribit: τοῖς δὲ ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας, προσκατέστησε. *Aurigarum duo genera adjunxit, quorum unum auream, alterum argenteam appellavit*. Verum haud diu perdurarunt hi duo poſtremi colores, quinimo quatuor primi ad duos redacti fuerunt, videlicet Venetum & Praſinum, cum Ruſſata Factio juncta fuerit Praſinæ, Albata vero Venetæ. Unde autem factum eſt, ut illis quatuor coloribus prædicta nomina indita fuerint, videtur innuere idem Chronici Alexandrini auctor, inquiens: Ἐκάλεσε δὲ τὸ πράσινον μέρος Πράσινον, ὅ ἐστι Ῥωμαϊκῇ λέξει, ὅ τι ἑρμηνεύεται ἐμπαράμονον· Πράσινον γὰρ λέγεται τὸ παραμένον, διότι ἡ χλοώδης γῆ διὰ παντὸς ἵσταται σὺν τοῖς ἄλσεσι. τὸ δὲ Βένετον ἐκάλεσεν, ἐκ τὸ εἶναι ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐπαρχίαν χώραν λεγομένην Βενετίαν, ἧς τινος μητρόπολίς ἐστιν Ἀκυληΐα· κἀκεῖθεν ἐξέρχονται τὰ κυανά, τουτέστι τὰ Βένετα βάμματα τῶν ἱματίων, καὶ προσεκόλλησε τῷ Πρασίνῳ μέρει, ὅ ἐστι τῇ γῇ. τὸ λευκὸν, τὸν ἀέρα, καθότι φυσᾷ, βρέχει, καὶ ὑπουργεῖ, καὶ ἁρμόττει τῇ γῇ· τῷ Βενέτῳ μέρει, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασι, προσεκόλλησε συμμίξας τὸ ῥουσαῖον μέρος, ὅ ἐστι τὸ πῦρ, καθότι σβέννυσι τὸ πῦρ ὡς ὑποτεταγμένον αὐτῷ. *Praſinam au-*

Edit. Pariſ. pag. 503.

tem Factionem Præſentem appellavit, voce a Latino ducta, quæ permanens quidpiam ſonat, quod terra cum ſilvis ac ſaltibus virens ſemper exiſtat ac permaneat. Venetam vocavit a provincia, quæ Venetia dicitur, Romæ ſubdita, cujuſque Metropolis eſt Aquileia, unde nempe colores cærulei, ſeu tincturæ Venetæ, quibus inficiuntur panni, afferuntur: quæ quidem Factio Veneta Praſinæ, qua deſignatur terra, adjungitur. Albæ nomine donavit aerem, quod is terram riget, eidemque ſubſerviat, ac commodum præſtet. Venetæ Factioni, quæ aquam exhibet, Ruſſatam adjunxit, qua ignis denotatur, quod illa veluti ſibi ſubditum ignem extinguat. Quod vero hic ait Auctor Chronici, Venetum colorem inde dictum quod Venetiis cærulei colores fierent, id etiam confirmat Anonymus Scriptor, τὸ Βένετον, ἀπὸ Βενετίας ὠνόμασται, ἐν ᾗ γίνεται τὰ κυανᾶ χρώματα. *Venetus color a Venetiis dicitur, ubi cærulei colores fiunt*. His addendi ſunt Iſidorus lib. 19. Orig. cap. 17. & Vegetius lib. 5. cap. 7. Anna Comnena lib. 4. Alexiad. pag. 105. E. R. ubi de Venetis loquitur; ἀφ' ὧν, ὥς φασι, καὶ τὸ βένετον χρῶμα ἐν ταῖς ἱππικαῖς ἁμίλλαις Ῥωμαίοις ἐξείρηται, *a quibus color in Circenſibus ludicris ad diſcrimen factionis alterius celebri uſu adhibitus nomen invenit*. Neque id Scriptores de Venetiis ac Venetis hodiernis intelligunt, ſed de antiquiſſimis illis Italiæ populis, quorum meminere Vellejus, Plinius, Florus, Livius aliique ex antiquis Scriptoribus. Et hæc quoad Circenſium Factiones. De Circo autem Conſtantinopolitano ac ejus monumentis loquitur Anonymus noſter lib. III. ubi vide quæ adnotavimus. Qui vero majorem notitiam hac de re deſiderat conſulere poterit Onuphrium, Pancirollum, Lipſium, Dempſterum, Bulengerum alioſque, qui doctiſſimis Commentariis Romanas Origines illuſtrarunt.

Καὶ διήρκεσαν μέχρι τῆς Θεοφίλε) Hinc apparet, & ex eo quod ait ſupra nimirum locum hunc extitiſſe propter Artopolia, haud diverſum fuiſſe hunc ipſum locum a Digiſteo, de quo Anonymus noſter loquitur infra num. 83. ubi vide quæ adnotavimus.

Ἐκ τότε δὲ ἐκλήθη καλὰς κλαυθμῶνος) Perperam ſcribitur in Cod. Reg. I. κυλάς, pro καλάς, & in Codino ἐντεῦθεν pro ἐκλήθη.

Σωματοπρᾶται) Ita recentioribus Græcis dicuntur mancipiorum mangones: vide Ducangii Gloſſ. Græc. eodem v.

Οἰκετικὰ πρόσωπα) Idem quod πρόσωπα δουλικὰ, nimirum *mancipia*. Vide laudatum Gloſſarium.

Τὰ Τοξαρᾶ, οἷα ἦν Τοξαρᾶ Μαγκλαβίτε, τὰ ἀνελόντος Μιχαὴλ, &c.) Toxaras hic Conſtantinus dictus eſt a Leone Grammatico in Michaele, qui una cum Mariano & Patre Baſilii Barda foris ſtabat in excubiis, quando Baſilius cum conjuratis cubiculum ingreſſus Michaelem vino ſopitum oppreſſit. Μαγκλαβῖται vero, ait Lambecius, *janitores aulæ Imperatoriæ* Græco-barbaris vocantur, quod μαγκλάβια ſeu *clavas manuales* geſtare ſolerent; atque iis cum nomine tum re ipſa æquivalent illi qui hodie in Italicorum principum aulis vocantur *li Mazzieri*. Μαγκλαβῖται ſecundum Ducangium, *clava armati*, cujuſmodi erat Cohors Imperatoria. Hos Bardatioras inferior ætas appellavit. Vide Ducangii Gloſſ. eodem v.

Οἱ ἅγιοι τεσσαράκοντα πρότερον ὑπῆρχον Πραιτώριον) Theophanes ſitum etiam indicat: ait enim *Prætorium* prius extitiſſe, ædificatumque in media urbis platea.

Ὁ δὲ Τιβέριος ὁ Θρᾷξ σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, &c.) Templi hujus fundamenta jeciſſe Tiberium Mauricii ſocerum teſtatur Conſtantinus Manaſſes:

> Καὶ πρῶτος κατεβάλλετο τὰς ῥίζας τοῦ τεμένους
> Τοῖς τεσσαράκοντα Χριστοῦ μαρτύρων καλλινίκων.

Ita & Theophanes ſcribit.

Τὸ δεσμεῖον ἐξῶσαι, καὶ τὸν τόπον ἀνακαθῆραι, &c.) pag. 504. Paulo diverſa in Codino habentur; τὸ δεσμεῖον ἐξαγαγὼν, καὶ τὸν τόπον ἀνακαθαρίσας, ἐθεμελίωσε τὸν ναὸν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, καὶ ἐξέβαλε τὰ τείχη μέχρι πηχῶν τεσσάρων. In aliis Cod. habetur μέχρι πηχῶν ὀκτώ.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Τιβερίου, ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Μαυρίκιος, &c.) Ædem hanc ſacram poſtmodum abſolviſſe Mauricium anno VIII. perhibet Theophanes: τῷ αὐτῷ ἔτει ὁ εὐσεβέστατος Μαυρίκιος τὸν ναὸν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, ὃν ἀπήρξατο κτίζειν Τιβέριος, ἀνεπλήρωσεν, ἐν τῇ μέσῃ ὄντα, ἅπερ τὸ πρὶν πραιτώριον ἔλεγον εἶναι

Πρατώριον. *Eodem anno Mauricius Imperator Eccleſiam Quadraginta SS. Martyrum, a Tiberio ædificari cœptam, in Media exiſtentem, quem quidem locum ajebant antea fuiſſe Prætorium.*

Ἀνεπλήρωσε τὸν ναὸν καὶ ἐνεθρονίασεν αὐτόν) Videlicet *ædem ſacram abſolvit ac dedicari curavit*. Codinus habet ἀνεπλήρωσε τὸν ναὸν καὶ ἐθρόνισε αὐτόν. pro ἐνεθρονίασε; quod perperam vertit Lambecius, *ſolliumque in ea repoſuit*: Ἐνθρονίζειν, & ἐνθρονιάζειν ſignificat hic *eccleſiam dedicare, ejuſque Encænia celebrare*. Symeon Logotheta num. 16. Μαΐῳ δὲ πρώτῃ ἐνθρονίζεται καὶ ἐγκαινίζεται ἡ ἐκκλησία, ἣν ἔκτισεν ὁ βασιλεύς. Et Epiphanius Hagiopolita de locis Sanctis; κάτωθεν τοῦ πατριαρχείου ἐστὶν ἐκκλησία ἀνενθρονίαστος, ἣ μέλλουσα ἐνθρονιάζεσθαι ὑπὸ ἀπωθεν εἰς τὸν διωγμὸν Σαρακηνῶν. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. v. θρόνος.

47. Περὶ τῆς ἐν Θεοδοσίῳ τοῦ Καρβουναρίου) Cod. Reg. 1. habet; τὸ Καρβωναρίων. Lambecius in Cod. Vaticano ſcriptum reperit, Καρβωναρεία.

Τὸ δὲ ἀνεμοδούλιον ἐστάλη παρὰ τοῦ Ἡλιοδώρου τοῦ ſυνασβοῦ, &c) Codinus habet: Τὸ ἀνεμοδούλιον τὸ χαλκοῦν ἐστάλη παρὰ Ἡλιοδώρου ἀρχόμενα ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς, &c. In Cod. Reg. 1. pro ἀνεμοδούλιον legitur, ἀνεμοδούλιον. & in Cod. Reg. a habetur παρὰ Ἡλιοδώρου τοῦ ἀσβοῦς. Anemodulium graphice deſcribit Nicetas Choniates in Narratione de ſtatuis Conſtantinopolitanis, quas Latini, capta Urbe confractas, in monetam conflaverunt: quam narrationem nunquam antea editam habes hic lib. VI. a nobis Latine factam. Idem Nicetas lib. II. in Andronico perhibet, habuiſſe etiam in animo Andronicum æream ſuam ſtatuam ſupra columnam in ſublimi æneo Tetrapleurio, ubi nudi Cupidines pomis ſe invicem petunt, quod Anemodulium vocant, erigere. Cæterum id quod Anonymus noſter, Nicetas atque alii Ἀνεμοδούλιον vocant, Cedrenus, Ἀνεμοδούριον, quaſi ἀνέμων δῆριν, *certamen* ſcilicet *ventorum*, nuncupat; ac Theodoſio magno adſcribit, quod Leoni Iſauro Anonymus noſter & Codinus: ait enim pag. 323. E. R. Τὸ τετρασκελὲς τεχνούργημα, ὃ δῆριν λέγουσιν ἀνέμων, ἤγειρεν ὁ μέγας Θεοδόσιος πυραμίδος σχῆμα ζωγραφήσας, καὶ ζῴοις πλαστοῖς κοσμούμενον, βλαστοῖς τε καὶ καρποῖς ἐκ ῥοίσκων γυμνοί τε ἔρωτες ἵστανται προσγελῶντες ἀλλήλοις ἡμέρως, καὶ τοῖς κάτω παροῦσιν ἐμπαίζοντες· ἄλλοι δὲ ἐποχάζοντες ἐμπάλιν νέοι, σάλπιγξι χαλκαῖς ἐμφυσῶντες ἀνέμους· χαλκοῦν δὲ βρέτας ὑψόθεν πετόμενον, τρανῶς λέγεται δηλοῦν τῶν ἀνέμων. *Quatuor pedibus ſuſſultum opus, quod Contentionem ventorum vocant, Theodoſius magnus erexit, pyramidis formam depingens, & fictilibus exornans germinibus, fructibus, atque malis Punicis. Stant & nudi amores invicem ſibi blande arridentes, & infra tranſeuntibus illudentes. Rurſum alii adoleſcentes ſubſidentes æreis tubis ventos inflant, & imago ærea in ſublimi volans, acutos flatus ventorum denotat.*

Οἱ καὶ ἐστάλησαν τοὺς ιβ'. ἀνέμους) Hæc paulo diverſa in Cod no habentur: ἐν ᾧ εἰσιν ἐσκαλισμένοι οἱ δώδεκα ἄνεμοι. τὰ δὲ χαλκουργήματα τὰ μεγάλα ἤχθη ἀπὸ τοῦ κάστρου Δυρραχίου. εἶχε δὲ αὐτὰ τὰ χωρία εἰς ὀστέϊνα αὐτοῦ. Cæterum Χαλκουργήματα puto idem ſignificare quam χαλκουργήματα *ſigna ærea*; ſeu potius *machinas æreas*.

48. Περὶ τοῦ Ταύρου) Forum Tauri, quod & Theodoſii ſeu Theodoſiacum nuncupatum fuit, & in ſeptima Regione ponitur ab auctore Veteris Urbis Deſcriptionis, a Theodoſio Magno extructum fuiſſe anno imperii ejus XV. Ipſo & Abundantio Coſſ. prodit Scriptor Chronici Alexandrini: Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐνεκαινίσθη ὁ Θεοδοσιακὸς Φόρος. *Eodem anno dedicatum eſt Forum Theodoſiacum.*

Edit. Pariſ. pag. 305. Στήλη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἵσταται) Perperam ſcribit Anonymus noſter, & ex eo cæteri Originum CP. Scriptores, ἵσταται; ſcribendum potius ἵστατο, nimirum *ſtabat*, ſeu *poſita erat*; ſiquidem ſtatua hæc Theodoſii Magni quæ ſupra Cochlidem columnam in Foro Tauri erecta erat, & quam argenteam fuiſſe tradit Scriptor noſter, diu ante quam hæc ſcriberentur, terræmotu everſa fuit, nimirum Zenone imperante, Indict. III. Baſilio ſolo Conſule. Marcellinus Comes: *Statua Theodoſii M. in Foro Tauri ſuper Cochlidem columnam poſita corruit, duobaſque fornicibus ejuſdem collapſis*. Eadem ferme habet Theophanes & ex eo Cedrenus anno IV. Zenonis, ubi de eodem terræmotu. Poſtmodum vero Anaſtaſius Dicorus ſuam ſtatuam ex ære conflatam eidem columnæ impoſuit. Auctor eſt idem Marcellinus, qui etiam annum notat, nimirum Ind. IV. Areobindo & Meſſala Coſſ. *His Coſſ. Anaſtaſii principis ſtatua in eodem loco, quo dudum Theodoſii Magni ſteterat, ſuper immanem columnam in Foro Tauri poſita eſt*. Sic habet & Zonaras in eodem Augusto: Ἔστησε δὲ τὸν κίονα τὸν ἐν τῷ τοῦ Ταύρου κίονι ἐν χαλκοῦ, τὸν πρώην ἐν αὐτῷ ἱσταμένου πεσόντος, ὃ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἐτύγχανε. *Impoſuit etiam ſtatuam propriam in columna Tauri ex ære confectam, ſtatua Theodoſii Magni, quæ in ea prius ſteterat collapſa*. Ita habet & Theophanes ac ex eo Cedrenus anno XIV. ejuſdem Auguſti, qui præterea ajunt, ſtatuam Anaſtaſii conflatam fuiſſe ex variis Conſtantini Magni æreis operibus: Τούτῳ τῷ ἔτει ἐχώνευσε πολλὰ χαλκουργήματα, τὰ ὧδε ἔστησεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ἐποίησε τὴν ἰδίαν στήλην, καὶ ἔστησεν εἰς κίονα τοῦ Ταύρου· ἡ γὰρ ἐκεῖσε οὖσα Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἔπεσεν ὑπὸ σεισμοῦ, καὶ συνετρίβη. *Eodem anno multa ærea Conſtantini M. opera conflavit, ſuamque ex iis confecit ſtatuam, & in columna Tauri conſtituit; nam quæ prius ibi poſita fuerat Theodoſii Magni, ea terræmotu dejecta & comminuta fuit*. Verum quod attinet ad ſtatuam Theodoſii Magni, eam erectam fuiſſe anno Imperii ejuſdem Auguſti XVI. Arcadio III. & Honorio II. Coſſ. Kalend. Auguſti, teſtatur Scriptor Chronici Alexandrini: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων, ἐστάθη μέγας ἀνδριὰς Θεοδοσίου Αὐγούστου ἐν τῷ Θεοδοσιακῷ Φόρῳ, μηνὶ Λῴῳ, Καλάνδαις Αὐγούσταις. *Iiſdem Coſſ erecta eſt ingens ſtatua Theodoſii Auguſti in Foro Theodoſiaco, menſe Loo, Kalend. Auguſti*. Fallitur autem Ducangius, dum hanc ſtatuam Theodoſii M. equeſtrem fuiſſe ſcribit, citans hujus rei teſtem Codinum nimirum pag. 21. & 24. E. R. cum in nullo ex his locis id aſſerat Codinus, licet pag. 24. E. R. ubi de Tauro agit, loquatur de ſtatua equeſtri iiſdem ferme verbis, quibus Scriptor noſter, nimirum, μέσον δὲ, inquit, ὁ ἀνδριὰς ἔφιππος ἵσταται, ὃν οἱ μὲν λέγουσιν Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἕτεροι δὲ τοῦ Βελλεροφόντου. ἤχθη δὲ ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας. Quod autem id non intelligatur de ſtatua Theodoſii M. quæ ſupra Cochlidem columnam erecta erat, & quam argenteam fuiſſe paulo ſuperius dixit idem Codinus, ſed de altera quæ in medio ejuſdem Fori erecta erat, & quam alii Jeſu Nave, alii Bellerophontis eſſe arbitrabantur, manifeſte apparet tum ex contextu, tum etiam ex eo quod ſtatua illa Theodoſii terræmotu, qui ſub Zenone accidit, everſa fuerit ac comminuta, uti ſupra demonſtravimus, hæc vero altera equeſtris, quam alii Jeſu Nave, alii Bellerophontis eſſe putabant, integra permanſerit adusque captam a Latinis Conſtantinopolim, uti docet Nicetas Choniates tum in Narratione de Statuis CP. &c. hic lib. VI. a nobis edita, ubi equus ac eques & baſis, cui impoſita erat illa ſtatua graphice deſcribuntur; tum etiam in Annalibus, ubi agit de Henrico Balduini fratre. Epigramma igitur illud, quod exhibet Ducangius ex Anthol. lib. IV. cum ſit in ſtatuam equeſtrem Theodoſii, neque inde liqueat ad quem Theodoſium ſpectet, fortaſſis ad ſtatuam illam equeſtrem Theodoſii Junioris attinet, quam in Milliario ſteteriſſe ſcribit ſupra num. 28. & 33. Anonymus noſter. Sed vide quæ infra hac de re num. 395.

Ἐκεῖ καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων, &c.) Iiſdem ferme verbis hæc a Codino narrantur: ἔνθα καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐξόδων ἐδείχθη ἐκεῖσε· ἣ πρώην πυλεῶνας ὑπῆρχε καὶ ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων, δυνάμεις εἰς τὸ καλούμενον Ἀλωπέκιον. Quem Codini locum ita emendat Lambecius: ἔνθα πρώην πυλεῶνας ὑπῆρχε καὶ ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων, ἃ τοῖς ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐξόδων ἐδείχθη ἐκεῖσε, δυνάμεις εἰς τὸ καλούμενον Ἀλωπέκιον. pag. 306.

Digitized by Google

Ἀλωνίτζιον vero, inquit ille, Græcis recentioribus dicitur domus, quibuſcunque ſive indigenis, ſive peregrinis publice alendis deſtinata. Conſtantinopoli κατ' ἐξοχὴν vocabatur Ἀλωνίτζιον, Palatium a Conſtantino Magno in regione Tauri extructum, in quod proceres Romæ antiquæ Conſtantinopolim venientes recipiebantur, ut teſtatur Codinus in libro *de ædificiis* num. 80. Hoc vero loci illud ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων appellat.

Ἔστησε δὲ τὸν μεγάλην κίονα) Theophanes anno VIII. Theodoſii hanc columnam erectam fuiſſe ſcribit: *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἔστησεν ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὸν κίονα τοῦ Ταύρου. Eodem anno ſtatuit Theodoſius Imperator columnam Tauri.* Quam quidem columnam & Cochlidem fuiſſe, & complures in ea deſcriptas imagines ac hiſtorias ſcribit Cedrenus pag. 323. E. R. *Τὸν τοῦ Ταύρου κίονα ἔστησεν ὁ μέγας Θεοδόσιος, γράψας καὶ μάχας ἐχούσας κατὰ Σκυθῶν καὶ Βαρβάρων τὰς νίκας· ἔχει δὲ ἔσω ἔνδοθεν καὶ ὁδὸν ἄνω φέρουσαν. Tauri columnam poſuit Magnus Theodoſius, ſuas contra Scythas & Barbaros continentem pugnas & victorias: habet intus viam ſurſum ferentem.* Sed fallitur interpres Theophanis & Cedreni, qui τὸν κίονα *ſtatuam* hic interpretantur. Quod non animadvertit Ducangius. Sed neſcio an de hac ipſa columna intelligendus ſit locus Marcellini Comitis, ubi habet, Indict. III. Valentiniano Aug. IV. & Neoterio Coſſ. *Obeliſcus in Circo poſitus eſt, columna haud longe ab Eccleſia conſtituta, quæ argenteam Theodoſii Magni ſtatuam ferens hactenus contemplatur.* Cæterum columna hæc ponitur in ſeptima Regione ab auctore qui veteris urbis Deſcriptionem adornavit: *Hæc*, inquit, *a parte dextra columnæ Conſtantini uſque ad Forum Theodoſii continuis extenſa porticibus, & de latere aliis quoque pari ratione porrectis, uſque ad mare velut ſeipſam inclinat, & ita deducitur. Habet autem in ſe —— Columnam interinſecus uſque ad ſummitatem gradibus perviam.* Ex hujus igitur columnæ ſitu, inquit Ducangius, aſſequimur primo *Forum Theodoſii* in ſeptima Regione extitiſſe, & *Tauri* promiſcue appellari a Scriptoribus: deinde non totum Forum, ſed partem tantum Fori Theodoſii continuiſſe ſeptimam Regionem, cum reliquum Forum fuerit in octava, ubi *Taurus* dicitur extitiſſe in veteri urbis Deſcriptione: *Regio Octava, ex parte Tauri, nulla maris vicinitate conterminata, anguſtior magis quam lata, ſpatia ſua in longitudinem (latitudinem) producta compenſat. Continet in ſe — Porticum ſiniſtram, Taurum uſque.*

Μέσον δὲ ἐν τῷ ἀνδριὰς ἔφιππος) De hac ſtatua equeſtri, quæ in medio Foro Tauri erecta erat, & quam Bellerophontis eſſe alii putabant, alii vero Jeſu Nave, paulo ſuperius locuti ſumus; & infra de eadem n. 309.

49. *Τὰ δὲ νεγραμμένα τοῦ ἵππου*) Nimirum inſcriptio ac cætera ornamenta, quæ baſi illius equeſtris ſtatuæ inſculpta fuerant, intelligenda ſunt. At Græculi pro more nugas venditant. Nam ubi in res obſcuras & ſibi ignotas incidunt, oracula & futurorum præſagia eas eſſe comminiſcuntur. Vide quæ de baſi hujus equeſtris ſtatuæ habet Choniates infra n. 309.

Ῥὼς παρθένιν) Ita ex Cod. Culbertino. Corrupte in Reg. 1. *ἀνταρθὲν*, &c.

Καὶ τὸ ἐμπόδιον, &c.) Nimirum, *cui vel impedimento eſt perquam minimum illud ſignum, quod vinctum ac genuflexum illic poſitum viſitur*; & ita legendum eſt etiam ſupra in verſione. Sic etiam interpretandus eſt hic locus Codini, quem ſic perperam explicat Lambecius: *Item parvum illud ſignum æreum virile, quod ad pedes ante dictæ equeſtris ſtatuæ vinctum & genuflexum viſitur, eadem continet.*

O *τοὺς ἀνέμους*) Pluribus hac de re Nicetas Choniates in Narratione de Statuis CP. &c. nu. 310. Vide noſtras ibidem Notas.

Ἐστάντο δὲ ὁ κοχλίας κίων ὁ μέγας, καὶ ὁ Ξηρόλοφος) Κίονας κοχλίας, proculdubio hæc de columna Cochlide intelligenda ſunt; quæ quidem ad ſummitatem uſque intus pervia erat, & circumcirca figuris ſculptis exornata. Manuel Chryſoloras in Epiſtola de comparatione veteris & novæ Romæ κίονας κοχλιοειδεῖς appellat. Ejus generis columnæ ſunt, Trajana & Antonina, quæ hodieque Romæ viſuntur. Columnam autem Cochlidem in Tauro erexiſſe Theodoſium Magnum anno octavo imperii ſui paulo ſuperius ex Theophane demonſtravimus; Theodoſii vero pugnas ac victorias contra Scythas ac alios Barbaros in ea inſculptas fuiſſe docemur ex Cedreni loco paulo ſuperius citato. Quod vero ait Scriptor noſter hanc columnam concavam, & Xerolophum ultimos urbis caſus, expugnationeſque repræſentare, ſuo more hic etiam nugatur, figuras Romanas pro oraculis accipiens. Vide quæ de hac columna ut Fatidica habet Ducangius in Notis ad Villharduinum pag. 329. De Xerolopho autem licet pluribus infra acturi ſimus numer. 57. libet hic etiam nonnulla monere. Et quidem quod ait Scriptor noſter loco citato, in Xerolopho ſexdecim columnas χαλκᾶς extitiſſe, cum nemo alius ex Scriptoribus Byzantinis harum meminerit, præter Originum Conſtantinopolitanarum Scriptores, id etiam pro nugis habemus; certum tamen eſt in Xerolopho ſeu potius in Foro Arcadii, quod in Xerolopho, hoc eſt, in ſeptimo urbis colle erat, extitiſſe etiam columnam Cochlidem ab Arcadio Auguſto erectam anno XX. ejus imperii, ut ſcribit Theophanes: *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἔστησεν Ἀρκάδιος τὸν κίονα τοῦ Ξηρολόφου*, &c. *Eodem anno Xerolophi columnam Arcadius erexit*, &c. Ab hoc autem Auguſto columnam Cochlidem Xerolophi erectam fuiſſe, nemo ex Scriptoribus Byzantinis, quod ſciam, inficiatur. Statuam vero Arcadii, quæ huic columnæ impoſita erat, licet quidam ex iiſdem Scriptoribus ab eodem Auguſto erectam fuiſſe narrent, attamen id jure controverti poteſt, cum Marcellinus Comes hanc ſtatuam Arcadii dedicatam fuiſſe ſcribat anno decimotertio Theodoſii Junioris Indictione XV. Euſtathio & Agricola Coſſ. *Arcadio patri ſuo in Foro ejus ſuper immanem columnam, ingentem ſtatuam idem Theodoſius dedicavit.* Scriptor item Chronici Alexandrini eodem anno: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐθρονίσθη ἀνδριὰς Ἀρκαδίου ἐπάνω τοῦ κοχλίου τοῦ κίονος ἐν τῷ Ἀρκαδιανῷ φόρῳ, ἐν τῷ καλουμένῳ Ξηρολόφῳ, μηνὶ Πανέμῳ πρὸ ϛ'. εἰδῶν Ἰουλίων, ἡμέρᾳ σαββάτῳ. Hoc anno dedicata eſt ſtatua Arcadii ſuper columnam cochlidem ſtans in Foro Arcadii, in loco dicto Xerolopho, menſe Panemo, VI. Idus Julias, die Sabbati.* Sed quod attinet ad prædictam columnam Arcadii, eam fuiſſe variis figuris circumcirca ſculptis exornatam patet ex Nicephoro noſtro, ubi ſcribit Leone Iſauro imperante Arcadii ſtatuam huic columnæ inſidentem terræ motu concuſſam corruiſſe, *μεθ' ὧν καὶ ὁ Ἀρκαδίου τοῦ πάλαι Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα ἰθύνοντος ἀνδριὰς, ὃς κατὰ τὸν λεγόμενον Ξηρόλοφον καθύπερθε τοῦ γλυπτοῦ ἵδρυται κίονος, κατὰ γῆς ἄνωθεν ἐρρίπτο. Eo quo & Arcadii quondam Imperatoris ſtatua, quæ ad locum Xerolophum dictum ſupra cælatam columnam erecta erat, corruit.* Cedrenus pag. 323. E R. hanc columnam omnino ſimilem fuiſſe ait illi, quæ in Tauro ſtetit: *ὅτι ὁ Ξηρόλοφος ἔργον ἐστὶν Ἀρκαδίου, ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ Ταύρῳ, Xerolophus Arcadii opus eſt, Tauro per omnia ſimile.* Quod quidem de alio intelligi nequit, quam de columna, quæ & intus pervia erat, & circumcirca figuris ſculptis exornata, eodem ferme modo ac columna Tauri. De hac columna Arcadii ſic Busbequius in Itinere Conſtantinopolitano: *Duæ viſuntur Conſtantinopoli memorabiles Columnæ, altera eſt e regione Caravaſarai, ubi nos hoſpitabamur; altera in Foro, quod Turcæ Aurerbaſar*

Edit. Pariſ. pag. 307.

Digitized by Google

vocant, hoc eſt, Forum Mulierum: eſt ab imo ad ſummum inſculpta eſt hiſtoria cujuſdam Arcadii, qui eam conſtruxit, cujuſque diu in ſummo poſitam ſtatuam habuit, quam tamen cochleam rectius dixeris, quam columnam, propter ſtructuram graduum, quibus intus ad ſummum aſcenditur. Ea penes me depicta eſt. Utinam hujus columnæ picturam repræſentaſſet Busbeckius, ut internoſcere poſſemus, quam ex duabus delineaverit
Edit. Pariſ. pag. 508. Gentilis Bellinus Pictor Venetus. Gyllius lib. III. Topograph. CP. cap. VI. accepiſſe ſe a ſenibus ſcribit, columnam Theodoſii ſitam fuiſſe in ſupercilio dorſi continentis planitiem jugalem tertii collis, vergente ad occaſum hybernum, prope balneum novum, quod ædificavit Pajazitus Rex: qui eam, inquit, columnam, ut commodius balneam conſtrueret, ante quadraginta annos, quam ego Byzantium veniſſem, everterat. Columna vero Arcadii graphice & cum ſuis omnibus dimenſionibus deſcribitur ab eodem Gyllio lib. IV. cap. VII. qui eam menſus eſt; cujus quidem verba, cum integrum ejus Opus hoc volumine a nobis editum ac emendatum ſit, hic deſcribere non eſt opus. Ex citatis igitur Scriptorum tum veterum, cum recentiorum locis, duas tantum extitiſſe in Urbe Conſtantinopolitana columnas Cochlides cælatas, ſeu figuris ſculptis exornatas manifeſtum eſt; alteram nimirum a Theodoſio Magno in Foro Tauri erectam, in qua pugnæ ac victoriæ ejuſdem Auguſti contra Scythas ac reliquos Barbaros expreſſæ erant; alteram vero Arcadii in Foro ejuſdem nominis excitatam, in qua item res geſtæ ab eodem Auguſto repræſentabantur. Supereſt modo, ut aliqua de columnis, quas hic in ære inciſas exhibemus breviter moneamus, cum pluribus in Præfatione generali hac de re diſſerere ſit animus. Prima tabella exhibet columnam, quam vulgo hiſtoriatam vocant, integram, eodem prorſus modo, quo a Ducangio repræſentatur. In ea porro, inquit ille, Imperatoris triumphus, aut ſolemnis in urbem ingreſſus effingi videtur; in baſi vero, ſedet in throno Imperator, cui figuræ aliquot adſtant muliebres cum turritis capitibus, quibus Imperii provinciæ exhibentur; ſupra Imperatoris caput crux in clypeo, quem duo tenent Angeli, depicta conſpicitur, cum hiſce ad latera characteribus, IC. XC. NI. KA. Hujuſce Columnæ ectypon, quod hic delineari curavimus ſuppeditavit vir doctiſſimus Claudius Molinetus, Canonicus Regularis Sanctæ Genovefæ Pariſ. ex ejuſdem Monaſterii Bibliotheca. Iſtæc Ducangius. At cum ſuſpecta mihi eſſet ejuſdem columnæ a Ducangio expreſſa delineatio; ectypon ipſum expetii conſpiciendum; verum cuſtos illius Bibliothecæ cum diu illud fruſtra quæſiviſſet, ſublatum eſſe credit. Mihi vero maximum hac in re ſcrupulum movent figuræ illæ baſi inſculptæ, rudi admodum manu adornatæ, ac longe inelegantiores iis quæ in columna Arcadii Conſtantinopoli hodieque viſuntur, quas non indoctam artificis manum exhibere teſtificantur ii, qui illam ipſir in locis accurate quantum licuit circumſpexerunt. Nam, ut narrant iidem, Turcæ advenas ejuſdem aditu, vel diuturniore ſpeculatione arcere ſolent: unde conjectare licet, figuras, quæ hactenus ut ex eadem columna expreſſæ, repræſentatæ ſunt, maxime vero eas quæ in ſuprema columnæ parte locantur, commentitias eſſe. Auget ſcrupulum Imperatoris habitus qui in throno cum corona radiata ſedet. Nam habitus & coronæ forma Theodoſii & Arcadii ævo ab his longe diverſa erat, ut norunt eruditi. Quod vero attinet ad alteram Columnam Conſtantinopolitanam, quam hic decem & octo tabellis in ære inciſam exhibemus, ea eſt, quam Gentilis Bellinus Pictor Venetus, dum Conſtantinopoli a Machomete II. accerſitus commoraretur, delineaverat, imo ad ipſum ejus ectypon has tabellas diligenter in æs incidi curavimus. Sed quia hac de re pluribus agit doctiſſimus Claudius Franciſcus Meneſtrier e Societate Jeſu, in Deſcriptione hujuſce columnæ, eo lectorem remittimus. Cæterum quænam ex duabus Columnis CP. repræſentetur hiſce tabellis, nimirum Theodoſii an Arcadii, integrane ſit, vel mutila, & cur iterum in æs incidatur, & a nobis explicetur; hæc omnia in Præfatione generali dicemus, ſinguliſque tabellis breves figurarum explicationes apponemus.

Περὶ τῆς Διακονίσσης) Videlicet de Eccleſia Deiparæ Diaconiſſæ nuncupata, ut patet ex Zonara, Cedreno, &c.

Τὸ δὲ Διακονίσσης ἔκτισε Κυριακὸς Πατριάρχης) Ita habetur in Cod. Colbertino & in Codino; perperam enim ſcribitur in Cod. Reg. τ. Κύριακος Theophanes iſtius meminit; *ὁμοίως καὶ ὁ Κυριακὸς Πατριάρχης τὰ Διακονίσσης ἐκκλησίαν τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἔκτισε, ſimiliter & Cyriacus Patriarcha Diaconiſſæ Eccleſiam Deiparæ ſacram ædificavit*: & Zonaras refert Cyriacum in Patriarcham electum ex Presbytero & Oeconomo Magnæ Eccleſiæ, a quo etiam ſacroſanctæ Deiparæ templum, quod Diaconiſſæ nuncupatur, ædificatum perhibet. Vide quæ lib. VIII. de hoc Patriarcha adnotamus.

Ἐν τοῖς χρόνοις Μαυρικίου βασιλέως τοῦ συντέκνου αὐτοῦ) Codinus vero; ἐν τοῖς χρόνοις Μαυρικίου τοῦ βασιλέως tantum. Hanc Eccleſiam Diaconiſſæ Cedrenus ad annum XVI. Mauricii conditam refert.

Ἐκλήθη δὲ εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ Πατριάρχου ὄνομα, &c.) Ἐκλήθη δὲ ſubauditur οὕτως. Clarius in Codino ἐπεκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι ὁ Πατριάρχης ἔτι διάκονος ὢν ἐκεῖσε ᾤκει.

Ἀλλὰ καὶ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Πατριάρχου Διακόνισσα ἦν) Codinus habet; καὶ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ ἐκεῖσε ἦν Διακόνισσα. Celebre autem eſt Diaconiſſarum nomen jam inde ab ipſa origine Chriſtianæ religionis; Apoſtolus quippe ad Rom. cap. 16. Phœbem Diaconiſſam τῆς ἐν Κεγχρεαῖς Ἐκκλησίας commendat. Frequens item harum mentio occurrit apud Patres cum Græcos tum Latinos; itemque in Conciliis. Sed ne de harum origine, varia appellatione, munere, benedictione, ac cæteris ad Diaconiſſas ſpectantibus, plura dicere poſſim, viri docti effecerunt, qui luculentos tractatus hac de re ediderunt: unde ne actum agere videar, ad eorum lucubrationes conſulendas lectorem amandare viſum eſt.

Τὰ Κουράτωρος ἐκτίσθησαν ἐν τοῖς χρόνοις Βηρίνης) In Codino paulo diverſa habentur: Τὰ Κουράτωρος ἐκτίσθη παρὰ Βηρίνης γυναικὸς Λέοντος τοῦ Μακέλλου, εἰς τύπον τοῦ τάφου Χριστοῦ. Hanc Eccleſiam Curatoris cognomine, Deiparæ dicatam fuiſſe ex Menæis colligimus ad VIII. Decembris, quo ejus Encæniorum memoria recolitur: τὰ ἐγκαίνια τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Κουράτωρος. Extitiſſe autem Eccleſiam Curatoris prope Tauri Forum, præterquam ex Anonymo noſtro liquet, qui ordine urbem deſcribit, colligitur ex Synaxariis ad XXII. Julii, ubi divinæ Magdalenæ σύναξις ſeu commemoratio fieri in templo S. Lazari, & in Eccleſia Curatoris proxime Taurum dicitur. Cæterum hujus ædis cognomine Curatoris meminit etiam infra Anonymus noſter, & iiſdem ferme verbis n. 106.

Καὶ ὁ Κουράτωρ αὐτοῦ παρέστησεν εἰς ὁμοίωμα 50.
τοῦ τάφου τοῦ Κυρίου) Codinus: παρέστατο δὲ Κουράτωρ ὁ ἄνθρωπος οἰκεῖος αὐτῆς, εἰς τὸ κτίσμα. A quodam Curatore, qui ſtructuræ præfuit nomen accepiſſe certum eſt; Codinus addit, Verinæ domeſtico: Anonymus vero noſter, Curatore ejus, ſcilicet Leonis Macelli. Cæterum Κουράτωρ dicitur recentioribus Græcis ἐπίτροπος τῶν βασιλικῶν οἴκων. Agathias lib. v. de Anatolio: ἄνδρα τοῖς τε τῆς Ὑπάτων ἀξίαις τε-

τιμημέ-

COLVMNA C̄POLI QUAM HISTORIATAM VOCANT
gradibus intus pervia et crebris terræ motibus
pluribus in locis diffracta ac labefactata.



Digitized by Google


NAPOLI

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Digitized by Google


Tabella I Columna Constantinopoli ab Arcadio Imperatore erecta, in quâ Sculpta Theodos...



1. Thermæ Arcadianæ quas anno ante Theodosii patris obitum ...
Imperator, ac marmoreis columnis et quamplurimis statuis exornauera...

Digitized by Google

Theodosii patris gesta, necnon ædificia ab utroque Augusto extructa repræsentantur




n extruxerat in primâ Urbis Constantinopolitanæ Regione Arcadius
erat.2. Milites Prætoriani.3. Scythæ seu Gothi jumentorum sarcinariorū ductores.

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

Tabella II



4. Thermæ Eudoxianæ, ab Eudoxiâ Augustâ Arcadii Imperatoris uxore in
politanæ Descriptione. 5. Dianæ sacerdotissa, cui Scythæ venationi deditі.

Digitized by Google



s uxore in Regione quintà extructæ, ut habetur in veteri Urbis Constantino=
ni dediti sacrificabant, ducit cervum eidem Deæ sacrum·

Digitized by Google


NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI


Digitized by Google

Tabella III



6. Forum Tauri seu Theodosii à Theodosio Magno extructum,
catum anno Imperii XV. ipso et Abundantio Coss. 7. In curru à ho
ac uno ex primatibus. 8. Miles Prætorianus alterum ex castris

Digitized by Google



n, et de ejus nomine Theodosiacum nuncupatum ac solemni ritu dedi:
bobus tracto, Scytharum more, sedet Scytharum Princeps cum uxore,
is amicum advenientem offendens amplectitur.

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI
Digitized by Google

Tabella IV.



9. Postquam Scytharum proceres unà cum uxoribus ac liberis à.
tes, supplices ad ejus pedes provoluti, ab eodem Augusto ad belli
sunt, attributâ eisdem agri Romani parte, ut scribit Synesius in

Digitized by Google



i Theodosio Magno devicti iterum ad ejus misericordiam confugien=
li societatem adsciti fuerant, ciuitate donati, ac honoribus uariis aucti
2 Panegyrico Arcadio dicto.


Digitized by Google

NAPOLI

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI


Digitized by Google

Tabella V.



10. *Nonnulli ex optimatibus Scytharum Civitate donati operam m...rem ribus variis sunt ab iisdem aucti, ideoque equis insidentes et arm... rep... Magno recepti sunt, alii ad agriculturam destinati; ut scribit Sy...ius l...*

Digitized by Google



ilitarem Romanis nauarunt, et ob præclara in bellis facinora, hono:
mati repræsentantur. 11. ſcythæ ac Gothi alii ad militiam à Theodoſio
neſius laudato loco, et Pacatus in Panegyrico eidem Auguſto dicto

NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google



12. Alter currus a bobus tractus quo proceres Scytharum seu Gothorum cum i
Magni Dux deletis Gothis in mulieres eorum ac pueros impetu ſac plauſtro
ducitur in triumpho à militibus, quem sequitur ille pedes acermis c



um cum uxoribus ac liberis vehuntur; Modares quippe Theodosii
e, plaustrorum quatuor millia cepit. 13. Equus Ducis Gothorum
inermis cum casside Scytarum more.

Digitized by Google


NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

Tabella VII.



14 Servi ac ancillæ procerum Scytharum currù vectorum pedites cui præ
gentis inaliquibus solennitatibus solent vehi, quemadmodum in [illegible] equis



curru præeunt. 15. Elephas principis Scytharum, quo principes illius bello equis ducitur in triumpho à servo omnibus ornamentis spoliatus.


Digitized by Google

NAPOLI


NAPOLI

Digitized by Google

Tabella. VIII.



16 Romanorum proceres qui ob præclara in bello Scythico seu
mnæ crebris terræ motibus diffracta ac labefactata, multæque u
*admissuram destinati à Scythis ad hoc ab Imperatore servatis ... *



io seu Gothico facinora participes fuere triumphi. 17. Pars colu:
ıque ibi videntur deesse figuræ. 18. Equi in bello Scythico capti et ad
'is custodiuntur.


Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google



19. Scytharum ſimulacra camelis vecta, quæ caput Jovis, q.m Sc.
tur; cœtera corporis pars truncus arboris putatur habitu ſlari ...

Digitized by Google



quem Scytharum gens magnâ religione colebat, habere viden:
talari ornatus. 20. Sacerdotes Idolorum pedites ea comitantur

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

Tabella I



21. Imperatores videntur esse, cùm ex ornamento equorum, t
Imperator cum Theodosio repræsentatur; quo duce Gratianus A
Theodosium ad imperii consortium elegit. 22. Barbari ad agri

Digitized by Google




orum, tum ex Aquilâ galeæ insidente, et fortassis Gratianus ipse
nus Alemannos, Gothos aliosque Barbaros oppressit, ac propterea
d agriculturam destinati.

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Tabella XI



23 *Arcus triumphalis, seù potius Porta Aurea, quam instaurauit decorauitque tyrannum, ut docet inscriptio quæ etiamnum Constantinopoli ad Portã Aurea*

Digitized by Google



...coravitque Theodosius Magnus post fusum et debellatum Maximum
...rtam Auream legitur. 24. Satellitum Præfectus eques 25 Satellites.

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI


Digitized by Google

Tab. XII



26. Jumenta sarcinaria clypeis ac telis onusta. 27. scythæ in bel
lites deditios specie quâdam libertatis donabant,; mancipes verò, qu

Digitized by Google



n bello capti et ad remigandum destinati; Romani quippe mi:
ò, quasi manu captos, nimis asperè tractabant.

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google



27. *Scythæ item in bello capti et ad remigandum destina*
29. *Jumenta sarcinaria.* 30. *Equo vectus tribunus pedite s*




nati. 28. Mulier Scythica ad inserviendum remigibus servata.
sequente.

Digitized by Google


NAPOLI

Digitized by Google

Tab. XIV.



31. Pars columnæ crebris terræ motibus diffracta: multæque Ib
stantinop. cap. XXI. figuras ait hujus columnæ, quod urbis excul
dibus ac malleis ferreis ab iisdem deformatas esse; arbitrantes



æ ibi videntur deesse figuræ: Guntherus verò in Hist. Con:
..dium præsignificare crederent Græculi, quamplurimas lapi:
..es se hoc modo infaustum in Latinos auspicium retorquere.

NAPOLI

Digitized by Google


NAPOLI

Digitized by Google



32. Horreum Theodosianum quod in nonâ Regione ponit alii Theodosianæ à nonnullis appellatur, quod vicinæ essent Foro Imperatoria, qui quidem Μαγκλαβῖται Græcis, Latinis verò Bardar.

Digitized by Google



ıit antiqua Urbis Descriptio. 33. Porticus Troadenses quæ etiam Foro Theodosiaco. 34. Clavâ armatus, cujusmodi erat Cohors Bardariotæ dicuntur.

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google


Digitized by Google

Tabella XVI.



35. Scythæ destinati ad pascendas capras: capræ verò hîc repra
scribit. 36. Scythæ rebelles in bello capti, et ad remigandum cti

Digitized by Google



-præsentantur eo modo, quo Plinius Scythicas capras de-:
, destinati. 37. Varia Trophæa de Scythis à Theodosio Magno erecta.

Digitized by Google


NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI


Digitized by Google

Tabella XVII



37 Varia trophæa de ſcythis à Theodoſio Magno erecta. 38. Hæc repræſentat, ſed fortaſſis Victoriam, aut quandam ex virtutibus. 39. Trophæa Theodoſii patris in bello contra Scythas ac Gothos, geſta nec

Digitized by Google



:.38. *Hæc figura muliebris non urbem CP. ut quidam exiſtimauit*
bus.39. Architectus Arcadio Imp. ectypon hujus columnæ, in qua ſcul:
geſta, necnon ædificia ab utroque extructa repræſentantur, exhibet:

Digitized by Google

NAPOLI


Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google



40. Porta quæ ad portum Theodosiacum erat, repræsentatur. 41. Sc
exercendam agriculturam mittuntur. 42. Ripa portûs Theodosiaci. 4
44. Labarum comprobat hanc columnam sub Imperatoribus Christi



r · 41. Scythæ in bello capti in varia Romani Imperii loca ad
'osiaci . 43. Nauis militibus instructa ad deportandos Scythas .
r Christianis erectam ·

Digitized by Google

τμημένον, καὶ πρὸς γε τὸ φροντίδα τίθεσθαι καὶ ὑπερ-λιπεῖν τῆς βασιλείας οἴκοντι ἐκ κτημάτων ἀρχαίων ἐκλε-χθέντα. Κουράτωρες δὲ τούτους καλοῦσι Ρωμαῖοι. Habentur aliquot epiſtolæ inſcriptæ variis perſonis cum dignitate Κουράτωρ apud Nilum Mon. lib. II. Epiſt. 279. 222. 295. lib III. Epiſt. 177.

Τὸ δὲ καλούμενον Φιλαδέλφιον, υἱοὶ εἰσι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου) Paulo diverſis verbis hæc a Codino narrantur: Ὅτι τὸ καλούμενον Φιλαδέλφιον, οἱ υἱοὶ εἰσὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ὁπόταν δὲ ὁ μέγας ἐτελεύτησε, τοῦ Κωνσταντίνου ὄντος ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς μέρεσι, Κώνσταντος δὲ ἀπὸ δύσεως ἐκ Γάλλου ἐρχομένου, συνεφθάσαν ἐκεῖσε, ἀσπαζόντες ἀλλήλους. καλεῖται δὲ ὁ τόπος Φιλαδέλφιον, οὐχ ὅτι ἐκεῖ συνέφθασαν, ἀλλὰ τῆς ἀπαντήσεως αὐτῶν ἐκεῖσε ἀνεστηλώθησαν.

Ὡς δεύτεροί φασιν, ὅτι τὸ Φιλαδέλφιον, ἐν ᾧ ἐστι βορρᾶθεν, &c.) Codinus habet: οἱ ἕτεροι φασιν, ὅτι τὸ νῦν καλούμενον Φιλαδέλφιον, ἐν ᾧ ἐστι βόθρος ἀψίς, προτείχισμα ἐν τῇ πόρτῃ χερσαίᾳ, τὸ παλαιὸν ὑπὸ Κάρου κατασκευασθεῖσα. Quod perperam vertit Lambecius: *Alii vero dicunt, quod locus qui nunc vocatar Philadelphium antiquitus propugnaculum fuerit & porta terreſtris a Caro extracta.* Sic ipſe Latine reddo: *Alii vero tradunt Philadelphium verſus foſſam illam, in qua eſt fornix, extitiſſe veteris urbis propugnaculum, portamque terreſtrem a Caro olim extructam.*

Edit. Pariſ. pag. 584.

51. Ὡς δὲ ὁ διακρινόμενος λέγει ἀπὸ τῆς Μαγναύρας, ὁ ἐν τῇ πόρτῃ, &c.) In Codino legitur: ὡς δὲ ὁ διακρινόμενος λέγει ἀπὸ τῆς Μαγναύρας. deinde n linea Ἡ ἐν τῇ πόρτῃ τεθεῖσα στήλη, &c. Ubi quidem allucinatur Lambecius, dum ita interpretatur, ὡς δὲ ὁ διακρινόμενος λέγει, *ut alii diverſe tradunt*; Διακρινόμενοι quippe hæretici dicti ſunt qui Synodum Calchedonenſem, partim rejecerunt, partim receperunt. Hos quidem hæreticos varie nuncupatos ex Scriptoribus aſſequimur; nam apud Leontium *Heſitantes* appellantur; in lege Wiſigothorum lib. 12. tit. 2. §. 21. *Diſcernentes* dicuntur. Joannes Langus in lib. 18. Nicephori Calliſti cap. 45. necnon Henricus Valeſius *Segregatos* interpretantur, quod ſcilicet ſe ab aliis divulſerant; & eadem quidem notione utitur hac voce Sozomenus lib. 7. cap. 2. ubi de quibuſdam Hæreticis: ἐκ τούτου δὲ οἱ μὲν διακριθέντες ἰδίᾳ ἐκκλησίαζον. Cæterum ὁ Διακρινόμενος tantum hic appellatus, necnon a Chronographo noſtro n. 275. & 281. eſt Joannes (ut nonnulli putant) Malala Antiochenus, Damaſceno relatus Orat. 3. pro Imaginibus. Vide Combefiſii notas. Hunc autem eſſe Joannem putat laudatus Valeſius, qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripſiſſe dicitur libris decem, ut refert Photius Cod. 41. Ubi Joannem Presbyterum Ægeatem vocat idem Photius, cujus libros dumtaxat quinque legerat, in quibus Calchedonenſem Synodum proſcindit, unde forſan Διακρινομένου cognomen obtinuit. Vide item Photii Cod. LV. necnon Coteleriom ad tom. 2. Monumentorum Eccleſiæ Gr. pag. 668. ac Chronographi noſtri laudatum locum. Sed quia doctiſſimus atque amantiſſimus P. Michael Lequien, integram hac de re ac eruditam diſſertationem ſcripſit, quam infra n. 275. exhibemus; ideo eo lectorem mittimus. Cæterum ſtatua de qua hic loquitur Anonymus noſter & Codinus, eſt Fortuna urbis; de qua vide quid ſupra monuimus. Addo tantum id quod ex Chronico Alexandrino diſcimus, nempe banc eandem ſtatuam, incruenta victima litata, *Anthuſam* a Conſtantino appellatam eſſe: τὴν δὲ τύχην τῆς πόλεως τῆς ὑπ' αὐτοῦ ἀνανεωθείσης, ποιήσας θυσίαν ἀναίμακτον, ἐκάλεσε Ἀνθοῦσαν, quam quidem appellationem urbi ipſi adſcribit Euſtathius ad Dionyſii Periegeſin pag. 106. Παρὰ δὲ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κληθῆναι Ἀνθοῦσαν, *a magno Conſtantino Anthuſam appellatam* ajunt, id eſt *Florentem*, vel *Florentiſſimam*. Hoc etiam epitheto non ſemel donatur in Cod. Theod. L. IV. de Aquæductu, &c. & a Juſtiniano in Cod. Juſtinianeo.

Καὶ ἄνωθεν ἐκεῖσε ἐπὶ τῷ κεφαλίῳ τοῦ κίονος πολλὰ ἐτεθείσθησαν, &c.) Ita Cod. Reg. 2. Codinus vero; καὶ ἄνωθεν ἐκεῖσε ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ κίονος ἐπετέθησαν θαύματα καὶ παράδοξα, *Capitalo autem ejus columnæ admiranda quædam & miraculoſa ſuperimſuerunt*. Hæc Codini lectio mihi magis arridet: quippe columnæ Porphyreticæ, & ſtatuæ illi inſidenti multas reliquias ſuperimpoſuit Conſtantinus magnus; ita forſan & huic. Vide quid ſuperius de columna Porphyretica.

Τῇ δὲ ἐπαύριον γέγονε τὰ γενέθλια τῆς πόλεως,) Cicero etiam lib. II. de Divinat. *urbis Romæ natalem diem dixit*. Græci vero Conſtantinopolitanæ Urbis dedicationem Γενέθλια & Ἐγκαίνια, *Natalitium urbis diem*, vel *Natalem* nuncuparunt. Urbis Conſtantinopolitanæ Genethliacam figuram deſcripſit Valens Aſtronomus; qui quidem tractatus ineditus extat in Bibliotheca Ambroſiana Mediolani, ut refert Doctiſſimus atque amantiſſimus P. D. Bernardus de Montfaucon in ſuo Diario Italico. Sed putant nonnulli commentum eſſe recentiorum Græculorum, ne ſuus quoque deeſſet Natalibus Novæ Romæ Lucius Tarrutius Firmanus Mathematicus, de quo Cicero lib. II. de divin. & Plutarchus in vita Romuli. De hoc Valente Aſtronomo loquitur Glycas pag. 249. eumque a Conſtantino Magno Conſtantinopolim accerſitum fuiſſe ſcribit: Τηνικαῦτα κληθεὶς ὁ τῶν ἀστρονόμων δοῦλος ἀκριβέστατος Οὐάλης, τοῖς θέμασι δὲ ἐς χϟϛ'. ἐνιαυτοὺς διαμένειν τὴν πόλιν ταύτην ἐφοίβευσεν. ἐντεῦθεν οὖν διεψευσμένου τοῦ Οὐάλεντος φθέγματος, καὶ διαμαρτυρούμενον φανερῶς ἡ τέχνη ἐλέγχεται. *Accerſitus eſt id temporis Valens aſtronomorum excellentiſſimus, qui collocatione ſiderum deſcripta, DCXCVI. annos urbem duraturam vaticinatus eſt: quæ ſane Valentis prædictio deinceps falſitatis convicta eſt, arte nimirum ipſius palam a vero aberrante.* Eadem ferme de hoc Valente habet Zonaras pag. 6. E.R. Is Vectius Valens Antiochenus nuncupatur, cujus laudantur, περὶ συμβάσεων τῶν ἀστέρων libri; qui MSS. habentur in Bibliotheca Regia; præterea ejuſdem Ἀνθολογία γενεθλιακὴ libris octo, qui MSS. aſſervantur in Bibliotheca Vaticana, & Mediolani in Ambroſiana; uti paulo ſuperius diximus. Vide quæ de hoc Valente habet Ducangius in Notis ad Zonaram pag. 28. E. R. Cæterum dedicationem Conſtantinopoleos contigiſſe perhibet Heſychius Mileſius anno XXV. Conſtantini, die XI. Maii: Πάντα δὲ κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον πληρώσας ὁ Κωνσταντῖνος, καὶ τὴν τῶν ἐγκαινίων ἡμέραν κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Μαΐου μηνὸς ἐπιτελέσας, ἐν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ εἰκοστῷ πέμπτῳ. *Omnibus igitur ita confectis a Conſtantino, & dedicatione undecimo Maii menſis die celebrata, anno Imperii illius vigeſimo quinto*, &c. Qui quidem annus cadit in Conſulatum Gallicani & Symmachi. Falſum igitur eſt quod Senator in Chronico ſcripſit, Conſtantinopolim a Conſtantino dedicatam Pacatiano & Hilariano Coſſ. quorum Conſulatus in annum Chriſti CCCXXXI. cadit. Vide quæ de hac re ſupra obſervavimus.

pag. 585.

Καὶ μέγα ἱππόδρομον) Eadem quoque die Circenſes ludos editos teſtatur Heſychius Mileſius, ac ut in poſterum quotannis eodem die ederentur, ſtatuiſſe Conſtantinum perhibet idem Heſychius, item auctor Chronici Alexandrini, Julius Pollux, &c.

Ὅτι καὶ ἡ πόλις μετωνομάσθη Κωνσταντινούπολις) Procopius lib. I. de Bello Vandal. ὃς τὴν βασιλείαν εἰς Βυζάντιον μεταθέμενος, μείζω τε τὴν πόλιν καὶ πολλῷ ἐπιφανεστέραν κατασκευάσας, ἐπ' αὐτοῦ ἐπώνυμος προσαγορεύεσθαι. *Qui tranſlata Byzantium Imperii ſede cum urbem & ambitu & ſplendore multum auxiſſet, eam ob cauſam ſuum illi nomen conceſſit*. Cæteros Scriptores cum Græcos tum Latinos qui de hac nomenclatura ſcripſerunt, conſulto mittimus. Vide nummos cum inſcriptione CONSTANTINOPOLIS quos pag. 458. in ære inciſos exhibemus.

Τὸν δὲ εἰς τὸ Φιλαδέλφιον ὄντα σταυρὸν ἀνάστασιν, &c.) Ter Conſtantino Crucem apparuiſſe refert, vel potius nugatur Nicephorus 52.

Calliſti: primum Romæ cum Maxentio belligeranti; iterum, prælio devictis Byzantinis, tertio cum Iſtro ponte juncto Scythas ſubegiſſe. Ad harum inquit ille ſimilitudinem, tres Cruces in Urbe erexiſſe Conſtantinum: primam ſupra Fori fornicem excitavit, nomenque JESUS impoſuit: alteram cui CHRISTI nomen inſculptum erat in Philadelphio; tertiam denique cum inſcriptione ΝΙΚΟΣ in Artopolio; ita ut hæc verba conficerent Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ, *Jeſus Chriſtus vincit*. De Cruce autem quæ ſupra Fornicem Fori Conſtantiniani erecta erat, & de altera quæ in Artopolio ſtabat, ſuperius diſſeruimus.

Κεχρυσωμένον ἐπὶ λίθων, &c.) Ita Cod. Reg. *c.* Cod. vero Reg. a. Cod. Colbert. & Codinus ἐπὶ κίονος κεχρυσωμένος. Ipſe autem genuinam Cod Reg. *c.* lectionem puto, κεχρυσωμένον ſcilicet σταυρὸν, διὰ λίθων καὶ ὑέλων; *Crucem* nempe *auro obductam, gemmis vitroque ornatam*. Et ita legendum eſt etiam in verſione, non vero, *vitriſque*, quod mendum librarii eſt. Satis autem hanc veram lectionem contextus demonſtrat. Crucem quæ in Philadelphio cernitur columnæ impoſita, inquit Anonymus, auro obductam, gemmis vitroque ornatam,

52. Edit. Pariſ. pag. 586. Conſtantinus magnus erexit, ad Crucis quam in cœlo viderat, & illius columnæ Porphyreticæ formam, nimirum & columnam Philadelphii fecit adinſtar columnæ Porphyreticæ Fori. Igitur ſatis paret & crucem auro obductam, & columnam Porphyreticam fuiſſe; etenim & illam Crucem, quam in fornice ſui Fori erexit auro fuiſſe obductam, & columnam Porphyreticam extitiſſe liquet ex omnibus Byzantinæ Hiſtoriæ Scriptoribus. Columnam autem Philadelphii Porphyreticam fuiſſe aperte tradit Nicephorus Calliſti: ὃ δὲ δι ἐκαλεῖτο Χριστὸς, συνθέματι καὶ θεῖον σταυρὸν, ἐπὶ πορφυρῷ Ῥωμαίῳ εἶναι κίονι ἐν τῷ Φιλαδελφίῳ οὕτω τεταγμένον. Confirmatur hoc etiam ex Anthologia Gr. lib. IV. cap. XXVIII. ubi habentur tria Epigrammata, cum hoc titulo, ἐν τῷ πορφυρῷ κίονι εἰς τὸ Φιλαδέλφιον, quaſi inſcripta fuerint in columna iſta Porphyretica, quæ ſterit in Philadelphio. Sed vide quæ lib. VII.

Ἵσταντο δὲ ἀντικρὺς τῶν δύο υἱῶν αὐτοῦ, τῶν ἐπὶ θρόνων καθεζομένων, καὶ τῶν ἀλλήλους ἀσπαζομένων) Quaſi εἰκόνες ſubaudiretur, verto. *Cæterum e regione filiorum, &c.* Codinus vero habet; Ἵσταντο δὲ ἀντικρὺς τῶν δύο υἱῶν αὐτοῦ ἐπὶ θρόνου καθεζομένων, καὶ τὸν ἄλλον τὸν ἀσπαζόμενον. Quæ lectio omnino diverſum ſenſum gignit. Sic interpretatur Lambecius: *ſtabat autem e regione filiorum Conſtantini magni qui in thronis ſedent, & eorum qui ſe invicem amplectuntur*. quaſi legeretur κίων ἵσταντο. Cæterum τῶν ἀλλήλους ἀσπαζομένων, loquitur de ſtatuis Conſtantii & Conſtantis poſt patris obitum in eorum occurſus & fraternæ concordiæ memoriam erectis, quarum ſupra meminit.

Ὅτι τὸ λεγόμενον Μόδιον, ὡρολόγιον ἦν, ἤγουν τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου) Ita uterque Cod. Regius, & Colbertinus habent; ita & Codinus; ſed Lambecius legendum eſſe putat: ὅτι εἰς τὸ λεγόμενον μόδιον ὡρολόγιον ἦν καὶ τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου. Ipſe vero textui inhærens reddo: *Modium quod vocatur horologium erat ſeu examen modii*. Ἔξαμον τοῦ μοδίου ab Imperatore Valentiniano ibi repoſitum fuiſſe, ut eſſet examen cæterorum modiorum, quibus in Urbe frumentum venderetur, & ad quem fides menſuræ comprobaretur, refert hic Anonymus: neque tamen in Urbe dumtaxat, ſed & per manſiones, ſingulaſque civitates, modios æneos & lapideos, cum ſextariis & ponderibus collocari juſſit idem Valentinianus, *ut unuſquiſque tributarius ſciret quid deberet ſuſceptoribus dare* l. 9. Cod. de Suſcept. & Arcar. lib. 10. quæ etiam extat in Cod Theod. eod. tit. His appoſite adferemus veterem Inſcriptionem, quæ edita apud Gruterum habetur. pag. DCXLVII.

EX. AUCTORITATE. TURCI. APRONIANI. V. C. PRAEF. URB.

LICET. FORMAM. DISPOSITIONIS. ACTA. CONTINEANT. AD. FIDEM. TAMEN. GESTORUM. PLENIUS. MEMORIA. TRADENDAM. TABULAM. PLACUIT. ADFIGI. QUÆ. PUBLICARET. ORDINEM. RERUM. QUOM. SUARIOS. VIDEREMUS. DAMNIS. ADFECTOS. ET. EOS. ETIAM. ORDINES. QUI. SUARIAM. FACIUNT. PROVIDIMUS. HIS. LEVAMEN. ET. TITULO. CANONICO. VINARIO. UT. VIGINTI. QUINQUE. MILLIA. AMPHORUM. ANNUA. CONSEQUANTUR. SUB. EA. DIVISIONE. UT. DUÆ. PARTES. SUARIIS. TERTIA. VERO. HIS. ORDINIBUS. SUFFICIAT. QUI. SUARIAM. RECOGNOSCUNT. ITA. UT. IIDEM. ORDINES. JUXTA. CONSUETUDINEM. TAM. PROPRIUM. QUOD. APPELLATUR. QUAM. ANNONIS. EXSOLVANT. ET. MODERATIONE. ADHIBITA. PERINDE. A. POSSESSORE. SUSCIPIANT. ATQUE. ACCIPERE. SUNT. SOLITI. ANTIQUO. MORE. PRÆEUNTE. INTERDICENTES. NE. INORMIA. ILLA. INDEBITAQUE. PRÆSTENTUR. QUÆ. TAM. TRIBUNUS. QUAM. PATRONI. DIVERSI. ET. VARIA. CONSEQUEBANTUR. OFFICIA. CONTRA. QUOD. INTERDICTUM. SI. QUI. AUSI. FUERINT. DE. COMMUNI. LARGIRI. SCRIBÆ. QUIDEM. CETERIQUE. POENÆ. SUBJACEENT.

53. pag. 587. Ὤρισαν δὲ τὸ μόδιον κολοβὸν πιπράσκεσθαι) Codinus, ὡρίσθη δὲ τὸ μόδιον κουμοῦλον πιπράσκεσθαι: videlicet, *ſancitum erat ut modius frumenti cumulate venderetur*: κουμοῦλος Græcis recentioribus idem quod σώρωμα, cui opponitur ῥίγλον ſeu ῥίγλιον *ad regulam*. Vide Lambecii notas.

Γυνὴ δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς, ἔκοψε τὰς δύο χεῖρας αὐτοῦ, &c.) Quod narrat hic Anonymus & Codinus, manus illas publice a Valentiniano cum modio erectas in memoriam ſupplicii ſumpti a quodam mercatore, qui cum contra edictum Imperatoris auſus eſſet modium frumenti ad regulam vendere, manus amiſit, fabulæ ſunt ac nugæ, quibus Græcia, præſertim ultimis temporibus, maxime abundabat. Nec minus commentitium puto id quod de manibus æneis refert Anna Comnena, eo videlicet animo atque inſtituto iſta ex ære ſimulacra manuum a priſcis Imperatoribus defixa loco late conſpicuo, ut quos neci reos criminum addiceret lex, iis opitulari clementia principum valeret, atque condonare pœnam, quandiu in eo viæ intervallo adhuc eſſent, quod ab Auguſta domo patebat ad manus has; quas qui ſemel prætergreſſus erat, nulla ratione a ſupplicio eximi poterat. Vide Notas Ducangii ad Alexiadem.

Ὁμοίως καὶ τὸν μόδιον ὃν ἐχρημάτιζεν ὡρολόγιον) *Qui e-vat horologium*; & ex hac lectione confirmatur ſuperior lectio: videlicet, ὅτι τὸ λεγόμενον μόδιον ὡρολόγιον ἦν. Codinus autem paulo diverſa habet, ὁμοίως καὶ τὸν μόδιον. ἐχρημάτιζε τὸ ὡρολόγιον. *una cum modio. Ibidem quoque collocatum erat horologium*, Lambecius vertit, & ſic omnia confundit. χρηματίζειν hic ſignificat eſſe qua ſignificatione ſæpe utitur Anonymus noſter & alii recentiores Græci, ut ſupra pluribus monuimus.

Στήλην ἠξιώθη τιμηθῆναι ἐν τῷ καλουμένῳ Ὡραίῳ) Id eſt *ſtatuam meruit ad Horologium ut vocant*. Paulo diverſa in Codino habentur: Στήλην ἠξιώθη τιμηθῆναι ἐν καλουμένῳ Ὡρείῳ, ὃ τινες τὸν μόδιον καλοῦσιν. ἐν δὲ καλοῦ ὡρολόγιον, ἔνθα νῦν ἵστανται κίονες καὶ ἀψὶς πρὸς τὸν λεγόμενον οἶκον Κρατεροῦ. ἔνθα ἵσταντο καὶ μόδιοι χαλκοῖ, καὶ ὡραῖον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπ' ἀκοντίων. Sed Lambecius nulla MSS. auctoritate fultus ex ſola conjectura, licet ſæpe alias vir doctus eruditas ac ingenioſas adferat, hic omnia confundit; legendum quippe ipſe ſic putat: Στήλην ἠξιώθη τιμηθῆναι ἐν τῷ καλουμένῳ ὡρείῳ, ὅπερ τινὲς καὶ μόδιον καλοῦσιν. ἐν δὲ τῷ πάλαι ὡρείῳ, ἔνθα νῦν ἵστανται κίονες καὶ ἀψὶς πρὸς τὸν λεγόμενον οἶκον Κρατεροῦ. ἔνθα ἵσταντο καὶ μόδιοι χαλκοῖ, καὶ ὡρολόγιον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπ' ἀκοντίων. *Senſus*, inquit, *eſt, partem Fori Conſtantini nuncupatam HORREUM, inde nomen habuiſſe quod antiquitus ibi fuiſſet horreum, cujus loco poſtea columnæ erectæ ſunt, & arcus orientalis fori, aliter dictus AMASTRIANI, ſupra quem Horologium æreum Cyzico allatum, & exemplar æreum Modii cumulati, a Valentiniano inſtituti, & duæ manus æreæ haſtis infixæ, & ipſius Valentiniani Imperatoris ſtatua, & ſimulacrum æreum Fortunæ urbis collocata erant*. Gratis hæc Lambecius ut reliqua ibidem aſſerit; Suidam citat; ſed Suidæ textu nullus corruptior; Æmilii Porti interpretatio ſæpe claudicat, uti pluribus alias monuimus, necnon in Præfatione generali. Quid autem hac de re Chronographus noſter referat vide n. 239. Ipſe ex Cod. Reg. 1. lego, ἐν τῷ καλουμένῳ Ὡρείῳ, & reddo, *ad horologium ut vocant*; & paulo infra ἔνθα ἵσταται καὶ ὁ χαλκοῦς Μόδιος, & τὸ Ὡραῖον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπ' ἀκοντίων. Id eſt, *ibidem extat Modius æreus ſeu horologium ac duæ manus æreæ haſtæ infixæ*. Hac quidem lectione confirmatur ſuperior & vice verſa: Ὡραῖον vero hic ſpiritu denſo ſcribitur quaſi ἀπὸ τῆς ὥρας, *hora*, & ſignificat horologium; ſed hæc plus ſatis de re haud magni momenti, & ubi nulla argumenta certa ſuppetunt.

54. Τότε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Μόδιος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκομίσθη ἀπαρτισθείς. διὰ τοῦτο τὸ ἀργυροῦν, &c.) Ita Cod. Reg. 1. niſi quod τὸ διὰ tantum ex Chronographo ſuppletum eſt. Videlicet, tunc enim primum Modii uſus Conſtantinopolitanis cœpit: atque ideo cum argentei pretium conſtituiſſet, argenteum ab initio nomiſma percuſum eſt: Lambecius vero vertit. *Tunc enim modiorum uſus Conſtantinopoli cœpit. Principio autem Modius ille ex argento factus* Edit. Pariſ. pag. 588.
erat. Vide Combefiſii ad Chronographum Notas. In Suida paulo diverſa habentur, ſed quæ faveant noſtræ interpretationi: τοῦτο δὲ ἐνομοθέτησεν Οὐαλεντινιανὸς, πιπράσκεσθαι τοῦ σίτου μοδίους δώδεκα τῷ νομίσματι. *Lege ſtatuit Valentinianus, frumenti duodecim modios nomiſmate vendi*. Suidas loquitur forſan de nomiſmate argenteo vel aureo vel majoris ponderis, & ideo ait duodecim modios nomiſmate vendi Valentinianum ſtatuiſſe; Anonymus vero & Chronographus de nomiſmate minoris ponderis, vel inferioris materiæ: alia quippe & alia τοῦ νομίσματος fuit materia & pondus: nam & æreum atque etiam aureum nomiſma fuiſſe legimus.

Καὶ μὴ ἀντέχοντος τοῦ αὐτοῦ νόμους προστάξαντος) Hæc omnino diverſa in Codino leguntur: μὴ ἀντέχοντα δὲ τοῖς ναυταῖς προστάξαντα, ἐν τῷ κατωγαίῳ μοδίῳ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἀπώλεσεν. Chronographus vero: μὴ ἀντέχοντα δὲ τοῖς ναυτίλοις προστάξαντος· καὶ τὰ σιτοφόρα εἰς ἓξ ἀμφοτέρων τῶν ναυτῶν τῷ βασιλεῖ σίτου ἀπιστοῦντας ἐν τοῖς ἐκεῖσε ὁ ἰδίως ἀδίκως καταγγείλαντος, ἐν τῷ κατωγαίῳ Μοδίῳ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἀπώλεσεν.

Ὅθεν καὶ ἐτυπώθησαν αἱ χεῖρες) Codinus vero habet: ὅθεν καὶ ἐτυπώθησαν αἱ χεῖρες τοῖς λαμβάνουσι καὶ τοῖς διδοῦσιν, ἀμφότεραι ἐκ τῶν προστεταγμένων μὴ ἀγανακτεῖν. Ita habet & Chronographus.

Ἔνθα καὶ ἡ τούτου στήλη ἵσταται) Perperam legitur in Cod. Reg. 1. ἵσταται ut patet ex contextu; nam ablatam inde inquit pactam pecuniam ſolvendam, quia argentea erat. Codinus diverſa refert: ἔνθα τὸ αὐτοῦ Βαλεντινιανοῦ στήλη ἵστατο εἰς τὴν ἀψῖδα, ἔχουσα ἀργυροῦν τῇ δεξιᾷ κατέχουσα, ὃ καὶ ἐπράχθη ὡς παῖκτον παρὰ τῷ Πρωτικτόρος ὑποχωρίῳ, ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀρχῇ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου. Vide Combefiſii ad Chronographum Notas.

Καὶ Ἡρακλῆς ἀνακείμενος, καὶ χελῶναι ἐκεῖσε μετὰ ὀρνίθων) Codinus nonnihil diverſa habet: καὶ Ἡρακλῆς ἀνακείμενος. ἔνθα καὶ ποταμοὶ, καὶ ἀπὸ Λύκου λατρευόμενος. καὶ χελῶναι ἐκεῖσε μετὰ τῶν ὀρνίθων. Chronographus vero: Ἡρακλῆς ὁ ἀνακείμενος ἐκεῖσε θυσίας ἐπιγράφων, Ἀπόλλων παγκρατιαστοῦ. ἔνθα ὁ ποταμὸς ὁ Κύκλος, Αἰτίᾳ ὁ ἀπὸ Λύκου μυσολατρευόμενος. ἐν αὐτῷ χελῶναι μετὰ ὀρνίθων. Statuam autem hanc Herculis recumbentis, eandem eſſe puto ac illam cujus meminit idem Scriptor noſter libro ſecundo, ſeu Urbis parte ſecunda cum de Baſilica agit; videlicet ibidem quoque ait, Herculem multis ſacrificiis cultum, qui poſtea in Hippodromum translatus eſt; Juliano quippe Conſule Roma Byzantium advectus fuit una cum aliis decem ſtatuis. Hujus vero Herculis ſtatuæ quæ in Hippodromo erecta erat habes luculentiſſimam deſcriptionem in Narratione Nicetæ Choniatæ de ſtatuis Conſtantinopolitanis a nobis hic libro VI. edita. 55.

Καὶ δράκοντες δ') Codinus & Chronographus habent, καὶ δράκοντες δεκατέσσαρες; Cætera autem in Chronographo omnino diverſa.

Καὶ μαρμαρίνη στήλη ἱσταμένη, ἐκδιώκουσα ἀπὸ χώρας, &c.) In Codino autem legitur; καὶ μαρμαρίνη στήλη ἱσταμένη ἐκ χώρας Παφλαγονίας δεσπότου: Ita habet & Cod. Reg. 2. ſed Lambecius legendum putat; ἐκ μαρμαρίνης στήλη ἱσταμένη τινὸς ἐκ χώρας Παφλαγονίας δεσπότου. In Cod. Reg. 1. deeſt δεσπότου, quod ex Cod. Colbert. & Codino reſtituimus, & ex conjectura τὸ τινὸς reponimus.

Καὶ ἑτέρα κεχωσμένη ἐν τῇ κόπρῳ, καὶ τοῖς ὅροις) Codinus ἐξ ἑτέρα κεχωσμένη ἐν τῇ κόπρῳ, καὶ τοῖς ὅροις, δούλου τοῦ ἐκ χώρας Ἀμάστρων Παφλαγόνος; quod ſcribendum ait Lambecius, δούλου τοῦ ἐκ χώρας Ἀμαστριανοῦ Παφλαγόνος. Ab hac ſervi ſtatua ex Amaſtriana regione oriundi, locum appellatum videtur innuere Anonymus noſter. Cedrenus vero Amaſtrianum dictum putat a quodam infimæ ſortis homine, qui Amaſtri in Paphlagonia oriundus, urbem paupertatis cauſa venit, ibique mortuus eſt: ſive ab infamia loci ejus maxima, quod ibi malefici & homicidæ ſupplicio afficerentur, turpiſſimam denominationem accepit, propter Paphlagonum ſceleratam vitam.

Ἐκεῖσε δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐτυπώθη τοῖς δαίμοσιν ἀμφότερα) Codinus toto cœlo diverſa habet: pag. 589.
ἐκεῖσε δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐτύθησαν τοῖς δαίμοσιν ἀμφότεροι. *Uterque autem in eo loco dæmonibus immolatus fuit*. Noſtra autem lectio magis mihi arridet ἐτυπώθη τοῖς δαίμοσιν ἀμφότερα utraque ſcilicet *ſtatua dæmonibus fuit erecta*, id eſt *conſecrata*, vide quid ſupra de ſtatuis ἐτυπώθη.

Καὶ ἀνεσκολοπίσθη ἐκεῖθεν καὶ καλλωπισμὸς κιόνων, &c.) Ita reſtituimus ex Cod. 2. perperam enim legitur in Cod. Reg. 1. καὶ ἀνεσκολοπίσθη ἐκεῖθεν καὶ καλλωπισμοὶ δὲ κιόνων στιγματωθεὶς ἀνηγέρθη. Codinus vero habet: καὶ ἀνεσκολοπίσθησαν ἐκεῖσε καὶ καλλωπισμὸς κιόνων λευκῶν στιγματωθεὶς ἀνηγέρθησαν.

Ἐγένοντο δὲ ἐκεῖσε δαιμόνων, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino; corrupta quippe legitur in Cod. Reg. 1. γενόμεναι ἐκεῖσε ἐπιτασίαι πολλαί. Vide Notas Combefiſii ad Chronographum.

Εἰς δὲ τὸν καλούμενον Βοῦν) Id eſt, in Foro Bovis: a bove quippe æneo appellationem obtinuit Forum illud, ut ſcribunt Cedrenus & Zonaras. Bovem hunc æneum a Valentiniano Conſtantis Imperatoris cubiculario ædificatum in Hippodromo refert Chronographus; Cedrenus vero Pergamo advectum narrat: ὁ χαλκοῦς βοῦς ἐκ Περγάμου ἦλθε. κάμινος δὲ ἦν, ἐν ᾗ ἐφλέχθη ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀντίπας. *Bos æreus Pergamo fuit allatus: caminus fuit, in quo uſtus eſt Antipas ſanctus martyr.* Idem etiam perhibet Zonaras in Phoca: τὸ δὲ δύστηνον σῶμα κατεκαύθη κατὰ τὸν Βοῦν, ἦν δὲ κάμινος, ὡς λέγεται, ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένη, σχῆμα βοὸς ἔχουσα, ὅπερ ἐκ Περγάμου ἐκεκόμιστο, ἐξ οὗ καὶ ὁ τόπος ὠνόμασται. *Et infelix cadaver crematum eſſe, ubi caminus fuiſſe perhibetur æreus, forma bovis, Pergamo tranſlatus, unde & loco nomen factum.*

Ἐν αὐτῷ κατέκαιον) Ita ex Codice Reg. a. Cod. enim Reg. 1. habet ἐν αὐτῷ κατέχωσαν. Codinus vero ὅσοι ἐκ ληστῶν προφάσει τῶν καταδίκων πολλοὶ ἐν αὐτῷ κατέκαυσε Χριστιανοί. Lambecius προφάσει τῶν καταδίκων, non explicat, hoc eſt, *prætextu variorum criminum.*

Ην δὲ ὁ κάμινος ἕως Φωκᾶ) Phocæ etiam cadaver in Bove crematum eſſe refert Chronicon Alexandrinum pag. 383. E. R. & Zonaras pag. 81. E. R. qui varias etiam perhibet opiniones de Phocæ interitu; alii ſiquidem ob importunum reſponſum Phocæ iratum Heraclium, calcibus in eum inſiluiſſe, & caſtrari eum juſſiſſe ferunt; alii eum ſtatim occiſum tradunt; alii vero manibus prius & pedibus amputatis, virilibus denique ob laſciviam & multorum conjuges adulteratas, exectis, poſtremo obtruncatum, & infelix cadaver crematum eſſe memoriæ prodiderunt.

Ὑπὸ δὲ Ἡρακλείου ἐχωνεύθη λόγῳ φόλλεων) Videlicet: *ab Heraclio autem fornax illa in folles conflata eſt.* Ita Cod. Reg. 1. & Colbertinus; Codex autem Reg. a. & Codinus habent ἀλλ' ὑπὸ Ἡρακλείου ἐφυλάχθη λόγῳ φόλλεων; Quod perperam reddit Lambecius. *Integra autem permanſit illa fornax uſque ad Phocam tyrannum, qui ultimus omnium ab Heraclio in ea combuſtus eſt.* Lege igitur in Codino ἐχωνεύθη pro ἐφυλάχθη, ſcilicet illa fornax ænea quæ bovis figuram gerebat integra permanſit ad Phocam uſque tyrannum; ſed ab Heraclio in folles conflata fuit. Φόλις quippe & φόλλις duplici λ. nam utroque modo apud Auctores ſcriptum reperi, eſt genus monetæ, duodecima ſcilicet pars ceratii ſeu ſiliquæ: vide Antiquum Rationarium Auguſti Cæſariis cum Latina interpretatione, & Notis viri doctiſſimi Adm. R. P. D. Bernardi de Montfaucon. Cedrenus etiam habet: Κίνητα δὲ αἱ δωδεκαφόλλεις ἐσημαίνοντο Erant & folles majoris pretii, ut patet ex Zoſimo & Heſychio Mileſio. Vide Ducangii eruditam Diſſertationem de Nomiſmatibus Impp. Conſtantinopolitanorum. Vide & alios qui de re Nummaria commentarios ediderunt, Hotomanum, Scaligerum, Caſaubonum, Salmaſium & reliquos. Cæterum noſtræ lectioni favet & Chronographus, qui Phocam tyrannum in Bove ab Heraclio axuſtum, perhibet; qui Bos, inquit, in Aculeati ærarium conflatus eſt, atque in Pon-
Edit. Pariſ. pag. 590. tum in ſtipendium conſcribendi militis tranſmiſſus. Nec dubito, quin Lambecius ipſe, vir doctus & eruditus, ſi in aliquo Codice ſcriptum reperiſſet ἐχωνεύθη pro ἐφυλάχθη, noſtram lectionem ſecutur eſſe: ; non enim virum tantum, qui de ſe Nummaria, & Antiquitate ubique belle peritus comparet, quid Φόλις eſſet effugere potuit; cujus quidem monetæ mentio apud Auctores cum Latinos cum Græcos, crebra occurrit. Cæterum τῷ λόγῳ, vide quo ſenſu hæc vox accipitur a Græcis recentioribus, apud Ducangium in Gloſſ. Græc. eodem v.

56. Τὰ Πέτρου, οἶκος ἦν Πέτρου Πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις, &c.) Ita & Cod. Colbertinus. Codinus vero habet omnino diverſa: Τὸ παλάτιον Πέτρειον Πέτρου τοῦ πατρικίου ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἐκτίσθη. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ Βαρσυμιανὸν τὸν Σύρον πολλὰς ἀρχὰς τῷ τότε ἀνύσαντα. Quod Lambecius vertit, *Palatium quod vocatur Petrium, Petrus quidam Patricius tempore Juſtiniani magni condidit. Idem qui dictus etiam alio nomine Barſyamianus Syrus, multos eo tempore geſſit magiſtratus.* In aliis codicibus legitur: Τὸν παλαιὸν Πέτρον Πέτρου, &c. Quis autem Petrus hic Patricius ſit, qui ſub Juſtiniano magno templum ac Gerocomium conſtruxerat non ſatis liquet ex noſtro Anonymo; nam ſub eodem Principe plures Proceres Petri nomine fuerunt; ſed præ cæteris Petri Magiſtri Officiorum celebre eſt apud Scriptores nomen, qui Theſſalonicæ in Illyrico natus, ex Advocatis ordinariis Urbis Conſtantinopoleos, homo ſingulari prudentia & manſuetudine, & ad perſuadendum, ſi quis unquam, aptiſſimus; haud ſemel legatione functus in Italiam ad Vigilium Papam, & ad Theodatum, in Perſidem vero ad Choſroem mittitur; ab Juſtiniano Patricius factus ad Magiſtri Officiorum dignitatem evehitur. Qualis autem eruditionis vir iſte fuerit, & quantus in ſuadendo, præterquam ex Caſſiod. lib. x. Var. Epiſt. 19. 22. 23. conſtat etiam ex Eudociæ Macrembolitiſſæ opere inedito, cujus unicum, quod ſciam, exemplar in Bibliotheca Colbertina aſſervatur, quod accurate exſcribere curavimus, quemadmodum plura alia opera anecdota, ut ſuo loco dicemus. In hoc, inquam, Eudociæ opere quod ΙΩΝΙΑ nuncupavit, & in Svida, talis Petri Patricii mentio occurrit: Πέτρος ὁ Ῥήτωρ, ὁ καὶ Μάγιστρος καὶ ἱστορικός, πρεσβεύσας εἰς Χοσρόην τὸν πολλάκις, μάλα ἐμβριθὴς τε ὢν, καὶ ἀνάλωτος ἐν τῷ ῥητορικῷ, τῷ καταμαλάξαι φρονήματα βαρβαρικά, σκληρά, τε καὶ ὀγκώδη. ἔγραψεν ἱστορίας, καὶ περὶ πολιτικῆς καταστάσεως. *Petrus orator, & magiſter, & hiſtoricus, legatus ad Choſroem miſſus, valde conſtans & invictus in arte dicendi fuit, demulcendo barbarica ingenia, dura & ſuperba. Scripſit hiſtorias, & de ſtatu reipublicæ.* Sed proh dolor! tanti viri ſcripta, præter pauca fragmenta inter Excerpta de Legationibus, Carolo Cantoclaro interprete, quæ omnium manibus teruntur, amiſſa magno cum detrimento Reipublicæ literariæ majorum noſtrorum incuria licet deplorare. Ad eundem Petrum habentur duæ Juſtiniani Novellæ 123. 137 hoc titulo. *Petro Glorioſiſſimo Magiſtro divinorum Officiorum.* De hujus Patri nomine an Tractus Urbis appellationem obtinuerit, etſi Ducangius pro certo habeat, non ſatis liquet ex Anonymo: ſi qua vero fides Codino habenda, ſatis aperte innuit Petrum hunc cognominatum Barſamianum genere Syrum fuiſſe, qui etiam ut Procopius refert cap. xxi. Hiſt. Arcanæ ex Nummulario Præfectus Prætorio opera Theodoræ Auguſtæ, cui cariſſimus ob Magiæ peritiam erat, & quia facilem ſe præbebat ad viam nefariis ejus conſiliis inveniendam; ſed haud diu poſt, tumultuantibus omnibus ordinibus a Prætoriana Præfectura dimiſſus, verum ope Theodoræ Auguſtæ Ærario præficitur. Plurima item Juſtiniani reſcripta ad hunc habentur, & ut ex diverſis Novellarum titulis conſtat, bis Præfectus Prætorio, bis Comes largitionum fuit. Vide quid Anonymus noſter infra n. 115. ubi de Veteri Petrio; quem quidem locum a Petro Barſamiano denominatum fuiſſe ſcribit.

Περὶ τῆς Ἐξακιονίου) In Cod. Reg. 1. ſcribitur, περὶ pag. 591.
τῆς Ἐξακιονίου, deinde: ὁ δὲ ἱστάμενος κίων τῆς Ἐξακιονίου pro κίων τό, &c. In aliis quoque Codicibus Ἐξακιόνιον, 57.
& Ἐξακιονον ſcriptum eſt; ſed ſi etymon ſpectetur Ἐξωκιόνιον ſcribendum puto: nam paulo poſt Exocionium inde nuncupatum ait, quod extra terreſtrem murum a Conſtantino ædificatum extaret ſtatua ejuſdem; hinc murus ille Hexocionii appellationem accepit.

Τὸ δὲ Ἐξακιόνιον ἦν χρυσοῦν τεῖχος) Ita habet & Cod. Colbertinus: Codinus vero τὸ Ἐξακιόνιον χρυσοῦν ἦν τεῖχος περὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, &c. Quod Lambecius vertit: *Exacionium erat locus muro ſeptus, auroque ornatus a Conſtantino magno.* Qui ma-

le legit, pejus intelligit, ut vulgo dicitur. Loco igitur χρυσοῦν repone χερσαῖον in Codino; & deinde ſic interpretandum puta. *Exacionium murus erat terreſtris a magno Conſtantino conditum*. Exacionium quippe non ſolum locus ille ubi Conſtantini ſtatua cernebatur appellatus fuit, ſed etiam murus a Conſtantino magno conditus proxime dictam ſtatuam ut patet ex ipſomet Anonymo ubi forma Urbis quali a Conſtantino extructa fuit, deſcribitur. Faceſſat itaque Lambecii explicatio, qui τεῖχος hic *caſtellum* ſignificare ait. Crebra enim apud Anonymum & Codinum mentio occurrit muri terreſtris, nullibi vero caſtelli aurei; ſed tantum Triclinii aurei, portæ aureæ, &c. a qua porta haud longe extabat in XI. Regione Exocionium, uti optime Petrus Gyllius obſervat.

Διέμεινε δὲ χρόνους λβ'. μέχρι τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ) Ita habent omnes MSS. & Codinus. Sed perperam. Conſtantinus quippe anno Chriſti 337. ipſo Pentecoſtes die moritur; Theodoſius vero anno 401. Aprilis X. die naſcitur, neque primo ipſius Imperii anno ſed V. ut ſupra habet Anonymus noſter terræmotu facto collapſi ſunt muri, quos eum reædificaſſe refert ac protuliſſe ab Exocionio ad portam auream uſque, &c. Spatium igitur triginta duorum annorum a conditis a Conſtantino muris ad annum quo reædificati fuere ſub Theodoſio Juniore nullo modo quadrare poteſt. Sed mira eſt Græculorum Chronologia ſæpe claudicans. Quo autem anno imperii Theodoſii acciderit ille terræmotus, ſupra monuimus.

Ἐξωθεν δὲ ἵσταντο αἱ, &c.) Ab hac ſtatua Conſtantini magni quæ extra murum columnæ impoſita ſtabat locum illum & murum terreſtrem proximum illi appellationem accepiſſe ſatis clare innuit, ſi qua fides habenda, Anonymus, ut ſupra monuimus.

Ἦσαν δὲ ἐκεῖ στῆλαι πολλαί) Ita & Codinus; Chronographus vero noſter refert in Exocionio extitiſſe leporis, canis & Nembrod ſtatuas.

Συνέτριψε δὲ ταύτας ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος) Chronographus noſter hæc omnino diverſa narrat, ſcilicet non a Mauricio confractas, ſed a Marciano inde ablatas, & ad ſanctum Mamantem advectas tradit: *ταῦτα Μαρκιανὸς παρείληφε, καὶ ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Μάμαντος μέρεσι ἀπέθηκε*. Præterea eodem in loco balneum extitiſſe perhibet. Reliqua vero quæ ad Exocionium ſpectant, & quare Ariani paſſim Scriptoribus dicuntur Ἐξωκιονῖται vide apud Ducangium CP. Chriſtianæ lib. II. pag. 171. E. R.

Ἐν τῷ Ξηρολόφῳ, πρώην θέαμα ἐκαλοῦν ἐκεῖνον) Id eſt. *In Xerolopho locus, quem prius Theama, ſive ſpectaculum quidam vocabant, habebat cochleas ſexdecim & Dianæ ſtatuam compoſitam, ac alia quædam ſupra arcus. Tandem vero appellatus eſt Forum Theodoſiacum, duravitque uſque ad Conſtantinum Copronymum*. Hunc ſenſum videtur efficere: quippe Xerolophus ſeptimus erat collis, ab aliis ſex collibus, ut ait Petrus Gyllius, valle lata diviſus plurimaque ædificia tum publica tum privata continebat. In Codino hæc nonnihil diverſa leguntur pag. 37. E. R. *Ἐν δὲ τῷ Ξηρολόφῳ, ὃν πρώην θέαμα τινὲς ἐκάλουν, ἵσταντο κοχλίδια ις'. καὶ σύνθετος Ἄρτεμις, καὶ ἕτεραι πολλαὶ στῆλαι εἰς τὰς*

Edit. Pariſ. pag. 592. *ἁψῖδας*. Chronographus hæc omnino diverſa perhibet ſicut & Codinus pag. 17. Edit. Reg. ibidem enim præter ſexdecim cochleas extitiſſe narrat, Dianæ ſtatuam, & Severi conditoris, & Theamatium tripodem; multaque ibidem a Severo ſacrificia facta, ac eodem in loco multa oracula edita fuiſſe. Quo tempore etiam puella virgo illic immolata eſt. Inſuper ibidem extitiſſe theſin Aſtronomicam, quæ annos triginta tres duravit. Præterea eodem in Xerolopho collocatas fuiſſe fertur ſtatuas Theodoſii Junioris, & Valentiniani, & Marciani infra columnam, quæ poſtea terræmotu corruerunt. Nec multum diverſa a Chronographo habet Suidas, præterquam quod θέμα pro θέαμα perperam ſcribit, ut optime monuit & Lambecius.

Ἔσχατον δὲ ἐκλήθη φόρος Θεοδοσιακός) Ita habet & Codinus, & omnes Codices MSS. & valde 58.
quadrat cum Auctore veteris Urbis Deſcriptionis qui in duodecima urbis Regione Forum Theodoſiacum ponit; quamquam Petrus Gyllius Arcadiacum potius Forum extitiſſe in duodecima Regione putet, conjecturam capiens a proxima Arcadii columna, Forum vero, ut ait, Theodoſiacum, fuiſſe prope Portum Theodoſiacum, cum ea architectonica ratione, quæ præcipit forum faciendum eſſe juxta portum, tum ex nomine conditoris Theodoſii, qui Forum ſuum commodius efficere non potuit, quam juxta nominis ſui portum, quem eundem ac Eleutherii portum fuiſſe arbitratur. Ducangius vero vir eruditus & doctus, hoc idem Forum quod Theodoſiacum appellatum fuit, poſtmodum Arcadiacum nuncupatum putat, ab illius Cochlide columna, quæ in eo, ſeu in Xerolopho ſterit. At ut verum fatear non mihi ſcrupulum movet Petri Gyllii conjectura, ſed Socratis auctoritas, qui lib. VII. cap. V. apertiſſime tradit Forum Arcadii in Xerolopho extitiſſe: *ἐν τόπῳ τῆς πόλεως, ᾧ προσωνυμία Ξηρόλοφος, ἐν ᾧ νῦν ἡ ἀγορὰ Ἀρκαδίου*. *In loco urbis, quem Xerolophum nominant, in quo nunc eſt Forum Arcadii*. Cæterum vide quæ de Xerolopho & columna Arcadii, quæ ibidem erecta viſitur, ſupra num. 49. adnotavimus.

Καὶ ἐν μέχρι Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου) Ita ex Cod. Colbertino; perperam enim ſcriptum habetur in Cod. Reg. 2. *καὶ ἐν μέχρι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου*.

Τὸ δὲ λεγόμενον Τετράπυλον πρῶτον Τετράβηλον ἐλέγετο) Ita habet & Cod. Colbertinus; Cod. vero Reg. 2. & Codinus, *τὸ δὲ λεγόμενον Τετράπυλον, πρώην ὠνομάζετο Τετράβιον*. At Τετράβιον ſive Τετράβηλον legendum puto; nam eo ſpectant quæ infra narrantur de velis obductis. Tetrapyli autem Conſtantinopolitani crebra occurrit mentio apud Byzantinos Scriptores, qui Χαλκοῦν illud appellant, & nonnunquam tantum Τετράπυλον. Hujus etiam meminit Auctor veteris Urbis Deſcriptionis, ubi perperam *auream* pro æreum ſcribitur; ſed in qua Urbis Regione illud extiterit, non aperit laudatus Scriptor. Verum Cedrenus pag. 348. E. R. ubi de incendio in Urbe exorto an. V. Leonis M. loquitur, videtur Tetrapylum ſtatuere non longe a Foro Tauri, quod quidem in ſeptima Regione urbis extitit: *καὶ τεμένη δὲ οἴκων μέγιστοι δύο ἐξηκοσμημένοι παντοίοις λίθοις, ὧν ὁ μὲν τοῦ Τετραπύλου οὐ πόῤῥω ἐτύγχανεν ὤν, ὁ δὲ τῇ τοῦ Ταύρου ἐπέκεινα ἀγορᾷ*. *Templa quoque abſumpta ſunt duo maxima, omnis generis lapidibus exornata: alterum Tetrapylo vicinum, alterum in Foro Tauri*. Haud longe a dicto Foro Tauri videtur illud ponere & Auctor Chronici Alexandrini in Phoca an. VII. cum ædem SS. Quadraginta Martyrum, ut & Synaxaria, ſtatuat *πλησίον τοῦ Χαλκοῦ Τετραπύλου*; quam quidem ædem in media urbe collocat, ut & Forum Tauri, Nicetas Choniates. Tetrapyli autem ſitu conjecto illud haud diverſum fuiſſe a Digiſteo, de quo lib. II. agit Anonymus noſter, & conſequenter is videtur locus quem ſupra num. 46. idem deſcribit, ubi, ut ait, in aula, ſeu atrio lapidibus ſtrato *ἵσταντο καὶ πύλαι χαλκαῖ τέσσαρες, ἀπὸ τεσσάρων μερῶν, καὶ περιέκειντο τέσσαρες γύρωθεν*; ſed vide quæ de hac re ibidem monemus & infra cum de Digiſteo.

Ἣν δὲ ἐκεῖσε Κουβούκλιον) Ita ex contextu & ex Cod. Reg. 2. ac Colbertino. Perperam hic ſcribitur in Reg. 2. *ἐν δὲ ἐκεῖσε βασιλεὺς Κωνστάντιος κτίσας*. pag. 593.
Cujus autem adinſtar Romani cubiculi hoc Conſtantinopolitanum extruxerit Conſtantius non liquet; neque enim hac in re audiendus eſt Petrus Gyllius, (uti etiam & doctiſſimus Ducangius monet) qui Tetrapylum hoc fuiſſe templum

Juni quadriformis cenſet, quale Romæ olim fuit, quatuor portis pervium, quatuor anni tempora deſignantibus; nam nullo pacto mihi perſuadere poſſim Conſtantinum Magnum, qui idolorum fana evertebat, templum quadratum Juno ſacrum condidiſſe: unde potius crederem quæ hac in re perhibet Anonymus noſter veluti Græculorum commenta reſpicienda; quæ vero tradit idem Scriptor de ritu, quem obſervabant in perſolvendis exequiis Imperatorum, ac eorum parentum haud omnino ſpernenda eſſe.

Καὶ ἕνεκεν συγγενεῖς) Cod. Reg. 2. & Codinus ſic habent, *οἱ δὲ συγγενεῖς τοῦ τελευτήσαντος βασιλέως, καὶ ἡ Αὐγοῦστα περιλαμβάνουσι τὸ σκῆνος, καὶ ἐδημίουν ἐκεῖνοι τὸν τελευτήσαντα ἔσωθεν τοῦ Κωβικλείου*, &c.

Καὶ ἐκεῖθεν αὐτόν) Cod. Reg. 2. *καὶ ἐκεῖθεν αὐτόν. οὐδ' οὗτοι ἐνδυματογράφοι αἱ γυναῖκες*.

Ἡ δὲ ἱσταμένη κόγχη εἰς τὸ Σίγμα ἐπὶ κίονος) Id eſt in porticu cui nomen Sigma, vel ſemirotunda. Hic vero *Sigma*, ut ſupra monuimus, accipiendum eſt, non uti veteres Græci hanc litteram efformabant (Σ) ſed uti poſteriores, inſtar ſcilicet litteræ C. ut in nummis, in inſcriptionibus, & in omnibus fere codicibus, uncialibus litteris conſcriptis videre eſt. Fallitur itaque Spanhemius qui litteram C. vetuſtiorem Σ. ex quodam Agathonis apud Athenæum loco exiſtimat, ut probe obſervavit & Ducangius. Quod vero ait ipſe Ducangius, litteram C. pro Σ. vix uſurpatam reperiri ante Domitiani tempora, mihi non probatur, cum ex nummis & inſcriptionibus aliter conſtet. Sed de his alibi plura.

59. *Ἡν ἀνήγειρε Χρυσάφιος*) Ita habet & Codinus & Cod. Colbertinus; ſed Lambecius *Τζουμᾶς* omittit, tanquam depravatum, ac corruptum nomen. At ipſe quis Chryſaphius ſit ex Cedreno didici. Is nimirum appellatus eſt Zumnas, & hujus hortatu latrociniis infamis, atque legibus adverſa Epheſina Synodus, ab impio Dioſcoro collecta eſt ad controverſiam Flaviani & Eutychetis diſceptandam: unde pro Tzumas ſcribendum eſt ex Cedreno Zumnas vel Tzumnas. De hoc Chryſaphio Spadone flagitioſiſſimo loquitur Evagrius lib. II. cap. 2. & alii paſſim.

Τὸν δὲ ἅγιον Στέφανον τὸν ὄντα πλησίον τοῦ Σίγματος) Alii Codices habent *πλησίον τὸ Σίγμα*, alii *πλησίον τοῦ Σίγματος* alii vero *πλησίον τοῦ Σίγματος*. De hac æde Sancti Stephani infra etiam loquuntur Scriptor noſter & Codinus pag. 62. E. R. ubi narrant, Conſtantinum magnum eo habitandi cauſa hyberno tempore ſecedere ſuiſſe ſolitum. Cæterum *Σίγμα* ſcribendum puto & non *Σίγμα*, & præter hanc Porticum Sigma, quæ in antiqua Urbis Deſcriptione in Regione tertia ſtatuitur, a Juliano Imperatore extructa juxta Portum a ſe conditum teſte Zoſimo, erat Tractus in Urbe Sigma dictus, a vicina Porticu ita nuncupatus; quo in Tractu Ædes hæc S. Stephani extitit, & Ædes Deiparæ, de qua infra.

Ὁ δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς ἐποίησε μικρόν, καὶ τὸ ὕλον, &c.) Hæc omnino diverſa in Codino leguntur: *Ὁ δὲ βασιλεὺς Λέων ὁ φιλόσοφος ἐσμίκρυνε τοῦτον καὶ ὕλον ποιήσας, τὰ τε μάρμαρα καὶ κίονας, καὶ τὰς χρυσᾶς ψηφῖδας ἀπέθετο εἰς τοὺς ἁγίους πάντας, ὅπου κεῖται τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Ἰωαννίου*.

Ἀπέθετο εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, ἐξ ὧν ἀνήγειρε, &c.) Cod. Colbertinus habet; *ἀπέθετο εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, καὶ ἀνήγειρε τοὺς ἁγίους πάντας, διὰ τὸ γαμικὸν αὐτοῦ θαυματουργίαν καὶ ἁγιότητα τῆς πρώτης λόγῳ Θεοφανοῦς τῆς ἁγίας καὶ θαυματουργοῦ βασιλίδος. ἐκεῖσε δὲ κεῖται ὁ ἅγιος Ἰωάννης*. Origines vero CP. MSS. habent, *ἀπέθετο εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, διὰ νῦν*. Quod autem hic narrant Anonymus noſter & Codinus templum videlicet Sancti Stephani prope Sigma a Conſtantino Magno extructum,

Edit. Pariſ. pag. 594. a Leone vero Imperatore ad minorem formam redactum fuiſſe; tranſlato enim univerſo ornatu ad SS. Apoſtolos templum omnium Sanctorum ab eo excitatum fuiſſe, a vero longe aberrant; quippe longe ante Leonem Philoſophum templum omnium Sanctorum extitiſſe ſatis manifeſte ex auctoribus oſtendit Ducangius lib. IV. Conſtantinopol. Chriſt. pag. 131. E. R. ad quem Lectorem mittimus.

Τὸ δὲ Στουδίου ἔκτισε Στούδιος πατρίκιος ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Λεωμακέλλου) S. Joannis Baptiſtæ Monaſterium *τοῦ Στουδίου* nuncupatum a Studio viro Patricio conditore, qui ſub Leone Macella vixit, nomen accepiſſe perhibent Anonymus & Codinus; quibus omnino conſona habet Theophanes anno VI. Leonis M. & ex eo Cedrenus. *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ Στούδιος τὸν ναὸν ἔκτισε τοῦ Προδρόμου, καὶ Μοναχοὺς ἐκ τῆς μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων ἐν αὐτῷ κατέστησεν*. *Hoc etiam anno Præcurſoris templum Studius ædificavit, & Monachos ex Acœmetorum Monaſterio in eo conſtituit*. Monaſterium autem Studii haud procul a Porta aurea extitiſſe præterquam quod conſtat ex Anonymo noſtro qui ordine urbem deſcribit, Chronicon Alexandrinum in Heraclio expreſſe hoc innuit: *Ἐτελεύτησεν ὁ Βόνος, ὁ τῆς ἀοιδίμου μνήμης γενόμενος Μάγιστρος, καὶ ἀπετέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ εἰς τὸ σεπτὸν Μοναστήριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου ἐπονομαζόμενον τοῦ Στουδίου, πλησίον τῆς Χρυσῆς πόρτης*. *Obiit Bonus inclytæ memoriæ Magiſter, & depoſitum eſt illius corpus in venerando Monaſterio S. Joannis Præcurſoris, quod Studii appellatur prope portam auream*. Hoc item ex Cedreno liquet. Cæterum Petri Gyllii tempore Monaſterium Studii non extabat, ſed tantum ædes quæ occupata a Muhametanis fuit; in cujus veſtibulo, inquit ille, ſunt quatuor columnæ cum trabeatione egregie elaborata: in interiori parte ædium utrinque columnæ ſunt ſeptem virides, nigris maculis velut fragmentis alterius generis lapidum inſertis diſtinctæ, quarum perimeter eſt ſex pedum & ſex digitorum. Denique earum ratio capitulorum, epiſtyliorum opere Corinthio elaborata, eadem eſt quæ columnarum veſtibuli. Supra illas ſex exiſtunt totidem columnæ in parte ædis ſuperiore. In area ædis Studianæ eſt ciſterna, cujus lateritias cameras ſuſtinent viginti tres columnæ excelſæ Corinthiæ. Extra Urbem olim fuit Studianum Monaſterium, nunc eſt intra urbem, juxta viam qua itur ex columna Arcadii ad portam VII. turrium, quæ claudit murus urbis habens portam nunc obſtructam, olim patentem. Sic Gyllius.

Καὶ πρῶτον μοναχοὺς ἐποίησε) In Codino legitur; *καὶ μοναχοὺς χιλίους ἐποίησε*. Cod. vero Colbertinus habet; *καὶ χιλίων μοναχῶν Μοναστήριον πεποίηκε*. At noſtra lectio magis mihi arridet, ſcilicet, Studius Patricius primus ibi Monachos inſtituit: quippe antequam in Monaſterium converteretur, ſeu ibidem Monaſterium extrueretur, ædes illa eccleſia erat parochialis, ut tradit Svidas: *ἡ τῶν Στουδιτῶν μονὴ πρότερον καθολικῆς ἐκκλησίας ἦν, ὕστερον δὲ μετῆλθεν εἰς μονήν*. *Studitarum Monaſterium, Eccleſia fuit primum parochialis, priuſquam in Monaſterium converteretur*.

Τὸν δὲ ἅγιον Διομήδην ἔκτισεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος) Paulo diverſa in Codino habentur: *Τὸν ἅγιον Διομήδην ἔκτισε μὲν ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος, Βασίλειος δὲ ὁ Μακεδὼν, διὰ τὸ λαβεῖν ἀπ' ἐκεῖσε τὸν περὶ τῆς βασιλείας χρησμόν, ἐπλάτυνε, καὶ ἐκαίνωσε, καὶ χρήμασι πολλὰ ἐπλούτισε*.

Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἀνήγειρε τοῦτον) Conſtantinus Porphyrogenitus in Vita Baſilii eadem refert loquens de S. Martyre Diomede: *ὃν ἐπ' ὀνόματι τοῦτο μονὴν, καὶ κτημάτων ἐπιδόσει μεγάλων τε, καὶ προσόδων ἱκανῶν ἀφθόνῳ χορηγίᾳ, καὶ δαψιλεῖ πρὸς τὸ ἄπορον ἦγαγε, καὶ τὸ πανταχόθεν ἀνενδεὲς αὐτῇ ἐμνηστεύσατο, καὶ κτισμάτων πολυτελέσιν οἰκοδομαῖς κατελάμπρυνε, καὶ παντοίως ὑπῆρξε, καὶ κατεπλούτισεν*. *Et ſub nomine illius Monaſterium poſſeſſionum ingentium donatione & redditum abundantium affluenti copia ſæpeque largifica ditavit, tantaque illi bona contulit, ut nullius in poſterum indigeret; ædificiorum quoque magnificis ſtructuris illuſtravit, & modis omnibus ſublevavit, divitiiſque locupletavit*. Ita narrat & Scylitzes. Cæterum proxime Sancti Diomedis Monaſterium carceres extitere, ex quo *Diomedis carcer* nuncupatur in Hiſtoria exilii SS. Martini PP. & Martyris. *pag. 595.*
Nec procul a Porta aurea hoc Monaſterium extitiſſe

patet ex eodem Porphyrogenito, qui refert Baſilium cum Portas Aureas decteſcentes jam die ingreſſus eſſet, proximo ipſis Monaſterio, ſancto Martyri Diomedi ſacro, appuliſſe.

Διὰ τὸ τὴν ὀπτασίαν τῆς βασιλείας ἐκεῖνον ἰδεῖν) Colbertinus Cod. habet *ἰδεῖν αὐτόν*. Viſionem, ſeu oraculum de futuro ſuo Imperio; verum non ipſemet Baſilius habuit, ſed Præfectus Monaſterii S. Diomedis, ut Conſtantinus Porphyrogenitus perhibet in ejus vita, ſcilicet cum ex Macedonia Thraciæ Baſilius Conſtantinopolim perveniſſet, Portas auseas ingreſſus, proximo ipſis Monaſterio, ſancto martyri Diomedi ſacro, appellit, ac feſſus de via, illic, ut potuit, ante portas in gradibus, qui ibi erant, nulla ſui cura habita, projectus quievit. Circa primam noctis cuſtodiam, in ſomniis, Monaſterii Præfecto Martyr Diomedes apparuit, mandans, ut Monaſterii porta egreſſus, nomine compellaret Baſilium, & quicunque ipſum ita compellantem audiſſet, eum in Monaſterium introduceret, diligenterque procuraret, & alimento & tecto & veſtibus & omnibus aliis neceſſariis & famulatu quoque demereretur: unctum enim eſſe a Deo Imperatorem, Monaſteriumque aliquando ædificaturum, & aucturum.

Αἱ δὲ στῆλαι τῶν Ἐλεφάντων τῆς Χρυσῆς πόρτης) Tres in partes Urbem diviſam deſcribit Anonymus noſter, ut ſupra monuimus; primam ſcilicet a Palatio Chalces, & a Millo ad Portam uſque Auream, cujus cum omnia ſingulatim recenſuiſſet, ad Portæ Aureæ monumenta deſcribenda, in qua plurima ornatus gratia viſebantur, deſcendit. Et imprimis ſtatuas Elephantorum commemorat, quas Athenis ex templo Martis advectas, a Theodoſio Juniore perhibet. Cedrenus vero non Athenis delatas ex templo Martis, ſed inſculptas inſtar illorum quibus vectus Theodoſius Urbem ingreſſus erat. Cæterum de ſtatuis Elephantorum quæ in Porta Aurea a Theodoſio Juniore collocatæ fuerant loquitur ſupra Scriptor noſter, ubi etiam pone ipſas ſtatuam ſuam eundem erexiſſe perhibet. Porta autem hæc *Aurea* dicta eſt, quod auro ſeu potius aureis ornamentis, quibus imprimis præfulſit, decorata fuerit a Magno Theodoſio, poſt devictum Maximum tyrannum, ut liquet ex inſcriptione ſupra hanc poſita, quæ a nobis edita habetur infra num. 323. ubi vide quæ adnotamus.

61. *Τὸ κτίσαντος τὸ χερσαῖον τεῖχος*) De muris terreſtribus & maritimis a Theodoſio Juniore conſtructis loquitur etiam ſupra Scriptor noſter ubi de muris, & figura Urbis; dein etiam cum de Exocionio. Vide quæ hac de re ibidem monuimus.

Καὶ Καρεῖς ἀδελφοὶ αὐτοῦ, &c.) Ita & Cod. Colbertinus: Codinus vero *καὶ Καρεῖς ἀδελφοὶ αὐτοῦ μέρους Πρασίνων, μετὰ καὶ Εὐλαμπίου συγγενεῖς*.

Καὶ ἀπῆλθον εἰς τὴν Μυριάνδρου πόρτην, τὴν καλουμένην Πολυάνδρου) Ita & in Cod. Colbertino legitur: Codinus vero hæc luculentius refert: *ἀπελθόντες δὲ οἱ Βένετοι ἀπὸ Βλαχερνῶν· οἱ δὲ Πράσινοι ἀπὸ χρυσέας πόρτης, καὶ ἀπαντήσαντες εἰς τὴν Μυριάνδρου*, &c. Quod Lambecius vertit. *Utraque autem factio Veneta a Blachernis & Praſina a Porta aurea, conjungebatur in porta nuncupata Myriandra*, &c. Hæc Porta *Polyandri* ſtetit juxta portam S. Romani & Portam Quinti, hodieque Hadrianopolitana nuncupatur, mediumque in muro terreſtri locum occupat, uti obſervat Leunclavius in Pand. Turc. n. cc. Vide quæ de hac Porta Polyandri infra n. 539.

Αἱ δὲ λοιπαὶ στῆλαι) Codinus habet, *αἱ δὲ λοιπαὶ στῆλαι, αἱ ἱστάμεναι εἰς τὴν χρυσῆν, ἔστησε παρὰ Βιγιλίου ἀσηκρῆτις καὶ ἀστρονόμου*. Quod Lambecius vertit. *Reliquas ſtatuas in porta Aurea poſuit Vigilius a ſecretis & aſtronomus.*

Μετὰ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ στῆλαι) In Cod Colbertino legitur; *μετὰ καὶ τῆς γυναικὸς στήλη ἡ ἔξωθεν ἱσταμένη*, &c. Codinus vero omnino diverſa habet, *μετὰ τῆς γυναικείας, τῆς κατεχούσης τὸν στέφανον εἰς τύπον τῆς πόλεως*: *Ubi etiam ſtatuam muliebrem coronatam, quæ urbis figuram referi*. Anonymus quidem noſter ſtatuam illam coronatam quæ extrinſecus ſtabat & Urbis figuram referebat, uxoris Vigilii fuiſſe aperte innuit. Mulier vero galeata ac laureata, cum inſcriptione CONSTANTINOPOLIS in nummis Conſtantini magni habetur. Vide tabellam pag. 458. *Edit. Pariſ. pag. 596.*

Ἀνωθεν καὶ κατωθεν εἰσὶ καὶ λοιπὰ ζῴδια, &c.) Præter igitur enumeratas ſtatuas in Porta Aurea erectas ſtabant pleræque aliæ, ut patet ex Anonymo; ex quibus nonnullas recenſent Scriptores. Imprimis autem ſtatuam Theodoſii magni, Portæ Aureæ impoſitam terræmotu corruiſſe anno xxiv. Leonis Iſauri perhibet Theophanes; item Victoriæ ſimulacrum ſub Michaele Theophili F. conciddiſſe teſtatur Scylitzes. Præterea crucem quæ in Porta aurea erecta erat, terræmotu collapſam anno xxviii. Juſtiniani narrat Cedrenus. Reliqua vero Portæ Aureæ ornamenta, quæ Petri Gyllii tempore extitere his verbis deſcribuntur. *Quas claudit*, inquit, *murus urbis habens portam obſtructam, olim patentem, cujus paraſtades ſunt duæ columnæ Corinthiæ marmoris maculoſi, venis viridibus diſtinctis, ſuſtinentes octo columellas efficientes tres arcus. In latere portæ ſiniſtro exſiſtunt ſex tabulæ marmoreæ, ſingulæ habentes latera clauſa columellis aliis teretibus, aliis quadratis, continentes ſtatuas eminentes expreſſas affabre ſcalptas, nudas, clavis pugnantes, quarum ſuperiores habent ſupra ſe Cupidines velut præcipites ad volandum. In latere dextro ſunt item ſex tabulæ cinctæ ſimiliter columellis. In prima tabula inferiori juvenis tenens organum muſicum jacet ſupinus, tibiis implens, ſupra ipſum impendet imaguncula, velut Cupido, ſupra Cupidinem mulier. In tabula ſuperiore eſt ſtatua nuda tenens clavam erectam, pelle leonis brachio involuto, canes ducens manu ſiniſtra. Supra ipſam eminet leæna turgens uberibus. Alia tabula continet duos agricolas ferentes calathos uvis plenos. In alia tabula eſt eques alatus, equi frenum retinet mulier. A tergo ſunt mulieres duæ, in ſumma parte tabulæ alia mulier recubat, e regione hujus jacet juvenis.* Has tabulas antiquas fuiſſe ſummo artificio ac elegantia ſculptas refert idem Gyllius. Cæterum ad Portam Auream deſinit prima pars Deſcriptionis Anonymi noſtri, uti ſupra monuimus n. 22.

Edit. Pariſ. pag. 597.

ANSELMI BANDURII
RAGUSINI,
MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS
COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES Conſtantinopolitanas
LIBER SECUNDUS.

62. ΑΡΧΗ *τοῦ δευτέρου*) Nimirum *μέρους*; tres ſiquidem in partes urbem diviſam deſcribit Anonymus noſter, uti ſuo loco monuimus; ſecunda autem pars incipit a Tzycaniſterio, Hodegetriæ Eccleſia, & Manganis, ac pertingit ad Blachernas. Vide tabellam Urbis ſecundam.

Αἱ χαλκαῖ πύλαι, αἱ ἱστάμεναι, &c.) Hæc nonnihil diverſa habentur in Codino: *αἱ χαλκαῖ πύλαι, αἱ πρότερον μὲν ἱστάμεναι εἰς τὸ Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου, ἐπήρθησαν παρὰ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος ἀπὸ τῆς ἐμβόλου τῆς φόρου τῆς νέας*. *Τρικύμβαλον* autem *τοῦ Τζυκανιστηρίου* putat Ducangius fuiſſe amplam illam planitiem Tzycaniſterii, in qua Bogomilos hæreticos aliquot igne abſumpſit Alexius Comnenus Imperator. Cæterum *Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου* laudatur ab Anonymo Combefiſiano in Vita Conſtantini Porphyrogeniti p. 273. *Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ὁρᾷ κατ' ὄναρ δύο Εὐνούχους λευκοφοροῦντας, καὶ κρατήσαντες αὐτὸν τῶν χειρῶν, ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸ Τρικύμβαλον ἐλεγόμενον*.

Ἐπήρθησαν ἀπὸ τῆς ἐμβόλου τῆς φόρου τῆς Χαλκοπρατείων) Nimirum *Portæ æreæ, quæ in Tricymbalo Tzycaniſterii ſtant, a Baſilio Imperatore ablatæ ſunt e Porticibus Fori τῆς Χαλκοπρατείων*, hoc eſt, *Fræuorum. Statuæ porro fuerunt a magno Conſtantino e regione Senatus. At dum Novam Eccleſiam conderet (idem Baſilius,) inde eas abſtulit, in eamque intulit*. Sic etiam legendum in verſione ſupra. Cæterum quid *Χαλκοπράτεια* pluribus docet Ducangius in ſuo Gloſſ. Græc.

Τὸ δὲ Τζυκανιστήριον ἔκτισε Θεοδόσιος ὁ μικρός) Ita omnes MSS. in Cod. vero Reg. 1. ſcriptum erat, *ὁ μέγας Κωνσταντῖνος*, ſed ab eodem ſcriba poſtea correctum fuit. Tzycaniſterium autem, quod intra Magni Palatii ſepta conditum fuit, deſerviebat Imperatoribus, eorum filiis, ac proceribus ad ludendum pila in equis; de quo equeſtri exercitio vide Ducangii octavam diſſertationem ad Joinvillam. Tzycaniſterii crebra mentio occurrit apud Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores, ſed præ cæteris Tzycaniſterii ſitum & amplitudinem deſcribit Conſtantinus Porphyrogenitus in Baſilio: *Κατὰ δὲ τὰς πρὸς νότον τε καὶ τὴν θάλασσαν πύλας, ἐξελθόντι πρὸς ἀνατολὰς τοῦ βαδίσαι τὴν πορείαν θελήσαντι, ἄλλον εὑρήσεις ἰσομήκη τῷ πρὸς βοῤῥᾶν καὶ ἰσόδρομον δίαυλον, ἄχρι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐξ αὐτῆς παρατείνοντα, καθ' ὃν καθ' ἵππων σφαιρίζειν βασιλεῦσι καὶ παισὶ τῶν εὐδαιμόνων καλὸν καθέστηκε συνήθες*. *Si autem verſus Notum & mare adjacentes porta exiens in Orientem greſſum direxeris, aliud æque longitudinis uſque ad Imperatorium atrium ſeſe effundens ſpatium offendes, in quo Imperatores & fortunatorum filii equo inſidentes pila ludere conſueverunt*. At fortaſſis hæc Porphyrogenitus de Tzycaniſterio novo intelligit: Scriptor vero noſter de vetere Tzycaniſterio loquitur; cujus quidem ſitum vide in tabella Urbis ſecunda.

Ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις, πλεῖον πάντων, &c.) Id eſt, noſtris temporibus Conſtantinus Ducas præ aliis omnibus adauxit; nam magnum Triclinium, Hippodromum, ac cubiculum unum extruxit. Deeſt hoc in Codino; Codex vero Colbertinus habet *ἐπλάτυνε τοῦτο Κωνσταντῖνος ὁ Δούκας κτίσας ἓν τὸ μέσον τρίκλινον*: reliqua vero habet ut Regius.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀφηγήσεις ξένη) Ita ex Cod. Colbertino; depravatus quippe in Cod. Reg. 1. legitur hic titulus. *περὶ τοῦ ἀφηγήσεων*. *pag. 598.* 63.

Ἐκ τῆς Ἰκονίου πόλεως Περσέως πύλαι, &c. Hæc in Codino diverſa habentur; quæ licet ſint longiuſcula, hic tamen exſcribere libet: *Ἐκ τοῦ Ἰκονίου Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας στῆλαι ἤχθησαν· καὶ γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει ἱστορεῖται τὸ παρὰ Περσέως τὸ δράκοντα γεγονὸς θαῦμα. Δράκων δὲ ἐμφωλεύων ἐκεῖ, καὶ τῶν χωρῶν συνήθως ἐδίδουν κόρην τερπνὴν καὶ ὡραίαν. τότε περιέχον τὴν Ἀνδρομέδαν παρθένον ὡραίαν καὶ καλήν. διερχόμενος οὖν ὁ Περσεὺς, καὶ τὰς κραυγὰς ἀκούσας τῆς παρθένου, ἐπυνθάνετό τι ἂν ὀδύρηται. καὶ αὐτὴ ἐξηγήσατο, ὅτι τῷ θηρίῳ προτίθεμαι εἰς βορὰν. καὶ δεῖ ἅμα τῷ ἀκοῦσαι Γοργόνην ἀποτεμεῖν, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἀγαγεῖν, τῇ κόρῃ τε μὴ ἀποβλέψαι τὴν Γοργόνην παραγγείλας, καὶ αὐτοῦ στραφεὶς ὀπισθοφανὴς δείκνυσιν αὐτὴν τῷ δράκοντι, καὶ ἅμα τῷ βλέψαι ἀπενεκρώθη. καὶ διὰ τοῦτο ἔσχεν τὴν τοιαύτην ἐπωνυμίαν ὁ τόπος, παρὰ Φιλαδέλφου λεγεται, διὰ τὸ δεῖξαι τὴν εἰκόνα τῆς Γοργόνης τῷ δράκοντι τὸν Περσέα. εἶχε δὲ ἡ πόλις πρὸ τούτου ὄνομα Δαναη. εἶτα ἐκλήρωθη Ἰκονίας, καὶ αὖθις ἐκλήθη Θρᾶκος. παρὰ Φιλαδέλφου δὲ, Ἰκόνιον. ἔνθα καὶ συμβάντων Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας στήλαι ἵδρυσαν. ὕστερον ἐπὶ τῆς πύλης τῆς πόλεως ἐστήλωσαν ἀμφοτέρους. αὗται στῆλαι ἤχθησαν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν. ἔκειντο δὲ ἐν τῷ μεγάλῳ λουτρῷ τοῦ Κωνσταντίνου πλησίον τοῦ Τζυκανιστηρίου*.

Θυγατρὸς βασιλέως) Sic ex Cod. Colbertino. Perperam ſcribitur in Reg. 1. *θυγατρὸς βασιλίσσης*. Andromeda ſiquidem Cephei Æthiopum & Caſſiopes filia fuiſſe dicitur.

Ἐδίδουν) Sic ex Codino. Perperam legitur in Cod. Reg. 1. *δίδωσι*, &c.

Παρὰ Φιλαδέλφου λογιστοῦ) Sic ex Codino. In Cod. Reg. 1. & Colbertino legitur *λογίου*. Lambecius pro *Φιλαδέλφου* legendum putat *Φιλοχόρου*. Non dubito, inquit ille, quin & hic & in Anonymi Collectan. pro *Φιλαδέλφου* legendum ſit *Φιλοχόρου*. Nempe hic Philochorus Athenienſis eſt, antiquus ille & celebris Hiſtoricus, qui ab Athenæo, Plutarcho, Harpocratione, Euſebio, & aliis paſſim citatur. Quo autem tempore vixerit, & quæ ſcripſerit, pleniſſime refert Suidas. Cæterum huic Codini loco debetur, quod ſcimus, ipſum fuiſſe unum ex Decemviris Athenienſium, nuncupatis *λογισταῖς*, quibus omnes magiſtratu functi rationes reddebant adminiſtrationis Reipublicæ. De hiſce Logiſtis ſeu rationum Magiſtris vide Harpocrationem & Ariſtotelem Polit. lib. 6. cap. 8. & Æſchinem in oratione contra Demoſthenem & Cteſiphontem. Latinis dicuntur Curatores Reipublicæ: ut L. Curator. C. de modo multar. Curator Reipublicæ, qui Græco vocabulo *Logiſta* nuncupatur, mulctandi jus non habet.

Ἡ δὲ τῇ πόλει, &c. Sic ex Codice Colbert. & Codino. In Reg. 1. legitur, *ἣν δὲ τῇ πόλει ἀνέκαθεν ὄνομα Δαναη. ἔπειτα ἐκλήθη Θρᾳκίδος*, &c. In laudato Cod. Colbert. ſcribitur, *Δαναη*. In Cod. autem Vat. inquit Lambecius, legitur: *ἦν δὲ τῇ πόλει ὄνομα ἀπὸ γενεᾶς Δαναη*. In alio quodam Codice ſcriptum inveni: *Δαναη*. Sed vera lectio eſt, *Δαναΐς*. Dicit Codinus Iconium alias quoque appellatum fuiſſe *πόλιν Δαναΐδα*, nempe ut opinor, a Perſeo Danaes filio, ſive quod ab eo, quemadmo-

admodum aliqui tradunt, hæc urbs condita ſit, ſive quod ibi Andromedem, Dracone occiſo, a morte liberaverit. Similiter ipſum Perſeum Ovidius Græcorum imitatione vocat heroem Danaeium.

Μετὰ τὸ πληρωθῆναι τ̀ Ἀντιοχείας ἐκκλησίαν) Eccleſiæ Antiochenæ a Magno Conſtantino conditæ celebrata ſunt encænia anno v. Conſtantii Auguſti, ut ſcribit Theophanes: *τούτῳ τῷ ἔτει ἐγκαίνια τ̀ ἐκκλησίας Ἀντιοχείας, ἣν ἔκτισεν Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐποιήσατο.* *Sub id quoque tempus Antiochenæ Eccleſiæ a Magno Conſtantino ædificatæ celebrata ſunt encænia.*

Καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίου λουτρῷ) Vide quæ de Thermis Conſtantinianis infra obſervamus num. 93.

64. *Τὴν δὲ τὴν ἔνδον*, &c.) Hujus Eccleſiæ *Novæ* a Baſilio in Palatio extructæ, Deiparæ ſacræ habes *ἔκφρασιν*, ſeu deſcriptionem cum noſtra interpretatione hic editam lib. VI. pag. 117. & ſequentibus. Habita autem hæc Oratio fuit a Photio in illius encæniis ac dedicatione, cum extincto Ignatio, ſedem Patriarchalem recepit, hoc eſt, anno IX. Imperii Baſilii Macedonis ædificari cœpta eſt, abſolutam vero anno imperii XIV. Kalendis Maii dedicavit, illiuſque encænia celebravit Photius Patriarcha, ut tradunt Symeon Logotheta ac Leo Grammaticus. Proxime autem vetus Tzycaniſterium extitiſſe Eccleſiam *Novam*, ſeu *Νέαν*, patet tum ex Anonymo noſtro, qui ordine urbem deſcribit, tum etiam ex Continuatore Theophanis: *Ἐξ οὗ δὴ ὁρμώμενος καὶ τὸ παλαιὸν Τζυκανιστήριον, ἐκεῖσε τυγχάνον, ἔνθα καὶ ἡ Νέα ἔκτισται ἐκκλησία*, &c. *Ex quo conſpiciebatur vetus Tzycaniſterium, ubi & Nova condita eſt Eccleſia*, &c. Hujus Eccleſiæ Novæ crebra mentio occurrit apud Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ ſub S. Michaelis & Ἀρχιστρατήγου appellatione, quæ etiam nonnullis Νέα tantum dicitur & Photio in laudata Oratione Deiparæ dicitur ſacra, uti etiam Conſtantino Porphyrogenito in Baſilio. Hinc corrigendus eſt idem Porphyrogenitus in Baſilio, qui cap. LV. Sancto Gabrieli hanc eccleſiam dicatam innuit his verbis: *Ἀμειβόμενος γὰρ ὥσπερ τ̀ περὶ αὐτὸν ἀμοιβὴν τὸν δεσπότην Χριστὸν, καὶ τὸν πρῶτον τ̀ Ἀγγελικῶν δυνάμεων Γαβριὴλ, καὶ τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν, τὸν ζηλωτὴν, ὃς καὶ τῇ αὐτοῦ μητρὶ τῆς πρὸς βασιλείαν τὰ ὑπὲρ ἀναβάσεως ἐχρημάτισεν ἄγγελος, εἰς ὄνομα τούτων, καὶ μνήμην ἀΐδιον, ἔτι δὲ τῆς Θεοτόκου, καὶ Νικολάου ἐν ἱεράρχαις πρωτεύοντος, θεῖον καὶ περικαλλῆ ναὸν ἐδομήσατο, εἰς ὃν συνῆλθε τέχνη καὶ πλοῦτος, καὶ ζέουσα πίστις καὶ ἀεὶ δαψιλὴς προαίρεσις, καὶ τὰ πανταχόθεν κάλλιστα, ἃ τοῖς ὁρῶσι μᾶλλον ἢ τοῖς ἀκούουσι πιστὰ τυγχάνειν πέφυκε.* *Namque propitium ſibi Chriſtum Dominum, ut ita dicam, & primum inter angelicas virtutes Gabrielem, & Eliam Theſbitam, Zelotem illum, matri ad Imperium promotionis ſuæ nuncium, remunerans, in nomen eorum & memoriam ſempiternam, necnon & Deiparæ, & Nicolai, inter Hierarchas primas obtinentis, divinum pulcherrimumque templum extruxit; in quo convenere ars & divitiæ & fervens fides & ſemper liberaliſſima magnificentiſſimaque voluntas, & omnia, ubicunque viſuntur, pulcherrima, quæ conviſentibus potius quam audientibus credibilia ſunt.* Loco, inquam, Gabrielis repone Michaelis, nam frequens, ut dixi, hujus ædis habetur mentio apud Scriptores Byzantinos ſub S. Michaelis appellatione, nullibi vero ſub Gabrielis; inſuper quia epithetum *τοῦ πρώτου τ̀ ἀγγελικῶν δυνάμεων* S. Michaeli convenit, non vero Gabrieli; unde crederem Scribæ incuria, ac inſcitia Gabrielis nomen appoſitum pro Michaelis nomine. Sed quod, meo quidem judicio, plurimum valet, ad intelligendos, & corrigendos Auctores, ſcilicet contextus, is etiam hic noſtræ lectioni favet, nam idem Porphyrogenitus in Baſilio cap. LIII. τ̀ Νέαν S. Michaelis fuiſſe ſacram perhibet. *Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καὶ ὁ περικαλλὴς οὗτος ναὸς, καὶ περίβλεπτος ᾠκοδομεῖτο, ὃν Νέαν Βασιλικὴν Ἐκκλησίαν λέγειν εἰώθαμεν, ὃς ἐπ' ὀνόματι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Μιχαὴλ τοῦ πρώτου τ̀ Ἀγγέλων*, &c. *Eo ipſo tempore pulcherrimum & celeberrimum templum extruebatur, quod Novam Baſilicam Eccleſiam appellamus, in honorem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & Angelorum Principis Michaelis*, &c.

Edit. Pariſ. pag. 599.

Καὶ τοῦ φόρου τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον) Ita reſtituimus; nam perperam ſcriptum reperi in Cod. Reg. 1. & Colbertino, *καὶ τὸν φόρον, τ̀ ὑπεραγίαν Θεοτόκον*, &c. Hæc quippe ædes Deiparæ ſacra extructa fuit, vel reſtaurata in Foro Conſtantini a Baſilio Macedone, ac Theophani in Leone Armeno pag. 426. E. R. *Εἰκὼν ὁ τοῦ φόρου* tantum dicitur. Codinus autem pag. 42. E. R. loquens de Baſilio Macedone inquit. *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἔκτισε τὴν νέαν ἐκκλησίαν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ τὴν ἐν τῷ φόρῳ, καὶ τὸν ἅγιον Διομήδην.* Quod Lambecius male reddit. *Idem Imperator præterea extruxit Eccleſiam novam Sanctæ Deiparæ in Foro, & S. Diomedem.* Quaſi eadem eſſet Eccleſia S. Deiparæ in Foro, ac Eccleſia Nova in Palatio S. Deiparæ, & S. Michaelis dicata, de qua ſupra plura adnotavimus; ſic igitur intelligendus eſt Codinus. *Præterea idem Imperator extruxit Eccleſiam Novam S. Deiparæ in Palatio, & ædem S. Deiparæ in Foro ac S. Diomedem.* Notandum tamen eſt binas ædes Deiparæ ſacras a Baſilio excitatas eſſe in Palatio; alteram quidem *τὴν Νέαν* nuncupatam Deiparæ & S. Michaeli, &c. dicatam, de qua ſuperius diſſeruimus; alteram vero hac anguſtiorem juxta Triclinium, quod Ἀετοῦ nomine donabatur, ut teſtatur Porphyrogenitus in avi vita. Cæterum de Eccleſia Deiparæ in Foro loquitur idem Scriptor in Baſilio cap. LXXI. *Ὁρῶν γὰρ ἀστικὸν καὶ βάναυσον ὄχλον κατὰ τ̀ ἀγορὰν, ὃ φόρος προσαγορεύεται, συντριβόμενον, καὶ προσκείμενον τ̀ χρείαις τοῦ βίου, ἐν τῷ μὴ ἔχειν πλησίον οἶκον εὐκτήριον, ὅθεν ψυχικὰς ὠφελείας λαμβάνειν, ναὸν περικαλλῆ καὶ σεβάσμιον τῇ Θεομήτορι κατὰ τ̀ ἀγορὰν ἐδομήσατο. ὡς ἂν καὶ ὄμβρων καὶ χειμώνων τοῖς ὄχλοις ἀλέξημα, καὶ ψυχικῆς σωτηρίας ἐντρύφημα καὶ βοήθημα.* *Videns enim civilem & infimæ notæ plebeculam, in platea, quod Forum appellatur, commorantem, neceſſariis victui addictiſſimam, quod nullum prope ſacrarium haberet, animi ſui curæ oblivi ſcentem; perpulchrum templum & venerandum Dei matri in ipſa platea conſtruxit, quo imbres ac hyemes vulgus arceret, ſalutiſque ſuæ oblectamentum & præſidium haberet.* Habetur item ejuſdem ædis ſacræ in Foro mentio apud Leonem Grammaticum pag. 505. E. R. in Porphyrogenito, & apud Scylitzem, Glycam, &c. pag. 600.

Καὶ τὰ Τζύκα) Scilicet, præterea idem Baſilius Macedo extruxit S. Michaelis ædem *ἐν τοῖς Τζύκα*, eique adjunxit *Diaconiam* (ita vocant domum pauperibus alendis additam) quam ampliſſimis reditibus ditavit, ut perhibet Conſtantinus Porphyrogenitus in Baſilio cap. LXII. *Τὸν δὲ τ̀ πρώτου τ̀ Ἀγγέλων ἐν τοῖς Τζύκα λεγόμενον θεῖον ναὸν, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν φιλάνθρωπον εἰς τοὺς πένητας ὑπουργίαν, αὐτὸς ἐστὶν ὁ περιποιησάμενος, καὶ τὸν τε ναὸν φαιδρύνας, καὶ εἰς τὸ νῦν ὁρώμενον κάλλος παραστήσας καὶ ἀγαγὼν, καὶ τ̀ διακονίαν εἰς τὸ ἀνενδεὲς τῇ τ̀ προσόδων ἐπαυξήσει κατασκευάσας, καὶ ἐπιδαψιλευσάμενος τὸν εἰς τοὺς πένητας ἔλεον.* *Principis vero Angelorum in Tzycis divinum templum, & circa eum in pauperes humanum miniſterium ſuppeditationemque, ille ipſe arte ſingulari atque induſtria fieri curavit; templum exhilarans, & in eam, qua nunc eſt, pulchritudinem reducens; & miniſterium proventuum augmento ab indigentia extrahens, in egentes miſericordiam locupletavit.*

Καὶ τ̀ ἅγιον Διομήδην) Monaſterium S. Diomedis a Conſtantino magno conditum fuiſſe, & a Baſilio Macedone reſtauratum ornatumque, ac multis poſſeſſionibus ditatum, eo quod illic oraculum de futuro Imperio acceperat, teſtatur Anonymus noſter ſupra; ubi plura adnotavimus, necnon Porphyrogenitus in Avi vita.

Ὅτι τὰς Ὁδηγοὺς ἔκτισε Μιχαὴλ) Eadem fere diverſis verbis perhibet & Codinus: *Τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον τ̀ Ὁδηγῶν, Μιχαὴλ ὁ μεθυστὴς ἔκτισε, ὃς καὶ ἀνηρέθη ὑπὸ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος.* Itemque ædem Deiparæ Hodegetriæ dictam a Michaele Methyſta extructam perhibet; & quidem cum iis conveniunt omnes, quotquot vidi, Codices. At ſi fides Theo-

Edit. Pariſ. pag. 597.

ANSELMI BANDURII
RAGUSINI,
MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS
COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES Conſtantinopolitanas

LIBER SECUNDUS.

62. ΑΡΧΗ τοῦ δευτέρου) Nimirum μέρους; tres ſiquidem in partes urbem diviſam deſcribit Anonymus noſter, uti ſuo loco monuimus; ſecunda autem pars incipit a Tzycaniſterio, Hodegetriæ Eccleſia, & Manganis, ac pertingit ad Blachernas. Vide tabellam Urbis ſecundam.

Αἱ χαλκαῖ πύλαι, αἱ ἱστάμεναι, &c.) Hæc nonnihil diverſa habentur in Codino: αἱ χαλκαῖ πύλαι, αἱ πρότερον μὲν ἱστάμεναι εἰς τὸ Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου, ἐπήρθησαν παρὰ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος ἀπὸ τῆς ἐμβόλου τοῦ φόρου τῆς νεας. Τρικύμβαλον autem τοῦ Τζυκανιστηρίου putat Ducangius fuiſſe amplam illam planitiem Tzycaniſterii, in qua Bogomilos hæreticos aliquot igne abſumpſit Alexius Comnenus Imperator. Cæterum Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου laudatur ab Anonymo Combefiſiano in Vita Conſtantini Porphyrogeniti p. 273. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ρωμανὸς ὁρᾷ κατ' ἐναρ δύο Εὐνούχους λαμπαδοφοροῦντας, καὶ κρατήσαντες αὐτὸν τῶν χειρῶν, ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸν Τρικύμβαλον ἐλεγόμενον.

Επήρθησαν ἀπὸ τῶν ἐμβόλων τοῦ φόρου τῶν Χαλκοπρατείων) Nimirum *Portæ æreæ, quæ in Tricymbalo Tzycaniſterii ſtant, a Baſilio Imperatore ablatæ ſunt e Porticibus Fori* τῶν Χαλκοπρατείων, hoc eſt, *Frænorum. Statutæ porro fuerant a magno Conſtantino e regione Senatus. At dum Novam Eccleſiam conderet (idem Baſilius,) inde eas abſtulit, in eamque intulit.* Sic etiam legendam in verſione ſupra. Cæterum quid Χαλκοπράτεια pluribus docet Ducangius in ſuo Gloſſ. Græc.

Τὸ δὲ Τζυκανιστήριον ἔκτισεν Θεοδόσιος ὁ μικρός) Ita omnes MSS. in Cod. vero Reg. 1. ſcriptum erat, ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, ſed ab eodem ſcriba poſtea correctum fuit. Tzycaniſterium autem, quod intra Magni Palatii ſepta conditum fuit, deſerviebat Imperatoribus, eorum filiis, ac proceribus ad ludendum pila in equis; de quo equeſtri exercitio vide Ducangii octavam diſſertationem ad Joinvillam. Tzycaniſterii crebra mentio occurrit apud Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores, ſed præ cæteris Tzycaniſterii ſitum & amplitudinem deſcribit Conſtantinus Porphyrogenitus in Baſilio: Κατὰ δὲ τὸν πρὸς νότον τε καὶ τὴν θάλασσαν πυλῶνα, εἰ ἐξελθὼν πρὸς ἀνατολὰς ποιήσαιο τὴν πορείαν θελήσειας, ἄλλον εὑρήσεις ἰσομήκη τῷ πρὸς βορρᾶν καὶ ἰσόδρομον δίαυλον, ἄχρι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐξ αὐτοῦ παρατείνοντα, καθ' ὃν καὶ ἵπποις ἐποχούμενοι σφαιρίζειν βασιλεῖς τε καὶ παῖδες τῶν εὐδαιμόνων τινὲς καθιερώκασιν. *Si autem verſus Notum & mare adjacentes portæ exiens in Orientem greſſum direxeris, aliud æque longitudinis uſque ad Imperatorium atrium ſeſe effundens ſpatium offendes, in quo Imperatores & fortunatorum filii equo inſidentes pila ludere conſueverant.* At fortaſſis hæc Porphyrogenitus de Tzycaniſterio novo intelligit: Scriptor vero noſter de vetere Tzycaniſterio loquitur; cujus quidem ſitum vide in tabella Urbis ſecunda.

Εν δὲ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις, πλεῖον πάντων, &c.) Id eſt, noſtris temporibus Conſtantinus Ducas præ aliis omnibus adauxit; nam magnum Triclinium, Hippodromum, ac cubiculum unum extruxit. Deeſt hoc in Codino; Codex vero Colbertinus habet ἐπλάτυνε ταῦτα Κωνσταντῖνος ὁ Δούκας κτίσας καὶ τὸ μέγαν τρίκλινον: reliqua vero habet ut Regius.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀφήγησις ξένη) Ita ex Cod. Colbertino; depravatus quippe in Cod. Reg. 1. legitur hic titulus. περὶ τοῦ ἀφηγησαμένου. pag. 598. 63.

Ex τοῦ Ικονίου πόλεως Περσέως στήλαι, &c. Hæc in Codino diverſa habentur, quæ licet ſint longiuſcula, hic tamen exſcribere libet: Ἐκ τοῦ Ἰκονίου Περσέως καὶ Ἀνδρομέδης στῆλαι ἤχθησαν· καὶ γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει ἱστορεῖται τὸ παρὰ Περσέως τοῦ δράκοντος γεγονὸς θαῦμα. Δράκων γὰρ ἐμφωλεύων ἐκεῖ, καὶ τῶν χωρῶν συνήθειαν ἐδίδοσαν κόρην παρθένον καὶ ὡραίαν. τότε παρῆχον τὴν Ἀνδρομέδην παρθένον ὡραίαν ἐκ κλήρου. διερχόμενος οὖν ὁ Περσεὺς, ἐκ τῶν κραυγῶν ἀκούσας τῆς παρθένου, ἐπυνθάνετο τί ἂν ὀδύρονται. καὶ αὐτὴ ἐξηγήσατο, ὅτι τῷ θηρίῳ προτίθεμαι εἰς βοράν. καὶ διὰ ἅμα τῷ ἀποκτεῖναι Γοργόνην ὑπνομένην, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἀγαγὼν, τῇ κόρῃ τὸ μὴ προσβλέψαι τῇ Γοργόνῃ παραγγείλας, καὶ αὐτοῦ στραφεὶς ὑποδείξας δείκνυσιν αὐτὸν τῷ δράκοντι, καὶ ἅμα τῷ βλέψαι ἀπενεκρώθη. καὶ διὰ τοῦτο ἔχει τὴν τοιαύτην ἐπωνυμίαν ὁ τόπος, παρὰ Φιλοδώρου λογιστοῦ, διὰ τὸ δεῖξαι τὴν εἰκόνα τῆς Γοργόνος τῷ δράκοντι ὁ Περσεύς. εἶχε δὲ ἡ πόλις πρὸ τούτου ὄνομα Δαναΐα. εἶτα ἐκληρώθη Θρηνῳδίας, καὶ οὕτως ἐκλήθη Θρῆνος. παρὰ Φιλοδώρου δὲ, Ἰκόνιον. ἔνθα καὶ συμβιώσαντος Περσέως καὶ Ἀνδρομέδης στηλωθῆναι. ἐπὶ ἑνὸς δὲ τὰς πύλας τῆς πόλεως ἐστηλώθησαν ἀμφότεροι. αὗται στῆλαι ἤχθησαν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν. ἵστανται δὲ ἐν τῷ μεγάλῳ λουτρῷ τοῦ Κωνσταντίνου πλησίον τοῦ Τζυκανιστηρίου.

Θυγατρὸς βασιλικῆς) Sic ex Cod. Colbertino. Perperam ſcribitur in Reg. 1. θυγατρὸς βασιλίσσης. Andromeda ſiquidem Cephei Æthiopum & Caſſiopes filia fuiſſe dicitur.

Εδίδουν) Sic ex Codino. Perperam legitur in Cod. Reg. 1. δίδωσι, &c.

Παρὰ Φιλοδώρου λογιστοῦ) Sic ex Codino. In Cod. Reg. 1. & Colbertino legitur λογίου. Lambecius pro Φιλοδώρου legendum putat Φιλοχόρου. Non dubito, inquit ille, quin & hic & in Anonymi Collectan. pro Φιλοδώρου legendum ſit Φιλοχόρου. Nempe hic Philochorus Athenienſis eſt, antiquus ille & celebris Hiſtoricus, qui ab Athenæo, Plutarcho, Harpocratione, Euſebio, & aliis paſſim citatur. Quo autem tempore vixerit, & quæ ſcripſerit, pleniſſime refert Suidas. Cæterum huic Codini loco debetur, quod ſcimus, ipſum fuiſſe unum ex Decemviris Athenienſium, nuncupatis λογισταῖς, quibus omnes magiſtratu functi rationes reddebant adminiſtrationis Reipublicæ. De hiſce Logiſtis ſeu rationum Magiſtris vide Harpocrationem & Ariſtotelem Polit. lib. 6. cap. 8. & Æſchinem in oratione contra Demoſthenem & Cteſiphontem. Latinis dicuntur Curatores Reipublicæ: ut L. Curator. C. de modo mulcar. Curator Reipublicæ, qui Græco vocabulo *Logiſta* nuncupatur, mulctandi jus non habet.

Ην δὲ τῇ πόλει, &c. Sic ex Codice Colbert. & Codino. In Reg. 1. legitur, ἦν δὲ τῇ πόλει ἄνωθεν ὄνομα Δαναΐα. ὕστερον ἐκλήθη Θρηνῳδία, &c. In laudato Cod. Colbert. ſcribitur, Δαΐνα. In Cod. autem Vat. inquit Lambecius, legitur: ἦν δὲ τῇ πόλει ὄνομα ἀπὸ γονῆς Δανία. In alio quodam Codice ſcriptum inveni: Δαίνα. Sed vera lectio eſt, Δαναΐα. Dicit Codinus Iconium alias quoque appellatum fuiſſe πόλιν Δαναΐαν, nempe ut opinor, a Perſeo Danaes filio, ſive quod ab eo, quemadmo-

Digitized by Google

admodum aliqui tradunt, hæc urbs condita ſit, ſive quod ibi Andromedem, Dracone occiſo, a morte liberaverit. Similiter ipſum Perſeum Ovidius Græcorum imitatione vocat heroem Danaeium.

Μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν Ἀντιοχείων ἐκκλησίαν) Eccleſiæ Antiochenæ a Magno Conſtantino conditæ celebrata ſunt encænia anno v. Conſtantii Auguſti, ut ſcribit Theophanes: τούτῳ τῷ ἔτει ἐγκαίνια τῆς ἐκκλησίας Ἀντιοχείας, ἣν ἔκτισε Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐτελέσθη. *Sub id quoque tempus Antiochenæ Eccleſiæ a Magno Conſtantino ædificatæ celebrata ſunt encænia.*

Καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίου λουτρῷ) Vide quæ de Thermis Conſtantinianis infra obſervamus num. 93.

64. Τὴν δὲ νέαν ἔκτισε, &c.) Hujus Eccleſiæ *Novæ* a Baſilio in Palatio extructæ, Deiparæ ſacræ habes ἔκφρασιν, ſeu deſcriptionem cum noſtra interpretatione hic editam lib. vi. pag. 117 & ſequentibus. Habita autem hæc Oratio fuit a Photio in illius encæniis ac dedicatione, cum extincto Ignatio, ſe-

Edit. Pariſ. pag. 599. dem Patriarchalem recepit, hoc eſt, anno ix. Imperii Baſilii Macedonis ædificari cœpta eſt, abſolutam vero anno imperii xiv. Kalendis Maii dedicavit, illiuſque encænia celebravit Photius Patriarcha, ut tradunt Symeon Logotheta ac Leo Grammaticus. Proxime autem vetus Tzycaniſterium extitiſſe Eccleſiam *Novam*, ſeu Νέαν, patet tum ex Anonymo noſtro, qui ordine urbem deſcribit, tum etiam ex Continuatore Theophanis: Ἐξ οὗ δὲ ὁρᾶται καὶ τὸ παλαιὸν Τζυκανιστήριον, ἐκεῖσε τηνικαῦτα τυγχάνον, ὅπου ἡ Νέα ἐκτίσθη ἐκκλησία, &c. *Ex quo conſpiciebatur vetus Tzycaniſterium, ubi & Nova condita eſt Eccleſia, &c.* Hujus Eccleſiæ Novæ crebra mentio occurrit apud Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ ſub S. Michaelis & Ἀρχιστρατήγου appellatione, quæ etiam nonnullis Νέα tantum dicitur & Photio in laudata Oratione Deiparæ dicitur ſacra, uti etiam Conſtantino Porphyrogenito in Baſilio. Hinc corrigendus eſt idem Porphyrogenitus in Baſilio, qui cap. lv. Sancto Gabrieli hanc eccleſiam dicatam innuit his verbis: Ἀμειβόμενος γὰρ ὥσπερ τὸν περὶ αὐτὸν ἐργασάμενον τὸν Δεσπότην Χριστὸν, καὶ τὸν πρῶτον τῶν Ἀγγελικῶν δυνάμεων Γαβριὴλ, καὶ τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν, τὸν Ζηλωτὴν, ὃς καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὶ τῆς πρὸς βασιλείαν τὸ ἐπὶ ἀναβάσεως σχηματισμὸν ἤγγειλε, εἰς ὄνομα τούτων, καὶ μνήμην ἀΐδιον, ἔτι δὲ τῆς Θεοτόκου, καὶ Νικολάου ἐν ἱεράρχαις πρωτεύοντος θεῖον καὶ περικαλλὲς ναὸν ἱδρύσατο, εἰς ὃν συνῆλθε τέχνη καὶ πλοῦτος, καὶ ζέουσα πίστις καὶ ἀεὶ δαψιλὴς προαίρεσις, καὶ τὰ πανταχόθεν συνειλεγμένα κάλλιστα, ἃ τοῖς ὁρῶσι μᾶλλον ἢ τοῖς ἀκούουσιν ἀξιόπιστα τυγχάνουσιν. *Namque propitium ſibi Chriſtum Dominum, ut ita dicam, & primum inter Angelicas virtutes Gabrielem, & Eliam Thesbitam, Zelotem illum, matri ad Imperium promotionis ſuæ nuncium, remunerans, in nomen horum & memoriam ſempiternam, necnon & Deiparæ, & Nicolai, inter Hierarchas primas obtinentis, divinum pulcherrimumque templum extruxit; in quo convenere ars & divitiæ & fervens fides & ſemper liberaliſſima munificentiſſimaque voluntas, & omnia, ubicunque viſuntur, pulcherrima, quæ conviſentibus potius quam audientibus credibilia ſunt.* Loco, inquam, Gabrielis repone Michaelis, nam frequens, ut dixi, hujus ædis habetur mentio apud Scriptores Byzantinos ſub S. Michaelis appellatione, nullibi vero ſub Gabrielis; inſuper quia epithetum τοῦ πρώτου τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων S. Michaeli convenit, non vero Gabrieli; unde crederem Scribæ incuria, ac inſcitia Gabrielis nomen appoſitum pro Michaelis nomine. Sed quod, meo quidem judicio, plurimum valet, ad intelligendos, & corrigendos Auctores, ſcilicet contextus, is etiam hic noſtræ lectioni favet, nam idem Porphyrogenitus in Baſilio cap. lxxi. τὴν Νέαν S. Michaelis fuiſſe ſacram perhibet. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καὶ ὁ περικαλλὴς αὐτοῦ ναὸς, καὶ περίβλεπτος ᾠκοδομεῖτο ὃν νῦν Βασιλικὴν Ἐκκλησίαν λέγειν εἰώθαμεν, ὃς ἐπ' ὀνόματι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Μιχαὴλ τοῦ πρώτου τῶν Ἀγγέλων, &c. *Eo ipſo tempore pulcherrimum & celeberrimum templum extruebatur, quod Novam Baſilicam Eccleſiam appellamus, in honorem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & Angelorum Principis Michaelis, &c.*

Καὶ τοῦ φόρου τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον) Ita reſtituimus; nam perperam ſcriptum reperi in Cod. Reg. 2. & Colbertino, καὶ τὸν φόρον, τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, &c. Hæc quippe ædes Deiparæ ſacra extructa fuit, vel reſtaurata in Foro Conſtantini a Baſilio Macedone, ut Theophani in Leone Armeno pag. 426. E. R. Ἐν τῷ φόρῳ tantum dicitur. Codinus autem pag. 42. E. R. loquens de Baſilio Macedone inquit. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἔκτισε τὴν νέαν ἐκκλησίαν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ τὴν ἐν τῷ φόρῳ, καὶ τὸν ἅγιον Διομήδην. Quod Lambecius male reddit. *Idem Imperator præterea extruxit Eccleſiam novam Sanctæ Deiparæ in Foro, & S. Diomedem.* Quaſi eadem eſſet Eccleſia S. Deiparæ in Foro, ac Eccleſia Nova in Palatio S. Deiparæ, & S. Michaelis dicata, de qua ſupra plura adnotavimus; ſic igitur intelligendus eſt Codinus. *Præterea idem Imperator extruxit Eccleſiam Novam S. Deiparæ in Palatio, & ædem S. Deiparæ in Foro ac S. Diomedem.* Notandum tamen pag. 600. eſt binas ædes Deiparæ ſacras a Baſilio excitatas eſſe in Palatio; alteram quidem τὴν Νέαν nuncupatam Deiparæ & S. Michaeli, &c. dicatam, de qua ſuperius diſſeruimus; alteram vero hac anguſtiorem juxta Triclinium, quod Aeti nomine donabatur, ut teſtatur Porphyrogenitus in avi vita. Cæterum de Eccleſia Deiparæ in Foro loquitur idem Scriptor in Baſilio cap. lxxi. Ὁρῶν γὰρ αὐτὸν καὶ βάναυσον ὄχλον τὸν κατὰ τὴν ἀγορὰν, ὃ φόρον κατωνομάζεται, ἐκτετριμμένον, καὶ προσκειμένον τοῖς χρείαις τοῦ βίου, ὥστε τὸ μὴ ἔχειν πλησίον οἶκον θεῖον, τῆς ψυχικῆς ἐπιμελείας λήθην λαμβάνοντα, ναὸν περικαλλῆ καὶ σεβάσμιον τῇ Θεομήτορι κατὰ τὴν ἀγορὰν ᾠκοδόμησεν. ὡς ἂν καὶ ὄμβρων καὶ χειμώνων εἴη τοῖς ὄχλοις ἀλέξημα, καὶ ψυχικῆς σωτηρίας ἐντρύφημα καὶ βοήθημα. *Videns enim civilem & infimæ notæ plebeculam, in platea, quod Forum appellatur, commorantem, neceſſariis victus addictiſſimam, quod nullum prope ſacrarium haberet, animi ſui curæ oblivifcentem; perpulchrum templum & venerandum Dei matri in ipſa platea conſtruxit, quo imbres ac hyemes vulgus arceret, ſalutiſque ſuæ oblectamentum & præſidium haberet.* Habetur item ejuſdem ædis ſacræ in Foro mentio apud Leonem Grammaticum pag. 505. E. R. in Porphyrogenito, & apud Scylitzem, Glycam, &c.

Καὶ τὰ Τζῦρα) Scilicet, præterea idem Baſilius Macedo extruxit S. Michaelis ædem ἐν τοῖς Τζύροις, eique adjunxit *Diaconiam* (ita vocant domum pauperibus alendis additam) quam ampliſſimis reditibus ditavit, ut perhibet Conſtantinus Porphyrogenitus in Baſilio cap. lxxi. Τὸν δὲ τοῦ πρώτου τῶν Ἀγγέλων ἐν τοῖς Τζύροις κειμένου θεῖον ναὸν, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν φιλάνθρωπον εἰς τοὺς πένητας ὑπουργίαν, ὅλισθον ὄντα ὁ προσυνῳκισμένον, καὶ τὸν ταύτης φαιδρύνας, καὶ εἰς τὸ νῦν ὁρώμενον κάλλος περιστήσας καὶ ἀγλαόν, καὶ τὴν διακονίαν εἰς τὸ ἀνενδεὲς τῇ τῶν προσόδων ἐπαυξήσει κατακοσμήσας, καὶ ἐπιδαψιλευσάμενος τὸν εἰς τοὺς πένητας ἔλεον. *Principis vero Angelorum in Tzyris divinum templum, & circa eum in pauperes humanum miniſterium ſuppeditationemque, ille ipſe arte ſingulari atque induſtria fieri curavit; templum exhilarans, & in eam, qua nunc eſt, pulchritudinem reducens; & miniſterium proventuum augmento ab indigentia extrahens, in egentes miſericordiam locupletavit.*

Καὶ τὸν ἅγιον Διομήδην) Monaſterium S. Diomedis a Conſtantino magno conditum fuiſſe, & a Baſilio Macedone reſtauratum ornatumque, ac multis poſſeſſionibus ditatum, eo quod illic oraculum de futuro imperio acceperat, teſtatur Anonymus noſter ſupra; ubi plura adnotavimus, necnon Porphyrogenitus in Avi vita.

Ὅτι τὸν Ὁδηγὸν ἔκτισε Μιχαὴλ) Eadem fere diverſis verbis perhibet & Codinus: Τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον τῶν Ὁδηγῶν, Μιχαὴλ ὁ μέθυσος ἔκτισε, ὃν καὶ ἀνῄρεθη ὑπὸ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος. Ita uterque ædem Deiparæ Hodegetriæ dictam a Michaele Methyſta extructam perhibet; & quidem cum iis conveniunt omnes, quotquot vidi, Codices. At ſi fides Theo-

doto Lectori, ac Nicephoro Calliſti habenda, ædem Deiparæ Hodegetriæ nuncupatam, non a Michaele Methyſta, ſed a Pulcheria Auguſta Marciani Imperatoris conjuge conditam fatendum eſt; in qua præterea repoſuiſſe eandem Pulcheriam complures ſacras reliquias, quas Hieroſolymis ab Eudocia Auguſta Theodoſii Junioris conjuge acceperat, teſtatur Nicephorus Calliſti; Deiparæ ſcilicet imaginem a S. Luca depictam, ejuſdem Lac & ſacram Colum, ac Salvatoris ipſius faſcias; quæ omnia Pulcheriæ miſerat Eudocia Auguſta, cum Hieroſolymam profecta eſſet, Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ τῶν Ὁδηγῶν αὐχοῦσα σεμνεῖον, ἐφ' ᾧ τὴν πάνυ θείαν εἰκόνα μορφὴν, ἣν Λουκᾶς ὁ Ἀπόστολος ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἔγραψε, κατέθετο αὐτοχειρίως· τοῦ θείου ἐκείνου γάλα, καὶ τὸ ἱερὸν ἄτρακτον, καὶ τὰ τοῦ Σωτῆρος σπάργανα ἐναποθεμένη, Εὐδοκίας πεμψάσης τῆς βασιλίδος, ἡνίκα δὴ ἀφίκετο εἰς Ἱεροσόλυμα. Hodegorum autem ædes fuit virorum Monaſterium, ut ait Gregoras lib. VI. Quod quidem ad muros urbis maritimos, haud procul ab Hippodromo extitiſſe docemur a Niceta Choniate in Alexio lib. III. Idem tradit Ducas cap. XI. ubi appulſum Joannis Palæologi Imperatoris in urbem deſcribit: & cap. XXXIX. idem Ducas inter Acropolim & Magnum Palatium illud ſtatuit, quo loco etiam a Bondelmontio ſtatuitur. Vide Ducangii Conſtantinop. Chriſtian. lib. IV. pag. 89. E. R.

Edit. Pariſ. pag. 601. Πρότερον οἶκον ὑπάρχοντα. καὶ τυφλοὺς, &c) Recentiores Græci Latina paſſim conſtructione, ac expreſſione utuntur, ideoque ſic reddo. *Antea vero ædes fuit venerabilis cæcorum qui a fonte ejus loci viſum receperant, & quia alia multa miracula ibidem edita, ideo templum illud Hodegus nuncupatum fuit.* In Codino vero hæc paulo diverſa habentur: πρότερον δὲ εὐκτήριον ὑπῆρχε πολλῶν τυφλῶν, ἐν τῇ ἐκεῖσε πηγῇ τεθεραπευμένων καὶ βλεψάντων, διὰ τὸ ἀναβλέψαι οὖν ἐκεῖσε τοὺς τυφλοὺς, ἐκλήθη Ὁδηγοί. Perperam igitur in Colb. τῷ ἐκεῖσε ὄντων πηγῇ βλεψάντων, &c. Quod autem hic narrat Anonymus noſter & Codinus de nominis derivatione, næniæ videntur ac Græculorum commenta; nec dubito quin Andreas Dandulus in Chron. MS. quæ in Leone Iſauro de hujus imaginis Hodegetriæ etymologia prodidit, e Græculorum fontibus hauſerit: *Sequenti*, inquit, *anno Conſtantinopolitani Saracenis, qui de Ægypto & Palæſtina venerant, prælio fortiter reſtiterunt; tandem de monte S. Mariæ iconiam ejus, quam Lucas ipſa adhuc vivente depinxit, accipientes, perſonaliter illam deducunt, orantes ut quæ toties in periculis juverat, nunc etiam opem ferret. Poſita igitur iconia ſuper undas, ſtatim procella ſurrexit, & omnes naves Saracenorum aut merſit aut fregit. Dicta eſt autem iconia, Digitria, id eſt Deductrix, quia duobus cæcis apparuit, & ad eccleſiam deduxit, ibique eos illuminavit.* Probabilius autem videtur inde nomen Hodegetriæ derivatum, uti & Ducangius exiſtimat, quod Deiparæ imago a S. Luca depicta ſumma religione Conſtantinopoli coleretur, nec ullam expeditionem Imperatores ac Duces ſuſciperent, quin prius eam ſalutaſſent, ac Deipsram viæ Ductricem ſibi fieri eſſent deprecati; imo etiam nonnumquam eandem Deiparæ imaginem Imperatores ad bellicas expeditiones ſecum adduxiſſe ex Scriptoribus Byzantinis liquido apparet. Quo porro cultu, ne dicam ſuperſtitione, Hodegetriæ imaginem Græci proſequebantur, licet innumera habeantur apud Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores exempla, nobis tamen Innocentium III. hac de re audire juvabit, qui epiſt. CCXLI. lib. IX. loquens de hac imagine Deiparæ a S. Luca depicta ſic ſubjungit. *Licet igitur nos opinionem illam quam quidam Græci exiſtimant, quod ſpiritus beatæ Virginis in prædicta imagine requieſcat, propter quod ipſam plus debito venerantur, tamquam ſuperſtitioſam minime approbemus*, &c.

64. Ὁ δὲ Ζεύξιππος τὸ λουτρὸν) Ita habet & Codinus, necnon omnes MSS. Chronographus vero noſter: Ὁ δὲ Ζεύξιππος τὸ λουτρὸν, Σεβήρου καλεῖται. ὑπὸ Σεβήρου, &c. ubi pro Σεβήρου καλεῖται malim Σεβήρου κτισθὲν; ſed vide quæ ibi hac de re monemus. Præterea Chronographus una cum hoc Balneo Zeuxippi Hippodromium ædificari cœptum eſſe prodit; nec abs re quidem, nam Hippodromium a Severo conſtrui cœptum, ac Balneum Zeuxippi conditum aſtipulantur Scriptores omnes; licet ſubſequenti tempore Conſtantinus Magnus inſtaurata urbe Zeuxippum in primis non modo confecerit, ſed etiam columnis ac marmoribus diverſi coloris incisque ſignis exornaverit, uti auctor Chronici Alex. teſtatur: καὶ τὸ δημόσιον Ζεύξιππον ἀνεπλήρωσε, κοσμήσας κίοσι καὶ μαρμάροις ποικίλοις, καὶ χαλκουργήμασιν. Præ cæteris autem hujus Balnei elegantiam ornatumque commendat Cedrenus ad annum V. Juſtiniani: Τότε ἐνεπρήσθη καὶ τὸ Ὀκτάγωνον, καὶ τὸ λουτρὸν τοῦ Σεβήρου τὸ λεγόμενον Ζεύξιππος, ἐν ᾧ ποικίλη τις ἦν θεωρία, καὶ λαμπρότης τεχνῶν, διά τε μαρμάρων καὶ λίθων, καὶ ψηφίδων, καὶ εἰκόνων διὰ χαλκοῦ τυπουμένων, διὰ τῶν αἰώνων ἀνδρῶν ἔργα, μόνον τῷ μὴ παρεῖναι αὐταῖς ψυχὰς τῶν ὧν ἦσαν ἐγένοντο. *Tunc & Octagonum incendio eſt abſumptum, & Balneum Severi, quod Zeuxippus nuncupatur, in quo cernere erat artium ſplendorem, marmorum & lapidum, ac muſivi operis elegantiam, præterea ex ære confectas ſtatuas, virorum, qui prioribus ſæculis vixerant, opera, quibus hoc unum deerat, quod animæ non inerant eorum quos eæ referebant.* Tale quidem fuit Zeuxippi Balneum ut ſive amplitudo, ſive procurrentes undique porticus, necnon ſtatuæ cæteraque ornamenta ſpectentur, facile omnium celeberrimum dicatur. Statuæ vero fere omnes quæ in Zeuxippi Balneo viſebantur a Chriſtodoro Poeta Thebano ita deſcribuntur, ut quo habitu, quove ſitu fuerint graphice illic expreſſas reperias; cujus Epigrammata una cum nonnullis aliis variorum Poetarum ad monumenta Conſtantinopolitana ſpectantia in hoc volumine a nobis edita lib. VII. habes. *pag. 602.* Verum præter ſtatuas illas, quæ a Chriſtodoro deſcribuntur, etiam nonnullas alias extitiſſe in Zeuxippo aſſequor ex Chronographo noſtro, qui Philippici ſtatuæ coloribus depictæ meminit, necnon ex Chronico Alex. tradente Jacobi cognomento Pſychriſti, Cilicis, Urbis Conſtantinopolitanæ Archiatri ſtatuam in Zeuxippo a Senatu erectam, ſub Leone Magno. Et hæc quantum ad conditorem Zeuxippi, necnon ejus ornamenta. Quod autem attinet ad ejus nominis rationem ita ſunt multiplices ac variæ Scriptorum ſententiæ, ut quæ ſequenda ſit non facile appareat. Euſebius ſiquidem in Chronico, a Zeuxippo Sicyoniorum Rege, qui longe ante conditum Byzantium vixit, nuncupatum quoſdam cenſuiſſe ſcribit. Auctor Chronici Alex. in Severo ita appellatum tradit, quod ibi in medio quatuor porticuum ſtatua Solis ænea ſtaret, in cujus baſi inſcriptum erat Solis Zeuxippi nomen: unde Thraces locum illum Solem appellarunt: Byzantini vero cives balneum publicum Zeuxippum, juxta appellationem quæ loco indita erat, nuncuparere. Καὶ ἔκτισεν ἐν αὐτῇ τὸ δημόσιον λουτρὸν τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον, καὶ ὅτι ἐκεῖ ἵστατο μέσον τῶν τετραστόων στήλη χαλκῆ τοῦ Ἡλίου, καὶ ὑποκάτω αὐτῆς ἐγέγραπτο Ἡλίου τὸ ὄνομα Ζευξίππου, οἱ δὲ Θρᾷκες ἔλεγον τὸν τόπον Ἥλιον. οἱ δὲ τῆς πόλεως Βυζάντιοι καὶ αὐτοὶ ὠνόμασαν τὸ αὐτὸ δημόσιον λουτρὸν Ζεύξιππον, κατὰ τὸ ὄνομα, ὅπερ εἶχεν ὁ τόπος. Heſychius Mileſius inde dictum putat, quod conſtructum fuerit a Severo ad Jovis Ἰππίου aram ſeu lucum Herculis, ubi ille domitis Diomedis equis, Zeuxippi nomen loco dedit. Suidas vero in Severo ad Jovis templum Zeuxippi Balneum extructum ſcribit. Cæterum Zeuxippi Thermas in ſecunda Regione extitiſſe prodit vetus urbis Deſcriptio, cui aſtipulatur Chronicon Alexandrinum ponens proxime Regiam Porticum Palatii, & Hippodromum Zeuxippi Thermas.

Μετὰ κανδήλας ὑαλίνας) Scilicet *vitreis lucernis* non vero *vitreis candelis*, uti ad Codinum vertit Lambecius. Ita enim κανδήλας frequenter uſurpant Scriptores Græci necnon Latini mediæ ac infimæ ætatis. Vide Ducangii utrumque Gloſſarium.

Ἀλόγιστοι δέ τινες ἐλθόντες, &c.) In Cod. Colbert. legitur: ἀλόγιστοι δέ τινες ἐλθόντες, καὶ ὑπὸ δαλίας καὶ πάντας ἐμβαλόντες αὐτῷ, δίδυμοι κατέστρεψαν, &c. Et

Digitized by Google

quidem in ſeditione Victoriatorum anno v. Juſtiniani Zeuxippi Balneum igne abſumptum tradunt Scriptores Byzantini fere omnes; at poſtmodum ab eodem Juſtiniano reædificatum ſcribit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 2. Queritur vero Gyllius nulla ſuo tempore Zeuxippi extare veſtigia; nec mirum ſane, cum Nicephori Calliſti tempore non Zeuxippus ſed Numera locus ille diceretur, ut tradit idem Scriptor.

Ἡ δὲ ἱσταμένη στήλη ἐν τῷ Ἀρμαμέντῳ) Pluribus de hac Phocæ ſtatua loquitur Chronographus noſter, qui pone Magnauram ad Orientalem partem ſublimis Solarii eam ponit; nec abs re quidem; nam Armamentum ad Magnauram a Mauricio Imperatore anno xiv. ædificatum ſcribit Theophanes: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς τὸν ἡλιακὸν τῆς Μαγναύρας· καὶ ἔστησεν ἐν τῷ μεσαύλῳ τὴν ἰδίαν στήλην, καὶ ἔκτισεν ἐκεῖ τὸ ἀρμαμέντον. *Eodem anno Solarium Magnauræ condidit Imperator, ſuamque ſtatuam in atrio erexit, ibidemque poſuit Armamentum.* Cedrenus item hujus ſtatuæ meminit p. 405 E. R. ὁ δὲ αὐτὸς Φωκᾶς κτίζει ἀρμαμέντον, τὸ πλησίον τῆς Μαγναύρας, στήσας τὴν στήλην ἐπάνω αὐτοῦ. *Idem Phocas armamentum extruxit Magnauræ propinquum, ſtatua ſuper eo collocata.* Sed vide quæ infra de Armamento ſeu Armamentario ac ejus conditore adnotamus.

65. Edit. Pariſ. pag. 603. Καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει) Ita habet & Codinus, ſed non animadvertit hic anachroniſmum Lambecius: octo quidem fere annis Phocas imperavit. Cœpit enim Chriſti 602. Indictione 6. Novembris die 23. feria 6 qua illum Cyriacus Patriarcha coronavit: capitur vero ab Heraclio ac interficitur anno 610. Indictione 14. Unde pro *ſeptima* legendum puto *octava*.

Περὶ τὸ στῆναι σφάζων ἀνήγαγεν, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. & Colbertino; perperam quippe ſcribitur in Cod. Reg. 1. σφάζειν. Quas autem cædes perpetrarit Phocas in evehenda columna & erigenda ejus ſtatua pluribus narrat Chronographus noſter.

Καὶ μετὰ τὸ ἀναγαγεῖν αὐτὸν) Ita ex Codino reponimus; In Cod. Reg. 1. ſcribitur, μετὰ δὲ τὸ ἀγαγεῖν, &c.

Τότε δὲ ἦν ὁ Συκεώτης ὁ ὅσιος) Scilicet, *vivebat tunc temporis S. Theodorus Syceota*; de quo Menologium Græcorum die 22. Aprilis. Ὁ ὅσιος Θεόδωρος ὁ Συκεώτης ὥρμητο μὲν ἐκ τῆς τῶν Γαλατῶν χώρας ἐκ χωρίου λεγομένου Συκεῶν, κατὰ τοὺς χρόνους γεγονὼς Ἰουστινιανοῦ τοῦ πάλαι, &c. Varie autem hæc in Codd. ſcripta ſeu potius depravata ac corrupta reperi. Codex Reg. 1. ſic habet: τότε δὲ ἦν ὁ Συκίας ὁ ὅσιος. Reg. 2. τότε ἦν ὁ Σικεων ὁ ὅσιος. Colbert. vero τότε δὲ ἦν ὁ Σικίων ὁ ὅσιος. Sed legendum eſſe, τότε δὲ ἦν ὁ Συκεώτης ὁ ὅσιος, patet ex Chronographo noſtro, & ex Menologii laudato loco, ut pluribus docuit Lambecius in Notis ad Codinum, ubi perperam ſcriptum erat: τότε δὲ ἦν ὁ Χιμεὼν ὁ ὅσιος. Vide item Combefiſii Notas ad Chronographum.

66. Οἱ πλησίον τοῦ ἁγίου Λαζάρου, διὰ τοῦτο ἐκλήθησαν οὕτως) Hæc ita reponimus ex Cod. Reg. 2. & Codino; quæ quidem in Reg. 1. Scribæ forſan incuria ſunt omiſſa.

Καὶ ἐκράτησε Βασιλίσκος, &c.) Baſiliſcus Verinæ frater duos annos imperavit, qui adſcribuntur prioribus ac poſterioribus annis Zenonis. Vide Chronicon Alex. p. 325. E. R. Codex vero Reg. habet ἐπὶ δύο ἐνιαυτούς: quod falſum eſt, nam Zeno anno 477. recuperavit imperium, poſt 20. menſes, quam ejectus erat, ut teſtatur Victor Tunen.

Μετὰ ταραχῆς) Sic ex Cod. Reg. 2. perperam quippe legitur in Reg. 1. ἀπὸ ταραχῆς.

Προδοὺς Ἀρμάτος, &c.) Sic & in Codino ſcribitur; at in Chronico Alex. & in aliis fere omnibus Scriptoribus, necnon Faſtis Conſularibus legitur Armatus; qui ἴδιος ἀνεψιὸς Baſiliſci dicitur Theophani ad annum 1. Zenonis: unde Baſiliſcus Cæſar, Armati filius, Verinæ ἐξάδελφος eidem Theophani nuncupatur. Cæterum Armatus pollicitationibus Zenonis illectus fuit, quoniam ipſum Magiſtri Militum Præſentalis honore donaturum, quoad viveret, filiumque ejus Cæſarem ſe facturum promiſerat, ut auctor eſt Chronicon Alex. Cauſas vero defectionis Armati fuſius refert Candidus: ait enim Armatum cum Zenonide Baſiliſci uxore adulteratum, ad ſummam perveniſſe potentiam, cumque ei bellum quod adverſus Zenonem gerebatur, Baſiliſcus credidiſſet, certis pactis, illi opera, & conditionibus defeciſſe.

Εἰς τὴν ἁγίαν Εἰρήνην) Ita habet & Codinus: Auctor vero Chronici Alexandrini perhibet Baſiliſcum una cum uxore ac liberis confugiſſe in Magnæ Eccleſiæ magnum Baptiſterium; λαβὼν Βασιλίσκος τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα, ἔφυγεν εἰς τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸ μέγα Φωτιστήριον. Codinus videtur innuere eadem in Eccleſia Veteri S. Irenæ loca judiciaria conſtituta fuiſſe, ac proinde ibidem Topos extitiſſe: ſic ille: ἔφυγε Βασιλίσκος ἅμα τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιάν· ὁ δὲ Ζήνων ὥρισεν ἐκεῖσε γενέσθαι τόπους κριτηρίων, &c. *Baſiliſcus una cum uxore ac liberis in Eccleſiam Veterem S. Irenæ confugit. Quare Zeno ibi curavit fieri loca judiciaria, &c.* Verum ſecum met pugnat Codinus, nam Eccleſia Vetus ſeu *antiqua* una cum Sophiana æde in ſecunda Regione ponitur ab auctore veteris Urbis Deſcriptionis; Topi vero ab ipſomet Codino duplici loco in prima Regione ad Propontidis littus ſtatuuntur. Sic ille p. 19. Arcadiæ ſecundæ uxoris Zenonis ſtatuam collocatam ait prope gradus, qui vocantur Topi in regione Michaelis Arcangeli ad Thermas Arcadianas: quas quidem Thermas in prima Regione ponit antiqua Urbis Deſcriptio. Item pag. 12. refert ipſe Codinus muros Urbis maritimos Conſtantinianos ab Acropoli ad Topos fuiſſe protenſos, & a Topis ad ædem Deiparæ Ῥάβδου nuncupatam; & ſic utroque loco manifeſte ponit Topos in prima Regione ad Propontidis littus, unde ex Codini textu τὸ ἐκεῖσε delendum eſt. pag. 604.

Εἰς Λίμνας) Codinus habet, εἰς Λίμνας χώραν, &c. Chronicon Alex. Καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ εἰς Λίμνας τὸ κάστρον ὁ αὐτὸς Ζήνων βασιλεύς, εἰς τὴν Καππαδοκίαν. Καὶ ἐβλήθησαν εἰς ἕνα πύργον τοῦ κάστρου, καὶ ἠσφαλίσθησαν αἱ θύραι, καὶ ἐφυλάττετο ὁ πύργος καὶ τὸ κάστρον αὐτὸ ὑπὸ στρατιωτῶν Ἰσαύρων πλήθους πολλοῦ, &c. Marcellinus vero Comes relegatum Baſiliſcum ſcribit *in oppidum quod Leminis* in Cappadocia dicitur; Jornandes de Regn. Succeſſ. *in oppidum Slemnis Provinciæ Cappadociæ*; Victor Tunen. *in Saſemis*; Theodorus Anagnoſtes, ἐν Βουσμένοις. Theophanes denique & Symeon Logotheta relegatum ajunt, *Cucuſum*, vel ut ſcribit Nicephorus Calliſti, *Acuſum*.

Τὰς δὲ θύρας ἀσφραγίσας, &c.) Codex Reg. male ἀποσφραγίσας. Cæterum perperam vertit Lambecius, τὰς δὲ θύρας σφραγίσας, *reſerato oſtio*, imo potius *clauſo*, ſeu *obſignato oſtio*; nam *claudere* & *reſerare* contraria.

Παρέδωκαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς) Scilicet, *una cum uxore ac liberis enecatus interiit*. Sic Auctor Chronici Alex. Καὶ λιμοκτονηθεὶς ὁ αὐτὸς Βασιλίσκος, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, ἀπέδωκαν τὰς ψυχάς, καὶ ἐτάφησαν ἐκεῖ εἰς τὸν αὐτὸν πύργον Λιμνῶν. *Sicque Baſiliſcus, uxor & liberi fame enecati interierunt, ibidemque in Limnarum turri ſepulti ſunt.* Codinus Baſiliſcum tantum fame & ſiti enectum ait. Cæterum de Baſiliſci mortis genere non conveniunt inter ſe Hiſtorici: nam Malchus apud Photium cod. 78. Baſiliſcum una cum uxore ac liberis gladio ſubjectum tradit. Nicephorus Acnſi interfectum ſcribit. Procopius lib. 1 Vandal. c. 7 perhibet Baſiliſcum cum uxore ac liberis hyeme in Cappadociam, ſine cibariis, ſine veſtimentis, & ſine alia ope relegatum; atque illic frigore illos & fame prementibus alterum ad alterum ſe applicaſſe, ſicque animam efflaſſe. Jornandes item frigore eum conſumptum refert. Anonymus Valeſianus narrat, Baſiliſcum una cum uxore ac liberis intra ciſternam ſiccam incluſum, ibidemque frigore defeciſſe. Joeles vero eum in caſtrum Cappadociæ relegatum, ibique obſignato oſtio e vita exceſſiſſe prodidit.

Παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθέντα) Sic ex Cod. Reg. 2. nam in Reg. 1. deſideratur, κτισθέντα.

67. *Ὁ δὲ ἅγιος Λάζαρος*) Templum S. Lazari in prima Regione extitiſſe liquet ex præcedenti capite : *Οἱ δὲ λεγόμενοι Τόποι, ἤ πλησίον τοῦ ἁγίου Λαζάρου* ; Topos quidem in prima Regione fuiſſe jam ſupra demonſtravimus. Ad Topos pariter Templum S. Lazari extructum Leoni Grammatico dicitur pag. 481. E. R.

Παρὰ τοῦ Μακεδόνος) Codinus conditum ait S. Lazari Templum a Leone Imp. non vero a Baſilio Macedone ut affirmat Anonymus noſter, ac deinde a Leone ejus filio ampliatum ; neque a Codino diſſentiunt Symeon Logotheta num. xxxv. Anonymus Combefiſianus in eodem Leone num. xvIII. Leo Grammaticus pag. 481. E. R. qui ad Topos S. Lazari Templum a Leone extructum perhibent. *Ποιήσας εἰς τοὺς λεγομένους Τόπους τὸν ἅγιον Λάζαρον, κατασκευάσας μονὴν ἀνδρείαν εὐνούχων, ἔνθα καὶ τὸ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο, ποιήσας καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας.* *Ad Topos pariter Eccleſiam ſancti Lazari extruxit, ubi eque Eunuchorum Monaſterium ibi conſtituit, & in eo Sancti Lazari & Mariæ Magdalenæ corpora huc allata depoſuit, celebrata ejuſdem ædis dedicatione.* Edit. Pariſ. pag. 605.

Εἰς ἀνδρῶν μονὴν) Sic ex Cod. Colbert. Corrupte Regii Codd. *ἀνδρῶν πανταν*, &c.

Ἀπὸ Κύπρου) Ita habet & Codinus. Zonaras, *ἐκ τῆς Κιτιέων πόλεως ἐν τῇ νήσῳ Κύπρου*. Ita habetur in Menæis & Menologiis Græcorum.

Καὶ ἀπὸ Βιθυνίας, &c.) Corpus quidem Sanctæ Mariæ Magdalenæ ex Bithynia advectum narrat & Codinus. Scylitzes vero Epheſo allatum ſcribit. Ibidem ſane in ſpeluncæ aditu, in qua poſtea quieverunt Sancti Pueri Dormientes, tumulatum fuiſſe teſtantur Menæa ad xxII. Julii.

Τὸν ἔσωθεν τοῦ τείχους ὄντα) Scilicet ad muros urbis maritimos in ipſo Urbis Angulo ad Propontidis littus, unde ex Anonymo noſtro patet ab hac ipſa S. Demetrii Eccleſia a Barda Cæſare extructa Angulum prædictum S. Demetrii appellationem poſtmodum obtinuiſſe.

Τὸ ἀναιρεθῆναι Μιχαὴλ παρὰ Βασιλείου) Ita ex Cod. Colbert. perperam quippe in Reg. Codd. legitur ; *τὸ ἀναιρεθέντος Μιχαὴλ παρὰ Βασιλείου*. Michaelem porro a Baſilio apud S. Mamantem interfectum teſtantur Scriptores fere omnes.

68. *Εἰς τὴν ἀνατολὴν*) Scilicet cum ad Thraceſiorum Thema, quod inter Orientalia ponitur a Conſtantino Porphyrogenito, copioſo cum exercitu profectus eſſet Michael, animo in Cretam transfretandi. Leo Grammaticus p. 467. E. R.

Παρὰ τὸ Στείρου ναοῦ) In Cod. Colbert. legitur : *παρὰ τὸ Στείρου ναόν*, & in Reg. 2. *Τζύρου*. Templum autem hoc S. Michaelis Archangeli Stiri dictum, id eſt *Sterilis*, in prima Urbis Regione extitiſſe ex Anonymo noſtro manifeſte apparet, qui ordine Urbis monumenta deſcribens hic primæ Regionis monumenta recenſet ; nam Topi, Templum S. Lazari, Templum S. Demetrii ad primam Regionem ſpectare ſupra demonſtravimus ; ſequenti autem capite loquitur de Manganis, quæ item in prima Regione extitiſſe infra oſtendemus. Cæterum Doctiſſimus Ducangius ſi minus nonnullorum Urbis monumentorum ſitum aſſignet, vel nonnunquam ſecus quam revera ſita erant, ea ponat, venia quidem dignus eſt ; nam Anonymi noſtri Origines poſt tanti viri obitum Conſtantinopoli advectæ ſunt, & in Regiam Bibliothecam illatæ ; Anonymi vero Colbertini Origines, quæ in nonnullis mutilæ, in aliis quidem ad verbum, ut ajunt, ex noſtro exſcriptæ, licet non eodem tempore, non prius ad manus ejus venerant, quam Conſtantinopoleos Chriſtianæ editio ad umbilicum fere perducta eſſet, uti ipſe in præfatione ad eundem librum teſtatur ; nihilominus ex his quædam tunc excerpſit, & in Additionibus ſub finem Operis retulit.

Καὶ ἱστόρησεν αὐτοὺς παρὰ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου) Ita ex Cod Reg. 2. emendamus, necnon ex contextu ; ſuperius quippe ait ; *ὅτι ὁ Στείρου ναός*. In Cod. Reg. legitur ſecundo loco, *ἐστι δύο οἱ ναοί*. Hujus ædis S. Michaelis Archangeli a Juſtiniano extructæ meminit Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. qui ejuſdem formam deſcribens, ait ita quadratam fuiſſe, ut longitudo latitudinem non multum ſuperare videretur.

69. *Ἀνεκαίνισεν αὐτὸν Βασίλειος ὁ Μακεδών*) Plures quidem ædes ſacras S. Michaeli dicatas condidiſſe, vel exornaſſe Baſilium Macedonem produnt Zonaras, Georgius Diaconus, Glycas, &c. & obſervant eo animo conditas a Baſilio S. Michaeli ædes, ut perpetratam a ſe Michaelis Imperatoris cædem expiaret.

Ὅτι καὶ ὁ, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino ; nam in Reg. 1. habetur, *ἐξ ὅτι παρ᾽ αὐτῷ*, &c.

Στοιχεῖον τὸ μέγιστον, &c.) Hæc ita ex Cod. Colbert. nam in Cod. Reg. 1. legitur : *στοιχεῖον τὸ τῶν κωνώπων, ἐκ τῶν μυιῶν, καὶ τῶν ψυλλῶν, καὶ ψύλλων, καὶ κορίδων. ἀνωτέρω μὴ ὄντων ἐν τῇ πόλει*. Reg. 2. vero necnon Codinus ſic habent : *περιέχοντα δὲ καὶ τὸ κωνώπιον, ὃ ἦν ἐσκαλισμένον μετὰ μυιῶν, καὶ κωνώπων, καὶ ψυλλῶν, καὶ κορίδων*. Cæterum de æreo culice, muſcis aliiſque inſectis infra etiam loquitur Anonymus noſter ; ubi eandem ſtatuam magice conſecratam ab Apollonio Tyaneo & ad Occidentalem Tauri arcum erectam arcendi cauſa prædicta inſecta perhibet ; quam poſtea a Baſilio Macedone ex ignorantia dejectam atque confractam narret. Sed plus ſatis de nœniis. pag. 606.

Τὰ δὲ Μάγγανα) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino. In Reg. 1. corrupte legitur : *Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισε τὰ Μάγγανα ὅπου ἀπέκειντο αἱ τε βίβλοι, καὶ τὰ πολεμικά*. Colbertinus *καὶ τὰ πολεμικὰ ὄργανα*, cætera ut in Reg. 1. Puto pro *βίβλοι* legendum *ὅπλα*. Glycas p. 252. E. R. ſic habet ; *καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Μάγγανα παρὰ τοῦ μεγάλου κτίζονται Κωνσταντίνου. ἀπέκειντο γὰρ ἐκεῖσε πάντα τὰ πολεμικὰ ὄργανα καὶ αἱ μηχανικαὶ βίβλοι*. *Præter hæc ipſa quoque Mangana ſunt a Conſtantino magno extructa : quo in loco repoſita erant omnia bellica inſtrumenta, librique de rebus mechanicis*. Hic fortaſſis etiam pro *βίβλοι* legendum eſt *ὅπλα*. Cæterum Conſtantinus Monomachus in Manganis extruxit poſtmodum S. Georgii Monaſterium virorum ampliſſimum ; in quo quidem condendo tot ſumptus impendiſſe teſtatur Scylitzes, ut exhauſto ærario publico, ad injuſtas exactiones recurrere neceſſe habuerit : *Μοναστήριον δὲ οἰκοδομῶν ὁ Βασιλεὺς κατὰ τὰ λεγόμενα Μάγγανα, ἐπ᾽ ὀνόματι τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου, καὶ ἐφθαρκὼς τὰ δημόσια κατασκεύασμα εἰς τὰ οἰκοδομῆς χρήματα, νῦν μὲν οἰκοδομῶν, νῦν δὲ καταστρέφων, εἰς μεγάλην ἔλασεν ἔνδειαν, ὡς πᾶσαν ὑπεισδῦναι καπηλείαν, καὶ ἀτόπους καὶ εἰσποιουμένας ἀναπράξεις ἐπινοουμένας*. *Cæterum Monomachus Monaſterium condens in Manganis, in nomine ſancti magni Martyris Georgii, productis, modo ædificando, modo diruendo, iis quæ erant in ærario omnibus, ad eam pecuniæ indigentiam decidit, ut ad omne cauponandi genus, & abſurdas commentitiaſque exactiones recurrerit*. Situm autem Manganorum facile ex Anonymo noſtro aſſequimur, qui *τάχιον* urbis monumenta deſcribens, hic primæ quidem Regionis loca recenſet, quæ etiam in Regione Mangana, ſeu Monaſterium S. Georgii in Manganis, ponit Iconographia Conſtantinopoleos Bondelmontiana, ſcilicet ad angulum urbis Sandemetrianum, ubi olim extitit Acropolis, nec diſſentit Willelmus Tyrius lib. II. cap. VII. ubi de Conſtantinopoli : *Formam*, inquit, *habens trianguli, trium inæqualium laterum : cujus primum latus ab angulo, qui inter Portum & Helleſpontum continetur, ubi eſt Eccleſia S. Georgii, quæ dicitur Manganea*, &c. At ſi Andreæ Dandulo fides præſtanda, Mangana quidem vel non ad partem illam primæ Regionis, quæ Aſiaticum littus ſpectat, extiterunt, vel tota prima Regio Manganorum appellationem obtinebat ; quemadmodum Boſpori oſtium vulgari appellatione Brechium ſancti Georgii dicebatur. Sic ipſe Dandulus in Chron. MS. an. MCCII. quod diligenter exſcribere curavimus ex duobus MSS. Bibliothecæ Regiæ. *Dux autem cum ſtolo non procul Conſtantinopoli tandem pervenit. Alexius autem qui Imperium occupaverat, hæc præſciens, a loco Manganæ uſque Ga-*

Digitized by Google

latas catenam tranſponi propugnaculis convenientibus fecerat, &c.

Ἐν δὲ τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Κυνηγίῳ) In Cynegio (ſic enim Amphitheatrum Conſtantinopolitanum Scriptoribus Byzantinis paſſim dicebatur) Proceres Byzantinos quamplurimos capite truncatos fuiſſe docemur ex Hiſtoricis; ita ut labentibus ſæculis Cynegium non jam ferarum, ſed hominum, atque adeo reorum cædibus deſtinatum fuiſſe hinc manifeſto appareat.

Θεόδωρος Ἀναγνώστης) Vide quæ de Theodoro Lectore infra n. 250. monemus.

Στήλην μακρὰν τῷ μέσῳ, &c.) Sic ex Cod. Reg. 2. & Codino.

Ἐμοὶ δὲ, φησὶν ὁ Θεόδωρος, &c.) Ita ex Codice Vaticano hunc locum emendat Lambecius; quippe in aliis Codicibus omnino corruptus ac depravatus eſt.

Μαξιμῖνος κτίσας, καὶ Ἀρκάδιος ὁ καταμετρήσας) Sic in omnibus Codd. MSS. præterquam in Reg. 1.

70. ubi deeſt illud, ἢ Ἀρκάδιος ὁ καταμετρήσας. At

Edit. Pariſ. pag. 607. ſtructuram Cynegii ſeu Amphitheatri Conſtantinopolitani, quæ a Svida & ab Originum CP. Scriptoribus tribuitur Maximino, Cedrenus adſcribit Severo: καὶ κυνήγιον καὶ θέατρον αὐτοῖς κατεσκεύασεν, *& Amphitheatrum, & Theatrum illis conſtruxit*. Sic habet & Scriptor Chronici Alexandrini, qui præterea Cynegium extitiſſe tradit e regione templi Dianæ: κτίσας ὁ αὐτὸς βασιλεὺς κατέναντι τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀρτέμιδος Κυνήγιον μέγα πάνυ. *Ædificavit idem Imperator e regione templi Dianæ amplum valde Cynegium*. Ex quibus apparet Cynegium intra veteris Byzantii ambitum extitiſſe; quo quidem loco ponitur etiam a Dionyſio Byzantio apud Gyllium lib. 11. de Boſp. Thrac. cap. 22. A Zonara autem ponitur illud haud procul a Manganorum Monaſterio, quod ad urbis angulum extitiſſe ſuo loco monemus; narrat enim idem Scriptor in Conſtantino Monomacho, eundem Auguſtum iſtud Monaſterium ædificaſſe, quo per ſpeciem inſpiciendæ ſtructuræ Sclerenam amaſiam crebrius inviſeret: ἐν ἐκείνῃ προσθοῦντι συχνῶς, ἐν τῷ εἴσω τοῦ Κυνηγεσίου ἔχειν τότε δὴ τὴν κατοίκησιν. Unde manifeſto apparet portam terreſtrem Cynegii, quæ ad Blachernas fuit, non ab hoc Cynegio, ſed fortaſſis a quodam alio ita appellatam. Cæterum Κυνήγιον & Κυνηγέσιον dicitur Scriptoribus Byzantinis Amphitheatrum Conſtantinopolitanum.

Καὶ ἀρξάμενος τῶν Ἰμείρων) Sic ex aliis Codicibus. In Reg. 1. ſcribitur, καὶ δεύτερον τῶν Ἰμείρων, &c.

Ἐν δὲ δρόμῳ, &c.) Ita ex Codice Reg. 2. Corrupta hæc in Reg. 1. habentur.

Καὶ πρὸ τοῦ τῷ στόματι, &c.) Ita ex aliis Codicibus MSS. Corrupte hoc in Reg. 1. ſcribitur, καὶ φοῖτον τῷ στόματι τοῦ ἀνδρὸς ἐγγίσας, τοὺς τύλους ἐθαύμαζον.

Ὅτι ὥρας) Sic ex Codino. Corrupta hæc in Reg. 2. habentur: ὅτι ὥρας ὑπὸ ταύτην τοῦ ζωδίου ἐζῴδιον καὶ ἰσχυρὰν ἐγγεγραμμένην ἀνδρὸς ποδήματα, ὑφ' οὗ Φίλιππος, &c.

71. Ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ἐν τῇ Ἀκροπόλει) De oſſibus gigantum, dum purgaretur templum S. Menæ, ibidem in foſſa repertis, quæ in Palatio deponi juſſit Anaſtaſius Auguſtus, loquuntur etiam Chronographus noſter, Svidas, Glycas & Codinus. Quod autem attinet ad ſitum Templi S. Menæ, in prima Regione extitiſſe aperte oſtendit Anonymus noſter στοιχηδὸν urbem deſcribens, qui inſuper locum ſpeciatim aſſignat, dum illud in Acropoli ponit, quam ad urbis Angulum, qui Propontidem & Fretum ſpectat, extitiſſe nemo ignorat. Glycas item in Acropoli templum S. Menæ ponit p. 265. E. R. Ἐν τῷ κατ' Ἀκρόπολιν ἁγίῳ Μηνᾷ, ὀρύγδην ὄρυγμα, ἐν ᾧ ὀστᾶ γιγάντων πολλά. ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος χάριν θαύματος, ἐν τῷ παλατίῳ κατέθετο. *Apud S. Menam in Acropoli, ſola effoſſa ſubterranea concavitas inventa eſt, qua multa gigantum oſſa continebantur. Ea juſſit Imperator Anaſtaſius admirationis cauſa in Palatio collocari*; unde fallitur Auctor veteris Urbis Deſcriptionis, qui Martyrium ſeu ædem Sancti Menæ in quarta Urbis Regione locat. *Regio quarta*, loquit, *a Milliario aureo collibus dextra lævaque ſurgentibus, ad planitiem uſque valle ducente perducitur. Continet in ſe idem Milliarium aureum, Auguſtæum, & Baſilicam, Nymphæum, porticum Fanionis, Liburnam marmoream, navalis victoriæ monumentum, Eccleſiam ſive Martyrium ſancti Menæ*. Et quidem Anonymo noſtro aſtipulatur & Codinus, qui in Acropoli ædem S. Menæ ponit; necnon Gyllius qui ex hominum memoria viventium ſe didiciſſe ait intra clauſtra regia olim Acropolim appellatam, fuiſſe nobile templum D. Menæ. Sic ille: *Itaque ex hujus inconſtantia* (loquitur de Codino lib. 11. cap. XXIV.) *nihil aliud aſſequi poſſum, niſi mihi veriſimilius videtur templum Menæ in his partibus Acropoleos, in quibus olim fuit templum Neptuni cum ex Dionyſio Byzantio antiquiſſimo Scriptore, tradente paulo ſupra promontorium Boſporium fuiſſe Egreſſoriæ Minervæ aram, & templum Neptuni, & ſub temple Neptuni intra muros fuiſſe ſtadia & gymnaſia, ut planius demonſtravi in Boſporio: tum aſſequor ex hominum memoria viventium, aſſerentium intra clauſtra regia olim Acropolim appellatam, fuiſſe nobile templum D. Menæ*. Neque ſolum a recentioribus Scriptoribus *pag. 608.*

ponitur templum S. Menæ in prima Regione, cum hoc facile aſſequi liceat ex ipſo Heſychio Mileſio qui ſic habet: Ποσειδῶνος τὸ τέμενος πρὸς τῇ θαλάττῃ ἀνήγειρεν. ἔνθα καὶ ὁ τοῦ μάρτυρος Μηνᾶ οἶκος ἀφιερωμένος. *Neptuni vero fanum ad mare conſtituit, ubi nunc Menæ martyris ædes eſt*. Hujus etiam ædis meminit Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani, & ad maris littus eam ponit, & conſequenter tam ex Heſychio quam ex Niceta ad mare eam ponentibus neceſſario concludendum vel per errorem poni ædem S. Menæ ab auctore veteris Urbis Deſcriptionis in quarta Regione, quæ remota a mari erat, utpote media inter primam, ſecundam ac tertiam, vel diverſam fuiſſe Eccleſiam ſeu Martyrium S. Menæ a prædicto auctore laudatam, ab ea de qua hic loquitur Anonymus noſter, Heſychius ac cæteri ſupradicti Scriptores; quibus ſane aſtipulantur etiam Dionyſius Byzantius apud Gyllium laudato loco, & Chronici Conſtantinopolitani auctor apud Meurſium in Notis ad Heſychium, qui ſic habet: τοῦ Βύζαντος τὰ παλάτια ἐν τῇ Ἀκροπόλει ἦσαν. ὁ δὲ ναὸς τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ὑπῆρχε πρότερον τοῦ Διὸς ἱερόν, ἐξ οὗ καὶ ἔχει τὰς μαρμαρίνας ἀψῖδας. Cæterum quod pertinet ad Jovis templum, ſeu Neptuni in Acropoli vide quæ ſupra monuimus. De ipſa autem æde ſancti Menæ loquitur etiam Anonymus noſter infra n. 144.

Καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων, &c.) Καὶ ſuppletum ex Cod. Reg. 2. & Codino; deeſt quippe in Reg. 1. In Cod. Colbert. legitur ἔχον ὀστᾶ ἀνθρώπων, &c.

Ἀναστάσιος ὁ Βασιλεύς) Ἀναστάσιος deerat in Cod. Reg. 1. & ex 2. repoſuimus; ſub Anaſtaſio iſtæc accidiſſe tradunt Codinus, Chronographus noſter, Svidas & Glycas.

Ὅτι ὁ λεγόμενος Πιττάκιος) Pro, ἐν τῷ λεγομένῳ Πιττακίῳ, uti ſæpe alias hac conſtructione Anonymum uti ſolitum monuimus. Cod. Reg. 2. necnon Codinus habent, ὁ λεγόμενος Πιττάκιος, ὁ κίων ἐστὶν τοῦ μεγάλου Λέοντος τοῦ Μακέλλη, &c.

Ἦσαν πολιτικοί) Ita Cod. Reg. 1. Codex vero 72.

Reg. 2. & Colbert. necnon Codinus habent; ἦσαν πολῖται. Hinc apparet, quod πολιτικοὶ recentioribus non ſolum dicuntur Decuriones uti in Baſilicis lib. 54. titulus 1. habetur περὶ πολιτικῶν καὶ προνομίων αὐτῶν, &c. *De Decurionibus & eorum privilegiis*, &c. verum etiam nonnumquam pro ipſis civibus uſurpatur. Adde hanc ſignificationem ad Gloſſarium Græc. Ducangii.

Φυλάσσονται αὐτὰ ταξιωτῶν αὐτοῦ) Ita ex Cod. Reg. 2. & Colbert. nam in Reg. 1. legitur αὐτῷ; & paulo inferius αὐτὸν pro αὐτῷ.

Πρὸς τὴν αὐλὴν τοῦ Πιττακίου) Ita legitur in omnibus, quos vidi, MSS. necnon etiam in Codino; ſed perperam pro αὐλῆς reponit Lambecius κίονα, hoc eſt, *columnam*; ſed etſi hic pro αὐλῆ reponendum eſſet κίων, non quidem κίων hic ſignificaret co-

luminam, ſed ipſam ſtatuam Leonis Macelæ, uti ipſe Codinus ſuperius habet, ὁ λεγόμενος Πιττάκιος, ἡ τήλη ἐν τοῖς μεγάλου Λέοντος τοῦ Μακέλου, ὃν ἀνήγειρεν Εὐφημία ἡ τούτου, &c. Verum πιλὸν uti, inquam, habent omnes MSS. legendum eſſe puto; nam non modo ſtatua ipſa Leonis Macelæ dicebatur Pittacius ſeu Pittacea; verum Platea ipſa ſeu Tractus τοῦ Πιττακίου dicebatur, uti patet ex contextu; Anonymus quidem noſter linea ultima ejuſdem cap. καὶ αὕτη ἐκλήθη τόπος Πιττάκιον. Codinus verſo, ἐκ ταύτης ἐκλήθη ὁ τόπος Πιττάκιον. Sic etiam Cedrenus hujus ſtatuæ Leonis, quæ in Pittaciis ſtetit, meminit: εἰς τὰ Πιττάκια κίων τήλην ἔχει Λέοντος τοῦ τῆς Βερίνης ἀνδρός, quæ in Pittaciis eſt columna, habet ſtatuam Leonis Verinæ conjugis. Theophanes autem in Pittaciis ſtetiſſe perhibet ſtatuam Eudoxiæ, ob quam in exilium ejectus fuit Chryſoſtomus; quam quidem argenteam fuiſſe ac Porphyreticæ columnæ impoſitam docemur a Socrate, qui etiam locum aſſignat: ἵσταται δὲ αὕτη ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, οὔτε ἐγγύς, οὔτε πόρρω τῆς ἐκκλησίας ἣ ὀνομάζεται Σοφία, ἀλλὰ διείργει ἀμφοῖν μέση ὁδός: *Stetit autem illa in editiori baſi, neque omnino juxta ædem Sophianam, neque etiam procul ab ea, ſed utramque dirimit media platea.* Sozomenus ad meridiem ædis Sophianæ, ante domum magni Senatus eam collocat; unde conſtat quam diligenter, ordine ſervato, deſcribat urbis monumenta Anonymus noſter, cum Tractum Pittacium ſeu Pittacen inter monumenta primæ Regionis recenſeat. Ex ſupradictis omnibus manifeſto apparet non ſolum ſtatuam Leonis Macelæ Pittacen appellatam; verum etiam Tractum in urbe fuiſſe ita nuncupatum. Quod autem produnt Græculi de loci etymologia fides ſit, ut ajunt, penes auctores.

Edit. Pariſ. pag. 609.

Τὰ Εὐβούλου) In uno ex Codicibus Regiis legitur, ὁ ξενὼν τοῦ Εὐβούλου, & ideo interpretati ſumus *Xenodochium Eubuli*. Cæterum præter Xenodochium Eubuli fuit in Urbe Tractus Eubuli. Codinus p. 50. E. R. Τὸν ἅγιον Τρύφωνα, τὸν εἰς τὰ Εὐβούλου, &c. Item Eubuli Porticus. Vide quæ ſupra de Porticibus Eubuli adnotavimus.

Ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκός) Cod. Colbert. habet, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ καὶ Ἰουστίνου πρότερον τοῦ Θρᾳκός, &c. Sed fides Glycæ habenda, non ab Eubulo qui ſub Juſtino Thrace vixit, Xenodochium Eubuli extructum, ſed ab eo quem Roma Byzantium una cum duodecim Senatoribus Conſtantinus Magnus adduxit dicendum eſt; qui etiam Anonymo noſtro & Codino quatuor porticuum conditor dicitur. Facile autem hujus Xenodochii ſitum aſſequimur ex incendio, quod in ſeditione Victoriatorum anno ſexto Juſtiniani contigit; quo una cum Magna Eccleſia, Zeuxippi Balneo, Æde S. Irenes, & Xenodochio S. Sampſonis conflagraſſe Xenodochium Eubuli perhibent Scriptor Chronici Alexandrini, Zonaras necnon Cedrenus. Unde apparet haud procul a Sancta Sophia extitiſſe Xenodochium Eubuli. Vide Iconographiam Urbis Conſtantinopoleos a nobis delineatam.

73. Τὸν δὲ ὅσιον Σαμψών) Paulo diverſa verbia hæc a Codino narrantur: Τὸν δὲ ξενῶνα τὸν λεγόμενον τοῦ Σαμψών, ὁ ὅσιος Σαμψὼν ἔκτισε συνεργείᾳ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, διότι ὁ ὅσιος Σαμψὼν αὐτὸν ἰάσατο ἐκ τῆς νόσου. Sic etiam & Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 12. Sampſonem Patricium virum pietate ac generis nobilitate conſpicuum hujus Xenodochii conditorem agnoſcit, locumque aſſignat, inter ædem ſcilicet Sophianam, & eccleſiam S. Irenes; quod poſtmodum in ſeditione Victoriatorum incendio abſumptum, longe magnificentiori ſtructura a Juſtiniano reædificatum perhibet idem Procopius: Ἦν δέ τι μεταξὺ τούτοιν δυοῖν ταῖν ἐκκλησίαιν ξενών, ἀνθρώποις ἀνειμένος ἀπορουμένοις τε καὶ τοσοῦσι τὰ ἔσχατα, οἷ πρὸς τῇ οὐσίᾳ καὶ τὸ σῶμα νοσοῦσι. τοῦτον ἀνήρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐδείματο, Σαμψὼν ὄνομα. ἔμενε δὲ οὐδὲ οὗτος τοῖς νεωτερίζουσιν ἄψαυστος. ἀλλὰ τῇ ἐκκλησίᾳ ἑκατέρᾳ ξυγκαταφλεχθεὶς ἀπολώλει. Ἰουστινιανὸς δὲ αὐτὸν ἀνῳκοδομήσατο βασιλεύς, πολλῷ μὲν κατασκευῆς ἀξιώτερον, πλήθει δὲ οἰκιδίων παραπολὺ μείζω· προσόδῳ δὲ ἐτησίῳ δεδώρηται χρημάτων μεγάλων, ὅπως δὴ πλείοσιν ἐς ἀεὶ ταλαιπωρουμένοις ἀνθρώποις ἐρῶτο τὰ πάθη. *Inter utramque erat hoſpitalis domus, hominibus deſtinata valde pauperibus & ægrotis; nempe quibus ad egeſtatem acceſſiſſet invaletudo. Eam Sampſon, vir ſumma in Deum pietate, qui ſuperioribus annis floruit, ædificaverat. Deinde a ſeditioſorum furore minime intactam, & cum utraque Eccleſia deletam incendio, Juſtinianus Imperator magnificentiori ſtructura reſtituit, plurimumque auxit quà numero domunculaium, quà annuo cenſu, quo plures egeſtate & morbo affecti quovis tempore levarentur.*

Ἐπειδὴ γὰρ ἰάθη ὁ βασιλεύς) Codinus clarius, διότι ὁ ὅσιος Σαμψὼν αὐτὸν ἰάσατο ἐκ τῆς νόσου. Sic & Menologia ac Synaxaria ad xxvii. Junii, quo S. Sampſonis memoria recolitur, perhibent Juſtinianum inſanabili laborantem morbo a Sampſone adhuc vivente ſanatum, ipſiuſque rogatu Xenodochium excitaſſe, Καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀνιάτῳ πάθει περιπεσόντα ἐθεράπευσε, ἐκ τούτου ὁ βασιλεὺς ὑπεραγασθεὶς τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός, καὶ σεβὰς αὐτῷ ἀπονέμων, τὸν μέγιστον οἶκον καὶ περιβόητον δι' αὐτοῦ ἀνεγείρας ξενῶνα κατεσκεύασε. *Et Imperatorem Juſtinianum inſanabili laborantem morbo ſanavit, qua re Imperator viri virtutem admiratus, honoremque illi tribuens, maxima & celebri domo per ipſum excitata, Xenodochium in eo conſtituit.* Morbi ſpeciem prodit ipſe Metaphraſtes in vita ſancti Sampſonis Patricii Romani, qui etiam a Sampſone adhuc vivente Juſtinianum Imperatorem curatum perhibet: τῶν αἰδοίων αὐτῷ νοσησάντων, καὶ τῆς κύστεως ὅλης χαλεπῷ κακωθείσης. Scilicet, *pudendis vitio affectis, & graviter alterata veſica*. Verum hanc narrationem de Juſtiniano a Sampſone adhuc vivente ſanato fabuloſam putat Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium, cum longe antiquiorem Juſtiniano fuiſſe Sanctum Sampſonem ex laudato Procopii loco cenſeat, ſcilicet: ἀνήρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Σαμψὼν ὄνομα, *vir quidam pius, qui ſuperioribus annis floruit, nomine Sampſon.* Necnon ex Novella ejuſdem Juſtiniani LIX. & CXXXI. ubi de Sampſone, tamquam longe ante obiiſſet, loquitur: ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψών, *Sanctæ memoriæ Sampſon*. Aliter tamen videtur doctiſſimo Alemanno in Notis ad Procopii Hiſtoriam Arcanam, ad caput IV. pag. 95. E. R.

pag. 610.

Ὁ δὲ Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Εὐβούλου ἀδελφός) Codinus vero habet: Τὰ δὲ Ἰσιδώρου, ὁ ὅσιος ὁ ἀδελφὸς Εὐβούλου ἔκτισεν; deinde a linea; Τὸν ἅγιον Τρύφωνα, τὸν εἰς τὰ Εὐβούλου, Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας ἀνήγειρε. τὸν δὲ εἰς τὰ Βασιλίσκου Ἰουστῖνος καὶ Σοφία. Sic etiam & Procopius lib. 1. de Ædif. cap. IX. hujus ædis Juſtinianum conditorem agnoſcit, ejuſque ſitum in Urbis platea, Pelargi cognominata aſſignat: Καὶ Τρύφωνι δὲ ἀνέθηκεν ἱερὸν μάρτυρι πόνῳ τε καὶ χρόνῳ πολλῷ ἐς κάλλη ἀποτετορνευμένον ἀμύθητον ὅσον ἐν τῇ τῆς πόλεως ἀγυιᾷ, ἣ τοῦ Πελάργου ἐπώνυμός ἐστιν. *Ædem, multo & labore & tempore ornatam ſupra quam dici poteſt ornatam Tryphoni Martyri poſuit in Urbis platea Pelargi nuncupata.* Item Cod. Reg. 2. Ædem hanc ſancti Tryphonis εἰς τὰ Εὐβούλου Juſtiniano adſcribit, quemadmodum & alteram ipſimet Sancto Tryphoni factam εἰς τὰ Βασιλίσκου; quam Codinus a Juſtino & Sophia AA. conditam aſſerit.

Περὶ τοῦ Προτασίου) Titulus hic ita in Cod. Colbert. habetur: Περὶ τοῦ οἴκου Οὐρβικίου.

Ὁ μὲν τόπος τοῦ Οὐρβικίου, &c.) In Cod. Colbert. locus iſte ſic legitur, Ὁ μὲν τόπος ὁ τοῦ Οὐρβικίου ἐκλήθη Προτασίου, &c. Codinus vero Protaſii hanc ædem Deiparæ nuncupatam ait, quod in Urbis tractu ubi olim habitaverat Protaſius Patricius & Magiſter, a Juſtino Curopalata ædificata fuerit. Τὰ καλούμενα Προτασίου, ὁ μὲν τόπος ἐκ τοῦ ἀνωτέρω ῥηθέντος Προτασίου ἐκλήθη; Et hæc quidem genuina lectio eſſe videtur.

Παρὰ Ἰουστίνου βασιλέως, &c.) Perperam ſcribitur in Cod. Reg. 2. παρὰ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως, τοῦ ἀνδρὸς τῆς Βηλίας: quod mendum Scribæ eſſe nemo non videt. 74.

Δειλιάσαντος χρόνου ετ'.) Cod. Reg. 2. & Codi-

nus, ἑώλδον χρόνῳ ϛνβ'. Uterque quidem annorum numerus optime quadrat. Protaſius ſiquidem unus ex quatuor Patriciis & Magiſtris Roma Byzantium a Conſtantino Magno adductis dicitur Anonymo noſtro necnon aliis Byzantinis Scriptoribus. Urbicii autem Præpoſiti ſub Conſtantino magno meminit Codinus, necnon etiam Urbicii fornicis, ubi prius fuerat porta terreſtris Byzantinorum, uti habet & Anonymus noſter n. 5.

Περὶ τοῦ Οὐρβικίου) Sic reſtituimus ex contextu; ſequitur enim, Ὅτι τὰ Οὐρβικίου. Scriptum erat in Cod. Reg. 2. περὶ τὸ Οὐρβικίου. In Cod. vero Colbert. ſic legitur; Περὶ τοῦ ναοῦ τῆς Θεοτόκου, τοῦ ἐν τῷ Οὐρβικίου.

Καὶ τρατηλάτην τῆς ἀνατολῆς βαρβάτον) Sic Theophanes anno VI. Juſtini Thracis; καὶ προβάλλετο τὸν Πατρίκιον Τριάτιον Στρατηλάτην Ἀνατολῆς. Vide eundem an. 53. Leonis M. & an. 5. ejuſdem Juſtini. Quid vero vox βαρβάτον ſibi velit, non ſatis mihi liquet. Sic ingenue fatetur & Lambecius.

Ἱστορήσαντος τὰ στρατηγικὰ ἐν τοῖς χρόνοις, &c.) Hujus Urbicii ἐπιτήδευμα tacticum a Rigaltio editum habetur; nam ibi ipſe teſtatur ſe iſta ſub Anaſtaſio Dicoro ſcripſiſſe: τῷ τέλει, inquit, καὶ Edit. Pariſ. pag. 611. ἕως μετὰ Ἀρχιμήδους κρίμου σοφίας, ἐπὶ τοῦ Καλλινίκου καὶ αὐτοκράτορος ἡμῶν Ἀναστασίου. Extat in Regia Florentiæ Bibliotheca, omnium, ut creditur, optimus & antiquiſſimus Codex Scriptorum Tacticorum, quo inter cætera continentur duodecim libri, quibus præfixa, eſt hæc inſcriptio, Οὐρβικίου τακτικὰ στρατηγικά. At iidem ſunt, ut aiunt, qui in Barberina & aliis Bibliothecis ſub nomine Mauricii habentur. Cæterum idem alibi vocatur Orbicius; ſed non dubito, quin id factum ſit Scribæ inſcitia.

Εἰς τὰ Χαμαίνα) Codex Regius 2. εἰς τὰ Χαμαίνα. Χαμεύνη, *Cubile Monachorum* dicitur Cujacio in Juſtiniani Nov. 5. cap. 3. ἀλλὰ κοινῇ μὲν αὐτοὺς ἐσθίειν καὶ δειπνίζεσθαι, καθεύδειν δὲ ἅπαντας ἐν κοινῷ. ἕκαστον μὲν ἐπί τινος ἰδιαζούσης χαμεύνης κειμένου; & apud Conſtantinum Manaſſem Χαμεύνιον eadem ſignificatione uſurpatur. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. Codinus vero habet εἰς τὰ καμινα, ſeu καμίνου, ubi Lambecius duas conjecturas ſatis probabiles adducit; & primo putat idem hic eſſe εἰς τὰ καμίνου, atque illud quod antea dixit Codinus εἰς τὸ καλούμενον Βοῦν, uti etiam & Anonymus noſter cum de Foro Bovis, ubi uterque inde appellationem *Bovis* locum obtinuiſſe perhibent, quod κάμινος, ſive fornax inſtar bovis formata, ibi collocata eſſet, in qua puniebantur malefici. Secundo, ſcribendum ait pro εἰς τὰ καμίνου, εἰς τὰ καμῖνα, εἰς τὰ καμίνια, id eſt, in regione ubi erant Thermæ *Camiala* nuncupatæ a Severo Imperatore extra Urbem extructæ uti narrat Codinus; qui tantæ magnitudinis eas fuiſſe prodit, ut ſingulis diebus, duo millia hominum in iis lavarentur.

75. Εἰς τὸ Στρατήγιον) Eodem in Strategio ſitam fuiſſe Deiparæ eccleſiam Urbicii dictam patet ex Vita Sancti Eutychii Patriarchæ CP. conſcripta ab Euſtachio, ſeu Euſtachio Presbytero, & edita apud Bolland. 6. Aprilis: μάρτυς ἐστιν ὁ οἶκος τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν, Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας τῆς ἐν τοῖς Οὐρβικίου ἐν τῷ Στρατηγίῳ, &c. Unde qua diligentia urbis monumenta recenſeat Anonymus noſter, qui ſequenti capite de Strategio agit, facile apparet.

Ὅτι τὸ καλούμενον Στρατήγιον,) Pro εἰς τὸ καλούμενον Στρατήγιον; familiaris quidem eſt Anonymo noſtro, necnon Codino hic loquendi modus. Sic paſſim τὸ Αὐγουστεῖον, ὁ λεγόμενος Πιττάκιον, ὁ Βοῦς, τὸ Φιλαδέλφιον, &c. tam pro ſtatuis quam pro locis, in quibus illæ poſitæ ſunt, promiſcue accipiuntur; Auguſtæum quippe non ſolum ſtatua ipſa Helenæ Auguſtæ Conſtantini matris appellata fuit, verum etiam forum ipſum in cujus medio erigebatur, uti ſuperius pluribus monuimus. Cæterum Strategio inde nuncupatum ait auctor Chronici Alexandrini quod Alexander Macedo adverſus Darium expeditionem parans exercitum ſuum ibi luſtraverit; quod quidem poſtmodum a Severo renovatum prodidit idem Chronicon, necnon Svidas in Severo: Καὶ λεγόμενον Στρατήγιον ἀνένωσεν ὁ αὐτὸς Σεβῆρος, ὅπερ ἦν κτίσαντι τοῦ Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος, ὅτε κατὰ Δαρείου ἐπεστράτευσε, καὶ ἐκάλεσε τοῦτον Στρατήγιον· ἐκεῖ γὰρ στρατολογήσας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, ὥρμησε κατὰ Περσῶν εἰς τὸν πόλεμον. *Strategium etiam reſtituit idem Severus, quod ab Alexandro Macedone ſtructum fuerat, cum in Darium expeditionem ſuſcepit, & locum Strategium nuncupavit. Ibi enim luſtrato exercitu Alexander Macedo in Perſas movit.* Et quidem Strategium Conſtantinopoli eidem fere uſui erat, ac Campus Martius Romæ; nam & in Strategio milites exercebantur, uti habent Anonymus noſter & Codinus; quin etiam militum Duces in eo antiquitus creatos teſtatur Heſychius Mileſius, ἐν Στρατηγίῳ, inquit, λεγομένῳ φόρῳ, ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες ἄνδρες τὰς τιμὰς ὑπεδέχοντο, *In foro Strategio ubi quondam militiæ Duces honores meritos accipiebant.* Sic etiam habet & Chronicon Conſtantinopolitanum apud Meurſium in Notis ad Heſychii laudatum locum, ἐν τῷ Στρατηγίῳ φόρῳ οἱ στρατηγοῦντες τὰς τιμὰς αὐτῶν ἀπεδέχοντο. Quod vero ait Lambecius in Notis ad Codinum, Strategium hoc Conſtantinopolitanum ſimile fuiſſe ſitu Campo Martio antiquæ Romæ, falſum quidem eſt, ſi quid aliud præter planitiem ſpectes; Campum quippe Martium extra Urbem extitiſſe nemo ignorat; Strategium vero Conſtantinopolitanum intra Urbem fuiſſe præter quam ex Anonymo noſtro, patet etiam ex Auctore Veteris Urbis Deſcriptionis qui inter monumenta quintæ Regionis Strategium recenſet: *Continet in ſe — — Strategium, in quo eſt Forum Theodoſianum, & Obeliſcus Thebæus quadratus.* Laudatus autem Heſychius juxta Achilleas Thermas Strategium ponit: Ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου Στρατηγίου Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως βωμοὺς ἀνέδειξεν, ἔνθα ἐστὶ τὸ Ἀχιλλέως χρηματίζον λουτρόν. *Juxta Strategium Ajacis & Achillis aras ſtatuit, ubi ſunt Achillis Thermæ.* pag. 612. Quas quidem Thermas haud procul a Neorio ſitas fuiſſe declarat incendium, quod anno XXV. Theodoſii Junioris ab ipſo Neorio ortum, Horrea, & Thermas Achilleas abſumpſiſſe Scriptor Chronici Alexandrini perhibet.

Ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ ἵππου) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino corupte quippe in Reg. 1. ſcribitur χαλκόττου.

Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος) Socrates hic hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 14. meminit ſtatuæ equeſtris Conſtantini Magni, quæ in Strategio erecta erat; quam quidem Cedrenus cum cruce deſcribit, ἐν τῷ Στρατηγίῳ ἐστὶν ὁ τρίκογχος Ἐνίστου, καὶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἵσταται, φέρων σταυρόν. Hanc eandem ſtatuam eſſe putat Lambecius, quam Codinus ait fuiſſe Alexandri Magni, & a Conſtantino Chryſopoli deductam atque in Strategio Conſtantinopolitano erectam; quæ quidem conjectura mihi etiam probatur; Conſtantinum quippe Apollinis Heliopolitani ſtatuam pro ſua quoque columnæ Porphyreticæ Fori impoſuiſſe teſtantur fere omnes quotquot Conſtantini magni res attigere; non mirum ſi & Alexandri ſtatuam pro ſua ereaerit.

Ἐκεῖσε δὲ ἐπεδημιάζοντο) Legendum, ἐκεῖσε δὲ ἀπεδημιάζοντο.

Τὸ δὲ Μονόλιθον) Auctor veteris Urbis Deſcriptionis in Strategio extitiſſe perhibet *Obeliſcum Thebæum quadratum.* Fallitur autem Anonymus noſter & ex eo Codinus, dum ſcribit Monolithum in Strategio collocatum, fragmentum eſſe illius quod Athenis delatum, ſub Theodoſio Juniore, a Proclo Patricio, in Hippodromo erectum viſitur. Nam Obeliſcus ille qui ex lapide Thebaico in medio Circo Conſtantinopolitano erigebatur, poſitus eſt non a Theodoſio Juniore, ſed a Magno; ut auctor eſt Marcellinus Comes annum indicans, Indict. 6. Valentiniano Aug. IV. & Neoterio Coſſ. Quod etiam aſſequimur ex binis Inſcriptionibus quæ in Stylo-

batæ lateribus adſcriptæ habentur, Græca quidem altera, altera Latina. Græcam habes inter Epigrammata a nobis hic edita lib. VII. n. 452. Latinam vero hoc eodem libro n. 523. ubi vide quæ adnotamus. Hujus autem Obeliſci altitudinem ſic deſcribit laudatus Bondelmontius: *Agulia ex uno lapide in quatuor æneis taxillis in altum erecta cernitur cubitorum* XXIV. Vide quid de hoc Obeliſco & ejus baſi ac figuris eidem inſculptis Gyllius lib. II. cap. XI. Thevetus lib. 19. Coſmogr. cap. 3 Busbequius in Itin. CP. & Jacobus Sponius in ſuo Itinerario. Cæterum quod ait Anonymus noſter de Proclo Patricio; is forſan eſt Præfectus Urbi, qui eo ipſo anno quo Obeliſcus erectus eſt, & ſuperiore, hunc obiit Magiſtratum ut patet ex L. 5. Cod. Theod. de Agentibus in reb. & L. 3. de Tutor. & Curator. Cod. eod. tit. Conſule quæ de Hippodromo & ejus monumentis lib. III. obſervamus.

Καὶ ὁ Τρίπους) Tripodem Hecates in Strategio ſtetiſſe aſſequimur ex Cedreno pag. 322. E. R. *Ἐν τῷ Στρατηγίῳ ἐστὶν ὁ τρίπους Ἑκάτης, ἐξ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος*, &c. Apollinis vero Tripus in Hippodromo fuiſſe docet Euſebius lib. III. de Vita Conſtantini cap. LIV. necnon Zozimus lib. II. Idem perhibet & Anonymus noſter parte tertia cum de Hippodromo ac ejuſdem ſtatuis, ubi Tripodes Delphicos ab Apollonio Tyaneo magice conſecratos fuiſſe ait.

Καὶ ὁ νότιος πόλος) Poli Auſtralis figuram ſuperius recenſet Anonymus noſter inter ſtatuas Græcas, quæ olim in Magna Eccleſia erectæ erant.

Edit. Pariſ. pag. 613. *Καὶ ἡ τύχη τῆς πόλεως*) De hoc ipſo ſimulacro Fortunæ, ſeu Genii Urbis loqui putat Ducangius Marcellinum Comitem ad Conſulatum Boetii Ind. III. *Simulacrum æneum in Foro Strategii ſuper fornicem reſidens & cornucopiæ Fortunæ retinens, incendio proflammatum eſt, combuſtumque amiſit brachium, quod tamen ſtatuarii continuo ſolidarunt*: Cæterum plurimis aliis ornamentis inſtructum fuiſſe refert Strategium Conſtantinopolitanum Chronographus noſter; & in hoc quidem conſimile Romano Campo Martio, cujus elegantiam ornamentorum præter nativam loci amœnitatem pluribus deſcribunt Romanarum rerum Scriptores.

76. *Ὁ δὲ μικρὸν Στρατήγιον*) Scilicet *in parvo Strategio extat Leonis Macellæ ſtatua*; nam non ſolum ſtatua ipſa Leonis Macellæ parvum Strategium nuncupata fuit, quidquid dicat Lambecius ac ex eo Ducangius, ſed etiam locus ipſe ſic appellatus eſt; unde pro *ὁ δὲ μικρὸς Στρατήγιος* lego uti ſuperius *εἰς τὸ μικρὸν Στρατήγιον*, vel *εἰς τό*, &c. Familiarem quidem hunc fuiſſe loquendi modum Anonymo noſtro, necnon aliis inferioris ævi Scriptoribus ſupra demonſtravimus. Hinc factum eſt, ut nonnulli interpretes hac re non animadverſa ſæpe a Scriptorum mente longe aberrarint. Quod autem parvum Strategium locus ipſe appellatus fuerit, manifeſte apparet ex Chronographo noſtro, qui ſic habet: *Ἐν δὲ τῷ μικρῷ Στρατηγίῳ μόλιβδος πολὺς χρηματίζει, καὶ αὐτὸς ὁ μόλιβδος, ὁ μολίβδῳ δεδεμένος, ἔγγραπτος. ἀλλ' ἐν χρυσοῖς καὶ ἀργυροῖς διὰ μαρμαρογραφῶν πλάκες· τοῦτο δὲ εἰς χρόνον πολλῶν μαρμαρίνων, ὃ ἀναγνόντες, ὃ παρὰ τῶν πολλῶν ἠρευνήσαντες, ταῦτα γεγραμμένα [illegible].*

Κατεκάη δὲ τῶν Ἰουδαίων) Perhibet Zonaras pag. 35. E. R. magnificam Conſtantinopoli in Chalcopratiis Synagogam a Judæis extructam annuente Honorato Urbis Præfecto, dum Theodoſius Magnus in Occidente verſaretur; eamque ſtatim a furente plebe incenſam eoque facto infenſum Imperatorem graviorem mulctam irrogaſſe incendiariis, juſſiſſeque rurſum excitari; at D. Ambroſii reprehenſione lenitum Theodoſium, Byzantinis mulctam remiſiſſe, & Judæos intra urbem regiam habere Synagogam vetuiſſe, teſtatur idem Zonaras laudato loco. Verum falſus in hoc oſtenditur prædictus Scriptor a Doctiſſimo Ducangio triplici de cauſa; primo quod non in Urbe Regia Synagoga illa a furente plebe incenſa fuerit, ſed in quodam Orientis caſtello, uti refert Paulinus Presbyter, qui ea vivebat tempeſtate, in *vita* Sancti Ambroſii: *Poſito*, inquit, *Theodoſio Imperatore Mediolani, Ambroſio vero conſtituto Aquilejæ, in partibus Orientis in quodam Caſtello a Chriſtianis viris, Synagoga Judæorum & Lucus Valentinianorum incendio concremata ſunt, propterea quod Judæi vel Valentiniani inſultarent Monachis Chriſtianis: Valentinianorum enim hæreſis triginta Deos colit, ſed de ejuſmodi facto Comes Orientis ad Imperatorem relationem direxit, qua accepta Imperator præceperat, ut Synagoga ab Epiſcopis loci ædificaretur, in Monachos vero vindicaretur*, &c. Paulino conſona ſunt quæ ipſemet Ambroſius ſcribit ad Theodoſium Epiſt. XVII. necnon Epiſt. ſeq. ad Marcellinam ſororem. Secundo quod in Zonaræ narratione parachroniſmus deprehenditur; nam id ſub Theodoſio Magno, cum Honoratus Præfecturam Urbis Conſtantinopoleos gereret, accidiſſe prodit. Atqui Honoratus primus Urbi Præfectus anno CCCLIX. a Conſtantio Auguſto datus legitur, uti multis obſervavit Jacobus Gothofredus ad l. 16. Cod. Th. de Prætorib. proinde iſtud muneris obiiſſe longe ante Theodoſium Magnum ſub quo nullus hac appellatione Præfectus Urbi CP. habetur in eorum ſerie quam edidit idem Gothofredus. Tertio quod Theodoſio Magno adſcripſerit Zonaras, quod Junioris fuit. Cæterum Synagogam Judæorum Conſtantinopoli extitiſſe etiam ſub Andronico Seniore patet ex epiſtolis ineditis Athanaſii Patriarchæ CP. quas una cum aliis ejuſdem epiſtolis & opuſculis exſcripſimus ex Codice Regio, olim Telleriano, atque hic tres tantum quæ ad hanc rem ſpectant appoſite ſubjungimus.

EPISTOLA I.

Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν θεοκτόνων Ἰουδαίων, ἵνα ἐξέλθωσι τῆς πόλεως

pag. 614. Ῥαψάκη τῷ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως Σενναχηρεὶμ στρατηγῷ, λόγοις ἀναθεματισμοῦ κατὰ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ὑβρίσαι τολμήσαντος, ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς Ἐζεκίας οὐ τὰ ἱμάτια μόνον διέῤῥηξε ζηλῶν ὑπὲρ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλικὴν ἀποδὺς ἐσθῆτα, ἠμφιάσατο σάκκον· ὅθεν ὑπερμαχήσας ὁ Θεὸς τῶν δεομένων, τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας ἀνεῖλε τῶν Ἀσσυρίων. ὑμεῖς δὲ, ἅγιε βασιλεῦ, πῶς ἀνεχόμεθα ὁ Θεὸς σαβαὼθ ὅτι τὸ θεοκτόνον συναγωγὴν μὴ μόνον μέσον καθέζεσθαι παραχωροῦμεν τῶν ὀρθοδόξων, μυστηρίζοντας τὰ ὑμέτερα, τὴν συνήθειαν λέγω τῆς λατρείας καὶ πίστιν τὴν πρὸς τὸν Κύριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὰς ἐν [illegible] ὑμῶν ἀσεβεῖς προσκυνήσεις, καὶ ὅσα ὁ ἀγὼν τοῦ ἀμώμου τῆς χριστιανῶν πίστεως [illegible] μυστήρια. ἀλλ' ὅτι καὶ [illegible] πολλοὶ αὐτοὺς τὸ ἴσχυε περιέχοντο [illegible], ὅτι οἱ τολμήσαντες τῶν χριστιανῶν, ἀπὸ ζήλου λαλῆσαι, τίς ὁ τῆς φυλακῆς ἐκείνης λυτρώσων; περὶ δὲ τῶν Ἀρμενίων ὅσα ποιοῦσι τοὺς πλησιάζοντας ὀρθοδόξους, καὶ χωρίσματα διαγίνεσθαι αὐτοῖς Θεός. πλὴν ὅτι καὶ συναγωγὴν ἔχειν εἰς προσευχὴν οὐ κωλύονται οἱ δὲ τῶν κωλυόντων ὀρθοδόξων χρεῶν τολμῶσι λαλῆσαι, δι' ὀλίγων βασιλικῶν, πολλὰ δυνάσονται οἱ Ἀλεῦται. ὅτι δὲ καὶ διὰ τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας τῶν Χριστιανῶν ἄρξαντες πόλεων Ἰσμαηλῖται, οὐδὲ σημαντῆρα ἔχειν παραχωροῦσι Χριστιανοῖς ἰδίοις ἀγρυπνεῖν. ἡμεῖς δὲ καὶ ταῦτα χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, τὴν ἐν Χριστῷ βασιλείαν πλουτοῦντες κατορθοῦμεν, οὐ μόνον ποιεῖν ὅσα ἐποίησαν οἱ τῶν Ἰσμαηλιτῶν πρεσβεῖς καὶ ταῦτα ὁδαμινοὶ τῆς παρὰ πάντων ἐπιτιμωμένοι, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ἐφ' ὑψηλοῦ ἀναβαίνοντες, ὡς ἔθος ἔχουσιν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν τὰ μυστήρια τῶν ὀφθαλμῶν [illegible]. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τολμῶμεν, συστηρίζουσιν οἱ ὁρῶντες, καὶ οἱ γυναῖκες ἐπιθέρουσι τῇ βασιλείᾳ σου, ἵνα τὸν ὀρθὸν ὡς ζῆλον ἐνδείξῃ διὰ ταῦτα, ἅγιε βασιλεῦ, πῶς ἀνασχήσεται ὁ Θεὸς τῶν ἀρχῶν ἡμῶν εἰ καὶ ὅλως ἀνεχόμεθα; πῶς ὅτι λαλοῦντες σιγῶμεν, ἰδοὺ πάρειμι;

πῶς

ποῖ καλέσῃ εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ἰδοὺ ταῦτα ἵνα τοῖς σοῖς λόγοις χρήσωμαι παρακαλῶ, παρακαλῶ, παρακαλῶ τὴν βασιλείαν σου, δυσωπῶ. σχέτωσαν οἱ ἀδικούμενοι κρίσιν οἱ κακοπραγοῦντες τὴν ἀναχαίτισιν, τὴν δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν τὴν ἀποδοχὴν καὶ τὸν ἔπαινον. πειράζονται τὴν φοβερὰν σου ἐπὶ τὸ μέγεθός σου μετὰ Θεὸν ἐν πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ὅπτευσε καὶ κατευόδου καὶ βασίλευε, ἕνεκεν ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης καὶ ζήλῳ θείῳ καὶ φρονήματι, ἵνα ἡ τοῦ Θεοῦ δεξιὰ θαυμαστῶς ὁδηγήσῃ σε, ἵνα δοξάσῃ, τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με δοξάζω φησὶν ὁ Θεός. καὶ οἶδα ὅτι δοξάζεις αὐτὸν ἐν καρδίᾳ. ἀλλ' ἴσως νόμος ἐστὶ Θεοῦ, τοὺς κρυφίως αὐτὸν δοξάζοντας, κρυφίως ἀντιδοξάζω. τοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τό· ὅστις ὁμολογήσει ἐμοὶ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγώ. ἐν τούτοις εἰ σπεύσῃ μετὰ Θεὸν ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία, σου πρὸς ἀναπλήρωσιν, ἐκ δυνάμεως ἀναφέρειν, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν. κέρδησον δῶ δεῖ τὸν Θεὸν τὸ καλὸν καὶ ἅγιον ὄνομα. ζήλωσον ἀληθῶς μὴ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ. οἱ γὰρ λόγοι ἐν καιρῷ ἐξέδυσαν, ἀλλ' ἔργα χρεία ἐνδείξασθαι. γενοῦ θερμός. ἐξίλασαι ὑπὲρ τῶν καλῶς γενομένων, ἵνα ἡ θραῦσις κοπάσῃ, ἵνα τὰ τῶν Χριστιανῶν ἔργα πληθύνῃ ὁ Θεός, ἵνα εὐθηνίαν τῶν χρονικῶν παρέξῃ πρὸς τὸ ὑπήκοον, ἵνα ὑπερμαχήσῃ σοι, ἵνα ὑπὸ τοὺς πόδας τοὺς σοὺς καταπαλαίσῃ πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον δεινῶς κινούμενον, ἵνα μακρόβιον σοι παρέξῃ ζωήν, ἵνα τὴν βασιλείαν παισὶ καὶ ἐγγόνοις σου διὰ τῆς σῆς ἀρετῆς παραπέμψῃ γενεαῖς γενεῶν, ἵνα σὺν τῇ ἐπιγείῳ βασιλείᾳ παρέξῃ σοι καὶ τὴν οὐράνιον.

EPISTOLA II.

Γράμμα πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα, ἵνα παιδεύῃ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἰς τὰ τῷ Θεῷ ἀρεστά, καὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον.

Ὅτι μὲν τοὺς υἱοὺς παιδεύεις εἰς τὰ τῷ Θεῷ ἀρεστά. ὅτι τὰ ὑπηκόα μὴ προσηνῶς παίδων πατήρ. ὅτι ἐβεβηλώθη καὶ κατεβλήθη ἡ ἐκκλησία, ὡς μὴ μόνον εἰσαγομένων, ἀλλὰ καὶ οὐκ εἰδότων ἀναξίους εἰσάγοντες τῷ βήματι. ὅτι οὐ μὴ μόνον ἀδιδάκτως κατελείφθη ὁ κοινὸς λαός, ἀλλὰ καὶ τῇ εἰσαγωγῇ ὡς οὐκ ἀφελεῖς Ἰουδαίων καὶ Ἀρμενίων καταμολύνονται· ὅτι οἱ ἐνεργοῦντες οὐκ ἀνακρίνονται, ἀλλ' ἐν ἀνάνδρῳ ἰσχὺς ἀδικίας πορεύονται. ὅτι ἐκρίθη ὁ ἀλήθεια καὶ ἔλεος. ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ λαὸς ἐξ Ἰσμαὴλ παρεδόθη καὶ μοιχείας αἱμομιξίας, καὶ κατὰ τοὺς καὶ ἀρρένων μανίας, καὶ τὸν ἀπεκτόνιτον βλασφημιῶν καὶ γοητείας καὶ ἀδικίας ἔτι οὐδέποτε ἔδοξαν ἀπώλειαν ὁδεύοντας τοσαῦτα μονάζουσαι, καὶ μοναχοί. ὅτι δυνάμενοι καὶ τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ἴδια διὰ Κυρίου καὶ μετὰ Κυρίου ποιῆσαι καὶ κτᾶσθαι ταπείνωσιν τὴν ὑψηλοῦ, προκρίνουσι τὸ ἀσύμφορον. ὅτι ἐκ παντὸς ... ἐν ξένῳ ὁ ... τούτοις καὶ ἰσοβίων ὁδεύειν μετὰ Χριστοῦ. ἀλλὰ μοιχείας καὶ ἁρπαγαῖς προσέχουσι καὶ κλοπαῖς, καὶ πόθεν ἕξουσι τὸ σωζόν. ὅτι καταγινώσκοντες τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπείθειαν καὶ παρανομίας, δι' ἣν ὠλοθρεύθησαν, ἀπειθοῦμεν ἡμεῖς καὶ παρανομοῦμεν μείζονα ὅσον συνδόλως ὑπήκοοι καταφρονοῦντες τοῦ δεδιωκότος καὶ βασιλέως ἡμῶν καὶ μεγάλου Θεοῦ. οἱ σὺν τούτοις μετὰ Θεόν, ὡς δυνατὸν σπουδάσεις τὴν ἄμεμψιν, οἱ μόνον τὴν αἰωνίως ὑπέρτερος ἐστί. μετὰ σοῦ δὲ καὶ πρὸς ταύτῃ τῇ βασιλείᾳ, ἀρπάσῃς καὶ τὴν οὐράνιον.

EPISTOLA III.

Γράμμα περὶ τὸ συναχθῆναι τοὺς Ἀρχιερεῖς ἐν τῇ χώρᾳ ἕως κοινοῖς ἀπελθεῖν πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα χάριν ὠφελείας κοινῆς.

Ἐπεὶ ἕκαστον τῶν ἱερωτάτων Ἀρχιερέων πρὸς λαχοῦσαν πρόνοιαν ἀπελθεῖν. εἰσὶ δέ τινα κοινῆς δεόμενα ἐπιστασίας πρὸς τὸν κρατοῦντα. οἷον τὰ τῶν Λατίνων. καὶ ὅπως αἰδοῖς διδάσκων τούτοις ἀκούομεν, καὶ καταβλάπτοντες τῶν ἀσεβῶν τινὰς ... ἃ δέον ἡμᾶς αἰδέσασθαι ταῦτα καταλιπόντες ἀναχωρεῖν. τὰ δὲ καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ Ἀρμενίων, ὅπως ἐξέλθωσι. καὶ ὅσα τοιαῦτα ἔργα θεοφιλῆ, ἱκεσίας κοινῆς δεόμενα. πρὸς δὲ καὶ τῶν τὴν κατεπείγουσαν ὥραν τοῦ θέρους. διὰ ταῦτα κελεύσατε, μετὰ τὸ γενέσθαι ἡμᾶς τῇ συνόδῳ συναχθῆναι καὶ ὁμοῦ ἀπελθεῖν πρὸς Αὐτοκράτορα. οὐ γὰρ οἶμαι τοῦτο παρόψεσθαι τὸ λυσιτελὲς τῆς αἰτήσεως· μὴ οὖν δεῖ τὸ Κύριον δι' ὅσον ἀπολειφθῇ τις. οὐ δι' ἀχρειότητα δέον συνελθεῖν ὁμοῦ ἐν τῇ χώρᾳ, ἀφικέσθαι ὁμοῦ τοῖς βασιλεῦσιν ἐντυχεῖν.

Vide quæ de Athanaſio Patriarcha Conſtantinopolitano ac ejus Operibus libro VIII. monemus.

Καὶ ἐπὶ ἀριστερὰ ἔνθα τὰ χαλκώματα) Ab officinis quidem ærariis vicum ſeu plateam Chalcopratia dictum extitiſſe olim Conſtantinopoli teſtatur etiam & Codinus, necnon Leunclavius in Pand. Turc. cap. 248. qui etiamnum inquit, eſſe in Urbe *vicum fabrorum ex ære vaſorum quævis elaborantium*, qui quidem vicus, ſubjungit ille, *in hiſtoriis Græcorum recentioribus Cedreni & aliorum celeberrimus nominatur* Χαλκοπρατεῖα, *nimirum a diſtractione vaſorum ex ære factorum*. Verum ſecus cenſet Cujacius ad L. 7. C. de Colleg. & Chartoprat. lib. II. ubi contendit locum hunc perperam Chalcopratia a Scriptoribus vocari, cum Chartopratia dicere debuiſſent, in quo ſcilicet erant officinæ, ubi chartæ vendebantur. At & Chalcopratia & Chartopratia extitiſſe ſuo tempore Conſtantinopoli refert idem Leunclavius laudato loco, ubi de Chalcopratiis, deinde hæc de Chartopratiis ſubdit: *Ad unum hujus areæ latus incipiunt illorum tabernæ, qui Perſicas operis excellentis, & Turcicas ibidem pictas, Græcas, & alias coloris nivei lævigataſque chartas vendunt: ideoque hæc* Χαρτοπρατεῖα *dicuntur*. Unde non dubito quin etiam Conſtantinopoli ante quam a Turcis caperetur, fuerint & Chalcopratia & Chartopratia, ab officinis ærariis, necnon chartaceis loca ſic nuncupata.

Ὁ δὲ μικρὸς Θεοδόσιος ἔκτισεν, &c.) De hujus Ædis conditore variæ ſunt Scriptorum ſententiæ. Et quidem Theophanes ſecum ipſe pugnare videtur, cum hanc Theodoſio Juniori attribuat pag. 88. E. R. Τότε καὶ τὴν τῶν Χαλκοπρατείων ἐκκλησίαν τῇ Θεοτόκῳ ἀνήγειρε, συναγωγὴν Ἰουδαίων πρότερον οὖσαν. *Tunc & Chalcopratiorum Eccleſiam Deiparæ Sacram excitavit, cum antea Synagoga eſſet Judæorum.* Sic etiam ex eo exſcripſit & Cedrenus; cui quidem concinunt Glycas & Joelus. At idem Theophanes pag. 209. ad annum XII. Juſtini Junioris, eodem inquit anno Juſtinum adempta Judæis Synagoga Eccleſiam Sanctiſſimæ Deiparæ vicinam Magnæ Eccleſiæ ædificaſſe: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἰουστῖνος βασιλεὺς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἑβραίων τὴν οὖσαν ἐν Χαλκοπρατείοις ἀφελόμενος ἐξ αὐτῶν, ἐποίησεν ἐκκλησίαν τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, πλησιάζουσαν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. *Hoc anno ademptam Judæis Synagogam, quæ fuit in Chalcopratiis, Dominæ noſtræ Sanctiſſimæ Deiparæ Juſtinus Imperator fecit Eccleſiam, vicinam Magnæ Eccleſiæ.* pag. 626. Cum prius, inquam, laudato loco idem Theophanes eandem hanc Deiparæ Chalcopratiorum Eccleſiam Theodoſio Juniori attribuerit. Quod vero Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſt. Eccl. & Paulus Diaconus lib. XVI. Hiſt. Miſc. hujus Ædis conditorem Juſtinum agnoſcant, hoc ex prædicto Theophanis loco mutuatos eos eſſe puto; verum non a Juſtino ædificatam ſed cum terræ motu collapſa eſſet, reædificatam cenſeo, uti habet Anonymus noſter & Codinus. A Theophane & cæteris diſſentit auctor Chronici Alexandrini, qui Marciano & Pulcheriæ eam attribuit. Theodorus vero Lector & ex eo Nicephorus Call. lib. 14. cap. 2. & 49. ſolam Pulcheriam conditricem agnoſcit. Denique Juſtinianus Nov. 3. cap. 1. a Verina Leonis M. uxore extructam ſcribit. Sed hæc ita conciliat Ducangius, ſcilicet a Theodoſio inchoatam, a Pulcheria confectam, a Verina poſtmodum & Juſtino de novo inſtauratam. Eandem etiam Ædem Chalcopratiorum Deiparæ reſtauravit Baſilius Macedo, ut auctor eſt Conſtantinus Porphyrogenitus in avi Vita c. LXXV. ubi περὶ τῆς ἁγίας σοροῦ agit, uti infra dicemus cum de ſacro Conditorio.

Ναὸν τῆς Θεομήτορος) Cod. Colbertinus habet, ναὸν τῇ Θεομήτορι ἀνήγειρε, τὸν καὶ ἐπονομαζόμενον Ἁγιοσορίτισσαν. Forſan ſic dicta ἀπὸ τῆς ἁγίας σοροῦ.

Τοῦ ἐπονομαζομένου) Sic habet & Cod. Reg. a. necnon Cod. Perperam vero hoc attribuitur in Cod.

Edit. Pariſ. pag. 615.

Colbertino Juſtioo Seoiori qui Thrax etiam dicitur, Ἰουστῖνος ὁ Θρᾶξ πάλιν τοῦτον ἀνήγειρε. Ita quidem iotelligendus eſt etiam laudatus Theophanis locus pag. 209. E.R. in Juſtioo Juniore ubi ſorſan librariorum mendum occurrit. Sed de his ſupra. Cæterum hujus Ædis formam indicat Conſtantinus Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. xxix. pag. 87. E.R. ubi de Templo S. Anaſtaſiæ quod Diodoræ extabat, agit; ὁ δὲ ναὸς τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἐστὶ δρομικὸς ὅμοιος τῷ Χαλκοπρατείων ναῷ. *Sanctæ vero Anaſtaſiæ templum oblonga figura, ſimile eſt illi quod in Chalcopratiis extat.* Quæ autem δρομικὰ Templa dicantur, vide noſtras Notas ad lib. quartum Anonymi noſtri, ubi de ſtructura ſanctæ Sophiæ agit. Quod vero ad ſitum hujus ædis attinet, facile eum aſſequimur ex Anonymo noſtro, qui inter Monumenta quintæ Regionis eam recenſet; quod quidem confirmatur ex Codino, quin etiam ex ipſo Theophane ſcribente citato loco, eam vicinam fuiſſe Magnæ Eccleſiæ, πλησιάζουσαν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ; quæ profecto in ſecunda Regione quintæ proxima ſtatuitur ab auctore Veteris Urbis Deſcriptionis, uti apparet ex noſtra tabella Iconographica. Cætera quæ ſpectant ad hanc ædem, vide doctiſſimas Ducangii Diſſertationes CP. Chriſt. lib. iv. necnon ejuſdem notas ad Alexiadem pag. 293. E.R.

77. Καὶ τὸν ναὸν ἀνωκοδομήσατο) Hæc in Codino deſiderantur. Cod. vero Reg. 2. eadem quæ Reg. 1. habet; nec quidem abs re; nam non ſolum Juſtinus ac Sophia ſacrum Conditorium in Chalcopratiis extruxerunt, verum etiam ipſum Deiparæ templum terræmotu collapſum reædificavere, uti idem Anonymus noſter cap. præcedenti ſcribit. Hinc etiam apparet quam longe a vero aberrent illi qui Templum Deiparæ Chalcopratiorum aliud ab eo fuiſſe cenſent, quod Juſtinus & Sophia condiderunt, & Ἁγίαν Σορὸν appellant paſſim Byzantini Scriptores; nam Ἁγίαν Σορὸν Templi Deiparæ Chalcopratiorum partem fuiſſe tantum, vel potius Sacellum, in quo aſſervabatur Zona ac veſtis SS. Deiparæ conſtat vel ex noſtri Anonymi laudato loco, & confirmatur a Conſtantino Porphyrogenito in Avi Vita cap. xcii. pag. 208. editionis Combefiſianæ ubi ſic habet. Καὶ τὸν ἱερὸν δὲ τῆς πανυμνήτου Θεοτόκου ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις
[Lib. Porph. pag. 617.] θεῖον ναὸν τῆς παρούσης ἁγίας Σοροῦ παρ' αὐτὸν ἰδὼν, καὶ ἀφώτιστον, ἡ φωτοδόχας ἑκατέρωθεν ἀνεγείρας ἁψῖδας, καὶ τῷ τῆς στέγης ὕψει ... κατηγλάϊσε. *Aliud quoque glorioſiſſimæ Dei Genitricis in Chalcopratiis venerandi ſacrique Loculi divinum Templum, humile ac luce deſtitutum animadvertens, extructis hinc inde ad eum inferendum abſidibus, tectoque altiori evecto faſtigio, tum celſitate decorem conciliavit, tum lucis fulgoribus colluſtravit.* Hinc forſan ædem ipſam Deiparæ in Chalcopratiis appellatam fuiſſe puto Ἁγιοσοριτίσσαν, uti habet Codex Colbertinus ſæpius a nobis laudatus, ναὸν τῇ Θεομήτορι ἀνήγειρε, ἣ καὶ ὀνομάζεται Ἁγιοσορίτισσα. Et quidem duo templa Deiparæ ſacra extitiſſe Conſtantinopoli cognominata τῆς ἁγίας Σοροῦ, alterum in Blachernis, de quo infra; alterum vero in Chalcopratiis, teſtantur fere omnes Scriptores.

Ἐκεῖσε δὲ ἀνεγράφησαν Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ) Codinus, ἐν δὲ τῇ ἀγορᾷ ... μεγάλοι ἀνδριάντες, ὅ, τε Μιχαὴλ Ῥαγγαβὲ, &c. in Colbertino vero ſcribitur ὁ Ῥαγκαβάτος.

Πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι) Sic ex Cod. Reg. 2. & Colbert. nam corrupte in Reg. 1. legitur, πρῶτα βασιλεῖ.

Καὶ πολλοὶ τῶν μεγίστων) Ita uterque Cod. Reg. habet: Colbertinus vero, καὶ πολλοὶ οἱ μέγιστοι.

Ὅπου καὶ ἀνακεῖται ἡ ζώνη, &c.) Mirum quidem quam inter ſe diſcrepent Scriptores de tempore quo Veſtis Deiparæ ac Zona allata fuit Conſtantinopolim, deque loco quo eadem depoſita eſt; alii quippe in Blacherniana Æde eam depoſitam fuiſſe perhibent, alii vero in Chalcopratianam eandem invectam fuiſſe contendunt. Nicephorus autem Call. ſecum ipſe pugnare videtur; nam lib. 18. cap. 38. Deiparæ capitis ἐπικάλυμμα, cum ejuſdem Zona, aſſervatum in Blacherniano Templo ſcribit; lib. vero 14. cap. 49. Zonam Deiparæ in Templo Chalcopratiano ab Eudocia repoſitam prodit; ſed ne actum agere videar, aut aliorum ſcrinia expilare, vide quæ hac de re doctiſſimus Ducangius doceat in Notis ad Alexiadem pag. 329. 330. E.R. & ſequentibus; ubi etiam quid ſit μαφόριον, ſeu, ut habetur in Cod. Colbert. & Codino, ὠμοφόριον pluribus monuit.

Τὸν ἅγιον Ἰάκωβον) Codinus habet, τὸν ἅγιον Ἰάκωβον, τὸ πλησίον αὐτοῦ ſcilicet proxime τῆς ἁγίας Σοροῦ. Et quidem prope Ædem Chalcopratianam ſeu τῆς ἁγίας Σοροῦ & conſequenter haud procul a Magna Eccleſia ſeu Æde Sophiana extitiſſe Templum hoc Sancti Jacobi, præter quam ex Anonymo noſtro qui ordine orbem deſcribit, patet etiam ex Menæis ad 11. Febr. quo die feſtum agunt Græci SS. Symeonis & Annæ Prophetiſſæ, ἐν τῷ σεπτῷ ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, τῷ ὄντι ἐν τῷ σεβασμίῳ ναῷ τῆς ἁγίας Θεοτόκου, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας.

Καὶ κατέθηκαν ἐν τῇ Σορῷ, &c.) Codex Colbert. καὶ κατέθηκαν ἐν αὐτῇ τῶν ἁγίων: &c. Codinus vero, ἔνθα κεῖν ἐν σοροῖς λείψανα τῶν ἁγίων νηπίων, Συμεὼν τοῦ Θεοδόχου, &c. Et quidem Anonymi noſtri lectio magis mihi arridet; nam ἡ Σορὸς hic non accipitur pro urna ſeu loculo, ſed pro parte aliqua ſeu appendice, vel potius Sacello ipſi Eccleſiæ proximo, ac contiguo, uti ſupra monuimus cum de ſacro Conditorio Chalcopratiano; quod manifeſte ex contextu apparet, cum dicat in dextera parte ſacri Conditorii aſſervari ſanctarum mulierum unguentiferarum corpora, in ſiniſtra vero ſancti Joannis Præcurſoris comam. Sed ut ingenue fatear locum illum ubi τὰ ἅγια λείψανα aſſervabantur, appellatum fuiſſe puto τὴν ἁγίαν Σορὸν; qui quidem ab Italis dicitur *il reliquiario* & in nonnullis locis vel pars eſt ipſius Eccleſiæ vel Secretarii, ut videre eſt, tam in Eccleſiis Latinis, quam Græcis recentioribus. 78.

Καὶ τοῦ ἁγίου προφήτου Ζαχαρίου) Hæc ſuppleta ſunt ex Cod. Colbert. in Reg. quippe deſiderantur.

Κα'ὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ Σορῷ) Hæc a Codino narrantur paulo diverſis verbis, & clarius; ἐν δὲ τῷ δεξιῷ pag. 618.
μέρει τῆς ἁγίας Σοροῦ εἰσὶ κείμενα τῶν ἁγίων μυροφόρων γυναικῶν τὰ σώματα. ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ αἱ τρίχες τοῦ τιμίου Προδρόμου. Hinc etiam nos in verſione expreſſimus τὰ σώματα, &c. cum ex Anonymo noſtro non liqueat, num αἱ τρίχες tantum fuerint vel corpora vel quædam alia pars τῶν ἁγίων λειψάνων ſanctarum mulierum unguentiferarum. Quod autem ajunt Anooymus noſter ac Codinus, in ſiniſtra parte ſacri Conditorii aſſervatam fuiſſe comam ſancti Joannis Præcurſoris, falſum quidem eſt ſi Leoni Diacono credimus, qui lib. x. Hiſt. MS refert Joaonem Tzimiſcem ex bellica expeditione adtuliſſe Conſtantinopolim Chriſti ſandalia, & comam Sancti Joannis Præcurſoris; & ſandalia quidem depoſita fuiſſe in templo SS. Deiparæ, comam vero Præcurſoris in Oratorio Salvatoris Chalces, quod idem Tzimiſces extruxerat; cujus verba integra habes libro primo Commentariorum, ubi de Oratorio Salvatoris Chalces agimus.

Ἔνι δὲ τὸν τοῦ Βασιλικοῦ χρυσόροφον) Cod. Reg. 2. τὸ δ' ἐν αὐτῷ τῷ βασιλικῷ χρυσορόφῳ, &c. Codinus vero, ἐν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ χρυσορόφῳ, &c. Quod ita ex Cod. Vat. necnon Anonymi Collecta. legendum ait Lambecius: τὸ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ χρυσορόφῳ, ὄπισθεν τοῦ μιλίου, ἀνδρεικελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον (ὅ ἐστιν τὸ ἴξαμιον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως) καὶ γονυκλινὲς, Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, Id eſt, *Statua inaurata virilis & genuflexa; quæ in ipſa Baſilica aureo laqueari operta pone Milliam eſt collocata, Juſtiniani tyranni eſt.* At ego ad textum Anonymi noſtri nihil addendum eſſe cenſeo; nam præter ſtatuam Juſtiniani genuflexam, ſtabat altera

auro obducta; aperte quidem hæc ille. Quod vero Baſilicam χρυσόροφον fuiſſe innuit, hoc etiam confirmatur ex Conſtitutione Theodoſii & Valentiniani, ubi *inaurata* dicitur, quæ quidem Conſtitutio habetur in L. 22. Cod. Juſt. de Operibus publicis, qua vetant Imperatores ex tabulato opere ſtationes aut ergaſteria in Baſilica fieri, equos intromitti, vel nuptias celebrari.

Ὀπίσω τοῦ Μιλίου) Ita habet & Codinus, ſed perperam interpretatur Lambecius ὀπίσω εἰς Μιλίου. *prope Milliarium*, lege igitur *pone Milliarium*. Sic habet & Svidas v. βασιλική. Et quidem Baſilicam extitiſſe haud procul a Milliario teſtatur auctor Veteris Urbis Deſcriptionis, qui ſic habet: *Regio quarta, a Milliario aureo collibus dextra lævaque ſurgentibus, ad planiciem uſque valle ducente perducitur. Continet in ſe idem Milliarium aureum, Auguſteum, Baſilicam*, &c. Verum quod ait Ducangius Baſilicam ædem eandem fuiſſe ac eam quam Senatum dixere; falſum quidem eſt, ſi laudato auctori veteris Urbis Deſcriptionis fides adhibenda; Baſilicam enim ipſe inter monumenta quartæ Regionis recenſet, uti paret ex citato loco: Senatum vero in ſecunda Regione ponit: *Regio ſecunda ab initio Theatri minoris per æqualitatem ſui latentes molli ſublevata clivo, mox ad mare præcipitiis abrupta deſcendit. Continet in ſe Eccleſiam Magnam, Eccleſiam antiquam, Senatum*, &c. In hac ſane Baſilica extitiſſe bibliothecam librorum millia cxx. continentem, neque procul a Chalcopratiis eandem poſitam fuiſſe tradit Cedrenus in Baſiliſco pag. 351. E R. ubi incendium, ipſo Imperatore creato, ortum a Chalcopratiis deſcribit: Τούτου δὲ ἀναγορευθέντος, ὁ συμβὰς ἐμπρησμὸς κατὰ τὴν πόλιν, τὰ κάλλιστα μέρη διέφθειρεν. ἐν γὰρ τῷ μέσῳ τῶν Χαλκοπρατείων ἀρξάμενος, αὐτάς τε ἑκατέρωθεν τὰς στοὰς, καὶ τὰ προσεχῆ πάντα, τήν τε καλουμένην Βασιλικὴν. ἐν ᾗ ἀπέκειτο βιβλιοθήκη, ἔχουσα βίβλους μυριάδας δώδεκα. μεθ᾽ ὧν βιβλίων καὶ τὸ τοῦ δράκοντος ἔντερον ποδῶν ἑκατὸν εἴκοσι, ἐν ᾧ ἦν γεγραμμένα τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα, ἥ τε Ἰλιὰς καὶ ἡ Ὀδύσσεια, χρυσοῖς γράμμασι, μετὰ καὶ τῆς ἱστορίας τῶν ἡρώων πράξεων. *Hoc Imperatore creato, incendium florentiſſimam urbis partem abſumpſit. Ortum enim a mediis Chalcopratiis, cum utramque porticum, tum contigua omnia, & Baſilicam devoravit, in qua fuit bibliotheca librorum millia cxx. continens: inter quos libros fuit etiam draconis inteſtinum, pedes cxx. longum, cui Homeri poemata Ilias & Ulyſſea aureis litteris fuerant inſcripta, cum hiſtoria rerum ab Heroibus geſtarum.*

Τὸ Ἐξάγωνο Ἡρακλεία) Vide quæ hac de re adnotavimus lib. 1. Commentariorum, cum de Modio; necnon l. vi. ad Chronographum, cum de Baſilica. *Edit. Pariſ. pag. 619.*

Ἐκεῖ ὁ Τερβέλιος) Ita habet & Codinus. Cæterum Terbelim Bulgarorum principem extra Blachernarum mœnia ſtationem habuiſſe perhibet Nicephorus noſter pag. 214. editionis Petavianæ, ubi etiam omni honore ac munificentia a Juſtiniano Rhinotmeto, cui ad imperium recuperandum opem tulerat, exceptum prodit. Vide quæ de hac re lib. v. Comment. monemus, cum de Baſilica.

Ὅρος δὲ ἦν πρὸς τὸ μέρος τῶν ἀναβαθμῶν) Ita omnes MSS. necnon Codinus ac Chronographus, ubi Combefiſius legit, Ὅρον γὰρ εἶναι πρῶτα μέρη, &c. & interpretatur. *Metam enim eſſe ajebant primæ partis graduum octoginta duorum*. Sed vide quæ ibidem adnotamus.

Ἔνθα ἦν καὶ σχολὴ, &c.) Ita ex Cod. Vat. emendat Lambecius. Perperam in MSS. Regiis ſcribitur: ἔνθα ἦν σχολὴ φυλαττόντων οἰκεῖ πολλοί. Vide ad Chronographum Commentarios.

Ἐναντίοις ζυγοῖς) Svidas ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς, hoc eſt, *lancibus adulterinis*. Quos quidem Svidas vocat πλαστοὺς ζυγοὺς, & Scriptura Proverb. cap. 11. v. 1. ζυγὰ δόλια, eos Anonymus noſter & ex eo Codinus ἐναντίους ζυγοὺς appellat, id eſt, *lances iniquas*, ſeu *impares*, quibus opponuntur ἴσοι ζυγοὶ, ſive *lances æquæ & pares*. Vide Noſtros ad Chronographum Commentarios

Δίδυμα βοηθεῖ, &c. Sic ex Codino. Perperam ſcribitur in Cod. Reg. γέγονε βοηθεῖ, &c.

Οἱ ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ μετετέθη) De ea forte Herculis ſtatua loquitur, quam in Hippodromo erectam, atque ex ære cælatam fuiſſe, auctore Lyſimacho, tradit Nicetas Choniates in Narratione *de ſtatuis Conſtantinopolitanis*, &c. necnon in Alexin lib. iii. n. iv. De hac etiam ſtatua Herculis in Hippodromo loquitur Porphyrogenitus lib. ii. de Themat. cap iii. Sed vide noſtros ad laudatam Nicetæ Narrationem Commentarios. 79.

Ἐπὶ δὲ Ἰουλιανοῦ, &c.) Pluribus hæc narrat Chronographus noſter.

Ἐπὶ τοῦ Βυζάντου) Sic ex Cod. Reg. 2. necnon Svida ac Codino; perperam quippe in Reg. 1. habetur, ὑπὸ τοῦ Βυζάντου; & paulo inferius pro μετὰ ταλάντων δέκα corrupte ſcribitur μετὰ λαγῶν δέκα.

Εἰς τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου τὰ Πατρικίας) Hæc ita ex Codino; corrupte quippe in Codicibus Regiis legitur, Τὰ δὲ Πατρικίας ἡ Θεοτόκος. Cætera paulo diverſa a Cod. Reg. habet Codinus, γέγονεν, inquit, ὅτι ὑπορρήγνυντο οἱ βασιλεῖς μετὰ τῶν δεσποινῶν ἐπὶ προσκυνήσει τῆς ἁγίας Σοφίας, ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ ἵσταντο. Hujus quidem ædis ſitus ab Anonymo noſtro aſſignatur, pone ſcilicet ſanctæ Sophiæ Eccleſiam, & conſequenter haud procul a Baſilica, de qua ſuperius egit.

Οἶκος γὰρ ἦν ἐκεῖσε) Particulam γὰρ & ἐκεῖσε ex Codino repoſuimus; Cod. vero Colbert. habet, οἶκος δὲ ἦν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, &c.

Αἱ δὲ πατρίκιαι, &c.) Paulo diverſis verbis hæc a Codino narrantur: καὶ αἱ μὲν πατρίκιαι καὶ πρωτοσπαθάριαι ἐκεῖσε ἤλλασσον καὶ ἔζωννον τὸν βασιλέα. ὁμοίως καὶ αἱ Ζωσταὶ ἔζωννον τὴν δέσποιναν. Cæterum Ζωστὴ, dignitas fœminarum in Palatio, cujus munus erat Auguſtam ſuccingere vel veſtire. Vide quæ hac de re ad Chronographum monemus. 80.

Ἤλλασσον) Id eſt, *mutatoria* Imperatori porrigebant. Codinus pro ἤλλασσον habet ἤλλαξαν. De ſolennibus autem Imperatorum & Auguſtarum indumentis vide Codinum de Officiis.

Ὅτι τὸ Βοοσπόριον) Codinus hæc aliter refert, licet ab eodem Joanne Antiocheno id etiam ſe hauſiſſe fateatur. Περὶ δὲ τοῦ τοῦ Βοοσπορίου ἐτυμολογίας ταῦτά φησι Ἰωάννης Ἀντιοχεύς, ὅτι οἱ ἀπὸ συμμαχίδος τοῦ τοῦ χαλκοῦ τὸν πάλαι τοὺς βόας, ὁ καὶ ἐκράτει μέχρι τοῦ Κοσμιδίου. εἷς δὲ ποτε βοῦς ὡρμηκὼς διὰ τὸ κῦμα τῆς θαλάσσης, καὶ ἐπέρασεν εἰς Χρυσόπολιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη Βοοσπόριον. In Cod. vero Reg. 2. ſcribitur Προσφόριον; ita & Colbertinus; in quo hæc præterea diverſa a Regiis MSS. & Codino leguntur, Βοῦς ἀπολυθεὶς ἀπὸ τοῦ Προσφορίου, καὶ ἐπέρασεν εἰς Χρυσόπολιν ἄντικρυ τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀρκλας. καὶ οὕτως ἐκλήθη Βοοσπόριον, &c. Et quidem Ἀρκλαν Turrim ſeu Caſtrum ad Damalium ita appellatum ictibit Nicetas Choniates in Manuele lib. vii. cap. iii. pag. 133. E. R. ἔργον τοῦ βασιλέως τούτου καὶ ὁ μὲν πρὸς τῇ Δαμάλει ἱδρυμένος πύργος τῆς ἀπεναντίον ἀποτελεσθείς χέρσου, ὅπου ὠνομάζετο Δάμαλις, τανῦν δὲ Ἄρκλα καλεῖται. *Ab hoc Imperatore turris illa non procul a continente in mari extructa eſt, quæ Damalis pridem, nunc Arcla dicitur*. Cæterum quod ajunt Anonymus noſter & Codinus inde Boſporium appellatum quod bos quidam tranaſſet Chryſopolim uſque, non ad Boſporii portas de quo hic agitur, ſed ad freti denominationem attinet. Portum autem hunc ab origine nuncupatum cenſeo Boſporum ſeu Boſporium, deinde per inverſionem literarum ab indigenis alias appellatum Boſphorium, alias Phoſphorium, alias vero Proſphorium; & origines, quas ipſi tribuunt Græci Scriptores commentitias eſſe putat etiam Lambecius, necnon ipſe Ducangius. Quod vero ait Lambecius Portum hunc e regione Chalcedonis fuiſſe, qui antiquitus vocabatur τὸ Βοοσπόριον, ſcilicet Νεώριον, non parum in hoc allucinatur, cum neque e regione Chalcedonis ſteterit, uti apparet ex noſtra tabella Iconographica urbis CP. neque appellatum fuerit Neorium; nam Neorium in ſexta Regione ponitur ab auctore *pag. 620.*

veteris Urbis Deſcriptionis, Boſporium vero in Regione quinta; & licet apud nonnullus Scriptorea & præcipue apud Evagrium lib. II. cap. XIII. Νεώριον uſurpatum reperiatur generali ſignificatione pro omni portu: Ἐν τῷ Βοσπόρῳ, inquit, λιμένι, ἐν ᾧ καὶ τὰ νεώρια τῆς πόλεως καθίδρυται, ἀπὸ τοῦ καλουμένου Βοὸς περὶ μέχρι τοῦ παλαιοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ; tamen tantum Νεώριον non alium quidem quam vel Portum Neorium, hoc eſt Navale quod ad Sinum Ceratinum extitit & ab auctore veteris Urbis Deſcriptionis, uti ſuperius diximus, in ſexta Urbis Regione ponitur, vel Portum Novum, hoc eſt, Juliani ſeu Sophiarum, quod a laudato auctore antiquæ Urbis Deſcriptionis in tertia Urbis Regione collocatur Scriptores appellant. Apud auctorem Etymologici νεώρια, ἀπὸ τῶν ὅρων προσβολή. Sed de utroque portu Neorio pluribus infra. Quod autem portum hunc Proſphorium dictum olim ait Anonymus noſter, ſeu Proſphorianum, ut habetur in veteri Urbis Deſcriptione ex editione Labbeana, & apud Jacobum Gothofredum ad Leg. V. Cod. Theod. de Calcis coctor. nominis etymologiam ἀπὸ τῆς προσφορᾶς alii deducunt, quod nimirum eo magna importaretur eduliorum copia; alii vero, ut Petavius in Notis ad Nicephorum CP. a Foro, quod ſcilicet Forum reſpiceret. In aliis editionibus Prohoſphorianus dicitur quod ſcilicet Boſporo obverſus ſit.

81. Τὸ Ὀρφανοτροφεῖον) Orphanotrophium a Juliano Anteceſſore definitur Conſtitut. 7. *Locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur.* Vide Leg. 32. Cod. de Epiſc. & Cler. Ex hac quidem ipſa lege evincitur ante Juſtinum Orphanotrophium Conſtantinopoli extitiſſe, ac Zoticum quemdam, cujus memoriam agunt Menæa ult. Decembr. fuiſſe primum illius Curatorem, ſub Orphanotrophi nomine, qui primus hujuſmodi officium inveniſſe dicitur, cui poſtea ſucceſſerit Nicon.

Ἀνήγειραν Ἰουστῖνος καὶ Σοφία) Orphanotrophium, ſeu ipſum Templum, quod ſacrum fuiſſe ſoli Divo Paulo ajunt Anonymus noſter, Codinus, Anna Comnena p. 482. E. R. necnon complures alii ex hiſtoriæ Byzantinæ Scriptoribus. hoc Theophanes ad annum VII. Juſtini Junioris, in quo extructum fuit, SS. Apoſtolis Petro & Paulo dicatum innuit; Τούτῳ τῷ ἔτει ἤρξατο κτίζειν ὁ Ἰουστῖνος τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου ἐν Ὀρφανοτροφείῳ. *Hoc anno Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Eccleſiam cœpit Juſtinus ædificare in Orphanotrophio.* Orphanotrophii ac Ædis Divi Pauli ſitum facile aſſequimur ex Annæ Comnenæ

Edit. Pariſ. pag. 621. paulo ſuperius citatu loco ubi Orphanotrophium ab Alexio ædificatum in ea Urbis Regione ſcribit, quæ vergit ad Acropolim, ubi ſtabat Ædes D. Pauli. Et quidem non de novo Orphanotrophium extruxiſſe Alexium, ſed tantum labefactatum & neglectum inſtauraviſſe teſtantur Zonaras & Glycas in eodem Alexio, qui præterea tradunt, Alexium idem Orphanotrophium, Monachorum & Monialium cellulis auxiſſe, Scholas Grammaticæ, in quibus pupilli & pauperum liberi inſtituerentur ſtatuiſſe; denique Gerocomiorum, vel Xenodochiorum, quæ hactenus deterra erant, reditus omnes, novoſque inſuper attribuiſſe. Ædem autem ipſam S. Pauli ab ipſius amplitudine commendat Nicephorus Gregoras lib. 7. pag. 170. editionis Reg. & ad Eugenii portum ſtatuit, ac ab Andronico Palæologo Seniore inſtauratam narrat: ὁ περὶ τὴν πύλην τοῦ Εὐγενίου μέγιστος νεὼς τοῦ μεγάλου Παύλου. *Juxta portam Eugenii maximum Pauli Magni templum.* Porta vero Eugenii verſus Acropolim extitit, proinde in prima Urbis Regione. Falluntur igitur illi qui hanc Ædem Divi Pauli a Juſtino juniore ædificatam eamdem eſſe putant ac illam, quam auctor veteris Urbis Deſcriptionis inter monumenta VII. Regionis recenſet: *Regio*, inquit, *ſeptima, ex comparatione ſuperioris planior, quamvis & ipſa circa lateris ſui extremitatem habeatur in mare declivior. Hæc a parte dextera Columnæ Conſtantini uſque ad Forum Theodoſii, continuis extenſa porticibus, & de latere alii quoque pari ratione porrectis, uſque ad mare velut ſeipſam inclinat, & ita deducitur. Habet autem in ſe Eccleſias tres, hoc eſt, Irenæ, Anaſtaſiam, & S. Pauli*, &c. Quippe Ædes hæc ab auctore veteris Urbis Deſcriptionis recenſita ſacra quidem fuit D. Paulo, non Apoſtolo, ſed Patriarchæ CP. uti pluribus docent Photius in vita ejuſdem Sancti, Socrates libr. 5. cap. 9. Sozomenus lib. 7. cap. 10. & alii nonnulli ex recentioribus Scriptores, inter quos Nicephorus Gall. lib. 12. cap. 14. qui eandem Ædem περὶ τὸ Δευτερον ponit. Vide Ducangii CP. Chriſt. lib. IV. pag. 165. E. R.

Καὶ τὸν ἅγιον Ζωτικόν) Ita ex Codino; corrupte quippe in MSS. Regiis legitur καὶ τὸν Ὀ-ρίων, &c. Cod. vero Colbert. habet, καὶ τὸν ἅγιον Ζωτικὸν τὸ δεύτερον. Et quidem Lobotrophium Zotici a Juſtino & Sophia extructum refert & Codinus pag. 45. & 58. E. R. ubi habet καὶ ὁ ἅγιος Ζωτικὸς ὁ τῶν λωβῶν.

Παρεκάλει δὲ Ζωτικοῦ, &c.) Eadem habentur & in Cod. Colbert. In Codino vero deſunt; at cap. ſequenti ſcribit ipſe Codinus, Zoticum Patricium & Protoveſtiarium, ſub Conſtantio Conſtantini Magni filio, Monachorum fraternitatibus habitacula extruxiſſe, victum quoque & amictum ſufficienter ſubminiſtraſſe. Quamobrem Conſtantio ſilveſtribus mulis alligatum, iiſque ad curſum ſtimulatis interemptum. De Martyrio S. Zotici vide Menologium Græcorum die ult. Decembr. qua quidem die in laudata S. Pauli Eccleſia in Orphanotrophio memoriam ſeu ſynaxin celebrari Sancti Zotici primi Orphanotrophi obſervant Synaxaria. Hunc etiam Zoticum ſub Conſtantino Magno Roma Byzantium veniſſe ajunt, primumque extruxiſſe Lobotrophium πέραν τοῦ Βυζαντίου ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὸν τότε καιρὸν Ἐλαίας λεγομένῳ, eoque extincto, Conſtantium Imperatorem ſuis ſumptibus præclarum Lobotrophium ædificaſſe. Vide præterea quæ de Zotico dicuntur in ſuperius citata L. XXXV. quæ eſt Leonis & Anthemii Cod. de Epiſcopis & Clericis. Sed quis Zoticus Protoveſtiarius qui Anonymo noſtro, & in Cod. Colbertino dicitur præfuiſſe ſtructuræ Lobotrophii a Juſtino & Sophia excitati ex Scriptoribus non liquet; neque eumdem ipſum eſſe ac Sanctum Zoticum fas eſt credere, cum id temporis ratio non admittat, niſi Græculorum Chronologia bis centum annos tunc homines vixiſſe patiatur. Et quidem ſi quis omnia quæ a Græculis narrantur ad veram temporis rationem reducere vellet, vix aut ne vix quidem ea ætas ſufficere poſſet. pag. 622.

Ὅτι ὁ λεγόμενος λιμὴν τοῦ Νεωρίου) Ita ſcriptum erat & in Codice MS. Petri Gyllii, ut apparet ex Latina ejus verſione lib. III. Topogr. CP. cap. 1. ubi legitur, *in loco Neorii*, &c. ex qua lectione concludit ipſe, Neorium fuiſſe manufactum, neque ſuo tempore ſupereſſe. nec diſplicet quidem hæc lectio, neque ejus inde conjectura, niſi fortaſſis quis crederet λιμὴν apud recentiores Græcos accipi generali ſignificatione pro omni porta, hoc eſt, tam manufacto, quam naturali, quemadmodum apud Homerum pluries & apud Ariſtoph. in Avib. λίμνη pro ipſo mari uſurpatur: vel niſi pro λίμνη, λιμὴν legendum & ſic textus reformandus Ὅτι ὁ λεγόμενος λιμὴν τοῦ Νεωρίου, &c. hoc eſt, *in ſupradicto portu Neorio*, &c. Reſpicit enim ad ea, quæ ſuperius dixerat de portu Neorio cum de Bove æneo, *ad cujus*, inquit, *exemplar ſimilis Bos ex Neorio extractus eſt*. Vel ita tranſponenda ſunt hæc verba: Ὅτι ὁ λιμὴν ὁ λεγόμενος τοῦ Νεωρίου, &c. Scilicet, *in porta nuncupata Neoria*, &c. & hanc lectionem in verſione noſtra expreſſam habes. In Codino autem legitur: ἐν τῷ λεγομένῳ λιμένι τοῦ Νεωρίου; & in uno Cod. Vat. Lambecius ſcriptum reperit; ἐν τῷ λεγομένῳ λιμένι τοῦ Νεωρίου.

Κρύζων δὲ ἴαςγεν αὐτὸν, &c.) Ita habet & Codinus pag. 32. E. R. quod quidem Ducangius ſpectare putat ad Neorium, quod ad Propontidem ſtatit, atque ab auctore Veteris Urbis Deſcriptionis in tertia Regione ponitur, & pluribus nominibus gaudet: nam dicitur Scriptoribus Portus Novus, Portus Juliani, Portus Sophiarum, Neorium tantum, Portus Palatii, Βουκόλεον; ſic porro dictus, quod ad hunc portum ſtarent leonis & bovis invicem colluctantium ſtatuæ. Hinc Ducangius ratus Codinum de eadem bovis ſtatua loqui & de prædicto portu Neorio, peccare inquit Codinum in materia ſtatuæ, quod marmoream fuiſſe alii tradant, ipſe æneam. At neque Codinum, neque Anonymum noſtrum hic loqui de alio Neorio, quam illo quod in ſexta urbis Regione ponitur in antiqua urbis Deſcriptione, patet ex Anonymi noſtri ordine quo urbis monumenta recenſet; & nunc quidem monumenta atque portus, quæ ad Sinum Ceratinum extiterunt; libro vero tertio tertiam partem hoc eſt, monumenta atque portus, incipiens a tertia Regione uſque ad duodecimam incluſive, ut vulgo dicitur, quæ ad Propontidem ſteterunt deſcribit, ubi etiam agit de Portu Sophiarum, qui portus tantum etiam Νεώριον dicitur, uti monuimus ſuperius cum de Portu Boſporio. Vide quæ ſuo loco de Portu Sophiarum adnotavimus. De hoc ipſo Neorio ad Sinum Ceratinum loqui Scriptores putat & Gyllius Topogr. CP. lib. III. cap. I. & quod de bovis ænei mugitu tradunt, commentitium ait, ac fabrefactum ex Callimacho & Pindaro, ſcribentibus Rhodium montem eſſe nomine Atabyrium, habentem æreos boves, qui mugitum emittere ſolebant impendente Rhodo calamitate. De eodem hoc porta Neorio loquitur Chronographus noſter qui item nugas nugatur, dum habet Neorium illud Arcadium appellatum primitus fuiſſe, & a quodam Conone magicis præſtigiis conſecratum: ibique a Conſtantini Magni ætate extitiſſe mercium maritimarum emporium. Sic nugis omnia condiunt Græculi. Cæterum huic Neorio ad Sinum Ceratinum proxima erat porta τοῦ Νεωρίου dicta Pachymeri lib. V. cap. X. quæ corrupte Ὡραία pro Νεωρία, poſtmodum nuncupata eſt: Τὸν ἄμεινον τρόπον καὶ τῇ παλαιῷ Νεωρίῳ προσεχῶσθαι. λέγω δὲ παλαιὸν, οὐχ ὃ χθὲς καὶ πρώην Λατῖνοι ἐχρῶντο, τὸ πρὸς τῇ μονῇ τοῦ Εὐεργέτου Χριστοῦ, ἀλλὰ τῷ πρὸς τῇ πύλῃ τοῦ Νεωρίου ἐκεῖθεν ὀνομαζομένῃ, ὡς παντὸς τοῦ κατὰ θάλασσαν Κέρατος λιμένος ὄντος, & ταῖς τῶν Ῥωμαίων ναυσὶν, ὅσον καὶ ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἐνδιδόντος. *Eodem animo ferebatur in vetus Navale: vetus appello, non illud, quo nuper Latini utebantur, quod eſt prope Monaſterium Chriſti Beneficoris; ſed aliud portæ vicinum, quæ ab illo Portæ Navalis nomen accepit, quia totum illud cornu mari prætentum portus vice eſſet, ipſumque Romanorum juxta hoſtiumque navibus pervium.* Hujus item

Edit. Pariſ. pag. 623.

Neorii meminit & Zoſimus lib. II. pag. 436. editionis Lugdunenſis 1624. quo loco deſcribit veteris Byzantii muros: ait enim murum per collem demiſſum ab Occidente uſque ad Veneris ædem, & mare, quod eſt e regione Chryſopoleos, pertinuiſſe: ab Aquilone vero eodem modo deſcendiſſe ἄχρι τοῦ λιμένος, ὃ καλοῦσι Νεώριον, *uſque ad portum, quod Navale dicunt.*

Ἐστοιχείωσε δὲ ὁ αὐτὸς Κόνων) Crederet quis hæc ad Bovem æneum referri; at ipſe puto ad Neorium, ſic & Chronographus noſter, ὁ λεγόμενος Νεώριον, ὁ τοῦ Ἀρκαδίου, ὃν Κόνων ἐστοιχείωσεν, &c. Cod. Colbert. ἐστοιχείωσε δὲ αὐτὸ ὁ Κόνων, &c. Codinus vero pag. 28. n. 59. E. R. Ὅτι τὸ Νεώριον ὁ Κωνσταντῖνος μέγας ἐστοιχείωσε. Vide quæ ad Chronographum adnotamus.

Ἐπὶ δὲ Ἰουστίνου μετετέθη εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα) Scilicet mercium maritimarum emporium ſeu forum quod in Neorio ad ſinum Ceratinum erat, poſtquam Juſtinus Portum Novum, qui etiam Juliani dicitur necnon tantum Neorium ad Propontidem repurgaſſet, ad prædictum Portum Juliani forum illud tranſtulit. Ita ex Cod. Colbert. reſtituimus; perperam quippe in Cod. Reg. I. legitur, ἐπὶ δὲ Ἰουστινιανοῦ μετετέθησαν αὐτὸν εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα. Ita forſan legebatur & in Codice quo uſus eſt Ducangius, unde venia quidem dignus eſt ſi quæ de Neorio ad Sinum Ceratinum tradunt Scriptores, hæc ille Neorio ad Propontidem tribuat. At Codex Gyllii eandem quam Codex Colbertinus lectionem præferebat, uti apparet ex Latina ejus verſione de Topogr. CP. lib. III. cap. I. ubi legitur *in eoque fuiſſe forum rerum maritimarum, deinde regnante Juſtino tranſlatum fuiſſe in portum Juliani*. Chronographus noſter perhibet etiam eodem in portu extitiſſe maritimarum mercium tabernas, quæ Juſtino imperante tranſlatæ fuerunt in Juliani portam: niſi quod in MS. pro Ἰουστίνου legitur Ἰουστινιανοῦ, Sed vide quæ ibidem monemus.

Περὶ τοῦ τοῦ Βασιλίδου καλουμένου) Ita ex Cod. Colbert. In Cod. quippe Reg. I. legitur, Περὶ τῆς Βασιλίδος.

Τὰ δὲ Βασιλίδου, οἶκος ἦν, &c.) Ita uterque Cod. Reg. necnon Colbert. Codinus vero Ædem S. Nicolai τοῦ Βασιλίδου nuncupatam a Baſilide Patricio & Quæſtore, qui Juſtiniano Magno imperante vixit, in domo propria ædificatam ſcribit Τὰ δὲ Βασιλίδου ὁ ἅγιος Νικόλαος οἶκος ἦν πατρικίου Βασιλίδου καλουμένου, καὶ Κοιαίστωρος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. Hujus autem Baſilidis meminit Procopius l. I. de Bello Perſico c. XXIV. p. 71. ubi refert Baſilidem Patricium ſpectatiſſimæ clementiæ & nobilitatis virum, ſubmoto a Quæſtura Tribuniano, ad eundem magiſtratum a Juſtiniano promotum. Βασιλείδῃ δὲ τὴν τοῦ κοιαίστωρος. ἀρχὴν ἔχειν ἔδωκεν, ἐς τε ἐπιείκειαν γνώριμον ἐς πατρικίοις ὄντι καὶ ἄλλως δόκιμον. *Quæſturam autem Baſilidi Patricio, ſpectatiſſimæ clementiæ & nobilitatis viro mandavit.*

Ὅτι ὁ ἅγιος Ἰωάννης οἱ Ἀρκαδιανοί) Codinus ὅτι ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Ἀρκαδιανοῦ, &c. & idem Codinus apud Ducangium CP. Chriſt. lib. I. pag. 92. cum de Thermis Arcadianis: Ὁ ἅγιος Ἰωάννης τοῦ Ἀρκαδιανοῦ παρὰ Ἀρκαδίου ἐκτίσθησαν, ἐπιλεξαμένου καὶ ἐκ πολιτῶν χιλιάδας ἕξ. Quod ſic interpretatur idem 82.
Ducangius: *Ædes Sancti Joannis & Arcadianæ extructæ ſunt ab Arcadio, qui a civibus ad eas conſtruendas ſex millia nummum exegit.* At allucinari hic Ducangium nemo non videt. Nam non a civibus ad eas conſtruendas ſex millia nummum exegiſſe Arcadium, ſed ſex millia civium ad obſequium, id eſt, ad proceſſionem poſt ſtationes fieri ſolitam ſibi adlegiſſe, eoſque Arcadianos nuncupaſſe, ſequentia ſuadent, ἐπιλεξαμένου καὶ ἐκ τῶν πολιτῶν χιλιάδας ἕξ εἰς ὀψίκιον αὐτοῦ, ἄγων εἰς τὰ πρόκενσα αὐτοῦ· ἐκάλεσε δὲ αὐτοὺς Ἀρκαδιανοὺς, &c. Ita Codinus; ubi Anonymus noſter habet: ἐπιλεξαμένου & ἐκ τῶν πολιτῶν χιλιάδας ἕξ εἰς ὀψίκιον αὐτοῦ, ἄγων εἰς τὰ πρόκενσα. ὅπερ καὶ τὸ εὑρίσκεται ita & Cod. Reg. 2. Codex vero Colbertinus, ἐπιλεξαμένου καὶ ἐκ τῶν πολιτῶν τεσσάρων εἰς ὀψίκιον αὐτοῦ, pag. 624.
ἄγων εἰς πρόκενσα, &c. Quod etiam confirmatur ex Theophane qui pag. 64. Arcadianos milites ab Arcadio inſtitutos perhibet Ἀρκάδιος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν ἴδιον ἀριθμὸν ἐν ΚΠ. οὓς ἐκάλεσεν Ἀρκαδιακούς. *Arcadius autem Imperator militum Numerum, quos dixit Arcadicos, Conſtantinopoli inſtituit.* Ubi pro Ἀρκαδιακοὺς legendum puto Ἀρκαδιανοὺς, vel Ἀρκαδειανοὺς. Utroque enim dicitur, ut Κωνσταντινιανοὶ & Κωνσταντιανοὶ, Θεοδοσιακοὶ & Θεοδοσιανοί. Eadem refert ex Theophane & Cedrenus ad annum quintum Arcadii pag. 327. E. R. qui etiam Ἀρκαδιανοὺς appellat. At in notitia Imperii Arcadiani dicuntur pag. 33. editionis Lugdunenſis 1608. *Felices Arcadiani Seniores*. Horum quidem inſignia deſcribit Pancirolus Comment. cap. 47. *In albo clypeo*, inquit, *globum luteum habent, cippo cærulea præfixum, quem latus cæruleus circulus claudit, a rubro fune circumflexo arcte conſtrictus: externus rubeus circulus ambit; funis color Principis purpuræ reſpondens, Orientis, Occidentiſque Imperia, arcte perpetuo connexa eſſe ſignificat.* Manuſcri-

pti coloribus variant, &c. Et pag. 30. ejuſdem Notitiæ, *Felices Arcadiani Juniores* dicuntur, quos etiam poſt alios Arcadianos ab Arcadio inventos ſcribit laudatus Pancirolus Comment. cap. 46. Horum hæc inſignia: In clypeo purpureo album globum cæruleo & luteo circulis cinctum geſtant. Hos vallum cæruleum roſtris in ſummo prominentibus interlunatum undique munit: Id Romanum orbem duplici Imperio ſectum, ab omni parte ita munitum eſſe innuit, ut cladem hoſtibus minetur.

Ἐκάλεσε δὲ αὐτοὺς Ἀρκαδιανούς) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino. In Reg. 5. legitur ἐκάλει γὰρ αὐτοὺς Ἀρκαδιανοὺς, &c. Sic habet & Cod. Colbert.

Οἱ δὲ ἅγιοι Ἀνάργυροι) Ἀνάργυροι dicuntur Græcis Scriptoribus potiſſimum Sancti aliquot, qui medicinam gratis profeſſi, omnem ſuam artem in pauperes impenderunt, ἀμισθὶ παρέχοντες τοῖς δεομένοις τὴν θεραπείαν ut loquitur Philoſtorgius. Sic medicinam gratis ſe profeſſum teſtatur & Auſonius Idyll. xxa.

Obtuli opem cunctis poſcentibus artis inemptæ,
Officiumque meum cum pietate fuit.

At ejuſmodi Sanctorum qui gratis medicinam profeſſi ſunt recenſentur in Liturgia S. Chryſoſtomi τὰ ζεύγη, ſeu *pares* nonnulli, Coſmas ſcilicet & Damianus, Cyrus & Joannes, Panteleemon & Hermolaus, Sampſon & Diomedes, Thallalæus & Tryphon. Verum ſimplici appellatione ἀναργύρων intelliguntur SS. Coſmas & Damianus, præſertim apud Anonymum noſtrum & Codinum necnon Zonaram in Juſtino pag. 70. E. R. ubi Sanctorum Anargyrorum templum in Baſiliſci tractu a Juſtino extructum perhibet. Et quidem eodem hoc in tractu Baſiliſci ſancti Tryphonis ædem a Juſtino & Sophia conditam dicitur Anonymo noſtro & Codino; ſed an hæc eadem Ædes εἰς τὰ Βασιλίσκου ac ea, in que S. Tryphonis feſtum celebrari 1. Februarii tradunt Menæa ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ, τῷ ὄντι ἔνδον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας neſcitur: at ſi eadem, certe haud procul a Magna Eccleſia extitit & Ædes prædicta SS. Coſmæ & Damiani, cum in eodem urbis tractu Baſiliſci dicto utraque ponatur. Cæterum ſcribit Zonaras Ædem SS. Coſmæ & Damiani εἰς τὰ Βασιλίσκου renovatam poſtmodum a Tiberio Curopalata fuiſſe.

Τὰ δὲ Βασιλίσκου) Sic & Cod. Colbert. Codinus vero paulo diverſa habet: Τὰ δὲ Βασιλίσκου τετράπυλον καὶ ... ὅτι βασιλεὺς ... αὐτὸν ... παλάτιον, ... ἐκ τοῦ χρόνου ... τος, ὁ τόπος ... τὴν ἐπωνυμίαν. De hac quidem Baſiliſci domo loquitur Theodorus Lector Ecl. 5. ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Βασιλίσκου εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἤρχετο, *ex domo Baſiliſci*, *in Eccleſiam venit*. Palatii vero a Baſiliſco conditi meminit Glycas in ejus vita p. E. R. 264. ὅστις ἐν Κωνσταντινουπόλει κτίσας παλάτιον, ἐκάλεσεν αὐτὸ τὰ Βασιλίσκου: *Hic Palatio Conſtantinopoli condito, idipſum Baſiliſci Palatium nuncupavit*. Vide quid ſupra de Tractu Baſiliſci diximus.

Edit. Pariſ. pag. 625.

83. Τὰ δὲ παλάτια τῶν Σοφιῶν) Dubitarem & ipſe quidem cum Ducangio, num quæ Anonymus noſter & ex eo Codinus, aliique Originum Urbis CP. Scriptores hic de Palatiis Sophiarum, ſeu Sophianis tradunt, ſpectent ad Palatium Sophianum, quod in Suburbio Thracio ad Portum Juliani a Juſtino Curopalata Imperatore, de nomine Sophiæ uxoris excitatum dicitur Theophani p. 205. E. R. Zonaræ p. 57. E. R. aliiſque, niſi Codicis Colbertini auctoritas accederet, ubi legitur, Palatia Sophiana una cum ipſo portu in Contoſcelio a Mauricio reſtaurata nomine Anaſtaſiæ ſocrus ſuæ ac Tiberii: Τὰ δὲ ἄλλα παλάτια τῶν Σοφιῶν ἅπαντα ἅμα καὶ τῷ λιμένι αὐτῷ ἐν τῷ Κοντοσκελίῳ, ἀνήγειρε Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς εἰς ὄνομα Ἀναστασίας πενθερᾶς αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου, &c. Neque vero ac eadem mihi cum Ducangio dubitandi eſſet ratio, cum ipſi inde dubium oriatur, quod cum cæteri Scriptores omnes Palatii Sophiani ſtructorem Juſtino ac Sophiæ ejus conjugi tribuant, Codinus ipſi Mauricio adſcribat. Mihi autem inde potiſſimum ſcrupulum movetur, quod Anonymus noſter hoc ſecundo libro ſecundæ partis monumenta recenſeat, quæ incipiebat a prima Regione ad Blachernas uſque; Palatium vero Sophianum, a Juſtino & Sophia excitatum dicatur Theophani ac Zonaræ, in Suburbio Thracio ad portum Juliani ad Propontidem, de qua parte libro tertio agit. At cum nemo ex Scriptoribus, quod ſciam, de Palatio Sophiarum, tamquam diverſo ab illo, quod in Suburbio Thracio ad portum Juliani ſtatuitur meminerit, crederem potius hic Anonymum noſtrum obiter, & ut ita dicam occaſione capta a Baſiliſci Palatio, Sophiani Palatii mentionem feciſſe. Sed vide quæ libro tertio cum de portu Sophiarum, de hoc Palatio Sophiano monuemus, necnon n. 566.

Μετὰ δὲ χρόνους κζ΄) Cod. Colbert. μετὰ δὲ χρόνους κα΄. Ἡράκλειος αὐτοκράτωρ τῶν Ῥωμαίων, πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι, &c.

Πάνυ γὰρ ἐφίλει αὐτήν) Id eſt, κατοικίαν: Codinus quidem hoc expreſſe, πάνυ γὰρ ἐφίλει τὴν ἐν αὐτῷ κατοικίαν. Perperam in Cod. Reg. 2. legitur, πάνυ γὰρ ἐφίλει αὐτὴν ὁ Φωκᾶς. nihil hic de dilectione qua Phocas proſequebatur Anaſtaſiam, ſed de Heraclio & quare Palatio Sophiano delectaretur ut patet ex contextu. Et quidem Heraclium Palatia Sophiana habitaſſe teſtatur auctor Chronici Alexandrini p. 384. E. R. ubi tradit natum Heraclium Juniorem εἰς τὸ προάστειον Σοφιανῶν, dum Heraclius Imperator in Sophianis moraretur: ἐτέχθη εἰς τὸ προάστειον Σοφιανῶν Ἡράκλειος Νέος Κωνσταντῖνος, υἱὸς Ἡρακλείου καὶ Εὐδοκίας. *Natus eſt in ſeceſſu Sophianarum Heraclius Novus Conſtantinus, Heraclii & Eudociæ filius*.

Ἀνήγειρεν Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος) Templum ſancti Platonis ab Anaſtaſio Dicoro conditum ſcribit etiam & Codinus, necnon omnes alii Originum Urbis CP. Scriptores. Deinde vero ſplendidius atque auguſtius reædificatum a Juſtiniano teſtatur Procopius l. 1. de Ædif. p. 13. E. R. μικροῦ με τὸ μαρτύριον ἐκλαθεῖν παρῆλθεν αὐτῷ, ὃ Πλάτωνι ἀνεῖται ἁγίῳ ... ... εἰς ... ἄγει, οὐ πόῤῥω τῆς ἀγορᾶς ἄνωθεν, ἣ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐπώνυμός ἐστι. *Parum abfuit quin Martyrium Sancto Platoni ſacrum prætermitterem, ſplendidum ſane atque auguſtum, ac vicinum Foro Conſtantini*. Hinc aſſequimur primo, Templum hoc ſancto Platoni Martyri, fratri ſancti Antiochi ſacrum fuiſſe, cujus feſtum agunt Græci xviii. Novemb. quod confirmatur ex Porphyrogenito in avi Vita cap. LIV. pag. 142. Editionis Allatianæ ubi tradit, cum hujus templi tectum laboraret, novum confeciſſe Baſilium, muroſque quibus incumbebat, firmiores reddidiſſe. Ὡσαύτως δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ μεγάλου ἐν μάρτυσι ... ... ὀροφὴν, νέαν εἰργάσατο, καὶ τοιχοῖς ἐν οἷς ἔδει κατεχύρωσε τὴν οἰκοδομήν. *Similiter & Platonis, magni Martyris, templi tectum laborans, de novo confecit, murorum, in quibus opus erat, templum munitum circumplexibus*. Secundo docemur ex Procopii laudato loco Templum ſancti Platonis haud procul a Foro Conſtantini extitiſſe, quod quidem in ſexta Regione ponitur ab auctore veteris Urbis Deſcriptionis: unde etiam confirmatur id quod ſupra de Palatiis Sophianis diximus. Cæterum de hac ſancti Platonis Æde loquitur & Theophanes pag. 202. ubi Juſtinianum nocturnas vigilias encæniorum Eccleſiæ Sophianæ in ea celebraſſe ſcribit: Τῇ δὲ Δεκεμβρίῳ μηνὶ κ΄. γέγονεν ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ δεύτερον· ἡ δὲ παννυχὶς τῶν αὐτῶν ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα. *Parra menſis Decembris die vigeſima, magnæ Eccleſiæ dedicatio ſecunda celebrata: nocturnæque vigiliæ dedicationi hujuſmodi præmitti ſolitæ apud ſanctum Platonem peractæ fuere*. pag. 626.

Ἐβασίλευσεν ἔτη τὰ ἑπτὰ αἰῶνος, &c.) Ita ex Codino reponimus, ſed perperam ibi pro ἕκτῳ αἰῶνος, ἑβδόμῳ αἰῶνι ſcribitur; nam Anaſtaſius Dicorus imperium Orientis ſuſcepit, Zenone mortuo, anno 491. Olybrio ſolo Conſule; anno vero 518. Aprilis 11. die, feria 5. majoris Hebdomadæ

fulmine, ut nonnulli tradunt, exanimatus eſt, anno ætatis 88. cum imperaſſet annos 27. menſes 3. Corrupte hæc habentur in Cod. Reg. 1. εἰς μίμνοις τοῦ αἰῶνος. Cod. vero Reg. 2. εἰς μίμνοις τῷ ἑβδόμῳ αἰῶνι.

Τοὺς δὲ κίονας τοὺς δέκα) Sic ex Cod. Colbert. In Cod. enim Reg. 1. legitur τοὺς ἰνζώδεις κίονας, οὓς ἔφερεν ἀπὸ Θεσσαλονίκης τοὺς δέκα, &c. Codinus hæc paulo diverſis verbis refert: τοὺς δὲ κίονας τοὺς δέκα, τοὺς ἰνζώδεις γλυπτούς, ἔφερεν ἀπὸ Θεσσαλονίκης εἰς τὸν ναόν, ὧν οἱ μὲν δύο ἐτέθησαν παρὰ Ῥωμανοῦ βασιλέως τοῦ Λεκαπηνοῦ, καὶ ἀπεδόθησαν εἰς τὴν Χαλκῆν.

84. Οἱ δὲ δύο ἀπεδόθησαν ἐν τῇ Χαλκῇ) Scilicet in templo Salvatoris Chalces. His quippe duabus columnis Bema templi Salvatoris Chalces innixum erat, ut auctor eſt Anonymus noſter n. 56. & ex eo Codinus pag. 63. E. R. qui tradunt Templum Salvatoris Chalces a Romano Seniore primum excitatum, duabus columellis innixo Bemate. Vide quæ ibidem adnotavimus.

Περὶ τοῦ Δαγισθέου) Titulus hic in Cod. Colbertino ſcribitur Περὶ τοῦ Δαγισθέου.

Ὅτι ὁ καλούμενος Δαγισθεὺς, &c.) Ita ex Cod. Colbertino, ubi ſic legitur, Ὅτι ὁ καλούμενος Δαγισθεὺς, ἄθροισις ἦν τὸ παλάτιον τοῦτο τῶν δύο μερῶν τῶν δημοτικῶν συλλόγων. Cod. Regius 1. ſic habet, Ὅτι ὁ καλούμενος Δαγισθέου ἄθροισμα τὸ παλαιὸν τῶν δύο μερῶν, &c. Reg. 2. Ὅτι ὁ καλούμενος Δαγισθέας, ἄθροισις ἐκεῖσε ἐγίνετο τὸ παλαιὸν τῶν δύο δημοτικῶν μερῶν, καὶ τρίκλινος ἦν ἐκεῖσε παμμεγέθης, καὶ ὅτε οἱ δήμαρχοι ἤθελον τοὺς συλλόγους, ἐκεῖσε ἤθροιζοντο. Codinus vero diverſa etiam habet, Εἰς δὲ τὴν καλουμένην Δαγισθέου ἁγίαν Ἀνναν, ἀθροίσεις ἐγένοντο πάλαι τῶν δύο δημοτικῶν μερῶν, καὶ τρίκλινος ἦν ἐκεῖσε παμμεγέθεστατος, καὶ ὅτε ἤθελον ποιῆσαι οἱ δήμαρχοι ἐκλογὴν, ἐκεῖσε ἤθροιζοντο. Varie etiam hoc nomen enaratum reperi apud Byzantinos Scriptores; Chronicon Alexandrinum ſiquidem Δαγισθαῖο, Theophanes Δαγισθέα, Cedrenus vero Δαγισθέου & Δαγισθαίου ſcribit. Ex quibus apparet tractum Conſtantinopoli extitiſſe ita fortaſſis nuncupatum, uti putat & Ducangius, ab æde Dagiſtæi qui dux celeberrimus ſub Juſtiniano Narſetis mandato poſt cæſum Totilam urbem Romam Romano Imperio aſſeruit. Vide Procopium lib. II. de Bello Perſ. & lib. IV. de Bello Goth. Hanc ipſam ædem videntur innuere Cod. Colbertinus laudatus dum ait, ὅτι ὁ καλούμενος Δαγισθεὺς, ἄθροισις ἦν τὸ παλάτιον τοῦτο τῶν δύο μερῶν &c. & Continuator Theophanis lib. I. n. XII. qui Δαγισθέα tantum eam appellat; Ἄρτι μὲν γὰρ Λέων, ἄρτι δὲ ὁ Μιχαὴλ αὐτομολήσαντες πρὸς βασιλέα, ἀθλοῦσι μὲν τὴν φοιδεράτων, ἢ βασιλικὴν οἰκίαν τοῦ Ζήνωνος καὶ τὸν Δαγισθέα. *Jam enim Leo, atque etiam Michael cum ad Imperatorem defeciſſent, ab eoque donati eſſent, alter Fœderatorum præfectura, Regiaque Zenonis domo & Dagiſtea.* In hoc autem tractu extitit Balneum publicum, quod ab Anaſtaſio cœptum abſolvit Juſtinianus ſub imperii initium, ut auctor eſt Scriptor Chronici Alexandrini in eodem Auguſto: Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἀπεπλήρωσε, καὶ τὸ δημόσιον λουτρὸν, ὃ ἦν πρώην ἀρξάμενος ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς Δαγισθαίου. *Idem Imperator abſolvit publicas Balneas, quas antea in urbe condere cœperat Anaſtaſius in Regione Dagiſtæi.* Qua vero Urbis in Regione ſteterit Dagiſtæum aperte demonſtrat Theophanes in Tiberio p. 211. qui illud e regione templi Sanctæ Anaſtaſiæ ponit; quod quidem templum in regione VII. ſtatuitur ab Auctore veteris Urbis Deſcriptionis, uti infra dicemus. Sic Theophanes: βασιλεύσαντος δὲ αὐτοῦ ἔκραξαν τὰ μέρη ἐπὶ τοῦ ἱπποδρομίου· ἴδω, ἴδω τὴν Αὐγοῦσταν Ῥωμαίων. ὁ δὲ ἐπέμψε μαθεῖν τὸν λόγον. ὁ ἀντικρὺ τοῦ δημοσίου λουτροῦ Δαγισθέου, ἥτις ὀνομάζεται ἐκκλησία, ὁμωνύμως ἐστὶν ἡ Αὐγοῦστα. καὶ ἔκραξαν τὰ μέρη· Ἀναστασία Αὐγοῦστα τοῦ βίκας, &c. *Eo jam ſceptris potito, celebratis Circenſibus ludis, exclamaverunt factiones: Videam, videam Romanorum Auguſtam. Is vero mandatum confeſtim emiſit, &c: Id nominis, ait, Auguſta ſortita eſt, quod Eccleſia e publici Balnei Dagiſtæi regione ſita. In hos itaque voces erupere partes, Anaſtaſia Auguſta: Tu vincas, &c.* Quæ in hanc rem habet Cedrenus ex eodem Theophane hauſit. Ex ſitu autem Dagiſtæi, & ex eo quod tradunt Scriptores omnes Originum, ibi olim congregatas fuiſſe populi factiones, idque factum ad Theophili uſque tempora, colligo, locum hunc haud diverſum fuiſſe ab eo, de quo agit idem Anonymus noſter ſupra n. 45. ubi ait, in aula lapidibus ſtrata propter Artopolia extitiſſe portas æreas quatuor pro quatuor factionibus totidemque in orbem porticus ac pleraque alia admiranda, quæ ad Theophilum uſque pervenere. Atqui Artopolia, ut ſuo loco monuimus, in VII. urbis Regione erant, vel illi contigua, quemadmodum & Tetrapylum æneum: quod quidem tum ratione ſitus, tum ſtructuræ videtur non diverſum fuiſſe a laudato loco: unde facile conjecto, Græculos qui ſæpenumero ſibi non conſtant, dum rerum Origines inveſtigant, unum idemque ædificium in tria diſtraxiſſe. Vide quæ ſupra de utroque obſervamus n. 45.

Ἐν Βλαχέρναις) Sic Græci inferioris ævi pro ἐν Βλαχέρναις. Quod autem hic narrat de Theodora Theophili uxore, de templo ſanctæ Annæ ab ipſa condito, ac revelatione habita, id quidem diverſis verbis habetur in Cod. Reg. 2. & Codino; quæ cum ſint longiuſcula & nullius ferme momenti non exſcribo: vide pag. 45. Editionis Regiæ. Cæterum ſimile quid refert idem Anonymus noſter n. 107. de ejuſdem ſanctæ Æde quam in Deutero ædificatam ait a Juſtiniano Rhinotmeto, quod ab ipſa ſancta ejus uxor per viſum monita eſſet ſe eſſe gravidam, & ut in dicto loco templum ſibi excitaret.

Ὅτι τὰ Μαυριανοῦ) Ita uterque Codex Regius & Colbertinus. Codinus Εἰς δὲ τὰ καλούμενα Μαυριανοῦ, οἶκος ἦν Μαυρικίου τοῦ βασιλέως, ὅτι ἔτι πατρίκιος, &c. At quod habet Anonymus noſter cæterique Originum Conſtantinopolitanarum Scriptores de hujus loci ſeu tractus origine fabuloſa videntur ac commentitia, quibus Originum Auctores abundant; nam ſi a Mauricio nomen loco illi inditum eſſet, ſcriberetur τὰ Μαυρικίου, vel τὰ Μαυρικιανοῦ; verum in MSS. omnibus τὰ Μαυριανοῦ ſcribitur; unde videtur nomen hujus loci derivatum potius a Mauriano quam a Mauricio: & quidem Mauriani Comitis Domeſticorum & vices agentis Magiſtri militum ſub Honorio mentio occurrit in Lege 1. Cod. Th. de Venatione ferarum; alterius vero ejuſdem nominis ſub Zenone meminit Auctor Chronici Alexandrini an. XXII. ejuſdem Auguſti. Sed a quonam Mauriano nomen loci derivatum non liquet. Meminit præterea tractus τὰ Μαυριανοῦ idem Anonymus noſter n. 10. ubi narrat Domninum unum e duodecim Senatoribus, qui cum Conſtantino Magno Roma Byzantium venerant ædem εἰς τὰ Μαυριανοῦ extruxiſſe. Similiter & capite ſequenti dum ait ædem Sanctæ Anaſtaſiæ extitiſſe εἰς τὰ Μαυριανοῦ; quam quidem ædem alii ſtatuunt in Domnini porticibus. At præter Originum Scriptores, qui ubique hunc locum τὰ Μαυριανοῦ tantum appellant, laudat Μαυριανοῦ ἔμβολον Continuator Theophanis lib. I. XV. κατὰ τοῦ Μαυριανοῦ ἔμβολον ἐπεκτείνοντα, &c. Qua vero urbis in Regione Mauriani tractus ſeu ædes extiterit ſatis aperte declarat Anonymus noſter dum capite ſequenti ait ædem Sanctæ Anaſtaſiæ extitiſſe εἰς τὰ Μαυριανοῦ; nam templum Sanctæ Anaſtaſiæ ſitum erat in VII. Regione, uti paulo infra obſervamus.

Edit. Pariſ. pag. 627.

pag. 628.

Καὶ ἐξκουβίτωρ) Ita & Cod. Reg. 2. Cod. Colbertinus καὶ ἐξκουβίτωρ. Codinus vero καὶ κόμητος τῶν ἐξκουβιτόρων. Ἐξκούβιτος autem ſignificat etiam Comitem Excubitorum, ut impræſentiarum, vide Ducangii Gloſſ. med. Græcit. cui addenda auctoritas Anonymi noſtri.

Ὅτι τὸν ναὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας) Ita uterque Codex Regius ac Colbertinus; Codinus vero Τὸ δὲ θαυμαστὸν ναὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, ὃ εἰς

τοῦ Μαρκιανοῦ, &c. Hinc apparet, templum hoc a Sancto Marciano conditum Sanctæ Anaſtaſiæ Martyri ſacrum fuiſſe; quod confirmatur ea vita ejuſdem Sancti Marciani Preſbyteri ac Oeconomi Magnæ Eccleſiæ, quæ habetur Latine tantum apud Bollandum die 2. Januarii, interprete Gentiano Herveto: *Quod autem ardentiſſime amabat, & fui deſiderii finem exiſtimabat, hoc erat, ut præclaræ & inſigni inter Martyres Anaſtaſiæ præclarum templum extrueret*. Deinde narrat idem Scriptor, Marcianum emiſſe domum ampliſſimam in medio urbis Foro ſitam a quadam vidua Antiochena, Nico dicta, duobus aureorum millibus. Sed cum ipſam facti pœniteret, Marcianum pactum ultro diſſolviſſe: tum vero ad ædem a S. Gregorio olim ædificatam & ſanctam Anaſtaſiam nuncupatam & in Domnini Porticibus poſitam animam appellentem, eidem ædi aliam Sanctæ Anaſtaſiæ Martyri ſacram adjungere propoſuiſſe. Quæ vero ſequuntur, cum ad ejuſdem ædis deſcriptionem ſpectent integra exſcribo: *Et illud quidem minus, & vetus templum relinquit in priori figura; at ſic omnibus ad ſpectandum propoſitum, apertius quam lingua prædicaret Theologi prophetiam: alterum autem ei excitat maximum, & pulcherrimum in orbem quidem variis porticibus, atriiſque & veſtibulis, quæ vel ante templum elegantem præ ſe ferunt ſpeciem comprehendeas: id autem veluti quandam magnam ſtellam, vel lunam a multis iiſque pulchris ſtellis circumdatam in medio erigens. Qualis enim id templexa ſit pulchritudo columnarum ſplendores, & colores, & magnitudo, lapidumque fulgor, & claritas materiæ auram tectum ſupra illuſtrans ut ubique picturæ, quæ artis quidem perfectione mentes obſtupefaciant, oculos autem demulcent varietate materiæ. Jam vero domum venerandæ illuminationis aut eam quæ eſt conſtituta ad reponenda ſacra vaſa, & donaria, quomodo quis dicens, non minus dixerit, quam poſtulet operum dignitas? Ipſorum autem vaſorum multitudinem, aut materiam, aut artem, qui volet oratione perſequi, ſciet omnino, ſe ea ſolum mirari poſſe, non lingua exprimere. Adeo ſunt omnia æque excellentia, ut etiamſi nemo prædixerit, vel ex hoc poſſit eſſe manifeſtum videntibus, quod ea mente divina proceſſerunt, & manu divina opem ferente e ſuperis*. Deinde loquitur idem Scriptor de Encæniis ejuſdem ædis, & quomodo ab incendio miraculoſe ſervata fuerit per S. Marcianum; cujus quidem incendii meminit & Theodorus lector lib. 1. pag. 555. Vitam ſancti Marciani Græce ſcriptam laudat Ducangius ex Cod. Colbertino n. 357. in Notis ad Zonaram. At verſus Jambi Maximi Planudis, hoc titulo: εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Μαρκιανοῦ καὶ Μαρτυρίου, quos ibi ſubjungit Ducangius, ambigens num ad eumdem Sanctum Marcianum, & ejus ædem ſacram ſpectent, omnino mihi videntur ad eum non pertinere; nam hic Sanctus Marcianus Preſbyter & Oeconomus Magnæ Eccleſiæ confeſſor fuit, cujus memoriam Græci celebrant die x. Januarii; Sanctorum vero Marciani & Martyrii Notariorum Martyrium habetur in Cod. Colbert. 1081. & Reg. 2459. Sed ut eo revertamur unde diſceſſimus, hanc ædem ſanctæ Anaſtaſiæ Martyri ſacram fuiſſe teſtatur & Symeon Magiſter in Porphyrogenito n. VI. ubi narrat ſacras reliquias S. Gregorii Nazianzeni in duas partes diviſas fuiſſe, & alteram in templo Apoſtolorum depoſitam fuiſſe, alteram vero in æde ſanctæ Anaſtaſiæ Martyris. καὶ τὰ λείψανα τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου, ἃ καὶ μερισθέντα τὰ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐτέθησαν. τὰ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Μάρτυρος Ἀναστασίας. Georgius Hamartolus in Chronico MS. ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου Γρηγόριος ὁ Θεολόγος τὸν ναὸν τὴν ἐκκλησίαν Ἀναστασίας τῆς μάρτυρος οἰκτρὸν οἶκον μικρὸν, τοῖς ὀρθοδόξοις ἐδίδαξεν. Ita plerique alii ex Scriptoribus hanc ædem ſanctæ Anaſtaſiæ ſacram fuiſſe tradunt. At imprimis comprobatur hoc a Theodoro Lectore lib. 11. pag. 568. qui refert, Leone M. Imperatore & Gennadio Patriarcha reliquias ſanctæ Anaſtaſiæ Sirmio Conſtantinopolim advectas, & in Martyrio ejuſdem, quod eſt in Domnini Porticibus; depoſitas fuiſſe: Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, καὶ ἐπὶ Γενναδίου πατριάρχου, ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σιρμίου τὰ λείψανα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. Quæ vero in hanc rem habent Theophanes, Cedrenus & Nicephorus Calliſti ex eodem Theodoro hauſerunt. Fallitur autem Baronius dum ad annum Chriſti 378. ſcribit ex Sozomeni lib. VII. cap. V. hanc ædem dicatam fuiſſe SS. Deiparæ. Sozomenus ſiquidem ait tantum miracula quæ ibidem perpetrabantur, credi a Virgine Maria fieri, ſic enim apparere ſolet: φανερουμένη γὰρ ἐνθάδε θεία δύναμις, ὕπαρ τε καὶ ἐν ὀνείρασι, πολλοῖς πολλάκις νόσων καὶ περιστάσεων συμφορᾶς κάμνουσιν ἐπήμυνε. πιστεύεται δὲ ταύτην τὴν Θεοῦ μητέρα Μαρίαν τὴν ἁγίαν παρθένον εἶναι. τοιάδε γὰρ ἐπιφαίνεται. *Etenim divina vis tam vigilantibus, quam in ſomnis, manifeſtam ibi ſe exhibens, multis ſæpenumero qui vel morbo, vel diverſis caſibus premebantur, ſuppetias tulit. Creditur autem hæc eſſe ſacra virgo Maria Dei mater. Sic enim apparere ſolet*. Quod autem perhibet Socrates l. v. c. VII. oratorio illi exiguo ubi Gregorius Nazianzenus olim conventus agebat, Imperatores ſubinde maximam Baſilicam adjunxiſſe, & Anaſtaſiæ nomen ei indidiſſe: Τότε δὲ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ μετατεθεὶς, ἔνδον τῆς πόλεως ἐν μικρῷ εὐκτηρίῳ τὰς συναγωγὰς ἐποιεῖτο. ᾧ τινι ὕστερον οἱ βασιλεῖς μέγιστον οἶκον εὐκτήριον προσαρμόσαντες, Ἀναστασίαν ὠνόμασαν; non officit quin poſtea eadem ædes a Sancto Marciano majorem in formam exædificata fuerit, quemadmodum laudati Scriptores produnt; neque Anaſtaſiæ nomen, ut Socrati placet, a ſubſequentibus Imperatoribus illi inditum fuit, cum ætate ipſius Gregorii jam Anaſtaſiæ nomen obtineret, ut liquet ex ipſius Gregorii operibus & præcipue ex Carmine de vita ſua

Ἀναστασία, ναὸς ὁ τιμιώτατος,
Ἡ πίστιν ἐξάγουσα ἐν γῇ κειμένην,
O dulcis ædes, ædiumque Anaſtaſis
Princeps, fides qua ſe jacens humo extulit.

Sed de hoc clarius in carmine Elegiaco, cujus lemma eſt, Ἐνύπνιον περὶ τῆς Ἀναστασίας ἐκκλησίας, ἣν ἐπήξατο ἐν Κωνσταντινουπόλει, ubi etiam hujus nominis rationem reddit:

Εὗδον ἐπ' γλυκερῷ ὕπνον, Ἀναστασίην δ' τ' ὄνειρος
Στῆσεν ἐμοῖσι φέρων ἠματίοισι πόθοις.
Ἡ πρῶτα λαὸν οὔπω ὀνὶ προπόδεσσι μίμνοντα,
Ἤγαγεν ἐς κορυφὴν ἄρεος ἀκροτάτην.
Τοὔνεκ' Ἀναστασίην μιν ἐπίκλησιν καλέουσι
Νηὸν, ἐμῆς παλάμης ἔργον ἀεξοτέρου.
Somno ego me dulci dederam, cum luce replete
Ante meos oculos venit Anaſtaſia.
Hærentem quæ prima fidem radicibus imis
Montis ad excelſi culmina ſumma tulit.
Unde etiam templum (manus hæc quod ſedula finxit)
Hinc traxit ſanctæ nomen Anaſtaſiæ.

Vide etiam ejuſdem orationes & alia carmina. Itaque hæc ædes ab ipſius Gregorii temporibus Anaſtaſiæ nomen obtinuit ob rationem quam idem in laudato carmine exponit; & ob id etiam ſic nuncupatam fuiſſe hanc ædem refert & Sozomenus lib. VII. c. V. Ἀναστασίαν δὲ ταύτην τὴν ἐκκλησίαν ὀνομάζουσιν, ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι, ὅτι τὰ δόγματα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πεπτωκότα ἤδη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τεθνεῶτα, ὡς εἰπεῖν, διὰ τὴν δύναμιν τῶν ἑτεροδόξων, ἐνθάδε ἀνέστη, καὶ ἀνεβίω διὰ τῶν Γρηγορίου λόγων. ὡς δὲ τινῶν ἀκοῦσαι λεγόντων ἰσχυριζομένων οἶδα, ἐκκλησιαζόντων ποτὲ τοῦ λαοῦ, γυνὴ ἐγκύμων ἀπὸ τῆς ὑπερῴας στοᾶς ἐκπεσοῦσα, ἐνθάδε τέθνηκε. κοινῇ δὲ παρὰ πάντων εὐχῆς ἐπ' αὐτῇ γενομένης, ἀνεβίω, καὶ σὺν τῷ βρέφει ἐσώθη. ὡς ἐπὶ παραδόξῳ δὲ θείου συμβάντος, ταύτην ἔλαχε τὴν προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου ὁ τόπος. καὶ περὶ μὲν τοῦτο τοιοῦτος ἀνείρηται λόγος. *Porro hanc Eccleſiam Anaſtaſiam nominant, ob id, mea quidem ſententia, quod Nicenæ ſynodi doctrina per potentiam hæreticorum oppreſſa jam, utque ita dicam, intermortua Gregorii concionibus in eo loco ſuſcitata revixerit. Sive, ut ex aliis audivi, qui ſe verum dicere aſſeverabant, eo quod dum populus collectus ibi celebraret, mulier quædam prægnans e ſuperiori portico delapſa illico expiravit. Facta autem ab omnibus oratione ſuper ejus funere confeſtim*

vivi-

Edit. Pariſ. pag. 629. 85.

pag. 630.

evixit, & una cum fœtu ſervata eſt. Ex miraculo igitur quod divinitas illic contigerat, locus hic deinceps appellationem iſtam ſortitus eſt. Et hujus quidem rei talis cauſa exititiſſe, multorum ſermonibus etiamnum memoratur. Quæ vero in hanc rem habent Theophanes, Cedrenus, Anonymus noſter cæterique rerum Conſtantinopolitanarum Scriptores proculdubio ex eodem Sozomeno hauſerunt, qui præterea ſcribit hanc ædem ſequenti tempore præ cæteris regiæ urbis Eccleſiis illuſtrem extitiſſe, non ſolum ob ſtructuræ elegantiam atque amplitudinem, verum etiam ob aſſiduas quæ ea divini numinis præſentia illic percipiuntur utilitates. Cæterum ſi quæ de hoc Anaſtaſiæ templo diximus, minus quadrant cum iis quæ Baronius cæterique Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ recentiores Scriptores tradiderunt, id non proprio marte ſed optimæ notæ Scriptorum auctoritate factum ſciant.

Τὸν ὄντα εἰς τὰ Μαυριανοῦ) Ita in Mauriani tractu ponitur hæc ſacra ædes ab omnibus Originum Scriptoribus; ab aliis vero in Domnini Porticibus; uti patet ex paulo ſuperius citatis auctorum locis & ex quamplurimis aliis quos brevitatis gratia miſſos facimus. Atqui ædes Domnini in Tractu Mauriani extitiſſe dicitur Anonymo noſtro num. 50. uti ſupra monuimus cum de Mauriano. Auctor vero veteris urbis Deſcriptionis eam Anaſtaſianam Eccleſiam appellat atque in VII. urbis Regione ſtatuit. Theophanes in Tiberio pag. 211. Edit. Reg. eam e regione Dagiſtei Balnei ponit. Vide quæ de Dagiſteo ſupra monuimus.

Ἐν τῷ πλησίον Ἄσπαρος, &c.) Videtur alludere Anonymus noſter ad illud quod ſcribit Nicephorus Presbyter magnæ Eccleſiæ, qui ſub Leone Magno vixit, in vita S. Andreæ propter Chriſtum Sali, quæ habetur manu exarata in Cod. Reg. 2458. nimirum hanc ædem S. Anaſtaſiæ a Leone extructam: *ὁ δὲ κύριος αὐτοῦ ταῦτα ἀκούσας ἐπὶ τὸ συμβὰν αὐτῷ, εὐθέως ἀπεστάλη αὐτὸν ἐπὶ τὸν σεβάσμιον ναὸν τῆς ἁγίας ἐνδόξου μάρτυρος Ἀναστασίας, ὃν ἐδείματο ὁ ἀοίδιμος Λεὼν ὁ Μακέλλης*, &c. Et quidem licet cura S. Marciani extructa ſit, tamen ſi verum eſſet, bona Aſparis ſtructuræ hujus ædis a Leone Imperatore attributa fuiſſe, facile etiam adſcribi poſſet hujus ſtructura Leoni. Atqui aliquot annis ante Aſparis cædem ædificata fuit S. Anaſtaſiæ Eccleſia; nam anno XIX. vel ut alii volunt, XV. ejuſdem Leonis Aſpar occiſus fuit; Ædes vero Anaſtaſiæ extabat jam ante incendium illud quod ſub eodem Leone contigit Baſiliſco & Hermenerico Coſſ. Indict. 3. ut habet Marcellinus Comes, hoc eſt, anno Chriſti 465. Huic adſtipulatur Auctor Chronici Alexandrini, & præterea ſubdit accidiſſe feria 4. 2. die Septembris cum celebraretur memoria ſancti Mamantis. Cedrenus vero refert hoc incendium anno v. ejuſdem Auguſti, qui erat Chriſti 461. Nicephorus Calliſti hanc ædem S. Marcianum *ἰδίοις ἀναλώμασι* ædificaſſe ſcribit: Codinus *ἐκ τῆς προνοίας καὶ πλούτου αὐτοῦ*. Cod. vero Colbertinus eadem quæ Anonymus noſter habet.

Εἰς τὸ φόρον) Hæc & quæ ſequuntur interrupta ac mutila ſunt, in omnibus MSS. ut paret ex laudatis Actis Sancti Marciani quæ habentur Latine tantum apud Bollandum x. die
85. Edit. Pariſ. pag. 631. Januarii; quæ quidem, cum ad intelligentiam hujus loci apprime conducant, & haud ſint obvia cuique lectori, hic deſcribere placuit: *Laborabat autem in loco inveniendo, in quo opportuniſſime ſacram ei ædem extrueret. Cum de eo autem eſſet ſollicitus, mulier quædam, quæ genus ducebat ex Syrorum Antiochia, Nico nomine, cum paulo ante conjugem amiſiſſet, inſignem domum, quæ ei hereditate obvenerat, poſita autem erat in medio Conſtantinopolis foro, volebat vendere, ut cum ejus pretium accepiſſet, ad ſua reverteretur. Hæc cum reſciviſſet hic ardens amator martyris, & locum vidiſſet convenientem, & ſitum eſſe optimum ſuo propoſito, pro lucro rem eſſe ducit, & ad mulierem veniens, loquitur de pretio, & numeratis bis mille aureis perſuadet ei domum vendere. Cum ſic feciſſet, planum erat eum jam velle opus aggredi. Sed qui bonis omnibus adverſatur, ne hic quidem oſtendit ſe ſuæ artis oblitum; neque omnino ceſſare, aut ceſſaturum eſſe malefacere; ſed ſe mulieri aſtute inſinuans, & ei gravem immittens pœnitentiam, ejus mentem valide oppugnabat: tanquam ultas machinas ei pudorem admovens, quod ſcilicet a vulgo haberetur ludibrio, quæ ſic pulcherrimas toſumeret poſſeſſiones. erat enim domus antiqua & magnifica, & cui longe ante tempore, magni ſcilicet Conſtantini, contigiſſet ædificari; locari autem mercedibus, & annuis poſſeſſoribus, ſatis magnum commodum afferebat. His mulier, ut mulier, labefactata, contractum ſolvere conabatur. Marcianus autem, qui nulli volebat eſſe moleſtus, nec cogere ut aliquid faceret quod nollet, ſuo jure ceſſit, & poſſeſſionem domus ei relinquit; quærens actionis ſacrum eſſe fundamentum, & nihil volens offerre ſanctæ Martyri, quod non promto, & alacri daretur animo, aut quod eſſet coactum. Ex hoc ergo videbatur malignus victoria potitus: ſed fuit illud principium, quo factum eſt, ut maxime vinceretur. Nam Deus qui ſcit omnia traducere ad id, quod eſt conducibile, ſic providet, ut hujus rei exitus ſit longe melior, & præclarior. Hic enim Marcianus cum hoc amore teneretur, & aliquando verſaretur in legendis orationibus ejus, qui & ſermone, & moribus, & Theologia præclariſſime refulſit, ſapientis, inquam, Gregorii: & de hujus martyris templo cognoviſſet, ut ille dicit, quod poſitum quidem eſſet in iis, quæ Domnini caſtra vocabantur; (erat autem tunc veluti quædam ſedes orthodoxis adverſus Arianos;) cum ergo cognoviſſet, quæ ille de eo templo prædixerat, ſuum gregem incitans, & ei addens animam. Hanc Anaſtaſiam, hanc, inquam, quæ cognomen accepit ex reſurrectione, videbitis, ſat ſcio, ampliorem, & majorem. Cumque didiciſſet non ſine Dei numine, nec temere prædictum fuiſſe a magno illo viro; etſi non magis prædictum fuiſſet de templo, quam de populo: &, utpote quod is, qui per illum hæc prædixiſſet, poſſet quoque verba in opus deducere, neque reputans impenſarum multitudinem, neque quod major eſſet conatus, quam qui ejus viribus conveniret, ei quæ omnia poteſt fidei rem credens, opus cœpit urgere.*

Προεῖπε ὁ Γρηγόριος) Ita ex Cod. Colbertino. Mendoſa hæc etiam in Codino leguntur, *προεῖπεν ὁ Γρηγόριος*; nam prophetica illa ſcripta S. Gregorii de ædificatione eccleſiæ S. Anaſtaſiæ, non ante ejus adventum Conſtantinopolim edita ſunt, & reperta tunc fuerunt, vel potius lecta a S. Marciano, cum de conſtruenda S. Anaſtaſiæ Martyris æde cogitaret; quod quidem factum eſt, uti ſupra demonſtravimus, ante incendium illud quod ſub Leone M. accidit. Atqui ab anno Chriſti 378. quo vulgo creditur is primum urbem adiiſſe ad rectæ doctrinæ dogmata ſtabilienda, ad annum illum quo dictum incendium contigit, intercedunt anni 83. vel ut alii volunt 87. Quo autem anno Conſtantinopolim primum venerit S. Gregorius, quove anno ordinatus ſit, & quandiu illam ſedem tenuerit, pluribus docet Pagius. Libet vero nobis ex Codice Regio charactere unciali noni ſæculi conſcripto hic tabellam, ſeu potius tres in uno ære inciſas exhibere; quarum quidem prima repræſentat Ordinationem S. Gregorii; altera vero Victoriam Conſtantini M. contra Maxentium, tertia inventionem S. Crucis; de quibus duabus tabellis ultimis alibi loquemur. Vide quæ de hoc Codice Regio, in quo continentur opera S. Gregorii & figuris variis illuſtrantur, loquemur infra lib. VIII.

Ordinatio Sancti Gregorii Nazianzeni. Tab. I.



Victoria Conſtantini M. Contra Maxentium ad pontem Milvium Tab. II.



Inventio Sanctæ Crucis per Helenam Constantini M. matrem Tab. III.



85. *Edit. Pariſ. pag. 633.* Ἀναμνησθήσονται) Ita ex Cod. Reg. 2. In Reg. 1. & Colbertino ſcribitur ἀναμνησθήσονται ὁ καὶ ἄνω, &c. Huc ſpectare videntur illa verba Nazianzeni in oratione ad 150. Epiſcopos: σὺ τε ὁ μέγας ναὸς ἄνω, καὶ πρεσβύτερος, ἡ νῦν κληρονομία, τὸ νῦν μέγας εἶναι παρὰ τοῦ λόγου λαβοῦσα, ἣν Ἰεβοὺς ὄντα πρότερον, Ἱερουσαλὴμ πεποιήκαμεν. Tunc enim cum hæc ſcriberet Gregorius, parvum adhuc erat Oratorium, ſequenti vero tempore, ut placet Socrati & Sozomeno ampliata fuit illa ædes ab Imperatoribus, deinde a S. Marciano, uti ſupra monuimus.

Πρῶτον ἀντίοχον μικρὸν ὄν) Cod. Reg. 2. πρῶτον γὰρ ἀντίοχον μικρὸν ὄν· ὑπάρχει δὲ ἡ ἁγία Ἀναστασία, ξυλότρουλλος. ὁ δὲ Βασίλειος ὁ βασιλεὺς, &c. Codinus πρῶτον γὰρ ἀντίοχον μικρὸν ὄν ἡ ἁγία Ἀναστασία, ἦν ξυλότρουλλος, &c. His omnibus cirtius habet Cod. Colbertinus, πρῶτον οὖν ἀντίοχον μικρὸν ὄν, ὑπάρχει ξυλότρουλλος, δηλονότι, αὕτη ἡ ἁγία Ἀναστασία. ὁ δὲ Βασίλειος ὁ βασιλεὺς, &c. Attamen poſt illa verba vel ante, πρῶτον ἀντίοχον μικρὸν ὄν aliquid deeſſe puto; quod quidem facile ſuppleri poteſt ex Actis S. Marciani a nobis paulo ſuperius relatis. Nam non in loco τοῦ Δωρεῖ nuncupato, ſeu ut ipſius Acta referunt in medio Conſtantinopolis Foro, in loco quem bis mille aureis emere volebat, ædem hanc S. Anaſtaſiæ extruxerat Marcianus. Sed ipſam Anaſtaſiæ ſeu Anaſtaſeos ædem, quæ, cum S. Gregorius ibi conventus agebat, parvum erat Oratorium, in majorem formam exædificavit, vel ut ipſa ejuſdem Acta perhibent, ad ipſam maximam Baſilicam S. Anaſtaſiæ Martyri ſacram extruxit.

86. Ὁ δὲ βασιλεὺς Βασίλειος) Ita ſane aureo laqueari hanc ædem operuiſſe Baſilium Macedonem teſtantur omnes Originum Scriptores, cum prius tecta eſſet ligneo trullo. His etiam aſtipulatur & Scylitzes in eodem Baſilio. At Porphyrogenitus in ejus vita num. LIV. non aureo laqueari rectam a Baſilio fuiſſe, ſed ex lignea teſtudine lapideam factam ſcribit: Ἐν τοῖς Δομνίνου λεγομένοις ἐμβόλοις τὸν εἰς ὄνομα τῆς θείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως καὶ Ἀναστασίας τῆς Μάρτυρος περικαλλῆ ναὸν ἀνανεωσάμενος ἐλαμπρυνε, λιθίνην ἀντὶ τῆς ξυλίνης τὴν ὀροφὴν ἐργασάμενος, καὶ κόσμον ἄλλον ἐπιδεῖξας ἀξιάγαστον. *In Domnini porticibus in nomen divinæ Christi Dei noſtri Reſurrectionis, & Anaſtaſiæ Martyris pulcherrimum templum, inſtauratum, ſpecioſius effecit, ligneo tecto in lapideum immutato, & ornatu alio plane admirabili appoſito.*

Οὗτος καὶ τὸν ἅγιον Εἰρήνην τὸ Πέραμα) Quæ paulo infra narrat Anonymus noſter de Anaſtaſiæ nomine, deſunt in Codino, qui etiam ſequens caput in unum contrahit; & ſic habet: ἀλλὰ καὶ τῆς ἁγίας Εἰρήνης τὸ πέραμα ὁ αὐτὸς Μαρκιανὸς ἔκτισε, καὶ ἐτελείωσε, εἰδωλεῖον πρῶτον ὑπάρχουσαν. ἐποίησε δὲ καὶ τὸ νοσοκομεῖον. Ita ferme & in Cod. Reg. 2. legitur. Cod. Colbertinus eadem habet, quæ Reg. 1. Hæc autem ædes ſanctæ Irenes, quæ Originum Scriptoribus appellatur τὸ Πέραμα, in Synaxariis & ab aliis Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptoribus dicitur πρὸς θάλασσαν, nimirum verſus mare, & unanimi calculo ipſius ſtructura S. Marciano attribuitur. Sic Synaxaria ad x. Januarii, Nicetas Choniates in Manuele lib. VII. num. III. pag. 134. qui eam a Marciano ædificatam, & incendio conſumptam ab eodem Manuele reſtitutam ſcribit: Ἐπιβαλόμενος δὲ τὸν πρὸς θάλασσαν τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἀνοικοδομεῖν ναὸν, ὃν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον πάλαι Μαρκιανὸς ὁ πάνυ ἀνήγειρε, πῦρ δὲ ἠδάφισε, μέρη τινὰ τοῦ τοιούτου τεμένους ἐκ βάθρων δειμάμενος, τὰ λοιπὰ τῆς οἰκοδομῆς ἀπελείπετο. *Templum Sanctæ Irenes verſus mare maximum & pulcherrimum a magno olim Marciano conditum, & incendio conſumptum, inſtaurare aggreſſus, cum partes quaſdam a fundamentis extruxiſſet, deſtitit.* Ita ſane interpretandus hic Nicetæ locus, non ut olim Hieronymus Wolfius qui a Marciano Imperatore conditam interpretatur; Sanctus ſiquidem Marcianus nonnumquam dicitur Magnus ab auctore qui ejus geſta memoriæ prodidit, quæ a nobis paulo ſuperius ſæpe laudantur. At hæc non animadvertit Ducangius, deceptus Wolfii verſione, cum de hac æde agit, & teſte Choniata, Marciano Imperatori eam adſcribit. Hinc allocinatus eſt & Baronius, qui in Notis ad Martyrologium 5. Aprilis, hujus *pag. 634.* ſtructuram eidem Marciano Imperatori adſcribit, citans lib. VII. Annalium ejuſdem Nicetæ. Neque enim Marciano Imperante condita fuit hæc ædes, cum poſt obitum Gennadii Patriarchæ, qui anno 471. contigit, cœpta ſit ædificari, ut habetur in laudatis Actis S. Marciani. Quæ quidem, commodo lectoris conſulentes hic deſcribere non gravabimur, ea nimirum quæ ad hujus ædis deſcriptionem maxime faciunt: ſic igitur habet ejus vitæ Scriptor poſtquam viſionem expoſuiſſet, pertinentem ad hanc ædem, primum a Gennadio habitam, deinde poſt ejus mortem a S. Marciano: *Cum itaque ſurrexiſſet metu, & gaudio plenus accedit ad Archiepiſcopum, & exponit illi viſionem. Illius autem gratum aſſenſum aſſecutus, ad opus aggreditur, & ut, prout ei oſtenſum fuerat, ædem faceret magnificam, cum proximum mare, quod tunc templi fores propemodum alluebat, labore, & magnis ſumptibus effodiſſet, templi ſic jacit fundamentum: adeo ut huic quoque templo conveniat, quod dictum eſt: Ipſe ſuper maria fundavit eam, omnium ſcilicet opifex. Jactis autem fundamentis reliqua quoque pergit ædificare. Magnificas enim columnas per ſeriem utrinque ſtatuens, deinde alias iis ſuperne imponens, efficit inferiores, & ſuperiores porticus. Deinde cum totam ædem omni ex parte comprehendiſſet ὑπερῴοις, ita tectum imponit, maximis id complexus trabibus. Quid autem dixerit quiſpiam, quam ſint validi parietes, quam ſit amœnum pavimentum, quam ſint alia omnia ornata, accurata, & elegantia? Nam ubicumque quiſpiam oculum defixerit, exiſtimans ſe immorari in eo, quod eſt pulcherrimum, deinde rurſus aliud attenderit; eum pœnitebit moræ, quam in priore traxerit: & ſic omnia pervadens inveniet, cum ſemper id, quod præceſſit, videatur vinci ab eo quod ad. ſit.* Quod vero attinet ad ſitum hujus ædis, facile eſt illum vel inde cognoſcere, quod πρὸς θάλασσαν ponatur, ſeu τὸ πέραμα dicatur. Perama enim ad Occiduam urbis partem ponitur a laudato Niceta in Iſaacio Angelo & Alexio F. num. 14. Unde hæc quidem ædes ea ipſa eſſe videtur, quæ inter monumenta ſeptimæ Regionis recenſetur ab auctore veteris Urbis Deſcriptionis.

Ὁ δὲ ἅγιος, &c.) Ita ex Cod. Colbertino; corrupta quippe hæc in Reg. 1. habentur. Hæc & quæ ſequuntur deſunt in Codice Reg. 2. & Codino.

Ἡ δὲ τῶν ὀρθῶν, &c.) Verba S. Gregorii ac Sozomeni in hanc rem paulo ſuperius retulimus.

Ἡ δὲ τὸ γυναῖκα, &c.) Cod. Colbertinus, ἡ δὲ τὸ γυναῖκα ἐγκύμονα πεσοῦσαν ἄνωθεν τεθνηκέναι. πάντας δὲ ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων γενομένων εὐχὰς ἀναστῆναι τεθεραπευμένην. Hæc iiſdem verbis refert & Georgius Hamartolus in Chronico MS. Similia habet & Cedrenus pag. 315. E. R. At quæcumque hanc in rem habent ſubſequentis temporis Scriptores, partim ex prædictis S. Gregorii locis hauſerunt, partim ex Sozomeno qui hanc ſecundam nominis rationem ex incerto vulgi ſermone ſe referre fatetur.

Ἡ πρῶτον δὲ ἐκκλησία) Cod. Colbertinus præcedenti capiti iſtæc adnectit, πρῶτον δὲ ἐκκλησία, &c reliqua ut in Regio 1. Sed quæ hic narrantur de eccleſia ſanctæ Irenes a ſancto Marciano extructa, nimirum eam antea extitiſſe idolorum delubrum, non quadrant cum ejuſdem Marciani Actis a nobis ſæpe laudatis, ex quibus apparet hoc templum antequam a ſancto Marciano elegantius extrueretur, parvum ac deforme extitiſſe, ac eidem ſanctæ Irenæ ſacrum fuiſſe.

Καὶ τὸ νοσοκομεῖον) Hujus Noſocomii a S. Marciano conditi apud S. Irenen nemo præter Originum Scriptores ac ejus vitæ Auctorem meminit; cujus quidem verba, cum illud graphice deſcribat ac Piſcinæ Probaticæ aſſimilet, hic deſcribere libet: *Sed quomodo pulcherrimi quoque ab eo conſtructi illuminatorii, quod quidem ſolemus vocare baptiſterium paucis explicare quis poſſit*

Digitized by Google

pulchritudinem, quod videntibus cum admiratione magnam profundit voluptatem? Comprehenſum enim eſt in quinque porticibus, ſicut Probaticam quoque ajunt piſcinam quæ eſt in Hieruſalem. Sed hic
Edit. Pariſ. pag. 635. *quoque majora, quam illic videntur fieri miracula. Nam in illa quidem erat, qui accedebat Angelus, & uno die unus aſſequebatur curationem. Hic autem non eſt ſervus, qui miniſtrat, ſed advenit, quidem Dominus. Curatio autem non uno fit die, ſed aſſidue; & non ſolum corporum, ſed etiam aperte animarum. Oſtendit autem divinus Marcianus hac quoque figura baptiſterii, ſe univerſum feciſſe ad formam hujus, quæ ſermone celebratur, piſcinæ. Cum enim tectum tholis diviſiſſet, & aureis lapillis, quæcunque erant illinc, ornaſſet, & ægrotorum figuras deſcripſit ad unguem, & ipſum etiam Chriſtum ægrotos curantem ut non ſolum eos, qui laborant, ſed medicum quoque videre liceat. Optimum autem fuerit, non ita valde indigendo præſenti oratione, ea quæ dicta ſunt, ipſis oculis apprehendere. Nam quæ illic ſunt, majora eſſe exiſtimo quam ut ea poſſimus oratione conſequi, & quæ poſſit ſolus viſus comprehendere. Quamobrem eo quid in ſtatuo prætermittere.*

87. Ἐκλήθη δὲ οὕτως) Ita ex Cod. Colbertino. Reg. 1. habet. ἐκλήθη δὲ οὕτω. χήρα γυνὴ, &c. Codinus: ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι χήρα γυνή τις ἦν ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ βασιλέως Θεοφίλου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἔχουσα ... καὶ καθήρπαξε ταύτην Νικηφόρος ... ὁ οἶκος ... τοῦ βασιλέως, &c. Cod. vero Reg. 2. ſic habet. Τὸ δὲ Καραβίτζιν ἡ ὑπεραγία Θεοτόκος, ἐκλήθη οὕτως, ὅτι χήρα γυνὴ ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου τοῦ εἰκονομάχου, ... Νικηφόρος καθήρπασε ... τῆς χήρας ..., &c. Ita hæc in omnibus MSS. diverſis verbis ſcripta reperi; quæ quidem cum ſint longiuſcula ac nullius momenti hic non exſcribo, exceptis dumtaxat iis quæ ad corrigendum vel illuſtrandum Auctoris noſtri textum conducunt.

Καμαρώσεως) Ita uterque Cod. Regius & Codinus. Colbertinus vero βάρκα habet.

Ἦτα πολλαχόσε δενδῆσαι) Hæc ita ex Cod. Reg. 2. & Colbertino. Corrupte ſcribitur in Reg. 1. ἦτα πολαχῶσαι δενδῆσαι.

Διὰ τὸ κωλυθῆναι, &c.) Sic ex Cod. Colbertino. Perperam ſcribitur in Reg. 1. διὰ τὸ κωλυθῆναι τ̄ ... αὐτῆς.

Γενομένου ἱππικοῦ, ἱστατο) Sic ex Cod. Colbertino. In Cod. Reg. 1. ſcribitur, γενομένου ἱππικοῦ χαλκᾶ..., &c. in Reg. 2. γενομένου ἱππικοῦ λαχανικοῦ, &c.

Ἐμπροσθεν τοῦ βασιλικοῦ ταγματος) Hæc ita ex Cod. Reg. 2. in Reg. 1. legitur, ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ τάγματος. In Colbertino ἔμπροσθεν τοῦ βασιλικοῦ τάγματος, &c.

88. Περὶ τὰ καμάρια) Cod. Reg. 2. & Colbertinus περὶ τὸ καμάριον. Quæ ſequuntur diverſis verbis enarrat Codinus; ſed, cum ſint parvi momenti, miſſa facio.

Ἐκάλεσε τ̄ Μυζάριον, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. depravata ſiquidem hæc in Reg. 1. habentur, ἐκάλεσε τὸν ἔπαρχον ... αὐτὸν, οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο τ̄ Θεοδώρου ἀποτεθῆναι, &c. Cod. Colbertinus vero ſic, ἐκάλεσε Τιμόθεον τὸν ἔπαρχον, οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ ὄνομα, ἀποτεθῆναι, &c. Codinus diverſa etiam habet, ἐκάλεσε ... Θεόδωρον ... καὶ ἔπαρχον τ̄ ... Μυάρχιον, ... ἐκέλευσεν αὐτῷ, ... καὶ ... ἐν τῷ Σφενδόνῃ, ... ἐν αὐτῇ τ̄ ..., &c. De Sphendone Hippodromi vide quæ infra adnotamus.

Μετὰ τ̄ ... αὐτοῦ) Hæc ita ex Cod. Reg. 2. & Codino. In Reg. 1. & Colbertino legitur μετὰ τῆς ὅλης αὐτοῦ περιουσίας. Quod quidem pugnat cum ſequentibus ubi dicitur mulierem illam ſuam rem recepiſſe, καὶ ἐκ τ̄ ὑποστάσεως αὐτοῦ οὐκ ὀλίγα, ubi Codinus habet, εἶτα προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀπῆρεν ἡ χήρα τὸ ἴδιον ... καὶ τὸ ... τ̄ ... τ̄ ....

Διὰ δὲ τὸ καταμένειν ἐκεῖσε, &c.) Eadem habet & Cod. Colbertinus, niſi quod pro τοῦ Μαυριανοῦ, ſcribitur in eo τὰ Μαυριανά. At utrobique legendum eſt εἰς τὰ Μαυριανοῦ, nimirum in tractu Mauriani. Reg. 2. habet, διὰ δὲ τὸ καταμένειν ἐκεῖσε εἰς τὸν ἀπὸ Βαρβάρου οἶκον τὰ Μαυριανοῦ τ̄ γυναῖκα, ἐκάλεσε τὸν τόπον Καραβίτζιν. Codinus omnino diverſa tradit: ἐν δὲ τῷ τόπῳ, ὅπου ἐστὶν ὁ ἐκκλησία, ἦν ὁ οἰκία τῆς χήρας, καὶ ἔλαβε προσηγορίαν καλεῖσθαι τὸ Καραβίτζιν. Sed quæ de hujus nominis ratione perhibent Originum Scriptores, fabuloſa eſſe puto; nam ſæpe nugaces Græculi, ne quid ignorare videantur ad futilia fabularum commenta confugiunt. Quod autem attinet ad ſitum hujus ædis Deiparæ, ſatis illum declarat Anonymus noſter, dum in Mauriani tractu eam ponit; vide quæ de hoc tractu ſupra adnotavimus. Cæterum domus Barbari meminit Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. XLIII. quam ſuo tempore poſſediſſe Baſilium Accubitorem ſcribit. pag. 636.

Ἀνήγειρε δὲ τὸν ἁγίαν Εἰρήνην, &c.) Hanc ædem Sanctæ Irenes a Conſtantino magno conditam τ̄ παλαιὰν τὸ Πατριαρχεῖον appellat Anonymus noſter & Cod. Colbertinus; cæteri vero Byzantini Scriptores τὴν παλαιὰν tantum vocitant. Idque factum eſt, ut a nova Sanctæ Irenes æde poſtmodum a S. Marciano condita πρὸς θάλασσαν, ſive τὸ πέραμα, de qua ſupra egimus, diſtingueretur; ſic Auctor vitæ Sancti Pauli Patriarchæ CP. apud Photium: Χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν τῇ τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ, ἣν ὁ χρόνος ἀντιδιαστέλλων τῆς Νέας δέδωκε καλεῖσθαι Παλαιάν. Ἀρχαία vero illa dicitur in laudatis Actis Sancti Marciani: Καὶ τὸ τοῦ ὁμολογητοῦ τ̄ Παύλου ... λείψανον ... διὰ μέσης τῆς πόλεως κομίζοντες εἰς τ̄ ἐκκλησίαν, ὅσα τ̄ ὀνόματι μὲν Εἰρήνης ἵδρυται τοῦ ἁγίου, ἡ Ἀρχαία δὲ αὐτὸ προσαγορεύεται, ἣν Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς εἰς πλάτος τε καὶ μέγεθος ἐκ βραχυτέρας ἀνήγαγε, ... καὶ προσέδραμον, πρὸς ὀλίγον ἀπέθεντο. Eam *Antiquam* nuncupat Auctor veteris Urbis Deſcriptionis, at in ſecunda Regione ponit, quo loco etiam ſtatuitur non ſolum a recentioribus Scriptoribus verum etiam ab ipſo Socrate lib. 11. cap. XII. qui eam intra ſepta magnæ Eccleſiæ ædificatam ſcribit: Συνῆπται δὲ τῷ ἐπωνύμῳ Εἰρήνῃ, ἣν ὁ πατὴρ τοῦ βασιλέως μικρὰν οὖσαν τὸ πρότερον εἰς κάλλος & μέγεθος ηὔξησε· καὶ νῦν εἰσὶν εἰς ἕνα περίβολον ἀμφότεραι, μίαν μόνην τῆς προσηγορίαν ἔχουσαι. *Adjuncta eſt autem Eccleſiæ, quæ Irenes nomen habet, quam Imperatoris pater, cum antea eſſet anguſta, tum magnitudine, tum pulchritudine auxit. Jam vero ambæ uno ſepto continentur incluſæ, & uno nomine appellantur.* Sic proxime Sanctam Sophiam ponitur hæc ædes & ab aliis Scriptoribus. Juſtinianus Nov. III. cap. III. hanc Eccleſiam adeo unitam fuiſſe ſanctæ Sophiæ perhibet, ut non alii in ea quam magnæ Eccleſiæ Clerici ſacra miniſteria peregerint. Hinc fortaſſis Πατριαρχεῖον dicitur Anonymo noſtro hæc ædes, vel quod Nectarius Patriarcha, Theodoſio Magno imperante, cum Ariani in ſeditionem verſi tectum magnæ Eccleſiæ flammis dediſſent, ibi conſediſſet, ut auctor eſt idem Anonymus noſter lib. IV. cum de ſancta Sophia, ubi etiam hujus ſtructuram Magno Conſtantino adſcribit; quod quidem unanimi conſenſu teſtantur Scriptores omnes tum veteres tum recentiores; & in primis Socrates laudato loco, ſed clarius lib. I. cap. XVI. ubi de Conſtantino M. Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει δύο μὲν ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίας, μίαν ἐπονομάσας Εἰρήνην, ἑτέραν δὲ τῶν Ἀποστόλων ἐπώνυμον; *In ipſa urbe duas Eccleſias ædificavit, quarum unam Irenem, alteram Sanctorum Apoſtolorum appellavit.* Cæterum hanc ædem Parvam Sophiam nuncupari, atque intra ſeptum regium includi ſcribit Gyllius lib. II. cap. XI.

Καὶ τὴν ἁγίαν Σοφίαν) Cod. Reg. 2. & Codinus, & τὴν ἁγίαν Σοφίαν ὁμοίως. vide quæ de æde Sophiana lib. IV.

Καὶ τ̄ ἅγιον Ἀγαθόνικον) Vide quæ de Eccleſia Sancti Agathonici infra n. 130. monemus. 89.

Καὶ τὸν ἅγιον Ἀκάκιον) Hæc ita ex Cod. Colbertino; ſiquidem nihil hic in Cod. Reg. 1. de Acaciana æde ſcribitur. Reg. 2. καὶ τὸν ἅγιον Ἀκάκιον ſimpliciter, Codinus vero, καὶ τὸν ἅγιον Ἀκάκιον τὸν Ἑπτασκάλου, De Sancto Acacio loquitur infra Anonymus noſter n. 92. ubi vide quæ obſervamus.

Τοὺς δὲ ἁγίους Ἀποστόλους) De æde Sanctorum Apoſtolorum agimus infra lib. VI. ubi de Sepulcris Imperatorum, quæ in eadem æde extabant.

Δρομικὸν ξυλόστεγον) Neſcio quæ fides adhibenda hic Anonymo noſtro ſcribenti templum hoc fuiſſe ξυλό-

Digitized by Google

τεγον, cum Euſebius ipſe illud χωνοειδὲς fuiſſe ſcribat. Neque enim forma oblonga, ſeu δρομικῇ templum hoc
89. ædificatum fuit, cum Gregorius Nazianzenus in
Edit. Pariſ. Carmine cx. de Somnio Anaſtaſiæ illud in Crucis
pag. 637. formam extructum fuiſſe indicet, πλευραῖς τετραπλεύροις τέτραχα τεμνόμενον; qua quidem forma poſtmodum etiam a Juſtiniano reædificatum fuit.

Επεῖνοι δὲ, &c.) Ita reponimus: In Cod. Reg. 1. ſcribitur ποιῇ, in Colbertino ποιεῖ, in Reg. vero 2. ποιήσαντες καὶ, &c.

Μηνυοδίσιον) Sic ex Cod. Reg. 2. & Colbertino. In Reg. 1. perperam ſcribitur μηνυσοδίσιον. Μηνυοδίσιον hic idem ſignificat quod τὸ μνῆμα vel μνημεῖον vel τάφος. Codinus habet, καὶ μνημεῖα τῆς βασιλίσσης, ἂν ἐντὸς κεῖται μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ ἔτοι.

90. Οτι τὰ Καρπιανοῦ) Ita Codd. Reg. ac Colbertinus. Codinus vero, Τὰ Καρπιανοῦ τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε Καρπιανὸς πατρίκιος, &c. Hinc apparet, ſi vera Codinus perhibet, præter ædem ac tractum Carpiani extitiſſe etiam in Urbe ædem Deiparæ ſacram Carpiani dictam, vel quod, ut ait laudatus Codinus, a Carpiano extructa fuerit, vel fortaſſis, ut ipſe puto ac ſæpe accidere ſolet, quod in Carpiani tractu ſteterit. In neſcio quo Cod. Reg. & in nonnullis Codd. Vaticanis hoc ita ſcriptum reperit Lambecius, τὰ Καρπιανοῦ τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε Καρπιανὸς πατρίκιος ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, &c. Ubi ſubjungit laudatus Lambecius, errare eos qui ſola iſtius lectionis auctoritate confiſi, Carpianum Patricium Juſtiniani temporibus vixiſſe, & a Theodora occiſum fuiſſe affirmant. In hoc autem ipſo tractu Carpiani Mauricium Imperatorem Gerocomium ac Porticus extruxiſſe referunt Cod. Reg. 1. ac Colbertinus, ubi de Dexiocratis tractu: verum ibi pro Καρπιανοῦ habet Cod. Reg. 2. & Codinus Καριανοῦ uti ſuo loco monemus. Carpiani autem tractum haud procul a Blachernis abfuiſſe teſtatur Theophanes in Mauricio pag. 238. E. R. ubi de proceſſione a Mauricio nudis pedibus noctu facta, ac ſeditione excitata dum per Carpiani tractum pergeret loquitur: Τοῦ δὲ βασιλέως νυκτὶ ἀνυποδέτου λιτανεύοντος μετὰ παντὸς τοῦ πλήθους, παρερχομένου ἐν τοῖς Καρπιανοῦ, στασιάζουσιν ἐκ τοῦ πλήθους τινές, &c. *Cæterum Imperatore nudis aliquando pedibus cum univerſo populo per civitatem cum precibus noctu procedente, tum per Carpiana tranſiret, quidam e plebe ſeditionem excitarunt.*

Ετυθη εἰκὼν αὐτῆς ἐν) Ita & Cod. Colbertinus. Codinus hæc diverſis verbis, ἔχων αὐτὰ καὶ τὸν ἴδιον οἶκον· ὅ ἐστιν εἰς ἔχθραν, &c. Ea ipſa fortaſſis eſt Eccleſia quæ Deiparæ ſacra dicitur in Synaxario S. Theophanonis, xvi. Decembris, ubi nuncupatur ὁ ἐν τοῖς Βάσσου ναός.

Εἰς ἔχθραν ἐλθόντα, &c.) Hic fortaſſis is eſt Baſſus, cujus meminit Procopius lib. 1. bell. Perſ. & cap. xxi. Hiſt. Arcanæ, ubi pluribus ab æquitate laudatur, dum poſt Phocam Prætorianam præfecturam gereret, hoc eſt, Juſtiniano tertium, vel ut alii volunt, quartum Conſule. At quod narrat Anonymus noſter eum excæcatum a Theodota, nihil tale extat apud laudatum Procopium, qui ſolum citato loco narrat Phocam atque Baſſum utpote viros æqui juſtique obſervantiſſimos vix ad paucos menſes Prætorii Præfecturam obtinuiſſe: Δυοῖν μὲν τινοῖν χωρὶς, Φωκᾶ τε, ὅνπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμνήσθην, ἅτε τοῦ δικαίου εἰς τὸ ἀκριβέστατον ἐπιμελητὰ γεγονότος· κέρδους γὰρ ὁτουοῦν ὅδε ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ ἀξιώματι καθαρὸς ἔμενε· καὶ Βάσσου, ὃς δὴ ἐν χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ ταύτης ἀρχῆς ἔλαχεν. ὥσπερ οὐδ' ἕτερος ζῶν αὐτῶν ἐνιαυτοῦ τὴν τιμὴν ἔσχεν· ἀλλ' ἀχρεῖοί τε καὶ τὸ παράπαν ἀλλόκοτοι μηνῶν πω ὀλίγων τοῦ ἀξιώματος ἔξω γεγένηνται.

Εσφιγξε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, &c.) Hoc genus crudelitatis & in Theodotum quemdam Diogenis familiarem exercuiſſe Theodoram narrat idem Procopius cap. xvi. Hiſt. Arcanæ; præterea & in Carpianum Patricium, ut tradunt Originum Scriptores. Cæterum hæc hiſce verbis narrat Codinus: οὗτινος εἰς ἔχθραν ἐλθοῦσα Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ἔσφιγξε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μετὰ νεύρων, ἕως ἐξέπεσον αὐτοῦ. Perperam ſcribitur in Cod. Reg. 1. Βασιλέω pro βασιλέως.

Μετὰ χορδαῖς) Sic & laudatum Theodorum torquet Auguſta, nervo bovino nimirum, ut ſcribit Procopius citato loco, a fronte ad aures circumacto, illi caput conſtringi mandat, minime dubitans, quin eliſi oculi ſuis ſedibus evibrarentur. 91. pag. 638.

Περὶ τοῦ ἁγίου Αρτεμίου) Titulus iſte ſic in Cod. Colbertino concipitur, περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ προδρόμου.

Τὸν δὲ ναὸν τοῦ Προδρόμου) Ita uterque Cod. Regius ac Colbertinus: Codinus vero, Τὸν ἅγιον Αρτέμιον Αναστάσιος ὁ Δίκορος εἰς ὄνομα τοῦ Προδρόμου πρότερον ἀνήγειρε, &c.

Ο ἀπὸ Σιλεντιαρίων) Sic reponimus. Corrupte ſcribitur in Codice Reg. 1. ὁ ἀπὸ Σιλενδιαρίων, & in Colbertino, ὁ ἀπὸ Σελενδιαρίων. Reg. 2. habet ὁ ἀπὸ Σιλέντων. Vide quid de hac dignitate Codinus in libro de Officiis.

Ουτος γὰρ αὐτὸς, &c.) Ita ex Cod. Colbertino. Male in Reg. 1. legitur ὄντος γὰρ αὐτὸς, &c.

Τοῦ ἁγίου Αρτεμίου) Sancti Artemii Martyris Alexandriæ Ducis, qui ſub Juliano paſſus eſt, memoria colitur a Græcis & a Latinis xx. Octobris. Hujus meminit Theodoritus lib. iii. cap. xviii. Zonaras in Conſtante & in Juliano, Chronicon Alexandrinum, Nicephorus Calliſti, &c. Ædis autem Sancti Artemii mentio occurrit in Menæis, ubi agitur de miraculis editis ab eodem Sancto.

Περὶ τοῦ ναοῦ, &c.) Titulus hic in Cod. Reg. 2. & Codino ſic legitur, περὶ τῆς στήλης τοῦ εὐνούχου ἐν τῷ Χελώνῃ. Et quidem non abs re, nam hic agitur tantum de ſtatua Platonis Eunuchi; ſequenti vero capite de templo Sancti Procopii in Chelone.

Στήλη ἵστατο) Ita ex Cod. Reg. 2. & ex contextu. Perperam ſcribitur in Reg. 1. στήλη ἵσταται; nam cum Anonymus noſter hæc ſcriberet, ſtatua Platonis Eunuchi tum non extabat in templo S. Procopii; ſiquidem paulo poſt ſubdit idem Scriptor, hanc ſtatuam, cum reædificaretur dictum templum, hinc in Hippodromum tranſlatam fuiſſe.

Η ἐν τῇ στήλῃ) Sic ex Cod. Reg. 2. & Codino. In Reg. 1. corrupte legitur, ἦτα ἐν τῇ στήλῃ ἐγράφη, &c.

Ο μεταστήσας θεμάτιον) Cod. Reg. 2. habet ὁ μεταστήσας θεματίου, Chronographus vero noſter & Codinus ut Reg. 1. θεμάτιον, hoc eſt, *ſigna magice conſecrata*, & ita legendum eſt. At Lambecius in Notis ad laudati Codini locum τὸ θεματίου ſcribendum monet, qui præterea ſubjungit, ſimilem huic inſcriptionem inciſam pectoris ſtatuæ muliebris, in modum termini factæ, Romæ in Regione Tranſtiberina repertam eſſe, eo ipſo anno quo hæc ſcriberet; quæ ſic habet: QUISQUIS HOC SUSTULERIT AUT LÆSERIT, ULTIMUS SUORUM MORIATUR. Sed vide quæ de hac re infra ad laudatum Chronographum adnotamus.

Οἱ δὲ τῆς γενεᾶς αὐτοῦ) Subjungitur præterea in Chronographo, Cod. Reg. 2. & Codino, οἱ δὲ τοῦ γένους αὐτοῦ ἐγένοντο τῆς βασιλείας, εἰς μνημόσυνον τοῖς ἀντισχοῦσι βασιλεῖ, τὴν στήλην θεῖναι, &c. Vide quæ habet Svidas de hac ſtatua Platonis Eunuchi, v. Προκόπιον.

Οἱ δὲ οἶκοι τοῦ αὐτοῦ ἐσώζοντο) Ita ex Cod. Reg. 2. In Reg. 1. ſcribitur, οἱ δὲ οἶκοι σώζονται, &c.

Εν τῇ Χελώνῃ) Hoc eſt, *in Teſtudine*. Hinc autem apparet Χελώνην appellatum fuiſſe quemdam Urbis tractum; ſiquidem non ſolum ipſa Eccleſia dicebatur Χελώνη, ſeu τὸ Χελώνιον, verum etiam ædes ipſius Eunuchi in Chelone ſtetiſſe ſua adhuc ætate teſtantur Svidas citato loco, Anonymus noſter, ac cæteri Originum Scriptores, qui procuidubio quæ in hanc rem habent ex eodem Svida hauſerunt.

Τὸν δὲ ἅγιον Προκόπιον) Hujus ædis ſtructuram attribuunt Conſtantino magno Originum CP. Scriptores omnes. Meminit hujus Eccleſiæ in Chelone 92.

Digitized by Google

& Suidas v. Προκόπιος. Sancti autem Procopii memoriam colunt Græci VIII. Julii.

Καὶ ὁ ἅγιος Μητροφάνης) Ita habet & Cod. Colbertinus, Reg. vero 2. ὁ δὲ ἅγιος Μητροφάνης μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν· ὕστερον δὲ κτίσας ὁ ἅγιος Ἰουστινιανός: deinde vero a linea τὴν δὲ ἁγίαν Τριάδα etiam a Magno Conſtantino ædificatam ait, quam poſtea vetuſtate collapſam reſtauravit Juſtinianus Magnus. Codinus autem ſequens caput præcedenti jungit, atque utramque ædem, nimirum ſancti Metrophanis & SS. Trinitatis a Juſtiniano Magno reædificatam fuiſſe tradit. Cæterum quod attinet ad ſitum hujus Eccleſiæ ſancti Metrophanis qui fuit primus Byzantii Patriarcha imperante Conſtantino Magno, ſatis illum indicant Menæa ad IV. Junii, quo die illius feſtum Græci colunt, nimirum proxime ædem ſancti Acacii Martyris in Heptaſcalo ſitam: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐν τῷ σεβασμίῳ αὐτοῦ οἴκῳ τῷ ὄντι πλησίον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀκακίου ἐν τῷ Ἑπτασκάλῳ. *Celebratur ejus feſtum in Sanctiſſima Magna Eccleſia, in veneranda ipſius æde proxime Sanctum Magnum Martyrem Acacium poſita.* In hac æde repoſitas fuiſſe ejus reliquias teſtantur Synaxaria ad hunc ipſum diem. Vide quæ de S. Acacii in Heptaſcalo ſitu paulo infra monemus.

Edit. Pariſ. pag. 639.

Τὸν δὲ ἅγιον Ἀκάκιον τὸν Καρύαν) Hujus ædis ſtructuram fratri Narſetis Patricii adſcribit Codinus. Cod. Reg. 2. fratri Ἀρσίου πατρικίου. Cod. vero Colbertinus ut Reg. 1. fratri Χαρσίου τοῦ πατρικίου, qui præterea hujus ædis ſitum aſſignat, dum eam ad Portam Regiam ſeu Βασιλικὴν extructam fuiſſe ſcribit: Τὸν δὲ ἅγιον Ἀκάκιον τὸν Καρύαν τὸν ἐν τῇ βασιλικῇ πόρτῃ ἔκτισεν ὁ ἀδελφὸς Χαρσίου πατρικίου ἐν χρόνοις Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου. Sicque de hujus ædis conditore diſcrepant inter ſe laudati Originum Scriptores; condidiſſe eam ſiquidem ſcribunt, alii temporibus Juſtini Senioris, alii autem Juſtini Junioris ac Tiberii. Atqui potior fides præſtanda Socrati qui perhibet ſub Arcadio Καρύαν nuncupatam fuiſſe ædiculam ſacram, adjunctam domui cuidam ampliſſimæ inde ſic appellatæ, quod nux arbor in ejus area eſſet, ad quam ſuſpenſum fuiſſe ſanctum Acacium Martyrem vulgo credebatur, ac propterea ad eam arborem ædiculam illam fuiſſe excitatam. Sic & Theophanes ad annum 13. Arcadii ſcribit, eundem Auguſtum profectum in Caryam, in qua ſanctum Martyrem Acacium paſſum narrant, ac poſt fuſas preces, ſub ipſo templi egreſſu, confeſtim domum ampliſſimam concidiſſe in Carya: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς γενόμενος ἐν Καρύᾳ, ἐν ᾗ καὶ τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἀκάκιον μαρτυρῆσαι λέγουσι, εὐξάμενος, καὶ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ ναοῦ, αἴφνης μέγιστος οἶκος ἐν τῇ Καρύᾳ κατέπεσεν. Hic pro Καρύᾳ perperam in editis Καρίᾳ legitur, uti & Doctiſſimus Ducangius monuit. Verum hoc nomen varie ſcriptum reperi, Cod. Reg. 1. τὸν Καρέαν habet, Reg. 2. τὸν Καρίαν, Colbertinus τὸν Καρυν, Codinus τὸν Χαρίαν. Quod vero attinet ad hujus ædis ſitum, ſatis apparet ex citato Codicis Colbertini loco, ubi ad portam Βασιλικὴν ſeu *Regiam* ponitur, quæ una ex illis erat, quæ ad ſinum Ceratinum ſpectabant, ut videre licet in tabella a nobis delineata.

Ἐν τοῖς χρόνοις, &c) Ita omnes Codices MSS. Codinus vero habet, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστίνου τοῦ Πρεσβυτέρου.

Τὸν ἅγιον Προκόπιον, &c.) Inanis omnino repetitio; nam de hac æde ſancti Procopii in Chelone præcedenti capite loquitur; unde & titulus præſentis capitali incongruens videtur; melius, De templo ſancti Acacii Heptaſcalum nuncupato.

Καὶ τὸν Ἑπτάσκαλον) Subintelligitur τὸν ἅγιον Ἀκάκιον; quod expreſſis verbis habent Codex Reg. 2. & Colbertinus necnon ipſe Codinus. De hujus autem vocis etymologia, & quo tempore locus ille ſeu templum Ἑπτάσκαλον primo appellatum ſit, omnino non liquet; verum probabile eſt, hoc templum ſancti Acacii primo conditum fuiſſe a Conſtantino Magno, uti ſcribit Anonymus noſter, & ex eo cæteri Originum CP. Scriptores, neque tamen tum Acacii cognominatum, licet in eo corpus ejuſdem Sancti aſſervaretur; ſed poſtmodum a Juſtiniano tali nomine donatum; ſiquidem Socrates lib. II. cap. XXXVIII. narrat, Conſtantii Imperatoris tempore extitiſſe Conſtantinopoli Eccleſiam, in pag. 640.
qua ſancti Acacii Martyris corpus aſſervabatur. Sic ille loquens de corpore Conſtantini M. quod Macedonius Patriarcha CP. tranſtulit e Sanctorum Apoſtolorum æde in templum Acacianum: Μεταφέρει τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος Ἀκακίου ἀπόκειται. *Tranſfert corpus Imperatoris in Eccleſiam, in qua corpus Martyris Acacii depoſitum eſt.* Quæ vero in hanc rem habent Theophanes, Cedrenus, Zonaras ac Nicephorus Calliſti ex eodem Socrate hauſerunt.

Ὁ δὲ Ἰουστινιανός) Tum fortaſſis templum illud, in quo jam Conſtantii Imperatoris tempore aſſervabatur corpus ſancti Acacii Martyris, ut tradit Socrates paulo ſuperius citato loco, a Juſtiniano ſancti Acacii nomine donatum eſt, cum ab eodem Imperatore, diſjecta priore æde, a fundamentis longe elegantius excitatum eſſet. Cujus quidem Acacianæ ædis a Juſtiniano inſtauratæ meminit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. IV. qui cum eam ibi graphice deſcribat, commodo lectoris conſulentes ejus verba hic exſcribimus: Τίς δ' ἂν τὸν Ἀκακίου σιωπήσειεν; ὅνπερ καταπεπτωκότα καθελὼν ἐξ αὐτῶν θεμελίων ἀνέστησε, μέγεθος περιβεβλημένον θαυμάσιον ὅλως· ὃς κίοσι μὲν ἐρήρεισται πανταχόθι λευκοῖς ὑπεράγαν· καὶ τὸ ἔδαφος [illegible] ἀμφιέσας, ὥσπερ ἀστράπτει τοσοῦτον αἴγλη, ὥστε καὶ δόξαν παρέχεσθαι, ὅτι δὴ χιόνι ὅ[λος] καταῤῥεῖ. στοαὶ δὲ αὐτῷ προβέβληνται δύο· περίστυλος μὲν ἑτέρα οὖσα, ἡ δὲ πρὸς ἀγορὰν τετραμμένη. *Quis Acacii templum ſilentio præterierit? quod ille, cum ruinoſum eſſet, disjecit, reſtituitque a fundamento mirifice ampliatum. Ipſum ubique ſuſtinent columnæ candoris eximii. Solum ſimili conſtratum eſt marmore: unde tantus proficiſcitur ſplendor, ut toti templo infuſa nix videatur. Præſtructæ ſunt porticus duæ; quarum altera columnata eſt, altera ad forum vergit.* Verum cum ruſſus hæc ædes Acaciana ruinam minaretur, a Baſilio Macedone inſtaurata fuit, ut docet Scylitzes in eodem Imperatore; & licet ipſe ex Porphyrogenito in avi vita hauſerit quidquid de Baſilio ſcribit, tamen in exemplaribus Porphyrogeniti quæ nunc extant, legitur, ἐν τῷ Πεντάσκαλῳ pro Ἑπτασκάλῳ. Quod quidem Scribæ mendum eſſe nemo non videt. Cæterum templum hoc Acacianum cognomento Ἑπτάσκαλον, ſeu quod ἐν τῷ Ἑπτασκάλῳ erat, diverſum eſſe ab æde ſancti Acacii Καρύα dicta ex ipſa ſitus diverſitate manifeſte apparet; ſiquidem hæc ædes, uti ſupra monuimus, ad portam Βασιλικὴν, ſeu *Regiam* erat, & conſequenter non longe a portu Neorio, qui in quinta urbis Regione ſtatuitur ab auctore veteris Urbis Deſcriptionis; & ſane utraque ad ſinum Ceratinum ſita erat. Sed vide quæ de hujus ſitu adnotamus cum de Chryſocamera, & de domo Moſele dicta.

Ὅτι τὸ λεγόμενον Μεσόμφαλον) Ita uterque Codex Regius & Colbertinus; Codinus vero habet, τὸ καλούμενον Μεσόλοφον.

Διὰ τοῦτο ἐκλήθη Μεσόμφαλον) Codex Regius 2. & Codinus clarius, ὃ καλοῦσιν οἱ ἰδιῶται Μεσόμφαλον, nimirum medium collem vulgus corrupte Μεσόμφαλον pro Μεσόλοφον appellabat. De ſeptem urbis CP. collibus vide Gyllium.

Ὅτι τὸ Κονδύλιον) Ita ex Cod. Reg. 2. & Colbertino. In Regio 1. legitur, ὅτι τὸ Κονδύλιν. Hujus 93.
autem ædis ſancti Procopii Condulium cognominatæ nemo alias præter Originum CP. Scriptores meminit, qui ejuſdem conditoris, ac ſitus nullam mentionem faciunt. At ex eo ſolo Anonymo noſtro, qui eam inter monumenta ſecundæ partis deſcribit, ad ſinum Ceratinum extitiſſe docemur.

Ἐκονδύλωσεν ὁ ἵππος αὐτοῦ) Ita omnes Codices MSS. & ideo interpretamur, *cæſpitante equo collapſus ſit.* Codinus vero habet, κονδυλίσας ἐκεῖσε τὸν ἵππον αὐτοῦ καὶ ῥίψας αὐτόν. Quod Lambecius vertit, *in eo loco equum ſuum pugnis inſtigans præcipitaverit.*

Ὅτι τὰ λεγόμενα Κινθήλια) Templum hoc ſancti Joannis Cinthelia cognomine, Præcurſori fuiſſe dicatum docemur ex Codino qui habet, Ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ πρόδρομος τὰ λεγόμενα Κινθήλια.

Edit. Pariſ. pag. 641. Τὰ κιβαλλαριμά) Hanc vocem quæ in omnibus MSS. varie ſcribitur, ex contextu reſtituimus; quam quidem ita legendam eſſe & Lambecius putavit. Siquidem in Cod. Reg. 1. ſcribitur, τὰ βιτιναλαριμά. In Reg. 2. & Codino τὰ βαταλαριμά; In Colbertino τὰ βαστελαριμα, ἤγουν ξυλωτικὰ ὄντα, ὥσπερ λέγουσι κινθήλια. Quid vero de hujus ædis conditore atque ſitu dicam non habeo, niſi quod Anonymus noſter eam ad ſinum Ceratinum videtur ponere, dum illam inter monumenta ſecundæ partis enumerat; quæ quidem ſpectabat ad prædictum ſinum, ut videre eſt in tabella noſtra.

Εἰς Κωνσταντινιανάς) Ita habet & Codex Colbertinus; Regius vero 2. & Codinus εἰς Κωνσταντιανάς, nimirum, *Templum Sanctorum Quadraginta ad Thermas Conſtantianas*, ſeu ut Anonymus noſter, *Conſtantinianas Anaſtaſius & Ariadna ædificarunt*. Sic etiam infra ubi de Zeugmate Anonymus noſter & Cod. Colbertinus has Thermas Conſtantinianas perpetuo appellant, ubi Codinus Conſtantianas habet. Verum neque ſolum Originum Scriptores in hoc variant; nam auctor Chronici Alexandrini ſecum ipſe pugnare videtur, dum has Thermas modo Conſtantinianas, modo Conſtantianas vocat. Conſtantinianas, ad annum XIX. Theodoſii, Hierio & Ardaburio Coſſ. ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη τὸ δημόσιον τὸ ποτὲ μὲν Κωνσταντινιανάς, νῦν δὲ Θεοδοσιανάς, τελέσαντος αὐτὸ Ἱερίου τοῦ δὶς ἐπάρχου, καὶ ὑπάτου, μηνὶ Υπερβερεταίῳ πρὸ ε΄. Νωνῶν Ὀκτωβρίων. *His Coſſ. dedicatæ ſunt Thermæ, olim dictæ Conſtantinianæ, nunc autem Theodoſianæ, opus abſolvente Hierio bis Præfecto & Coſ. menſe Hyperberetæo, v. Nonas Octobris*. Conſtantianas vero has Thermas idem Scriptor appellat ad Conſulatum Amantii & Albini: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Κωνσταντιανὰ δημόσια ἐν Κωνσταντινουπόλει πλησίον τῶν Ἀποστόλων ἤρξαντο κτίζεσθαι ὑπὸ Κωνσταντίου Αὐγούστου ἀπὸ μηνὸς Ἀπριλλίου ιζ΄. *His Coſſ. Conſtantianæ Thermæ Conſtantinopoli juxta Apoſtolorum ædem cœperunt ædificari a Conſtantio Auguſto menſe Aprili die* XVII. Sic auctor Chronici Alexandrini: verum Chronographus noſter Thermas Conſtantianas appellat & a Conſtantino Magno ædificatas ſcribit n. 295. Auctor vero veteris urbis Deſcriptionis Conſtantinianas vocat, ac inter decimæ Regionis monumenta recenſet. Quod quidem optime quadret quoad ſitum cum paulo ſuperius citato loco Chronici Alexandrini, ubi juxta Apoſtolorum ædem hæ Thermæ collocantur quæ profecto ædes in XI. Regione ponitur ab eodem auctore veteris urbis Deſcriptionis. Undecima vero Regio decimæ contigua erat, ut videre eſt in prima tabella a nobis delineata. Cæterum conſulto miſſa facio alia diverſorum Scriptorum loca, ubi hæ Thermæ nunc Conſtentinianæ, nunc Conſtantianæ nuncupantur; ſatis enim ex citatis auctoribus apparet, has Thermas utroque modo appellatas fuiſſe. Quod unde factum ſit innuere videtur Themiſtius oratione XIII. in Conſtantium Imperatorem dicta: Ἀλλὰ τῷ κάλλει προσμηχανώμενος, πηγάς τε μονίμων ὑδάτων ἐξευρίσκων, λουτρά τε ἐπωνύμια οἰκοδομούμενος, ὧν τὸ μέγεθος μὲν ἤδη ὁρᾶτε, τὸ κάλλος δὲ ἐλπίζεται πρέπον τῷ μεγέθει. *Sed ad pulchritudinem ſemper aliquid adjiciens, ſive perennioris aquæ ſcaturigines inveſtigans ſive balneas de ſe nominatas extruens, quarum amplitudinem cum jam videatis, conſentanea amplitudini pulchritudo ſperatur*. Ex quibus verbis apparet, Thermas has tum, cum hanc orationem habuit Themiſtius, nondum abſolutas, ſive ornamentis ſuis donatas fuiſſe; quæ poſtmodum forſaſſis Conſtantius ipſe abſolvit. Hinc factum eſt ut utriuſque nomine paſſim a Scriptoribus donentur. Verum cum poſtmodum a Theodoſio Juniore renovatæ fuerint prædictæ Thermæ, Theodoſianarum appellationem nactæ ſunt, ut patet ex ſuperius citato Chronici Alexandrini loco; ſed haud diu tale nomen ſervavere; etenim paſſim a Scriptoribus omnis ævi nomine Conſtantinianarum, vel Conſtantianarum citantur. Cæterum narrat Suidas Helladium Alexandrinum Grammaticum, qui tempore Theodoſii Junioris vixit, ſcripſiſſe ἔκφρασιν τῶν λουτρῶν Κωνσταντινιανῶν, ſeu *Deſcriptionem Termarum Conſtantinianarum*. Vide quæ de iiſdem Thermis in- pag. 642.
fra ad Chronographum adnotamus n. 295.

Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν, &c.) Ita & Codex Colbertinus. Regius vero 2. μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου καὶ ἐκεῖσε τεθῆν, ἀνήγειραν ἐκεῖνοι μικρὸν ναὸν καὶ ἐπωνόμασαν αὐτὸν τοῦ ἁγίου Στεφάνου. Codinus etiam in hac parte æde ſancti Stephani Protomartyris ab Anaſtaſio & Ariadna extructa ejuſdem Martyris corpus depoſitum fuiſſe ſcribit; ſed quo tempore illud Hieroſolymis Conſtantinopolim advectum fuerit, non aſſerit. Ad Thermas autem Conſtantinianas hæc ædes ſancti Stephani videtur poni ab Originum CP. Scriptoribus. Sed quia de ejus conditore, ſitu, & de tempore quo ejuſdem Sancti reliquiæ in eam illatæ fuerint, pluribus infra cum de Zeugmate agimus, ideo ne actum agere videamur, eo lectorem amandamus.

Οἶκος ἐπὶ Δεξιοκράτους, &c.) Sic & Codex Colbertinus; Codex vero Reg. 2. οἶκος ἐπὶ Δεξιοκράτους πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ἐν ᾧ ναὸν καὶ γηροκομεῖον ἀνήγειρε. Huic Dexiocrati Patricio qui ſub Theodoſio Juniore vixit, attribuit & Codinus ſtructuram Gerocomii ac templi τὰ Δεξιοκράτους 94.
dicti. Loquitur alibi idem Codinus de porta Dexiocratis, quæ erat una ex maritimis, non quidem ad Propontidem, ut ſcribit Ducangius, ſed ad ſinum Ceratinum: ἀπελθοῦσα ἔξωθεν τῆς πόρτης Δεξιοκράτους εἰς τὸν αἰγιαλόν, *egreſſa per portam Dexiocratis ad littus*.

Ἐν ᾧ καὶ Μαυρίκιος, &c.) Hæc in Cod. Colbertino iiſdem ferme verbis & præcedentibus juncta narrantur. Ex quibus apparet Mauricium Imperatorem in eodem Dexiocratis tractu Gerocomium ac porticus extruxiſſe, ubi cum poſtmodum Carpianus Patricius tempore Conſtantini Pogonati ſuam domum ſeu Deiparæ templum ædificaſſet, locus ille ſeu Tractus Carpiani appellationem obtinuit; de cujus Carpiani tractu loquitur Anonymus noſter ſupra n. 90. ubi vide quid de ejus conditore ac loci ſitu adnotavimus. Verum quæ in Anonymo noſtro, & in Codice Colbertino præcedentibus juncta ſunt, in Cod. Reg 2. a linea habentur, unde diverſum omnino ſenſum efficiunt, neque ibi Καρπιανοῦ ſed Καριανοῦ occurrit mentio. Sic ille: Τὰ δὲ Καριανοῦ καὶ ὁ ναὸς καὶ τὸ γηροκομεῖον ἀνήγειρε Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς σὺν τοῖς ἐμβόλοις· οἶκος δὲ ἦν ἐκεῖσε Καριανοῦ πατρικίου, ἐξ οὗ καὶ ὁ τόπος εἴληφε τὴν προσηγορίαν. *Templum & Gerocomium, quæ vocantur Cariana, una cum porticibus Mauricius Imperator condidit. Quia vero ibi domus erat Cariani Patricii, locus inde cognomentum accepit*. Ita habet & Codinus, ſed paulo diverſis verbis. Et quidem non dubito quin ita reſtituendus ſit locus iſte Anonymi noſtri, ubi neceſſario Καριανοῦ pro Καρπιανοῦ legendum eſſe ſuadet Theophanes, qui ad annum v. Mauricii Imperatoris ſcribit Carianum porticum ad Blachernas eundem Auguſtum extruxiſſe, atque in ea depingi curaviſſe res quas a puero ad ſuſceptum uſque imperium geſſerat. Ὁ δὲ Μαυρίκιος ἔκτισε τὸν Καριανὸν ἔμβολον ἐν Βλαχέρναις ὑπογράψας ἐν αὐτῷ ζωγραφίαν τὰς ἑαυτοῦ ἐκ παιδόθεν πράξεις μέχρι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Quæ in hanc rem habet Cedrenus ex eodem Theophane hauſiſſe videtur. Ita habet & Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſophum in Mauricio: Κτίζει δὲ Μαυρίκιος τὸν Καριανὸν καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἔμβολον ὑπογράψας ἐν αὐτῷ τὰς αὐτοῦ πράξεις καὶ ἀριστείας. Cæterum ex eodem Theophane apparet, extitiſſe Conſtantinopoli duos tractus ſeu duo loca, alterum Carpiani dictum, ut patet ex ejuſdem loco ſupra

n. 90. citato; alteram vero Cariani ut ex mox relatis ejuſdem verbis conſtat; attamen utrumque tractum haud procul a Blachernis abfuiſſe.

Ἐκτίσε Κύρος ἔπαρχος) Huic Cyro Præfecto Prætorio qui ſub Theodoſio Juniore vixit Deiparæ Cyri appellatæ ſtructuram adſcribit etiam præter Originum CP. Scriptores & Theophylactus Simocatta lib. VIII. cap. VIII. ubi ejuſdem dignitatem ac mores breviter exponit. Sic ille loquens de Germano Theodoſii, filii Mauricii, ſocero: *καὶ δὲ δειλινῆς ὥρας τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς ἑαυτοῦ συναθροισάμενος, καὶ ἱερῷ τεμένει τῆς Θεομήτορος προσπέλασεν, ὃ Κύρου, τοῦ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ αὐτοκράτορος γεγονότος ἐπιμελῶς λόγοι κηδίστατον ἀψευδεῖς. οὗτος δὲ ἐς ὑπάτων ἀξίωμα τὰ τηνικαῦτα ἀναβεβήκει χρόνου. τοῦτον ἄνδρα ἀγαθὸν ἐς τὰ μάλιστα γεγονέναι φασί, καὶ περὶ τὰς ὥρας τῶν λόγων σώφρονι μανίᾳ τινὶ ἐπιφλέγεσθαι.* *Veſperi coactis ſatellitibus ſuis ſacrum Deiparæ templum petit, quod a Cyro, Theodoſii temporibus eſſe conditum fama non falſa prædicat. Hic tam in Conſulatus gradum aſcenderat: ferunt que fuiſſe virum inſigni probitate, liberaliumque diſciplinarum cum modeſta quadam inſania cupidiſſimum.* Meminere præterea hujus ædis Deiparæ Cyri appellatæ Theophanes ad annum Mauricii Imperatoris XX. Paulus Diaconus lib. 17. Hiſt. Miſc. Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſt. Eccl. pag. 84. & nonnulli alii ex Scriptoribus Byzantinis; ſed qua urbis in parte ſteterit hæc ædes minime tradunt. Solus Anonymus noſter, dum eam recenſet inter monumenta ſecundæ partis, ad ſinum Ceratinum videtur ponere, ut videre eſt in ſecunda tabella a nobis delineata. Cæterum hujus ædis encænia celebrant Græci V. Maii: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Κύρου.* Fuiſſe autem ibi Monaſterium virorum colligitur ex Concilio CP. ſub Mena act. I. ubi ſubſcripſit Gregorius Ἀρχιμανδρίτης μονῆς τῶν Κύρου. Hæc vero Deiparæ ædes dicitur & Theophani τῶν Κύρου pro τοῦ Κύρου.

Εἰς τὸ χερσαῖον τεῖχος) Quo anno Theodoſii Junioris muri Urbis CP. collapſi ſint, quoque anno reſtaurati Cyro ſtructuræ Præfecto ſupra pluribus monuimus.

95. *Ὅτι Κῦρος καὶ εἰς ἄλλο τινί*, &c.) Sic ex Cod. Reg. 2. In Reg. 1. hæc corrupta habentur, *ὅτι Κύρος καὶ εἰς ἄλλον καὶ τρομάξει*; ubi fortaſſis pro *ἄλλον*, legendum eſt *καινόν*. Cod. Colbertinus: *Ὅτι Κωνσταντῖνος ἔκτισε, Κῦρος ἀνενέωσεν. Conſtantinus condidit, Cyrus renovavit.* Eadem acclamatio habetur in Theophane, Cedreno, & Chronico Alexandrino.

Εἰς Σμύρνην) Sic ex Cod. Reg. 2. & Codino. Corrupte ſcribitur in Reg. 1. *εἰς Μύρον*. Hunc Cyrum Prætorio & Urbi Præfectum eandem ob cauſam dignitatibus privatum & Epiſcopum factum fuiſſe tradunt Theophanes ad annum XXXVII. & Cedrenus ad XXVI. ejuſdem Auguſti. At quo anno terræmotus ille acciderit pluribus ſupra monuimus.

Ὅτι τὸ Κοντοσκέλιν, &c.) In Cod. Colbertino & Codino legitur, *Κοντοσκέλιον*. In Regio vero 2. *Κοντοσκάλιον*. Sic etiam habet & Pachymeres lib. V. cap. X. ubi de portu Contoſcalium appellato, ad quem ſtetit prædicta porta, loquitur. Et quidem ita ſcribendum eſſet ſi vera foret nominis etymologia, quam Originum Scriptores produnt, nimirum quod Agallianus ſive Galinus a brevibus cruribus *Κοντοσκελής* cognominatus hujus ſtructuræ portus præfuerit. Verum nugas nugari Græculos, cum locorum etymologias tradunt, nemo non videt: potius dicendum eſt *Κοντοσκάλιον* nuncupatum, quod primitus ibi eſſet *brevis*, ſeu *parva ſcala*, uti optime & Lambecius monuit in Notis ad eundem Codini locum, & ex eo Ducangius. Unde pro *Κοντοσκέλιν* ſcribendum eſt *Κοντοσκάλιν*. Quod vero attinet ad ſitum portus Contoſcalii, ad quem ſtetit porta ejuſdem nominis, ſatis illum indicat Pachymeres paulo ſuperius citato loco, dum portum Contoſcelium Blancæ adjacere ſcribit, qui locus procul dubio ad Propontidem erat. En verba Pachymeris de Michaele Palæologo loquentis: *Τὸ πρὸς τῇ Βλάγκα Κοντοσκέλιον ἀνοικοδομεῖν ἤθελεν· ὅθεν γυρώσας μὲν μεγίσταις πέτραις τὸ κοῖλον τόπον, ἐμβαθύνας δὲ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, ἄργυρον ὑγρὸν χυτὸν ἐμβαλόντα. ἐνῳκοδόμησε δὲ καὶ σίγον τὰς ναῦς ἀποχρῶντα, πύλας δ' ἐπιθεὶς σιδηρᾶς ἐν εἰσόδῳ τῇ ἐκ τῶν πετρῶν ἐκεῖθεν ἔξωθεν, ὡς ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐχθρῶν ἀναγομένους (μὴ γὰρ εἶναι τὸ ῥοῶδες τῆς θαλάσσης ἵστασθαι) κατόπιν ἐμπίπτειν ταῖς ἡμετέραις. Contoſcelium quod Blancæ adjacet reædificare voluit. Itaque locum ambivit lapidibus maximis, & intra illos comprehenſum mare profundius effecit, immiſſo argento vivo: lovicam etiam idoneam tegendis navibus ædificavit: portas vero ferro compactas, in exteriori lapidum introitu poſuit, ut & in tuto eſſet claſſis & ſtatim atque eo hoſtium naves deferrentur, (cum ibi conſiſtere propter maris fluxum non poſſent) a tergo eas noſtræ adorirentur.* Pachymeri autem adſtipulatur Bondelmontius qui in deſcriptione Urbis CP. Contoſcallium ſeu ut ipſe Condoſcale portum Ulangæ, hoc eſt, Blancæ propinquum fuiſſe ſcribit; etſi in tabella Iconographica Contoſcaliam eo loco ponere videtur, ubi Juliani portus antea extabat. Cæterum præpoſtere agit hic de Contoſcalio Anonymus noſter, qui ſecunda hac parte loca tantum ad ſinum Ceratinum ſita recenſet; & tertia parte monumenta illa quæ Propontidem ſpectabant deſcribit, uti ſuo loco monuimus, & ex tabella ſecunda a nobis delineata apparet. Verum id fortaſſis accidit, ut cum vellet de Heptaſcalo loqui, (quem locum in decima urbis Regione extitiſſe ſupra demonſtravimus) de Contoſcalio præpoſtere ob nominis analogiam egerit.

Ἀπὸ Ἀγαλλιανοῦ Τουρμάρχου) Codinus habet, *ἀπὸ Γαλινοῦ, τοῦ παρεστάμενου εἰς τὸ κτίσμα τοῦ λιμένος.* Cod. Reg. 2. *ἀπὸ Γαλινοῦ παρεστάμενου*, &c. Cod. vero Colbertinus, *ἀπὸ Ἀγαλλιανοῦ τουμάρχου*, & ita legitur & in Reg. 1. ubi pro *Τυμάρχου* ſcribo *Τουρμάρχου*. *Τουρμάρχης* quippe dicebatur poſteriori ævo is qui turmæ militari præerat: qui olim *ὑποστράτηγος*, deinde *Μεράρχης* vocabatur; vel etiam qui alicujus *Θέματος* ſeu Provinciæ Præfectus erat. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. eodem v.

Ὁ λιμὴν) Nimirum Contoſcalium *Νεώριον*, quod ad Propontidem ſitum erat, & ad quem portum ſtetit porta ejuſdem nominis; de quo paulo ſupra.

Κοντοσκέλιν) Cod. Reg. 2. *Κοντοσκέλιον*. Codinus *Κοντόσκελος*, & ita ſcribendum foret ſi vera eſſet loci & viri etymologia, quam Græculi nugigeruli tradunt.

Περὶ τοῦ Ξενῶνος τοῦ Θεοφίλου) Titulus deſideratur in Cod. Regio 1. & 2. ſed ex Codino reponimus. In Colbertino legitur, *περὶ τοῦ ἐν τῷ Ζεύγματι*.

Ὅτιπερ ἀνήγειρεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος εἰς πορνεῖον) Conſtantinopoli Lupanaria plura extitiſſe ſatis aperte colligitur ex iis quæ de Chryſargyro ſcribunt Evagrius, Theophanes, Cedrenus, & alii in Anaſtaſio; quod quidem tributum idem Anaſtaſius Imperator in ſuis Decennalibus abolevit. Lupanar autem hoc quod in Zeugmate erat hinc fortaſſis Scriptores Originum CP. Conſtantino Magno attribuunt, quod ipſe a Zoſimo lib. II. Auctor Chryſargyri dicitur; a quo quidem tributo nec meretrices fuiſſe immunes prodit idem Zoſimus citato loco: *οὐδὲ δυστυχεῖς ἑταίρας ἔξω ταύτης ἐάσας τῆς φθορᾶς. Ne miſeris quidem meretriculis hoc incommodo liberatis.* Ad hæc ſubjungit idem Scriptor, eo exactorum & publicanorum proceſſiſſe proterviam in exigendo hoc tributo, ut matres ultro liberos diſtraherent, & patres filias proſtituerent, ex harum quæſtu Chryſargyri exactoribus pecuniam offerre coacti: *ἤδη δὲ καὶ μητέρες ἀπέδοντο τοὺς παῖδας, καὶ πατέρες ἐπὶ τέγους θυγατέρας ἐστήσαντο, ἐκ τῆς ταύτης ἐργασίας ἀργύριον τοῖς τοῦ χρυσαργύρου πράκτορσιν εἰσενεγκεῖν ἐπειγόμενοι.* Ab hac calumnia ei a Zoſimo intentata, quod ſcilicet Chryſargyri Auctor fuerit, vindicatur Conſtantinus ab Evagrio lib. III. capp. XXXIX. XL. & XLI. Hæc item calumnia Conſtantino Magno ab

co-

Edit. Pariſ. pag. 613.

pag. 644.

eodem Scriptore inventata, recte a Baronio an. cccxxx. n. xxxvi. & ſeqq. confutatur, niſi quod ipſe perperam ſcribit, Chryſargyrum tributum fuiſſe de negotiatoribus, non de mendicis, non de meretricibus, non de ruſticanis, & Zoſimum plura eo in loco tributa confundere; nam Zoſimus aperte ſcribit, Conſtantinum Chryſargyrum hoc luſtrale ſingulis luſtris ſolvendum impoſuiſſe negotiatoribus ad viliſſimos uſque, imo & meretricibus. Et Evagrius lib. iii. cap. xxxix. Chryſargyrum ait non tantum meretricibus impoſitum, verum & mendicis qui ſtipem colligerent, itemque ſcortatoribus. Cæterum de iis quæ ad hanc rem ſpectant, videatur Baronius citato loco, necnon Gothofredus in Commentario
Edit. Pariſ. pag 645. Legis 1. Cod. Theod. *De luſtrali collatione*.
96. Γέγονε δὲ καὶ εἰκὼν Ἰουδαίου, &c.) Sic ex Cod. Colbertino. Corrupte in Reg. 1. ſcribitur, γέγονε δὲ ἡ οἱ Ἰουδαῖοι, &c.

Εἶτα μοναστήριον γυναικεῖον) Theophilus lupanar illud in Xenodochium convertit, quod Xenodochium poſtmodum in Sanctimonialium Monaſterium verſum fuit Zonaras pag. 146. E. R. Καὶ ξενῶνα μέγιστον εἰς ὄνομα οἰκεῖον ἀνήγειρεν ἐν τόπῳ οὗ πρότερον ἦν ἑταιρικὸν καταγώγιον, *& Xenodochium ampliſſimum in ſuum nomen excitavit in loco ubi prius erat meretricum diverſorium*. At Scylitzes pag. 517. E. R. aperte ſcribit, Xenodochium illud quod ex lupanari effecit Theophilus, verſum fuiſſe in Monaſterium Sanctimonialium: idque factum noviſſime ait: Καὶ πόρνας ἀπελάσας ἔκ τινων οἰκημάτων, καὶ καθάρας ὅλον τὸν οἶκον ἐκεῖνον, ξενῶνα πεποίηκε τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν φέροντα, κάλλει τε καὶ μεγέθει κατεσκευασμένον, ὅπερ ἐστὶν ἄρτι γυναικεῖον μοναστήριον. *Meretricibus ex quibuſdam ædibus ejectis, totaque hac purgata domo, Xenodochium fecit, cui nomen ſuum impoſuit, inſigni amplitudine atque pulchritudine, quod nuper in ſanctimonialium monaſterium verſum eſt*.

Ἔξωθεν τοῦ αὐτοῦ οὐχ, &c.) Cod. Colbertinus, ἔξωθεν τοῦ αὐτοῦ οἴκου οὐχ, &c.

Καὶ ὅσαι διῆχαν πρὸς ταῖς κίοσι μετὰ κεχαλκίου καὶ κυρτίου) Ita Cod. Reg. 1. & Colbertinus. Codinus vero: καὶ ὅσαι διῆχον ἐπὶ ταῖς κίοσι μετὰ κεχαλκοῦ καὶ κυρτίου. Unde videtur pro κυρτίου ſcribendum eſſe κυρτίου in noſtro. Vide Notas Lambecii ad eundem Codini locum, & Ducangii Gloſſ. Græc. v. Κουρτίνα.

Ἐπόρνευον) Sic ex Cod. Colbertino. In Reg. 1. ſcribitur; ἐπόρνευται.

Ἡ δὲ στήλη, &c) Cod. Colbertinus habet: ἡ δὲ στήλη τῶν ἐν στήλῃ μετ' αὐτῶν, καθαρῶν γυναικῶν, τῶν τε παρθένων, ἢ μή, πλησίον ἦσαν καὶ ταύτας. Εἰ δὲ τις ἔλεγεν αὐτῶν τὴν παρθενίαν, ὁ ὑδίκησε τὸν ἄνδρα τὴν κακίαν, καὶ οὐκ ἐφύλαξε, καὶ μὴ βουλομένων ὁμολογεῖν, ἔλεγον αὐταῖς εἶτα γονεῖς καὶ φίλοι, &c.

Ἡ δὲ ἐρθαρμένη) Corrupte ſcribitur in Cod. Reg. 1. ἡ δὲ φαρμένη. Cod. Colbertinus ſic habet: αἱ μὲν ἐφθαρμέναι ἐπεὶ πρὸς τὸ λίαν τὸ αἰγαῖλον καὶ ἐκλονίαζον ἀλλὰ καὶ μὴ βουλομένη ἐπιτεμ.. τινι; ἀθρόως ἐσπάτο τὰ ἱμάτια αὐτῆς, &c.

Ἐσπασμένο) Sic ex Cod. Colbert. Perperam in Reg. 1. legitur, ἐσύλησαν, &c.

Καὶ οὕτως ἀπηλέγχετο) Sic etiam adulteras, vitiataſque virgines deprehenſas Juſtiniani tempore Canis indicio, quem Andreas quidam natione Italus per Provincias circumduceret, ſcribunt Theophanes, Anaſtaſius, Cedrenus, Paulus Diaconus & Anonymus noſter n. 229. Vide quæ habet de portico cornuta idem Anonymus noſter n. 162. Sic nugas nugantur Græculi nugigeruli.

Ἡ δὲ γυνὴ Ἰουστίνου) Quod narrat hic Anonymus noſter de Sophia Juſtini Junioris conjuge, id Codinus perhibet de ejus ſorore: ἡ δὲ, inquit, γυναικάδελφος Ἰουστίνου τοῦ ἀπὸ Κουροπαλατῶν, &c. Cæterum mores corruptos ac deperditos illius ævi mulierum pluribus deſcribit Procopius lib. Hiſtoriæ Arcanæ cap. xvii. Vide quæ de Balneo Blachernarum infra n. 153 obſervamus.

97. Ἐν τοῖς βασιλικοῖς δρόμωσιν) Ita ex Cod. Colberti no. Corrupte in Reg. 1. ſcribitur, ἐν δὲ βασιλικοῖς ὁδοῖς ἀπελθεῖν. Perperam hæc in Codino, nec animadvertit Lambecius: ſic ille rem totam narrat; Ἡ δὲ γυναικάδελφος Ἰουστίνου τοῦ ἀπὸ Κουροπαλατῶν, συνέτριψε τὴν στήλην, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν τὸ αἰδοῖον φανῆναι μοιχευθεῖσαν, καὶ ὀρχουμένην ἐκεῖσε ἐφ' ἵππῳ ἐν τῷ λουτρῷ τῶν Βλαχερνῶν, διὰ τὸ ἐξαίσιον ὄμβρον γενέσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι τινὰ περιπατεῖν, πλὴν ἐν τοῖς βασιλικοῖς δρόμωσι. Quod Lambecius vertit. *Soror autem Juſtini Curopalatæ ſtatuam hanc confregit, eo quod ipſa quoque, denudatis pudendis adulterii convinceretur, equo illuc tranſvehens ad balneum Blachernarum; etenim adeo ingens fuerat pluvia ut alia via non niſi in dromonibus Imperatoris, eo adire poſſet*. Verum ipſe videtur pugnare Codinus cum eam ait illuc equo vectam pertranſiiſſe, quod alia via tranſire non poſſet; deinde addit, niſi in dromonibus Imperatoris; imo dicendum ut in noſtro texto, illac equo vecta pertranſiit, quod ob ingentem procellam maris, dromonibus Imperatoriis eo tranſmeare non poſſet. Cæterum quod attinet ad ſitum hujus loci pluribus capite ſequenti agemus. pag. 646.

Τὸ δὲ τοῦ κακλίμενον Ζεῦγμα ἐκλήθη οὕτως) Sic ex Codice Colbertino. Perperam ſcribitur in Reg. 1. ἐκτίσθη pro ἐκλήθη. Quod vero hic habet Anonymus noſter de hujus loci appellatione confirmatur, tum ex Nicetæ Rhetoris Oratione de paſſione ſancti Stephani, & corporis ejus inventione, quam laudat Lambecius in Notis ad Codinum n. 99. tum ex Menæis ad 02. Auguſti, quo die hujus Sancti Martyris reliquiarum inventionis ac tranſlationis a Græcis feſtum colitur, tum denique ex narratione Tranſlationis reliquiarum ſancti Stephani initio mutila quam ex Codice MSS. Bibliothecæ ſancti Germani a Pratis, ante Metaphraſtem conſcripto, & de quo infra loquimur, hic exſcribimus: † † ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων δοκοῦντες ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ πάθους καὶ ὅσον εἶχον οἱ δαίμονες ἔφερον αὐτοὺς πρὸς διάλυσιν. καὶ πάντες ἐγένοντο τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος. καὶ ἰδὼν ἀπὸ τοῦ συνέβη εἰς τὰ Σοῦσα. ἀκούσασα δὲ πᾶσα ἡ πόλις, ἔτρεχον συντρέχουσα τῶν μὲν Χριστιανῶν χαιρομένων. τῶν δὲ Ἑλλήνων λυπουμένων. καὶ ἰδὼν πολλοὺς ὁμολογοῦντας διὰ τὸ ὄχλον τὸ πιεζόντα, ὁ λαὸς ἐν τῇ πόλει ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ. ἐμαθεν δὲ Εὐσέβιος ὁ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως περὶ τοῦ λειψάνου τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, καὶ ὅτι τὸ πλῆθος ὅλον ἐκεῖ ἦν τῶν Χριστιανῶν τοῦ θεάσασθαι τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου λειψάνου ἀπελθὼν ἐρωτῆσαι πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, ἀπήγγειλεν αὐτῷ περὶ τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου Στεφάνου. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπεθύμησε τοῦ ἐλθεῖν ἀπὸ Ἱεροσολύμων τὸ λείψανον. καὶ τίς ὁ ἀγαγών. οἱ δὲ προσήγαγον αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ εἶπον. δέσποτα αὐτοκράτορ, αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγαγοῦσα τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου. ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε πρὸς αὐτήν· πῶς ἤνεγκας τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Στεφάνου εἰπέ μοι τὸ ἀληθές. ἡ δὲ γυνὴ εἶπε· δέσποτα αὐτοκράτορ, ὁ ἀνήρ μου αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἐν Ἱεροσολύμοις τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου Στεφάνου καὶ αὐτὸς ἅμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ κατέθετο τὸν ἅγιον Στέφανον. μετὰ δὲ ὀλίγον χρόνον ἀπέθανε καὶ ὁ ἀνήρ μου, θέμενος ἐκεῖ διὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου λέγων, μετὰ τὴν τελευτήν μου, θάψατέ με ἐγγὺς τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου. καὶ οὕτω γέγονε, δέσποτα. ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε· πῶς οὖν ἤγαγες αὐτὸν ἐνταῦθα; ἡ δὲ εἶπε, δέσποτα αὐτοκράτορ, βίαν ὑπέμεινα ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, ὡς χήρα, καὶ μὴ θέλουσα ἑτέρῳ ἀνδρὶ συναφθῆναι, ἠθέλησα τῷ πατρί μου ἐνταῦθα αὐτόθι παρελθεῖν, καὶ ἀνεγαγεῖν καὶ τὸ ἀνδρός μου τὸ λείψανον εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα. τότε εἶπεν μοι ὁ πατήρ μου ὁ ἐμὸς δεσπότης λαβεῖν σάκρας ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου κράτους, ἀπέστειλεν ἐμοί τε καὶ τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ἄρω τὸ λείψανον τοῦ ἀνδρός μου. κατελθοῦσα δὲ αὐτὸς μετὰ τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου, νομίσασα αἴρειν τὸ τοῦ ἀνδρός μου λείψανον, τὸ τοῦ ἁγίου Στεφάνου εἴληφα. ἐπέδωκα δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τὴν σάκραν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναγνοὺς ἐγνώρισε τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα. τότε ἡ γυνὴ ἀνεκραύγασεν εἶπε τῷ βασιλεῖ· δέσποτα αὐτοκράτορ, ἐξουσίαν ἔχεις τοῦ σώματός μου· τῆς δὲ ψυχῆς ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. οἱ δὲ εἶπον, δέσποτα, τὸ μὴ ἔστιν Ἑβραῖον εἰς τὸ πλοῖον ἔνθα κατάκειται τὸ γλωσσόκομον τοῦ ἁγίου. ἐν ᾧ καὶ πίτταλον προσηλωται, γραφὴν Ἑβραϊκοῖς γράμμασι. καὶ ἀναγνοὺς αὐτὰ γνώσῃ τὴν ἀλήθειαν. ὁ δὲ βασιλεὺς καλέσας Ἑβραῖον, ἀβραῖον αὐτὸν ἤγαγε τὸ νόμα, εἰπών. ἀπελθε καὶ ἴδε τί γραφῇ. ἀπελθὼν δὲ ὁ Ἑβραῖος μετὰ δύο πρωτεκτόρων, καὶ ἀναγνοὺς εἶπε· μέγα θαῦμα ἐστι τοῦτο. οἱ δὲ πρωτέκτορες εἶπον. τί τὸ θαῦμα ἐστιν εἰπὲ ἡμῖν.

ὁ δὲ Ἑβραϊστὶ εἶπε, ἅγιε πρωτομάρτυς Στέφανε σὺ εἶ· καὶ ἐν αὐτῷ ἡ ζωή μου καὶ ἡ ἐλπίς μου, ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου παράδοξα σημεῖα. τότε ἀπελθόντες οἱ πραιπόσιτοι ἀπήγγειλαν τῷ βασιλεῖ ὅτι ὁ πρωτομάρτυς Στέφανός ἐστι. καὶ ἐχάρη λίαν ὁ βασιλεύς, καὶ μετακαλεσάμενος Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον, λέγει αὐτῷ· ἄπελθε εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ, καὶ ἆραι ἀπόστειλον τὸ βαρυχάμενον, καὶ φέρετέ μοι τὸ γλωσσόκομον εἰς τὸ παλάτιον. ἀπελθὼν οὖν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ πᾶς ὁ λαὸς μετὰ κηρῶν συνέδραμεν. ὁ δὲ ἐπίσκοπος κατελθὼν εἰς τὸ πλοῖον ἦρε τὸ γλωσσόκομον, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὰ ἀκροχαρ ὑποδέξεσθαι ἐλθεῖν εἰς τὸ παλάτιον. αἱ δὲ μοῦλαι αἱ ἐπιστῶσαι ἐλαυνόμεναι ὑπὸ ἀγγέλου βιαίως. καὶ ἐλθόντες ἐν τόπῳ τῷ ἐπιλεγομένῳ Κωνσταντιαναῖς, ἔστησαν, καὶ οὐκέτι μεταβαίνειν ἴσχυον. ἔνευσαν οὖν τὰ ζῶα. μία δὲ ἐξ αὐτῶν, ἀγγελικῇ δυνάμει ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἐλάλησεν ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ λέγουσα. τί τύπτετε τὰς ἡμᾶς ἡμῶν. ὅτι δεῖ αὐτοῦ κατατεθῆναι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ μὴ κάμετε ὅλως, εἰ δὲ μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἔχετε ἰδεῖν. ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἔντρομος γενόμενος, καὶ μὴ φέρων τὸ θαῦμα, ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ, ὅτι οὐ δυνάμεθα ἐνέγκαι τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας ἐλυπήθη. καὶ ἀπέστειλεν ἄλλα δύο ζῶα ὅπως σύρωσι τὴν καροῦχαν καὶ αὐτὰ δὲ ὁμοίως ἀπέστησαν τῇ βίᾳ τοῦ ἀγγέλου καὶ οὐκ ἴσχυσαν κινῆσαι τὴν καροῦχαν. τότε ἤρξαντο πάντες βοῶντες λέγειν· εἷς Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος ἐπὶ τὸν ἅγιόν σου πρωτομάρτυρα Στέφανον, τὸν μαρτυρήσαντα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου. διὸ οὖν καὶ ὑμῖν χάριν καὶ ἔλεος, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τοῦ σοῦ πρωτομάρτυρος. τότε ὁ ἐπίσκοπος ἦρε τὸ γλωσσόκομον ἀπὸ τῆς καροῦχας καὶ κατέθετο αὐτὸ, ποιήσας τὸ ἀποθέμενον αὐτὸ ἐπὶ φιάλην τινά. ἐν ᾧ καὶ ἀπέθετο τὸ γλωσσόκομον μετὰ πάσης ἀσφαλείας. ἐάσεις δὲ καὶ δυνάμεις ἐγένοντο ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, εἰς δόξαν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Codex hic MS. membranaceus continens Vitas Sanctorum menſis Auguſti ex quo hanc Narrationem exſcripſimus initio mutilus eſt, & nono ſæculo, ut ajunt, exaratus, manu cujuſdam Stephani elegantiſſima. Hunc quidem Codicem paucis abhinc annis comparavit Doctiſſimus noſterque amantiſſimus R. P. Bernardus de Montfaucon a quodam Presbytero Græco, ac Vitarum, quæ in eo continentur, catalogum idem vir eruditiſſimus diligentiſſime contexuit; quem quidem catalogum, rem gratam eruditis me facturam exiſtimans, hic exſcribere non gravabor.

Edit. Pariſ. pag. 647.

Menſis Auguſtus.

2. Inventio & translatio ſancti Stephani, initio mutila. fol. 5.

3. Vita & converſatio ſancti Dalmatii, cujus initium, οὗτος ὁ ὅσιος Δαλμάτιος ἐπὶ ζῶν Κωνσταντίου. fol. 5.

In hac vita legitur luculenta Cyrilli Ep. Alexandrini Epiſtola, ubi de Neſtorii rebus ad Dalmatium. προσεδοκῶμεν ἐλθόντα τόν. fol. 7.

Item in hac vita habetur Epiſtola Epheſinæ Synodi ad Dalmatium, cujus initium, ἐπαρέχθη κινηθῆναι ἁγία σύνοδος. fol. 9.

Item Epiſtola Dalmatii ad ſacram Synodum Epheſinam, cujus initium. τὴν ἐπιστολὴν τῆς τιμιότητος ὑμῶν, &c. fol. 11.

4. Martyrium ſancti Stephani Papæ & ſociorum, cujus initium. Κατὰ τοὺς χρόνους Οὐαλεριανοῦ, &c. fol. 15.

5. Acta & Martyrium ſancti Euſignii, quorum initium. Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς ὁ ἀρνησάμενος τὸν Χριστόν. fol. 22.

6. Sancti Joannis Chryſoſtomi Sermo in Transfigurationem Domini, cujus initium. Δεῦτε φίλοι καὶ τήμερον. fol. 27.

6. Sermo alter ſancti Joannis Chryſoſtomi in Transfig. cujus initium: ἀκούσατε τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἀρτίως λέγοντος. fol. 30.

7. In liberationem Conſtantinopolis a Chagano Rege & a Perſis obſeſſæ ſermo & narratio, cujus initium. τερπνὸν μὲν ὄντως τῷ φιλοθέῳ. &c. fol. 32.

7. Vita & Martyrium ſancti Dometii, cujus initium: πολλὰ μὲν τὰ τοῦ βίου τερπνά. Conſtantino imperante ab Aſſyriis Apocrypha. fol. 53.

10. Martyrium Sanctorum Laurentii, Xyſti & Hippolyti, cujus initium. τοὺς μεγάλους τοῦ μαρτύρων. f. 72.

11. Martyrium Sancti Andreæ Ducis. Initium. ἐν τοῖς χρόνοις τῆς τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξιμιανοῦ βασιλείας. f. 76.

12. Martyrium SS. Photii, Aniceti & Sociorum, cujus initium: ἔτει δευτέρῳ Διοκλητιανοῦ. fol. 81.

13. Martyrium ſancti Myronis, cujus initium: ἔτους τρίτου καὶ δεκάτου Ἀντωνίνου. ſub Decio. fol. 95.

13. Vita & Martyrium ſancti Marcelli Epiſcopi Apameæ Syriæ, cujus initium: ηὐξάμεθα πολλάκις καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς γῆς. fol. 98.

15. Sancti Joannis Theologi in Dormitionem Deiparæ, cujus initium: τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου, &c. Apocrypha, fol. 103.

15. Sancti Andreæ Cretenſis Encomium in Dormitionem Deiparæ cujus initium: μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις, &c. fol. 109.

15. Sancti Germani Conſtantinopolitani in Dormitionem Deiparæ, cujus initium: ὁ χρυσοῦς πάντοτε ἥλιος, &c. fol. 116. pag. 648.

15. Sancti Andreæ Cretenſis ſermo in Dormitionem Deiparæ, cujus initium: καλεῖ πάλιν ὑμᾶς τὸ συνεχές. fol. 123.

15. Sancti Joannis Damaſceni Encomium in Dormitionem Deiparæ, cujus initium: μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων. fol. 130.

15. Ejuſdem Damaſceni in Dormitionem Deiparæ, cujus initium: ἔστι μὲν ἀνθρώπων οὐδείς. fol. 140.

15. Ejuſdem in Dormitionem Deiparæ cujus initium: ἰδοὺ ἐστὶ πάλιν ἐρωτικῶς. fol. 155.

15. Andreæ Hieroſolymitani Cretæ Archiepiſcopi ſermo in Dormitionem Deiparæ, cujus initium. ὅσον τὸ παρὸν τοῦτο. fol. 156.

16. Martyrium Sancti Diomedis, cujus initium; ὅσον μὲν ἔχει θαύματος, &c. ſub Diocletiano & Maximiano. fol. 165.

17. Martyrium ſanctæ Julianæ & ſancti Pauli Ptolemaide, cujus initium: Αὐρηλιανὸς ὁ βασιλεὺς δόγμα ἔθετο. fol. 170.

17. Vita & Martyrium ſanctorum Lauri & Flori in urbe Ulpiana quæ eſt in Dardania ſub Hadriano: initium. καλοὶ δίδυμοι εἰσί. fol. 182.

20. Martyrium ſanctæ Baſſæ & Sanctorum ejus filiorum Theognii, Agapii & Piſti: Initium. Βασιλεύοντος Μαξιμιανοῦ ἐν χρηματισμοῖς ἀθέσμοις. fol. 205.

21. Martyrium ſancti Irænei: initium; ὅταν πρόσεισι ἀγαθοῖς. fol. 215.

22. Martyrium ſancti Agathonici & Sociorum, cujus initium: ἐν ἀρχῇ διδάσκων τοῖς. tempore Valeriani. fol. 216.

23. Vita & converſatio ſanctæ Anthuſæ, cujus initium: ἐν τοῖς ἐπίσκοποις ἄγων, &c. Valeriani tempore. fol. 222.

24. Martyrium ſancti Epiſcopi Athanaſii qui ſanctam Anthuſam baptizavit, cujus initium: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. fol. 229.

24. Martyrium ſanctorum Chariſſimi & Neophyti filiorum ſanctæ Anthuſæ, cujus initium: μετὰ τὴν τελείωσιν τῆς. fol. 230.

25. Sancti Andreæ Cretenſis Encomium ſancti Titi Apoſtolorum Diſcipuli, cujus initium: ἀποστολικῶν ἐγκωμίων ἀφορμή. fol. 233.

26. Martyrium ſancti Adriani & Sociorum viginti trium Nicomediæ, cujus initium: ἐγένετο ἐν τῇ δευτέρᾳ πιεζόδῃ τοῦ τυράννου Μαξιμιανοῦ. fol. 245.

27. Martyrium ſancti Urſicii, cujus initium: Μαξιμίνος ὁ μετὰ Μαξιμιανοῦ. fol. 255

28. Martyrium ſanctæ Theodotæ & liberorum ejus, cujus initium: ὅτε οἱ πονηροὶ εἰς τὴν, &c. fol. 260.

29. Homilia ſancti Joannis Chryſoſt. in Decollationem ſancti Joannis Baptiſtæ, cujus initium: ἀπεὶρ τι αὐτὸ, &c. fol. 261.

29. Sancti Andreæ Cretenſis in Decollationem ſancti Joan. Bapt. cujus initium: πάλιν ἡ χαρὰ εἰς τῷ. &c. fol. 565.

30. De Latomo Eulogio, cujus initium: γέγονε κατὰ τὴν Θηβαΐδα. fol. 27.

Ἐν Κωνσταντιαναῖς) Conſtantinianæ Thermæ dicuntur & in Codice Colbert. In Codino autem, & in narrationibus ſupra citatis de Translatione reliquiarum ſancti Stephani Conſtantianæ appellantur: ſed de his Thermis plura adnotavimus paulo ſuperius n. 93. Quod vero attinet ad ſitum hujus loci Zeugma cognominati, cum ad Sinum Ceratinum extitiſſe

aperte aſſerit Anonymus noſter, non ſolum quia hac ſecunda parte, qua ædificia fere omnia ad prædictum Sinum poſita recenſet, loquitur de Zeugmate & de aliis ædificiis, quæ in eo loco extructa erant; verum etiam ex eo quod ſcribit ſupra n. 95. & ſeqq. ubi de Xenodochio Theophili,
Edit. Pariſ. pag. 649. quod in Zeugmate erat, Sophiam Juſtini Junioris conjugem, eum e Palatio ad Balneum Blachernarum iter haberet, & non poſſet ob ingentem procellam maris eò tranſmeare, per Zeugma pertranſiſſe, &c. At Ducangius, qui Anonymum noſtrum non viderat, ambigit num Zeugma, de quo hic agitur, ſit idem quod Zeugma ſancti Antonii, de quo loquitur Codinus pag. 12. E. R. quem ſane locum ad Propontidem extitiſſe credit idem Ducangius. Cæterum Zeugmatis meminit & Theophanes pag. 155. E. R. ubi de ſeditione Victoriatorum: εἰκοστῇ ἤδη ἔτει ὁ φονευόμενος εἰς τὸ Ζεῦγμα, ſeu & vigeſima jam cædes patrata eſt in Zeugmate. Infra: τὸν ξυλοπράτην εἰς τὸ Ζεῦγμα τις ἐφόνευσεν; fabrum lignarium ad Zeugma quis interfecit. De aliis ædificiis quæ in Zeugmate erant, vide ſupra obſervavimus.

98. Οἱ δὲ ἅγιοι Ἀνάργυροι) Duæ aliæ Eccleſiæ SS. Coſmæ & Damiano ſacræ fuerunt Conſtantinopoli; altera in tractu Baſiliſci a Juſtino & Sophia condita, de qua Anonymus noſter n. 82. ubi vide quæ obſervamus; altera vero in tractu Paulinæ, ſeu Paulini, a Paulino Magiſtro ædificata, tempore Theodoſii Junioris; de qua Eccleſia ſeu Monaſterio agit Anonymus noſter n. 155. Vide noſtras ibidem Notas. Cæterum ſitum hujus ædis facile aſſequimur, dum eam in Zeugmate ſitam fuiſſe ſcribunt; de quo quidem loco pluribus ſupra.

Ἐν τῷ Πετρίῳ) Hanc ædem ſancti Eliæ Prophetæ in Petrio ſitam poſtmodum Baſilius Macedo de novo inſtauravit, ut ſcribit Porphyrogenitus in ævi Vita cap. LIV. Τὸν δὲ Ἠλίου τοῦ Προφήτου κατὰ τὸ Πετρίον ναόν, [illegible]. Eliæ vero Prophetæ in Petrio templum, tanquam quod animam ageret, corroboravit, & munifice extruxit, liberans e vicinarum ædium coarctatione, quæ illud circum ambiebant comprimebantque. Deinde capite
99. ſequenti idem Porphyrogenitus docet, cur Sanctum Eliam Porphetam adeo coleret Baſilius. nimirum quia matri ipſius in imperium promotionis nuntius extiterat: καὶ τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν, τὸν Ζηλωτήν, [illegible], &c. Quod vero attinet ad ſitum hujus ædis ſancti Eliæ, facile aſſequimur ex ordine quo urbem deſcribit Anonymus noſter, locum Petrion extitiſſe ad ſinum Ceratinum, cum hac ſecunda parte deſcribat idem Scriptor illam urbis partem quæ erat ad ſinum prædictum; quo quidem loco ponitur Petrion etiam a Nicephoro Calliſti uti paulo infra demonſtrabimus.

Δεῖτε ἀπάρτημα αὐτῶν, &c.) In Codice Colbertino legitur, δεῖτε ἀπάρτημα αὐτῶν ἐν τῷ ταξεῶνι τῷ βασιλεῖ.

Περὶ τοῦ ἁγίου Εὐφημίας τὸ Πετρίου) Codex Colbertinus ſic præfert hunc titulum, Περὶ τῆς ἁγίας Εὐφημίας τῆς ἐν τῷ Πετρίῳ.

Τὸ Πετρίον) Ita omnes Codices MSS. quos conſului, & Codinus, quin etiam Theodorus Lector Ecl. II. qui narrat, in hanc ædem ſanctæ Euphemiæ in Petra ſitam, imperante Theodoſio Magno, illatas fuiſſe reliquias ſanctorum Martyrum Terentii & Africani; quorum quidem feſtum agunt Græci, die x. Aprilis: [illegible]. Eodem Theodoſio Magno imperante depoſitæ ſunt ipſius juſſu & mandato in Martyrio ſanctæ Euphemiæ in Petra, reliquiæ ſanctorum Martyrum Terentii & Africani x. Kal. Octobris. Ex quibus Theodori verbis apparet, hanc ædem ſanctæ Euphemiæ non ſolum appellatam fuiſſe τὸ Πέτριον pro τὸ Πετρίον, ſeu εἰς τὸ Πετρίον, verum etiam longe ante Anaſtaſium cutiſſe in Petrio ædem ſanctæ Euphemiæ ſacram; quod quidem conſtat etiam ex Chronographia ſancti Nicephori Patriarchæ CP. qui ſcribit, Oratorium ſanctæ Euphemiæ in Petrio ædificatum fuiſſe ante conditam Conſtantinopolim a Caſtino Byzantino Epiſcopo: [illegible]. Hic Byzantii in loco, qui Petrium appellatur, Oratorium ſanctæ Euphemiæ, tunc martyrium paſſæ, ædificavit. pag. 650. His conſona habet Nicephorus Calliſti in Catalogo Epiſcoporum ac Patriarcharum CP. a nobis hic primum edito n. 349. & etiam idem Scriptor Hiſt. Eccl. lib. VIII. cap. 6. ubi de Caſtino Epiſcopo Byzantino, quem Conſtantinum appellat: [illegible]. Hic primo Epiſcopatus ſui anno intra Byzantium in parte ſeptentrionali templum ædificavit, atque id Euphemiæ Martyri, quæ tum Martyrio vitam finierat, conſecravit. Ex his Nicephori verbis conſtat, hanc ædem ſanctæ Euphemiæ in Petrio non ſolum conſtructam fuiſſe ante conditam Conſtantinopolim, verum etiam qua urbis in parte ſita illa fuerit; nam, dum eam in ſeptentrionali parte ponit, ſatis manifeſte oſtendit, eam ad ſinum Ceratinum ſitam fuiſſe, quo quidem loco ſtatuitur etiam ab Anonymo noſtro, qui ſecunda hac parte ædificia ad ſinum Ceratinum deſcribit, ut videre eſt in tabella II. Hanc vero ipſam ædem ſanctæ Euphemiæ poſtmodum reædificavit Baſilius Macedo, ac filias ſuas ibidem attondit, ut ſcribit Anonymus noſter infra n. 110. Cæterum præter hanc ædem ſanctæ Euphemiæ & ſancti Eliæ, alia etiam ædificia in Petrio extiterunt; nam Deiparæ ædis & Monaſterii Monialium in Petrio meminit vetus Scheda apud Ughelium in Archiepiſcopis Neapolitanis num. XIV. ex Regeſto Roberti Regis: Anno MCCCXXXIV. Monaſterium Monialium Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Petreio de Conſtantinopoli Ordinis Ciſtercienſium regulæ ſancti Benedicti, &c. Vide quæ de veteri Petrio habet infra Anonymus noſter n. 111. & noſtras ibidem Notas.

Τὰ δὲ Γαρμιάδου) Sic ex Cod. Reg. 2. & Codino. In Regio 1. legitur, τὰ δὲ Γαρμιάδου.

Πέτρα πατρικία) Sic ex Codino; nam vox Πέτρα deeſt in Cod. Reg. 1. Cæterum vide Codinum qui paulo diverſa narrat, & Thevetum lib. XIX. Coſmograph. cap. III. pag. 819.

Τὸν στηλίον τοῦ Ταύρου ἐμπρίνου) Vide quæ de Foro Tauri habet Anonymus noſter ſupra n. 48. & noſtras ibidem Notas.

Ἀρκαδίου) Fortaſſis hæc Arcadii ſtatua, de qua hic loquitur Anonymus noſter, corruit eo terræmotu, qui anno XXXI. Juſtiniani accidit, ut ſcribit Theophanes, & ex eo Cedrenus: [illegible]. Corruit etiam Arcadii Imperatoris ſtatua ad fornicis Tauri partem ſiniſtram.

Ἐν τῷ Ζευξίππῳ λουτρῷ) Innumeras ſtatuas ſtetiſſe in Balneo Zeuxippi teſtantur Epigrammata a nobis hic edito lib. VII. Vide quæ de hoc Balneo habet Anonymus noſter n. 65. & noſtras ibidem Notas.

Περὶ τοῦ Ἀρματίου) Hic in Cod. Colbertino pro Ἀρματίου ſcribitur Ἀρμάτου: ſic & in uno Codice Lambeciano legebatur, ut idem ſcribit in Notis ad Codinum. In Chronico Alexandrino pro Ἀρματίου perpetuo legitur Ἀρμάτου. 100.

Τὰ δὲ Ἀρματίου) Sic ex contextu, & ex Cod. Reg. 2. & Codino reponimus. In Reg. 1. ſcribitur, τὰ δὲ Ἀρμάτου.

Οἶκος ἦν Ἀρματίου τινὸς μαγίστρου) De Armatio ſeu Harmatio & ejuſdem cæde pluribus Scriptor Chronici Alexandrini pag. 326. E. R. Theophanes in Zenone, & alii Scriptores Byzantini. Vide quæ de Harmatii tractu habet Anonymus noſter ſupra n. 3. ubi formam a Conſtantino

Magno condi᾽æ deſcribit: ex quibus Anonymi verbis ſitum hujus loci ſeu tractus facile aſſequi poſſumus. Dum vero ſcribit idem Anonymus noſter n. 12. ædem, vulgo dictam Harmarii a Conſtantino magno conditam fuiſſe, in eaque cortem ac curſus eundem Auguſtum poſuiſſe, cum Byzantinos ſubjugaſſet ſecum ipſe pugnare videtur: neque aliud mihi ſupereſt dicendum, niſi vulgatum illud
Edit. Pariſ. pag. 652. dictum, *mendacem oportet eſſe memorem*. Sic ſibi non conſtant Græculi iſti infimi ævi. Cæterum Ciſternam cognomine Arietariam, Gerocomium & Balneum, in tractu Harmarii extruxit Stephanus Accubitor Mauricii Imperatoris, ut ſcribit Codinus. Sed vide quæ hac de re infra monemus n. 101.

Εἰς τὴν κοχλίαν τὴν ἐρχόμενον, &c.) Clarius hæc a Codino narrantur, ἀνερχόμενος τὴν κοχλίαν, τὴν ἀνάγουσαν εἰς τὸ καθισμα τοῦ Ἱπποδρομίου. Cochlea autem, dicta fuit ſcala in Cochleæ modum contorta, per quam Imperatores ex Palatio in Hippodromi thronum aſcendebant. Neque ſoli Harmatio funeſtus fuit aſcenſus per Cochleam; nam & Ilius, ut refert Theophanes anno VI. imperii Zenonis, dum per eandem Cochleam aſcenderet cæſus fuit, & Gratianus Auguſtus, ut narrat Scriptor Chronici Alexandrini in eodem, in Cochlea occiſus fuit: ἐν τῷ ἀνέρχεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ Ἱππικὸν Κωνσταντινουπόλεως θεωρῆσαι διὰ τοῦ Κοχλίου, κατὰ τὴν θύραν τὴν λεγομένην Δεκίμου. *Dum in Circum Conſtantinopolitanum aſcendit ſpectaculorum gratia, per Cochleam, ad portam quæ Decimi appellatur*, &c. Vide quæ de Cochlea habet idem Scriptor in Zenone, ubi de cæde Harmatii, & in Juſtiniano. Procopius lib. 1. de Bello Perſico cap. XXIV.

Περὶ τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς, &c.) In Cod. Colbertino titulus iſte ſic concipitur: Περὶ τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας καὶ θαυματουργοῦ Θεοφανοῦς.

Τὴν ἔξωθεν, &c.) Codinus, τὴν ἔσωθεν ἔξωθεν τῆς παλαιᾶς κόγχης τῶν μνημοθεσίων βασιλικῶν εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους.

Ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος Πορφυρογέννητος) Sic ex Cod. Reg. 2. & Codino. In Reg. 1. perperam legitur, ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Λέοντος τοῦ Πορφυρογεννήτου. In Cod. Colbertino fuſius hæc narrantur, ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Λέοντος, ὁ Πορφυρογέννητος· ἥτις κατάκειται εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους. ἥτις μέχρι τῆς σήμερον ἀναπηγάζει χρονοῖς θαυμάτων μεγίστων ἐν τῇ γυναικείᾳ μορφῇ, τὸ εἰς ὄνομα τιμωμένη τοῦ μεγάλου καὶ ἁγίου Κωνσταντίνου. Situm autem hujus ædis facile aſſequimur, dum ea ponitur prope ædem Sanctorum Apoſtolorum non ſolum ab Anonymo noſtro ac aliis Originum CP. Scriptoribus, ſed & ab ipſo Zonara, qui hujus ædis ſtructuram non Conſtantino Porphyrogenito, ut Originum Scriptores, ſed Leoni Philoſopho adſcribit: Τιμῶν δὲ τὴν πρώτην αὐτοῦ γαμετὴν τὴν μακαρίαν Θεοφανώ, τέμενος ἀνήγειρεν εἰς ὄνομα ἐκείνης ἐγγιστα τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ναοῦ, ἐν ᾧ καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς κατέθετο. *Nomine autem ſanctæ Theophanonis primæ conjugis ſuæ, honoris ergo, ædem extruxit proxime ſanctorum Apoſtolorum templum, in eaque corpus illius repoſuit*. Leoni autem Philoſopho hujus ædis ſtructuram attribuunt etiam Symeon Magiſter, Leo Grammaticus, Scylitzes & Anonymus Combefiſianus in eodem Leone. Vide quæ de hac ipſa re infra adnotamus n. 349.

101. Περὶ τοῦ ἁγίου Μάρκου, &c.) In Cod. Colbertino ſic legitur titulus iſte: Περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Μάρκου.

Ὁ ἅγιος Μάρκος) Integrum hoc caput ex Codino reponimus. Corrupte ſcribitur in Cod. Reg. 1. & Colbertino: Ὅτι ὁ ἅγιος Μάρκος, ἐκκλησία ἦν μεγάλη ξυλόστρωτος. ἔκτισε δὲ Κωνσταντῖνος ὁ στοιχείωσε, καὶ ἵστατο ἐστηλωμένος ἐπάνω τῆς ἀψῖδος τοῦ Ταύρου τῆς δυτικῆς. χαλκοῦς δὲ ἦν. Cæterum Eccleſia ſancti Marci ad Taurum etiam ſtatuitur in Synaxariis ad 11. Januarii, & ad XXV. Aprilis.

Χαλκοῦς δὲ καίτοι) Hoc etiam caput integrum ex Codino reponimus; nam in Cod. Reg. 1. & Colbertino, ut paulo ſuperius demonſtravimus hæc præcedentibus juncta ſunt; ſic etiam in Reg. 2. ubi fuſius hæc narrantur: ἀλλὰ καὶ κανονικῶς ἐστοιχειώθη ξέστευε ἐστηλωμένος ἐπάνω τῆς ἀψῖδος τοῦ Ταύρου τῆς δυτικῆς. Χαλκοῦς δὲ ἦν ὁ καίτοι, καὶ μυίας καὶ κόρυδοι. ὁ δὲ Βασίλειος ἐτζάκισεν αὐτόν. ὃν δὲ τοῦτο, ὅτι διὰ ταῦτα ἐν ἐστοιχείωσε τῇ πόλει ὅτι κόρυδοι, ὅτι μυίας, ὅτι ψύλλας, ὅτι φθεῖρας, ὅτι κώνωπες. Vide quæ de iiſdem inſectis loquitur Anonymus noſter ſupra n. 18.

Τὸν δὲ κοστέρναν εἰς τὰ τοῦ Κριοῦ &c.) Codinus ſic: 102.
Τὴν δὲ κριοῦ τὴν κιστέρναν, καὶ τὸ γηροκομεῖον, &c.

Καὶ τὸ λοῦμα) Subjungitur in Codino, ἐν τῷ λοῦμα pag. 652.
τὸ ὂν εἰς τὰ Ἀρματίου, &c. Vide quæ de Harmatii tractu ſupra adnotavimus n. 100.

Ἔκτισε Στέφανος) Stephani hujus qui Gerocomium condidit, memoriam agunt Græci die XXVII. Februarii. Maximus Cytheræus in Vitis SS. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Στέφανος ὁ συστησάμενος τὸ γηροκομεῖον τῶν Ἀρματίου ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. *Eodem die ſanctus Stephanus, qui Gerocomium in locis Harmatii conſtituit, in pace obdormivit*.

Μετὰ χρόνους ιβ΄.) Codinus, μετὰ δώδεκα χρόνους τῆς βασιλείας αὐτοῦ: cætera deſunt in Codino.

Ὁ ἅγιος Προκόπιος τὰ Βιγλεντίας) Diverſa hæc in Codino habentur: Ὁ ἅγιος Προκόπιος τὰ Βιγλεντίας, εἰς τὸν Ταῦρον, ἐκτίσθη παρὰ Ἰουστινιανοῦ, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ αὐτόθι παλάτια ἔκτισε, λόγῳ τῆς αὐταδέλφης αὐτοῦ Βιγλεντίας. Num vero ædes hæc ſancti Procopii Vigilantiæ dicta, in Tauro ſita, eadem ſit ac ædes ſancti Procopii Chelonæ cognominata, de qua æde loquitur Anonymus noſter n. 91. non ſatis liquet.

Ζωστὴ ἦν Θεοδώρας, &c.) Antonina Theodoræ Imperatricis fuit Ζωστὴ, hoc eſt, *Ornatrix*, ſeu *a veſte*, dignitate Patricia; ex viro, cui ante Beliſarium nupſerat, plures ſuſcepit filios; in his Photium, & filiam, quam Ildigeri tradidit in matrimonium. Ex Beliſario unicam ſuſcepit filiam, nomine Joanninam, quam Anaſtaſio Theodoræ Auguſtæ nepoti in matrimonium dedit. De Antonina hæc Svidas in voce, Ἐγγυώμενον. Ἤδη ὀψιγόνῳ ὕστερον Βελισαρίῳ γυνὴ γέγονεν ἤδη παίδων μήτηρ γεγενημένη πολλῶν, ἀνδρὶ δὲ ἐξ ἀρχῆς μοιχεύτρια τὸ ἐξόσιον. *Hæc deinde multorum jam liberorum mater, Beliſarii conjux fuit, ſtatimque adulterio infamis*. Hujus impudiciſſimæ fœminæ mores pluribus deſcribit Procopius Hiſtoriæ Arcanæ cap. 1. & ſeqq.

Μετὰ τῆς Βιγλεντίας) Vigilantia Juſtiniani Auguſti ſoror, cujus ſæpe meminit Corippus, & præſertim his verſibus:

Mater conſilii placidis Vigilantia rebus
Semper ineſt oculis, quamque omni pectore geſtas,
Alma Auguſta tui conſors Sapientia regni.
Tu quoque juſtitiæ nomen de nomine ſumens, &c.

Ubi Poeta alludit ad nomina Juſtini, & Sophiæ ejus conjugis, ac Vigilantiæ ejuſdem matris.

Πλησίον τῆς Κύρου) Docemur hinc, Anthemii ædem ac tractum extitiſſe proxime ædem Deiparæ 103.
Cyri nuncupatam; de qua æde Deiparæ loquitur Anonymus noſter ſupra n. 95. ubi vide quæ de ea adnotavimus.

Ὃν ἔστεψεν αὐτὸν, δέδωκεν αὐτῷ, &c.) Marcianus Anthemio Euphemiam filiam in matrimonium dedit; at non a Marciano Anthemius, ſed a Leone Romam pro Imperatore ablegatus fuit, Coſſ. Puſæo & Joanne, anno decimo, ſeu ut alii, undecimo Imperii Leonis, Chriſti 467. Codinus autem ſubjungit, ὃς καὶ ἔστεψεν αὐτὸν ἐν τῇ πόλει, δέδωκεν αὐτῷ τὴν ἐκ πρώτης γυναικὸς αὐτοῦ θυγατέρα, καὶ ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην βασιλέα. ὁ δὲ τὸν αὐτοῦ οἶκον εἰς ναὸν καὶ γηροκομεῖον ἀνήγειρε, καὶ λοῦμα. *Quem Marcianus Imperator in urbe coronavit, & data ei in uxorem filia, quam ex prima uxore ſuſceperat, Imperatorem Romam miſit. Is vero domum ſuam in templum, Gerocomium & balneum mutavit*. Cui autem ſacra fuerit iſta eccleſia ab Anthemio extructa ſatis declarat Scriptor Chronici Alexandrini, qui eam & ſancto Thomæ Apoſtolo fuiſſe ſacram, & ſitam prope Baradium ait: Οὗτος Ἀνθέμιος οἰκοδόμησε τὸν ἅγιον οἶκον τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ Ἀποστόλου, τὰ λεγόμενα Ἀνθεμίου, πλησίον τοῦ Βαραδίου. *Anthemius iſte ædificavit ſacram ædem ſancti Thomæ Apoſtoli, Anthemii appellatam, prope Baradium*.

Et infra idem Scriptor eandem ædem τὸ Ἀποστόλιον nuncupatam fuiſſe ſcribit: Τούτῳ τῷ ἔτει βασιλεύοντι Ἀνθεμίῳ ἐν Ῥώμῃ, ἐκτίσθη ὑπ' αὐτοῦ οἶκος τῆς ἁγίας Θωμᾶ, πλησίον τοῦ Βοραιδίου, λεγόμενος τὸ Ἀποστόλιον. *Hoc anno imperante Romæ Anthemio condita eſt ab illo ædes ſancti Thomæ prope Boradium, dicta Apoſtolium.* At fallitur idem Scriptor qui illo anno Imperatorem Anthemium facit. Vide quæ hac de re paulo ſuperius monemus. Sed num hæc ædes ſancti Thomæ, Apoſtolium dicta, ſit eadem ac ædes ejuſdem ſancti, quam Apoſtolium perinde vocat, ac vicinam fuiſſe ait τῇ μονῇ τῆς Αὐγούστης Anonymus Scriptor in Miraculis ſancti Anaſtaſii Perſæ cap. xv. non ſatis liquet, maxime cum Monaſterium Auguſtæ ad Propontidem ſteterit, uti n. 150. demonſtramus, hæc vero ædes ad ſinum Ceratinam, & proxime ædem Deiparæ Cyri dictam ut habet Anonymus noſter, qui hæc ſecunda parte urbis ædificia deſcribit, quæ ſita erant ad prædictum Sinum; niſi Anonymus noſter confundat Anthemii tractum cum ſancti Anthimi Martyris Martyrio, quod a fundamentis extruxit Juſtinianus in ipſo Sinus littore, ἐπὶ θάτερα τοῦ κόλπου, ut ſcribit Procopius lib. I. de Ædif. cap. VI. Quod autem ſcribit Ducangius lib. IV. CP. Chriſt. pag. 117. *Tractum vero Anthemii appellatum ad littus Propontidis, haud procul a Portu Eutropii, ſtatuit Theophanes pag. 331.* mihi non arridet, tum quia ibi loquitur Theophanes de Anthimii æde ſeu tractu, non vero Anthemii, quæ ædes ſancti Anthimii ſeu Anthimi, nam utroque modo hoc nomen ſcribitur a Græculis, extitit ad Sinum Ceratinum, ut ſupra ex Procopio demonſtravimus; tum etiam quia Theophanes τὰ Ἀνθεμίου non ponit proxime Portum Eutropii, qui ſane portus erat ad Chalcedonem, ut infra n. 168. obſervamus, ſed tantum narrat ibi Scriptor ille Saracenorum claſſem Eutropii ac Anthimii oras occupaſſe. Cæterum de Anthemii Monaſterio crebra occurrit mentio apud Scriptores Byzantinos, ut videre eſt apud Ducangium CP. Chriſt. lib. IV. pag. 152. E. R.

Ἐν ταῖς χρόνοις Ἀρκαδίου, &c.) Sic ex Cod. Reg. 2. & Codino. Corrupte ſcribitur in Reg. 1. ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ ἢ Σοφίας τῆς Αὐγ. τῆς [illegible]. Gainas ſiquidem tyrannidem adverſus Arcadium excitare molitus eſt. Theophanes anno VIII. ejuſdem Arcadii: Τούτῳ τῷ ἔτει Γαϊνᾶς ἐτυράννησε κατὰ Ἀρκαδίου, ἢ πολλὰ κακὰ τῷ Βυζαντίῳ ἐνεδείξατο. ὅρκων δὲ λαβὼν παρὰ Ἀρκαδίου, καὶ δοὺς ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Εὐφημίας ἐν Χαλκηδόνι τούτους παρέβη, καὶ πλεῖστα ἀθέμιτα κακὰ διαπράξας ἐν τῇ πόλει χωρεῖ πρὸς ἁρπαγάς, ἢ ὕστερον αἰσχύνας αὐτὸς ἐξελθὼν εἰς τὴν Χερρόνησον τῆς Θρᾴκης χεδίας ποιήσας κατεσκεύασεν· ἵνα περὶ τὴν Ἀσίαν περαιωθεὶς τὰς ἀνατολικὰς πόλεις χειρώσηται. ἔνθα πολέμου πολλοῦ συῤῥαγέντος κατά τε γῆν ἢ θάλασσαν, ἀπώλετο σὺν τοῖς στρατεύμασιν. *Hoc anno Gainas tyrannidem adverſus Arcadium excitare molitus, multa mala Byzantio intulit. Datis autem & acceptis ab Arcadio juramentis in Chalcedonenſi ſanctæ Euphemiæ templo perjurii reum, pluribus per nefas ſceleribus attentatis, etiam ad urbis Regiæ direptionem, & contra ejuſmodi facinora progreſſus damnandum ſe probavit. Inde ad Thraciæ Cherſoneſum divertens tumultuaria confecit navigia, ut in Aſiam transfretatus Orientales urbes ſub poteſtatem mitteret. Ibi demum magno terra marique prælia commiſſa, cum ſuis exercitibus periit.* Vide quid de Gaina Marcellinus Comes ad annum 395.

Τὰ δὲ Μεγεθίου Μεγέθια, &c.) Sic ex Codino. In Cod. Regio 1. ſcribitur, Τὰ δὲ Μεγεθίου δέκατον ἀνήγειρε, &c. De hoc Megethiæ ædificio nullam mentionem faciunt, quod ſciam, reliqui hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores.

104. Ἰουλιανὴ ἡ θυγάτηρ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ κτίτορος τοῦ ἀγωγοῦ) Dum hic aquæductus conditorem Valentinianum facit Anonymus noſter, ſecum ipſe pugnare videtur; nam hujus ſtructuram Valenti Imperatori attribuit idem Scriptor n. 136. De qua re vide quid ibidem adnotamus. Quod autem ait, Julianam Valentiniani filiam, uxoris Theodoſii Magni ſororem Eccleſiam ſancti Polyeucti condidiſſe, neſcio an vere, cum tres tantum filias Valentiniano tribuant cæteri Scriptores, nimirum Juſtam, & Gratam, quæ cœlibem vitam egerunt; tertiam vero Gallam Placidiam Theodoſii Auguſti uxorem; quas quidem tres filias Valentinianus Imp. ex Juſtina ſecunda uxore ſuſcepit, nam Severa ejus prima uxor illi tantum Gratianum genuit. Sed fortaſſis Juliana iſta ut ait & Ducangius, fuerit Valentiniani III. ex filia Placidia neptis, Areobindi conjux; quæ ſub Impp. Anaſtaſio & Juſtino I. potiſſimum floruit; necnon ſub Juſtiniano ut placet Gregorio Turonenſi qui lib. I. de Mirac. cap. CIII. ſcribit, Julianam matronam Conſtantinopolitanam, tempore Juſtiniani Magni, Cameram S. Polyeucti, qui Conſtantinopoli magno cultu colebatur, quod perjurii præſens ultor exiſtimaretur, auro puro veſtiviſſe, ut avaritiam Principis deluderet; ut ſubjungit idem Scriptor, templum hoc S. Polyeucti extitiſſe prope ædem Julianæ. Hæc fortaſſis intelligit Gregorius de æde ſanctæ Julianæ Martyri ſacra, quæ erat proxime ædem ſanctæ Euphemiæ in Petrio; quæ quidem ædes ſanctæ Euphemiæ extitit ad Sinum Ceratinum ut paulo ſuperius demonſtravimus n. 98. Sic de ſancta Juliana habent Menæa ad XXI. Decembris: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ μαρτυρείῳ αὐτῆς, πλησίον τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Εὐφημίας ἐν τῷ Πετρίῳ. Vide Lambecium Biblioth. Cæſ. tom. 2. p. 1. pag. 572. & ſeqq. Quod vero attinet ad ædem ſancti Polyeucti, Salmaſius ad Solinum pag. 1213. laudat ſequentes verſus ex veteri Epigrammate, quibus templi ſancti Polyeucti a Juliana conditi, Concham deſcribi obſervat:

> Κόλπου δ' ἀμφοτέρωθεν ἐπ' ἀψῖδεσσι χυθέντος
> Φέγγος ἀεὶ δινητὸν ἐμαρμαίροντο σελήνης.

Cæterum Menæa ad XVI. Decembris templum ſancti Polyeucti vicinum fuiſſe ædi ſancti Chriſtophori Martyris indicant: Καὶ τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Χριστοφόρου, πλησίον τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου.

Ἡ ὑπεραγία Θεοτόκος ἡ Πετραλείτου) Sic ex Codino, ubi etiam legitur pro ἡ Πετραλείτου, ἡ Πετραλέτρα. In Cod. Reg. 1. ſic incipit caput hoc, Πετραλείτου ἐκαλεῖτο οὕτως; & in Regio 2. τὰ δὲ Πετραλείτου. In uno ex Codicibus Vaticanis ſcribitur τὰ Πετραλέτου, ut habet Lambecius in Notis ad Codinum.

Τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον τὰ Ἀρεοβίνδου) Huic Petro Mauricii Imperatoris fratri ſtructuram ædis Deiparæ Areobindi cognominatæ & Theophanes adſcribit, ad annum XVI. imperii Mauricii, niſi quod in Codicibus Theophanis pro τὰ Ἀρεοβίνδου legitur, τῶν Ῥεοβίνδα, & in aliis τῶν Ἀρεβίνδα; Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Πέτρος ὁ ἀδελφὸς Μαυρικίου ἔκτισε τὴν ἐκκλησίαν τῆς ἁγίας Θεοτόκου τῶν Ῥεοβίνδα κοσμήσας αὐτὴν ἐκ διαφόρων μαρμάρων. *Hoc etiam anno Petrus Mauricii frater ſanctæ Deiparæ Arabindarum Eccleſiam diverſis marmoribus ornatam extruxit.* Quæ in hanc rem habent Zonaras & Cedrenus in Mauricio ex eodem Theophane hauſerunt, niſi quod eccleſiam illam Deiparæ τῶν & τὰ Ἀρεοβίνδου appellant.

Μάγιστρος ἢ Κουροπαλάτης) Perperam legitur in Cod. Reg. 1. μάγιστρος, καὶ Κουροπαλάτου ἀδελφοῦ Μαυρικίου; & in Reg. 2. μάγιστρος ἢ ὁ Κουροπαλάτης ὁ ἀδελφὸς Μαυρικίου; nam Petrus iſte ſæpe a Mauricio fratre in bellis, quæ eo Imperatore contigerunt, copiis ſummo cum imperio præfectus eſt, & ab eodem Auguſto Dux Thraciæ, & Curopalata dictus fuit; tandem a Phoca tyranno una cum cæteris ex Mauricii familia interfectus eſt, ut pluribus narrant Scriptores qui geſta Mauricii memoriæ prodiderunt. 105.

Ὁ δὲ Ἀρεόβινδος) Hæc ita ex Cod. Vaticano, quem laudat Lambecius in Notis ad Codinum; cætera ex Cod. Reg. 2. ubi ſcribitur: ἐπεὶ ὁ Ἀρεόβινδος, δι' ὃν, &c. In Reg. 1. hæc corrupta ac depravata ab indocto ſcriba ſic habentur, ἐπὶ Ἀρεοβίνδου, διὸ καὶ ἦλθεν ὁ τόπος τὴν προσηγορίαν, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ Θρᾳκός· καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ, οὐκ ἐκτίσθη μετὰ ηβ'. ἔτη· ὃ ἐπ' ἐκείνου ἐκλήθη ἡ ἐκκλησία τὸ λῆμμα.

Μετὰ ηβ'. χρόνους) Annorum notam Codicis Reg. 1. ſecuti ſumus, cum in Reg. 2. legatur, μετὰ δὲ δώδεκα χρόνους, &c. & in Codino, μετὰ δὲ ἑξήκοντα

Edit. Pariſ. pag. 653.

pag. 654.

δύο χρόνοις ἐπὶ Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκὸς ἐκτίσθη τὸ λοῦμα. Quod Lambecius interpretatur. *Balneum vero ejuſdem loci annis nonaginta duobus poſt ſub Juſtino Thrace extructum eſt.* Unde videtur hic loqui Codinus de Areobindo Julianæ Aniciæ, filiæ Olybrii ac Placidiæ, marito, vel de altero Areobindo, qui Conſul fuit anno CCCCXXXIV. obiitque anno CCCCXLIX. At Anonymus noſter loquitur de Areobindo Patricio marito Præjectæ Juſtiniani
Edit. Pariſ. pag. 655. magni ſororis filiæ, quem idem Auguſtus Urbi primum, mox Prætorio Orientis Præfectum, ac denique Magiſtrum militiæ in Africa dixit anno DXLVI. ubi ille ſequenti anno a Guntharito, qui tyrannidem invaſerat, occiſus eſt. Vide de eo Procopium lib. II. Vand. cap. 24. 27. Theophanem, Marcellinum. Jornand. de reg. ſucc. pag. 594. Vict. Tun. pag. 129. Cæterum ſi ſpatium nonaginta duorum annorum non bene quadrat, meminerit lector ignorantiæ illius ævi Scriptorum, & maxime Græculorum.

Καὶ τὸ λοῦμα) Hujus Balnei meminit & Leo Grammaticus in Michaele Theophili filio pag. 461. cui quidem *τὸ λοῦμα τοῦ Ἀρεοβίνδου* dicitur. Quod vero attinet ad ſitum hujus loci ſeu Tractus Areobindi cognomine, eum procul dubio ad Sinum Ceratinum videtur ponere Anonymus noſter. In hoc autem tractu Areobindi dicto extitit & Oratorium ſanctæ Paraſceves Martyris, ut ſcribit Gregorius Diaconus in vita ſancti Baſilii Junioris cap. XXXIX. *Ἦν δὲ οὗτος ἱερεὺς τοῦ εὐκτηρίου τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Παρασκευῆς, τοῦ πλησίον Ἀρεοβίνδου ἱδρυμένου. Erat autem hic Oratorii ſanctæ Paraſceves magnæ Martyris, quod excitatum eſt in tractu urbis Areobindi nuncupato, Sacerdos.* Vici vero Hagia Paraſceve Græcis dicti meminit Gillius lib. II. de Boſporo Thracio cap. II. quem extare ait idem Gyllius in littore Portæ Palatinæ ad Sinum obverſo.

Τὴν δὲ ἁγίαν Ἀναστασίαν τὴν Φαρμακολύτριαν) Codinus *Φαρμακολύτριαν* appellat. Sancta autem Anaſtaſia quam Græci appellant *Φαρμακολύτριαν*, martyrium paſſa eſt Valeriano, ſeu ut aliis placet, Diocletiano imperante. Vide Menæa XI. Januarii, & XXII. Decembris; præterea Menologium Baſilii X. Januarii, Menologium Sirleti XII. Octobris. De hac ſancta Anaſtaſia & de *φαρμακολυτρίας* epitheto vide Combefiſium ad Nicetæ Paphlagonis orationes panegyricas pag. 510. & ſeqq. Num vero hæc ædes ſanctæ Anaſtaſiæ, quæ Anonymo noſtro ac cæteris Originum Scriptoribus dicitur extructa ab Anaſtaſio Dicoro, ſit eadem ac illa ædes Anaſtaſiæ, quæ erat in Tractu Mauriani de qua Anonymus noſter loquitur n. 85. & cujus ſtructuram ſancto Marciano adſcribit, oſcitur. Vide quæ de ea ibidem obſervavimus.

Τὸ δὲ Δημομάκελλον) Sic ex Codice Reg. 2. & Codino. In Reg. 1. legitur, *τὸ δὲ Διμάκελλον*. Dimacellum autem ſcribitur & in Chronico Symeonis Logothetæ in Conſtantio: *ὁ δὲ Εὐδόξιος τὸν ναὸν* (Magnam Eccleſiam) *κατασκευάζων ἐτελεύτησεν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, ὅπερ καὶ γνωστόν ἐστιν ἐν τῷ λεγομένῳ Διμακέλλῳ, τὰ Εὐδόξου ἰδιωτικῶς λεγόμενα.* At Scylitzes in Michaele Stratiotico locum hunc *Δημοσιακέλλιον* appellat, eumque ſtetiſſe haud procul a Palatio ſcribit; quam quidem vocem Xylander *populi Macellum* interpretatur; & Meurſius in Gloſſ. *publicum Macellum*, quemadmodum *λεωφόρος*, & *λεωφόρος ὁδός*, *via publica* dicitur. Quæ ſi vera ſunt, ut probabile eſt, & quidem magis quam quæ ab Anonymo noſtro narrantur, locus iſte *Δημομάκελλον* dictus, haud diverſus fuiſſe videtur a Macello, quod Foro Conſtantini proximum fuiſſe ſcribit Socrates lib. I. cap. XXV. ubi tradit Latrinas illas, in quibus Arius animam exhalavit, extitiſſe, *ὄπισθεν τῆς ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, καὶ τοῦ ἐν τῇ στοᾷ μακέλλου*, pone forum Conſtantini & Macellum in porticu. Cæterum apud Scriptorem Chronici Alexandrini *Δημοσιακέλλιον* legitur in Arcadio; ubi quidem Meurſius *Δημομάκελλον* reponendum cenſet; ſecus vero Ducangius.

Τὰ Καμάτηρα) Iiſdem ferme verbis hæc repetit Anonymus noſter ſupra n. 45. ubi vide quæ adnotavimus.

Εἰς δὲ τὸ Χρυσοκάμαρον) Agit infra Anonymus noſter de Chryſocamera n. 134. ubi vide quid de ea ac ejus ſitu adnotamus. 106.

Ἦν ὁ οἶκος τοῦ Μουσελέ) Subjungit Codinus ubi de Chryſocamera agit. *Εἰς δὲ τὸ Χρυσοκάμαρον τὸ πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀκακίου, ὅπου ἐστὶ τὰ Μουσελέ ὁ οἶκος, Χριστοῦ ὑπάρχει εἰκονισμός.* In Cod. Reg. 1 ſcribitur *τοῦ Μουσέλ*. Quæ quidem res mihi ſcrupu- pag. 656. lum facit, num hic loquatur Anonymus noſter de Muſelii domo, quam Muſelius extruxerat in gratiam illorum qui Muſis ſtuderent; & in quam habentur tria epigrammata a nobis infra edita n. 430. ubi vide quæ de hoc Muſelio obſervamus; an vero idem Scriptor loquatur de Domo Alexii Moſelis, nobilis Armenii, qui Mariam Theophili Imperatoris filiam natu minorem, in uxorem duxerat, vel de domo alterius cujuſdam Moſelis qui ex Alexii ſtirpe prodiit; nam plures ex eo prodiiſſe, quin & in extremam paupertatem redactos fuiſſe ejus poſteros ſub Baſilio Bulgaroctono docemur ex ejuſdem Auguſti Novella quæ deſcribitur in jure Græco-Rom. tom. II. p. 175. ubi *τοῦ Μαγίστρου Ῥωμανοῦ τοῦ Μωσελὲ ἐγγόνους εἰς πενίαν καὶ τελείαν ἔνδειαν* perveniſſe ait.

Πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀκακίου) Templum ſancti Acacii in decima Regione extitit, uti ſupra demonſtravimus n. 92. Unde & Moſelis domus, & Chriſocamera, quæ proxime Acacianum templum extitiſſe dicuntur Anonymo noſtro, eadem in regione fuere.

Στήλη ἵσταται Ἰουστινιανοῦ) Vide quid de ſtatua Juſtiniani Rhinotmeti habet Chronographus noſter n. 236. & noſtras ibidem Notas.

Ὁ θεῖος Μιχαήλ) Sic & Codinus; ſed perperam vertit Lambecius, *Patruus Michaelis* Barda avunculus erat Michaelis, ſiquidem frater erat Theodoræ, ut nemo dubitat. Sed velim id potius Scribæ aut typographi mendum credere, quam Lambecio erratum.

Ἐκλήθη δὲ Δεύτερον) His quæ habet hic Anonymus noſter ac cæteri Originum CP. Scriptores de appellatione Deuteri, adſtipulatur & Joeles in Apſimaro. At quam nugaces ſint Græculi iſti, cum nominum etymologiam exhibere conantur, ſæpe alias demonſtravimus. Deuteri ſiquidem ſeu ædis ſanctæ Annæ in Deuteri tractu a Juſtiniano magno extructæ meminit ipſe Procopius rerum a Juſtiniano geſtarum accuratiſſimus Scriptor ac teſtis. Is enim lib. 1. de Ædif. cap. III. ſic habet: *Ἐν χωρίῳ δὲ τῆς πόλεως, ὃ Δεύτερον ἐπικαλεῖται, ἱεροπρεπῆ καὶ ἀγαστὸν ὅλως ἀνέθηκεν ἱερὸν Ἄννῃ ἁγίᾳ, ἣν τινὲς μὲν Θεοτόκου γεγονέναι μητέρα τινὲς οἴονται, τοῦ δὲ Χριστοῦ τήθην. In eo urbis loco, quem Deuterum, ſeu ſecundum vocant, templum nobiliſſimum ac plane mirabile dedicavit ſanctæ Annæ, quam aliqui Deiparæ matrem Chriſtique aviam fuiſſe credunt.* De Deutero autem crebra occurrit mentio apud Scriptores Byzantinos; nam in eo præter ædem ſanctæ Annæ extiterunt & aliæ Eccleſiæ, nimirum ſancti Gregorii, S. Pauli & SS. Notariorum. Deuterum vero inde dictum, ut ait & Ducangius, quod ſecundo milliari ſeu duobus ſtadiis a veteri Byzantio diſſitum eſſet, ut Hebdomum apud Socratem & Idacium, quod ſeptimo milliari remotum eſſet; & decimum apud Annam Comnenam lib. VIII. pag. 225 quod decem ſtadiis a Conſtantinopoli diſtaret. Quod vero ſpectat ad ſitum hujus loci ſeu tractus, juxta Melandeſiam portam Deuterum ponunt Synaxaria ad diem XXV. Octobris, quo celebratur feſtivitas SS. Notariorum; quorum quidem templum ſub Theodoſio a S. Joanne Chryſoſtomo in Deutero ædificatum fuit: *Καὶ θάπτονται ἐν τῇ Μελανδησίᾳ πόρτῃ, ἐν αὐτῇ τῇ Κωνσταντινουπόλει, πλησίον τοῦ Δευτέρου, ὧν τὸν ναὸν μετὰ ταῦτα ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος ἐκ βάθρων ἤγειρε. Et ſepeliuntur in Melandeſia Porta, in ipſa Conſtantinopoli,*

in tractu qui Deuterum appellatur, quorum templum poſt hæc Sanctus Pater noſter Joannes Chryſoſtomus a fundamentis excitavit. Portam autem Melandeſiam portæ Aateæ vicinam fuiſſe, & conſequenter in duodecima Regione extitiſſe ſcribit Ducangius ex Gyllio qui de ea lib. IV. cap. IV. Topograph. CP. agit. At ipſe Deuterum in undecima Regione extitiſſe conjicio ex Anonymo noſtro.

Παρὰ Ἀσπάρ) Perperam legitur in aliquot Codicibus MSS. παρὰ Ἄσπαρος.

Καὶ φυγῇ χρησάμενος) Sic ex Cod. R. 2. Perperam ſcribitur in Reg. 1. καὶ φυγὼν χρησάμενος.

107. Edit. Pariſ. pag. 657. Εἰς τὸν Τέρβελιν) Sic ex Cod. Reg. 2. Corrupte legitur in Reg. 1. εἰς τὸν Τελβέριον τὸν Βούλγαρον, &c. At Theodora ſecunda Juſtiniani Rhinotmeti uxor, non Terbelis Bulgarorum Principis, ſed Buſiri Chazarorum Chagani ſeu Ducis filia fuit; Imperium autem Terbelis Bulgarorum Principis ope recuperavit idem Imperator. Vide Breviar. hiſt. S. Nicephori CP. pag. 124. & ſeqq. edit. Petavianæ. Vide item Chronographum noſtrum n. 236. ubi perperam dicitur Theodora ſoror Buſiri, cum eſſet ejus filia.

Εἰς τὴν παλαιὰν πόρταν) Perperam legitur in Cod. Reg. 1. εἰς τὴν παλαιὰν πέτραν. Codinus n. 127. Portam Antiquam a Conſtantino magno conditam fuiſſe ſcribit, ac eo uſque murum terreſtrem ab eodem extructum proceſſiſſe.

Εἰς τὸν ἀγωγόν) S. Nicephorus CP. Cedrenus, Zonaras, aliique rerum Byzantinarum Scriptores referunt quoque Juſtinianum Rhinotmetum per Aquæductum urbem fuiſſe ingreſſum, ſtatimque Palatium Blachernianum occupaſſe; unde videtur fuiſſe Aquæductus Valentis; nam per decimam quartam regionem, in qua Blachernæ extiterunt, excurrebat Aquæductus ille. Vide quæ de Aquæductu Valentis ſeu Valentiniani infra adnotamus. n. 236.

Καὶ τοῦτο τὸν ναὸν, &c.) Fortaſſis hæc ædes ſanctæ Annæ in Deutero, quam, teſte Procopio, condiderat Juſtinianus Magnus, poſtmodum a Juſtiniano Rhinotmeto inſtaurata eſt, quod nemo ex Hiſtoricis Byzantinis, quod ſciam, præter Originum Scriptores, ac Joelem tradit. Eandem vero poſtmodum renovavit Baſilius Macedo, ut ſcribit Porphyrogenitus in avi Vita cap. LIII. & ex eo Scylitzes in eodem Baſilio.

108. Τὸ δὲ Χρυσοβαλάντου) Codinus Χρυσοβαλάνδιν ſcribit; ubi ait Lambecius: ſecundum Codini etymologiam, Χρυσοβαλάνδιν a vulgo corrupte nominatus fuiſſe videtur hic locus, cum antiquitus appellaretur Χρυσοβαλάντιον. In altero Cod. Regio legitur Χρυσοβαλάντου. At hujus loci Χρυσοβαλάντου aut Χρυσοβαλάνδιν nemo, quod ſciam, ex hiſtoricis Byzantinis, præter Originum CP. Scriptores meminit; unde ubi ſteterit locus is non liquet aliunde, niſi ex Anonymo noſtro qui hac parte urbis monumenta ad ſinum Ceratinum ſita, vel his proxima deſcribit, uti ſæpe monuimus.

Οἶκος ἦν Νικολάου Δομεστίκου τῆς Ἀνατολῆς) In Cod. Reg. 1. hæc tranſpoſita ſunt, οἶκος ἦν Δομεστίκου Νικολάου τῆς Ἀνατολῆς, &c. Codinus vero: οἶκος ἦν Νικολάου πατρικίου καὶ Δομεστίκου τῆς Ἀνατολῆς. Δομεστίκου autem τῆς Ἀνατολῆς, hoc eſt τῶν Θεμάτων τῆς Ἀνατολῆς, ſeu Δομεστίκου τῶν Ἀνατολικῶν Θεμάτων; erat autem & Δομέστικος τῶν Δυτικῶν Θεμάτων. De utraque hac dignitate vide Codinum de Offic. cap. 2. n. 71. 72. cap. 4. n. 86. cap. 5. n. 91. & Cinnamum lib. 2. n. 7. & lib. 3. n. 6. præterea vide Porphyrogenitum lib. 1. de Them. Orien.

Οἱ αἰχμάλωτοι, &c.) Sic ex Cod. Reg. 2. Corrupte legitur in Reg. 1. αἰχμάλωτοι δὲ δύο, καὶ τὸν Ἀρχιστράτηγον, καὶ τὸν ἅγιον Παντελεήμονα.

Ἀπελθὼν εἰς τὸν τόπον, &c.) Sic ex Cod. Reg. 2. Peperam ſcribitur in Reg. 1. ἀπελθὼν εἰς τὸν Ἀσπαροστάσιον, καὶ ἰδρύσας βαλανεῖον ἔχων χλωνεῖν, &c. Vide quæ de Aſparis Ciſterna habet Anonymus noſter n. 136. & noſtras ibidem Notas.

Τὰ λεγόμενα Σπουδῆς ἡ μονὴ) In altero Cod. Reg. quem Lambecius conſuluit, legitur: Τῆς μονῆς τὰ Σπουδῆς. Nemo autem ex Hiſtoricis Byzantinis, quod ſciam, hujus Monaſterii ſanctæ Annæ τὰ Σπουδῆς ſeu *Feſtinationis* dicti, meminit. Situm vero fuiſſe hoc Monaſterium ad Sinum Ceratinum docemur tum ex Anonymi noſtri ordine, quo urbem deſcribit, tum etiam ex ejus verbis, dum ait Annam Leonis Iſauri Imperatoris conjugem, cum uterum ferret, & ex Blachernis rediens pariendi neceſſitate urgeretur, in domum cujuſdam Protoſpatharii divertiſſe ibique peperiſſe. pag. 658. Via enim quæ ducebat a Blachernis ad Palatium ex parte certe Sinus Ceratini erat, ut videre eſt in noſtra tabella Iconographica urbis CP.

Σίδηρος πατρίκιος) Caput hoc in utroque Codice Regio præcedenti capiti junctum eſt. In Reg. 2. pro πατρίκιος ſcribitur πρωτοσπαθάριος. Paulo autem diverſa hæc a Codino narrantur n. 182. 109.

Βασιλέως Κώνσταντος) Sic ex Codino. In utroque Codice Regio legitur, Βασιλέως Κωνσταντίνου. Hic enim Scriptoribus vulgo Conſtans dicitur, licet revera ei a populo, dum coronam acciperet a Patriarcha Sergio, Conſtantini nomen inditum eſſet; quo quidem nomine etiam donatur a Gregorio II. Papa, Anaſtaſio, ac nonnullis aliis Scriptoribus.

Ἐκτίσε δὲ αὐτὸ γηροκομεῖον) Hujus Gerocomii ac templi a Severo conditi nemo, quod ſciam, ex hiſtoricis Byzantinis præter Originum Scriptores, meminit.

Ἐν τῷ Φοίνικι) Portus Lyciæ ita appellatus; de quo loquitur Zonaras in eodem Conſtante nepote Heraclii pag. 87. Στόλῳ Κώνστας μαθών, καὶ αὐτὸς στόλον ἑτοιμάσας, εἰς τὸν τῆς Λυκίας κατῆρε λιμένα, ὀνομαζόμενον Φοίνικα. *Quo Conſtans intellecto, & ipſe claſſe comparata in Phœnice Lyciæ portu appulit.*

Ἰουστινιανὸς ἔκτισεν) Hoc eſt, Juſtinianus Rhinotmetus Monaſterium Metropolitæ dictum condidit; ſitumque aſſignant Scriptores, in Petrio; ſiquidem, ut ſcribit Theophanes ad annum IX. ejuſdem Auguſti, Eccleſiam Deiparæ τοῦ Μητροπολίτου dictam Juſtinianus Rhinotmetus demolitus eſt & in ejus ſolo φιάλην καὶ βάθρα τοῦ δήμου τῶν Βενέτων, *Phialam & Gradus pro factione Venetorum* conſtrui juſſit, Eccleſiam vero Metropolitæ in Petrium tranſtulit. Eadem habent Menæa XXIII. Auguſti, Vita Callinici Patr. CP. apud Lambecium lib. VIII. Bibl. Cæſar. pag. 410. Quæ in hanc rem habet Cedrenus ex Theophane hauſit. Hanc vero Eccleſiam τοῦ Μητροπολίτου dictam, a Juſtiniano Rhinotmeto conditam extitiſſe ἐν τῷ Πετρίῳ ſcribitur in Chronico MS. Georgii Hamartoli in Rhinotmeto: Καταλύσας παραχρῆμα τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ποιήσας τὴν φιάλην ἔκτισεν ἑτέραν ἐκκλησίαν ἐν τῷ Πετρίῳ, καὶ προσηγόρευσεν αὐτὴν τοῦ Μητροπολίτου. Cæterum ſcribit Symeon Logotheta in Leone Armeno, Antonium impium illum Monachum, a quo idem Auguſtus imagines proſcribere perſuaſus eſt, fuiſſe ἡγούμενον εἰς τὴν μονὴν τοῦ Μητροπολίτου, *Abbatem Monaſterii Metropolitæ dicti*. Vide quæ de Petrio ſupra adnotavimus n. 98. unde ſitus hujus ædis facile apparet. 110.

Τὸν δὲ ἁγίας Εὐφημίας τὰ Πετρίου) De hac æde Sanctæ Euphemiæ Petrion appellata loquitur Anonymus noſter ſupra n. 98. Vide quæ ibidem de hujus ædis conditore obſervavimus. Quod autem ait Anonymus noſter eandem hanc ædem poſtmodum reædificatam fuiſſe a Baſilio Macedone neſcio unde id mutuatus ſit, cum Porphyrogenitus in avi Vita cap. XXVI. XXX. & ex eo Scylitzes & Zonaras in eodem Baſilio narrent, tantum ut filias ſuas Baſilius in Petrio Monaſterio attonderit in quo etiam Monaſterio poſtmodum Zoem Leonis Philoſophi conjugem attonſam fuiſſe ſcribunt Leo Grammaticus p. 496. E.R. & Anonymus Combefiſianus n. XVI. Καὶ ταύτην τοῦ παλατίου καταβιβάζων, καὶ εἰς τὸ Πέτριον τῆς ἁγίας Εὐφημίας ἀπάγουσι, *hanc e Palatio dejectam, in Pe-*

Digitized by Google

telum ad ſanctæ Euphemiæ ædem ablegant.

Περὶ τὰς Πλατείας) Ita Anonymus noſter; ſed cur hæ ædes ſancti Eſaiæ ac ſancti Laurentii Platea, ſeu in Platea dicantur non liquet, cum nemo alius ex Scriptoribus hujus loci ſeu tractus urbis CP. meminerit. De Platea ſeu Platia inſula Propontidis loquuntur Theophanes p. 332. E. R. Emanuel Comnenus in ſuis Conſtitutionibus, aliique nonnulli.

Edit. Pariſ. pag. 659. Ὁ ἅγιος Ἡσαΐας) Hanc ædem Sancti Eſaiæ proxime ſancti Laurentii Eccleſiam ſtetiſſe tradunt Menæa ac Synaxaria ad 12. Maii, quo illius feſtum celebratur: *Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ Προφητείῳ αὐτοῦ, πλησίον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λαυρεντίου.* Fortaſſis hæc ædes eadem fuit ac illa, quæ Prophetæum ſancti Eſaiæ appellatur in Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena, Act. III. ubi de perquiſitione Anthemii in urbe facta agitur, & Epiſcopis, qui a Patribus Concilii ad hoc miſſi fuerant: *ἐφησαν δὲ ἀρτίως αὐτὸν ἔχειν πλησίον τοῦ Προφητείου, ἐν ᾧ συνεχέστερον διέγεσθαι αὐτόν.* Et infra: *ὅτι ἴσμεν αὐτὸν ἔχοντα οἰκήματα πλησίον τοῦ Προφητείου τοῦ ἁγίου Ἡσαΐου.* Quod vero attinet ad ſitum hujus ædis, eam proximam fuiſſe Eccleſiæ ſancti Laurentii ſupra demonſtravimus; hanc vero ædem Laurentianam vicinam fuiſſe Blachernis ex infra dicendis patebit.

Καὶ Λαυρέντιος, &c.) Sancti Laurentii ædem ædificatam fuiſſe a Pulcheria Auguſta Marciani Imperatoris conjuge ſcribunt Theodorus Lector Ecl. I. p. 161. & Theophanes ad annum III. Imperii ejuſdem Auguſti. Hanc vero poſtmodum collapſam reſtituiſſe Baſilium Macedonem, narrat Porphyrogenitus in avi Vita cap. LXIX. eamque ἐν Πουλχεριανοῖς ſtatuit: *Καὶ τὸν ἐν Πουλχεριανοῖς δὲ τοῦ ἱερομάρτυρος Λαυρεντίου μέγιστον ναὸν συμπεπτωκότα ἀνέστησε, πολλῇ ἐπιμελείᾳ περικοσμήσας. Sacri quoque Martyris Laurentii in Pulcherianis templum collapſum reſtituit multa venuſtate adornatum.* Dicitur ἐν Πουλχεριανοῖς, nam urbis tractus ille ſic appellatus fuit a Domo Pulcheriæ Auguſtæ. Binæ vero hujus Auguſtæ ædes in urbe extitere, ut habetur in Antiqua urbis Deſcriptione; altera in tertia Regione; altera vero in undecima. Hic loquitur Scriptor noſter de hac ultima æde Auguſtæ in cujus tractu fuit Eccleſia ſancti Laurentii, quæ dicitur in Menologio Baſilii 12. Maii, proxima Blachernis, ut paulo infra videre eſt.

III. Τὸ δὲ ἅγιον σῶμα τοῦ Προφήτου) Reliquias ſancti Eſaiæ Prophetæ tranſlatas fuiſſe in hanc ædem ſancti Laurentii teſtatur Menologium Baſilii IX. Maii. *ὕστερον δὲ μετακομισθὲν (τὸ τοῦ ἁγίου Ἡσαΐου λείψανον) ἐν Κωνσταντινουπόλει πλησίον Βλαχερνῶν, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λαυρεντίου.* Blachernæ extiterunt in XIV. Regione, & ædes ſancti Laurentii, uti paulo ſuperius demonſtravimus in XI. quæ duæ Regiones contiguæ erant, uti videre eſt ex tabella Iconographica urbis I.

Οἶκος ὁ Ἀντιόχου, &c.) Sic ex Cod. Reg. 2. Corrupte ſcribitur in Reg. I. *οἶκος ἐν πατρικίου καὶ πραιποσίτου καὶ βαΐουλου Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως.* In omnibus autem Codd. MSS. quos Lambecius & ipſe conſuluimus, legitur non Θεοδοσίου ſed Ἀρκαδίου. At proculdubio, ut & Lambecius monet, legendum eſt Θεοδοσίου: hoc eſt, Theodoſii Junioris. Siquidem is eſt Antiochus Eunuchus, qui ab Iſdigerda Perſarum Rege Theodoſii Junioris tutore Arcadii patris teſtamento relicto, Conſtantinopolim tutelæ principis gratia miſſus fuit, quique poſtmodum Præfectus Prætorio, & Conſul fuit cum Baſſo anno Chriſti 431. Hujus crebra mentio eſt apud Scriptores qui illius ævi res memoriæ prodiderunt, & in Cod. Theod. in Nov. 2. Theodoſii, inſuper apud Theodoretum Epiſt. XCV. Quod vero attinet ad ſitum hujus ædis, eam non longe ab Hippodromo ſtetiſſe, innuit Scriptor Chronici Alexandrini, dum ait Juſtinianeos milites in Hippodromum per varios aditus irrupiſſe, atque adeo per tractum ædis Antiochi: *ἔσωθεν δὲ διὰ τοῦ Ἀντιόχου, καὶ τῆς λεγομένης Νεκρᾶς πόρτας.* Euſtathius vero in Vita Euthymii Patriarchæ CP. n. XXXVII. & LXXV. ubi etiam meminit Ætherii Curatoris τοῦ Ἀντιόχου, eam vicinam fuiſſe ædi Sophianæ innuit. Crebra etiam mentio occurrit apud Scriptores Curatorum τοῦ Ἀντιόχου, unde videtur poſtmodum hanc ipſam domum deſtinatam fuiſſe ærario alicui publico, cujuſmodi fuere quibus κουράτωρες adſcribuntur, ut optime monuit & Ducangius. Theophylactus Simocatta lib. III. cap. III. ſcribit Ariſtobulum quemdam fuiſſe Curatorem ſeu Præfectum Regiæ domus Antiochi. At fallitur idem Scriptor dum ait, Antiochi dictam fuiſſe illam domum a Rege Antiocho: *Ἦν δ' ἄρα οὗτος τῆς βασιλικῆς οἰκίας φροντιστής, τοῦ βασιλέως τοῦ Ἀντιόχου προσαγορευομένης. Erat autem iſte Præfectus regiæ domus, quæ a Rege Antiocho nomen habet.* pag. 660. Habetur in Bibliotheca Regia Codex MS. hoc titulo Συμεὼν Πρωτοβεστιαρίου τοῦ Ἀντιόχου, qui ſane eſt Symeonis Sethi liber de Alimentis.

Καὶ Βαΐουλον) Βαΐουλος, *Præceptorem*, ſeu *Pædagogum* ſignificat; qua quidem ſignificatione paſſim hæc vox uſurpatur a Scriptoribus Byzantinis. Meminit autem Codinus de Offic. cap. I. num. 81. μεγάλου Βαΐουλου, Officialis ita dicti in Palatio Conſtantinopolitano. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii eodem v.

Πτωχὸς τέθνηκε) Siquidem Theodoſius publicatis hujus ædibus, & elationis erga Imperatoris majeſtatem damnatum Clericum eſſe juſſit. Sic narrat Theophanes ad annum 36. ejuſdem Auguſti: *Τούτῳ τῷ ἔτει Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον τὸν Πραιπόσιτον, καὶ Πατρίκιον, τὸν καὶ Βαΐουλον αὐτοῦ γενόμενον Πατρίκιον, δημεύσας καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὡς κατεπαρθέντα τῆς βασιλείας, καὶ καταφρονοῦντα αὐτοῦ· διὸ καὶ νόμον ἐξέδοτο μὴ ἀνέρχεσθαι εἰς Πατρικίου ἀξίαν εὐνοῦχον. Hoc anno Theodoſius Imperator Antiochum Præpoſitum Patricium & Bajulum ſuum ædibus ejus publicatis contemptus & elationis erga Imperatoris majeſtatem damnatum Clericum eſſe juſſit. Quare legem etiam tulit, ne quis Eunuchus ad Patricii dignitatem eveheretur.*

Τὸ παλαιὸν Πέτριον) Codinus habet, τὸ Παλαιὸν Πέτριον Πέτρος τις πατρίκιος ἐπὶ τοῦ χρόνου Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἔκτισεν, &c. Ubi Lambecius monet, perperam in Codicibus Vaticanis legi, τὸ παλαιὸν Πέτρον. At non dubito quin legendum ſit τὸ παλαιὸν Πέτριον; nam εἰς τὸ παλαιὸν Πέτριον, hoc eſt, *in veteri Petrio* ædificatum fuiſſe Xenodochium ab Irene Conſtantini Porphyrogeniti uxore ſcribit Anonymus Combefiſianus in vita ejuſdem Auguſti num. XL.

Βαρσαμίου) De Petri tractu loquitur Anonymus noſter ſupra n. 56. ubi vide quæ de hoc Petro, qui Barſames Procopio dicitur, obſervavimus.

Ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ) Vide Procopii cap. XXII. Hiſt. Arcanæ, ubi pluribus hujus viri vitia narrat.

Τὸν ναὸν τὸν μέγαν τῶν Βλαχερνῶν) Hanc ædem Blachernianam, quæ ſacra erat Deiparæ, & cujus crebra mentio occurrit apud Scriptores Byzantinos, conditam fuiſſe a Marciano & Pulcheria unanimi conſenſu fatentur omnes Scriptores, quin & Zonaras ipſe, quem Ducangius ex horum numero excludit, tanquam contraria ſcribentem; ipſe enim aperte tradit in vita Marciani pag. 46. ædem Deiparæ in Blachernis a Pulcheria conditam fuiſſe, nec excludit Marcianum ipſius conjugem ab hoc pio opere: *Κατὰ τοὺς χρόνους τούτους, τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς Θεοτόκου ἡ Πουλχερία ἀνήγειρε. Sub hoc tempus Pulcheria Deiparæ ædem in Blachernis extruxit.* Quis vero hanc ædem poſtmodum reædificaverit, auxerit, atque exornaverit; quæ ſacræ reliquiæ in eam illatæ fuerint, quove cultu eam Cives ac Imperatores proſecuti fuerint, pluribus hæc a Ducangio tractantur, tum in CP. Chriſt. lib. IV. pag. 83. 84. E. R.

cum

tum in Notis ad Zonaram pag. 48. 50. 503. & 536. E.R. De Palatio autem Blachernıano loquitur idem Scriptor in prædictis Notis pag. 74. & in CP. Chriſt. lib. 11. pag. 130. E. R. & ſeqq. unde ne actum agere videamur, aut aliena ſcrinia expilare, eo lectorem mittimus.

112. *Καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη*, &c.) Codinus n. 101. triplicem rationem hujus nominis adfert. Primo *Βλαχέρναι* dici, *ὅτι βλάχνα ἦσαν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ*. Secundo *Βλαχέρναι* quaſi *λακέρναι* appellari, quoniam lacus erat *λακκώδης*, ſive *lacunoſus & paluſtris*. Tertio, *ὅτι βλάχου τινὸς κόρμα ἐκεῖ ἐκεῖτο*. Quod Lambecius interpretatur, *ob cædem cujuſdam Walachi*. At Petrus Gyllius lib. IV. cap. V. Topograph. CP. ait Dionyſium Byzantium in Anaplo Boſporico ſcribere Blachernarum nomen ante inſtauratum a Conſtantino Magno Byzantium loco vicino a quodam ibi regnante inditum; ſed quam futilis ſit etymologia hujus loci quam Gyllius ex Dionyſio refert, nemo non videt. Hujus vero ædis ſitum ad Freti littus ſiniſtrum ponit Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. & VI. Gyllius

Edit. Pariſ. pag. 661. vero paulo ſuperius laudato loco ſic de ejus ſitu loquitur: *Hodie prope Xyloportam, & angulum urbis Occidentalem, inter radices ſexti Collis, & Sinum ædis ſacræ intra urbem ſitæ, quam Virgini Mariæ dicunt ſacram fuiſſe, eique fontem ſacram adhuc ſcaturientem oſtendunt Græci, Blachernamque locum nominant, veſtigia extabant, cum veniſſem Byzantium, quæ funditus nunc fere effoſſa ſunt & deleta*. Ex his facile eſt cognoſcere, ædem Deiparæ Blachernianam ſtetiſſe in Regione XIV.

Ανήγειρεν ὁ Λεωμακέλλης) Leone Magno imperante veſtis Deiparæ Conſtantinopolim adlata fuit; rem totam narrat Nicephorus Calliſti lib. XV. cap. XXIV. qui ſic narrationem illam finit: *Ἀλλὰ Πουλχερία μὲν ἡ ἀοίδιμος βασιλὶς, τὸν μέγαν τῇ Θεομήτορι ναὸν ἐπὶ Μαρκιανῷ ἐγείρῃ, τὰ ἐντάφια σπάργανα ταῦτα ἐκεῖσε κατατίθεται. Λέων δ' ὁ μέγας τὸν ἕτερον, τὴν τιμίαν ἐσθῆτα ταύτην πομπευτὴς αὐτῇ καταθέμενος*. *Pulcheria quidem celebris Imperatrix, ingens ſub Marciano Dei matri condidit templum, ubi ſepulcrales faſcias repoſuit: Leo autem Magnus aliud conſtruxit, in quo magnifice veſtem illius conſecravit*. Sacrum hoc conditorium, in quo veſtis Deiparæ aſſervabatur, ex auro & argento extructum fuiſſe ab Imperatore Leone M. teſtatur Chronicon MS. Georgii Hamartoli in eodem Augaſto: *Καὶ ἡ Θεοτόκου δὲ ἐσθὴς ἀπεδόθη ἐν Ἱεροσολύμοις παρά τινι ἀληθεστάτῃ γυναικὶ Ἑβραΐδι καὶ παρθένῳ, ἱερῶς ἀπεκαλύφθη, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκομίσθη ἐν Βλαχέρναις ἀπετέθη, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς, ἔνθα ὁ βασιλεὺς ναὸν οἰκοδομήσας τῆς Θεομήτορος, καὶ σορὸν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευάσας, κατέθετο ταύτην. ὅτι ἐξ ἐρίων ἀφθάρτων ἐξυφασμένη, καὶ ὁ τύπος ὁμοειδὴς καὶ ὁμόχροος ἀδιάφθορος ἐστι καὶ ἀδιάλυτος, μέχρι νῦν τὸ θαῦμα τῆς Θεομήτορος κηρύττουσα*.

Η θεία ἐσθὴς) In utroque Codice Regio loco harum vocum legitur *παρθένος*. Ex Codino igitur ſic reſtituimus, ubi hæc paulo diverſa ſunt: *Τὴν ἁγίαν σορὸν, τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε Λέων ὁ Μακέλλης, ἔνθα κατετέθειτο ἡ ἱερὰ σορὸς, ἡ ἡ θεία ἐσθὴς τῆς Θεομήτορος ἀπετέθη. ἐκεῖσε πολλὰ ἔχει καὶ θαύματα γίνεσθαι*.

Ἐκτισεν δὲ καὶ τὸ λοῦμα) In Codino caput hoc præcedenti capiti jungitur. *ἔνθα*, inquit *ἔκτισεν καὶ τὸ λοῦμα*, &c. Unde apparet, Anonymum noſtrum & Codinum ſtructuram Balnei Blachernarum Leoni Magno adſcribere. At Theophanes, cui *τὸ δημόσιον Βλαχερνῶν λουτρὸν* dicitur, Tiberio Thraci illud adſcribit. Sic ipſe Theophanes anno III. ejuſdem Auguſti: *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἤρξατο κτίζειν Τιβέριος τὸ δημόσιον Βλαχερνῶν λουτρόν*. Eadem habet & Cedrenus, cum ſæpe repetat Theophanis ipſa verba. Zonaras in eodem Auguſto: *Τότε καὶ τὸ τῶν Βλαχερνῶν λουτρὸν οἰκοδομεῖν ὁ Τιβέριος ἤρξατο*. Hoc porro idem Balneum Blachernarum, quod Tiberius ædificare cœperat Mauricius abſolvit; auctor eſt idem Theophanes ad annum V. Mauricii: *Ὁ δὲ Μαυρίκιος ἔκτισε τὸν Καριανὸν ἔμβολον ἐν Βλαχέρναις ἱστορήσας ἐν αὐτῷ διὰ ζωγραφίας τὰς ἑαυτοῦ ἐκ παιδόθεν πράξεις μέχρι τῆς αὐτοῦ βασιλείας· καὶ ἀνεπλήρωσε τὸ ἐν αὐτῷ δημόσιον λουτρόν*. *Ædificavit porro Mauricius ad Blachernas Carianam porticum cunctaque a pueris ad ſuſceptum uſque imperium a ſe geſta pictorum arte in ea deſcripſit: & publicum quod illic habebatur balneum abſolvit*. Nec eſt neceſſe *τὸ ἐν αὐτῷ* ſubintelligi *ἐμβόλῳ*, ut putat Ducangius, cum *τὸ ἐν αὐτῷ τόπῳ* optime quadret, hoc eſt *ἐν Βλαχέρναις*. Vide quæ de hoc Balneo habet Anonymus noſter ſupra n. 97. ubi de Xenodochio Theophili, & de Sophia Juſtini Junioris conjuge. Meminit inſuper *λουτροῦ ἐν Βλαχέρναις* Scylitzes in Michaele Theophili filio. Cur autem Balneum hoc Blachernianum dicatur Anonymo noſtro ſacrum non conſtat ex Scriptoribus, cum nemo ex eis tali illud titulo donet; neque eſt quiſpiam alius, quod ſciam, præter Originum Scriptores, qui hujus ſtructuram Leoni Magno adſcribant.

Ἔξω δὲ τῆς πόρτας, &c.) Sic ex Codino. Corrupte legitur in Cod. Reg. I. *ἔξω πόρτας δὲ ἐπιχαναν. ἐπὶ δὲ Ηρακλείου ἐκτίσθησαν*, &c. 113.

Ὁ νέος Βασίλειος) Sic ex Cod. Reg. 2. & Codino. Corrupte legitur in Reg. I. *ὁ νέος βασιλεύς*. Hic eſt Baſilius, Romani Junioris filius, qui ob partas contra Bulgaros victorias, quos penitus deleverat, Bulgaroctoni cognomen nactus eſt. Quod vero dicitur Anonymo noſtro *ὁ ἄγχουρος*, titulus eſt, qui potius convenit Romano ejus patri, qui paſſim pulcher appellatur a Scriptoribus, quam Baſilio. pag. 662.

Παρέλυσε) Sic ex Cod. Reg. 2. Perperam legitur in Reg. I. *παρέλαβε*. Codinus rem totam ſic narrat: *Τὸ ἅγιον λοῦμα τῶν Βλαχερνῶν ὁ νέος Βασίλειος ὁ υἱὸς Ῥωμανοῦ τοῦ καλουμένου παιδίου τοῦ πορφυρογεννήτου πολυτελεστέρως ἐκόσμησε, χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας, πλεῖον παρ' ὃ ἦν*. *Sacrum Balneum Blachernarum Baſilius Junior filius Romani Porphyrogeniti cognomine Pueri, pretioſius quam ante fuerat exornavit, & auro argentoque obduxit*. Inde fortaſſis Balneum hoc Blachernianum ſacrum dictum eſt a Græculis, quod proximum eſſet ædi Deiparæ, ubi perpetuo miracula, ut ſcribunt, edebantur. Cæterum ad Blachernas deſinit ſecunda pars Deſcriptionis Anonymi noſtri, uti ſupra monuimus n. 22.

ANSELMI BANDURII

R A G U S I N I,

MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS

COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES Conſtantinopolitanas.

LIBER TERTIUS.

114. ΠΕΡΙ τοῦ ἑτέρου μέρους) Hac tertia parte deſcribit Anonymus noſter monumenta illa urbis, quæ ad Propontidem ſita erant, incipiens ab æde ſancti Sergii & a Portu Sophiano; deinde agit de Ciſternis ac Portis nullo ordine ſervato; poſtremo autem eodem ferme modo, de Monaſteriis ac Palatiis cum urbanis, cum ſuburbanis.

Περὶ δὲ τοῦ Ἱπποδρομίου τοῦ κάτω) Hippodromum Conſtantinopolitanum a Severo inchoatum, & a Conſtantino abſolutum præter Zoſimum, Heſychium Mileſium, Cedrenum alioſque recentiores rerum Byzantinarum Scriptores prodit & Anonymus noſter ſupra n. 7. ubi breviter ædificia a Conſtantino excitata enumerat; hic vero Scriptor noſter ſtatuas, ſimulacra, columnas, quæ ad ejus ornatum Conſtantinus Magnus Roma & aliunde advexerat recenſet; variaſque ejuſdem partes, quæ a Scriptoribus recenſentur, cum monumentis quæ in ſingulis erecta fuerunt commemorat, de quibus & nos ſigillatim infra loquemur. Brevem vero Tractatum de Hippodromo, cum ſit ineditus, ex Codice Regio n. 3502. fol. 113. hic proponere viſum eſt. Vide quæ de hoc Codice Regio monemus lib. VIII. ubi de Catalogo Patriarcharum CP. Nicephori Calliſti; quem ex eodem codice exſcripſimus. Tractatus autem de Hippodromo ſic habet:

Περὶ Ἱπποδρομίου.

Κίρκη τις ἦν ἐν Ἰταλίᾳ, τῷ τε γένει περιφανὴς καὶ τῷ κάλλει διαπρεπής· ἥτις ἅμα τῷ Ὀδυσσεῖ πλανωμένῳ ἐν Ἰταλίᾳ σὺν τῷ Διομήδει, ἐρασθεῖσα καὶ συγγενομένη τούτῳ, ἔτεκεν ἐξ αὐτοῦ τὸν Αὔσονα, ὃς ἐξ ὅλης χώρας ταύτης ἐν ὑστέρῳ ἐκράτησεν· ἐξ οὗ καὶ Αὐσονία ἡ ἑσπερία ἐκλήθη. αὕτη γοῦν ἡ Κίρκη διὰ κάλλους ὑπερβολὴν, τοῦ ἡλίου θυγάτηρ εἶναι ἐκαυχᾶτο· εἰς τιμὴν τοῦ οἰκείου δῆθεν πατρὸς, ἱππικὸν ἀγῶνα πρῶτον ἐν Ἰταλίᾳ ἐτέλεσεν, ὃ δὴ καὶ ἐξ αὐτῆς ὠνομάσθη Κίρκος. ἐν δὲ Edit. Pariſ. pag. 663. Ἑλλάδι πρότερον Ἐνυάλιος υἱὸς Ποσειδῶνος, ἐν ἡμέραις Μωσέως, διπώλῳ ἐχρήσατο. Οἰνόμαος δὲ ὕστερον, τετραπώλῳ. οὗτος δὲ ἦν βασιλεὺς Πισαίων. ἦγε δὲ τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα μηνὶ Μαρτίῳ κδ΄. ὑψουμένου τοῦ ἡλίου. καὶ αὐτὸς μὲν ἐφόρει χλοανὸν, σχῆμα πράσινον ὑπὲρ τῆς γῆς, ὁ δὲ ἀνταγωνιζόμενος, βένετον ὑπὲρ τῆς θαλάσσης. καὶ οἱ μὲν μεσόγειοι, ἔχαιρον τῷ πρασίνῳ, οἱ δὲ παράλιοι, τῷ βενέτῳ. ἔπαθλον δὲ τῆς ἀγωνίας ταύτης προετίθει Οἰνόμαος τῷ νικήσαντι αὐτὸν τὴν ἰδίαν θυγατέρα Ἱπποδάμειαν, τὸν δὲ ἡττηθέντα φονεύεσθαι αὐτίκα. μέλλοντα γοῦν τὸν Πέλοπα τῷ Οἰνομάῳ ἀνταγωνίζεσθαι ἐπὶ τοῖς δηλωθεῖσι συνθήμασιν ἠράσθη ἡ Ἱπποδάμεια, ὁρῶσα τοῦτον, καὶ προδίδωσι τούτῳ τὰ μηχανήματα τοῦ πατρὸς, δι᾿ ὧν ἐνίκα τοὺς συναμιλλωμένους, καὶ οὕτω παρεσκεύασε νικῆσαι τὸν Πέλοπα. ὁ μὲν οὖν νικήσας, ἀνεῖλε μὲν Οἰνόμαον, ἔγημε δὲ Ἱπποδάμειαν. καὶ ἐβασίλευσε μὲν τῆς Ἑλλάδος ἔτη λη΄. ἐκάλεσε δὲ ταύτην ἐξ ἑαυτοῦ Πελοπόννησον. ἀλλ᾿ ἐπὶ τὰ πρότερα πάλιν ὁ λόγος ἐπανελθέτω. ἡ γὰρ δὴ προρρηθεῖσα Κίρκη πρώτη τελείους ἱππικοὺς ἀγῶνας ἐν Ἰταλίᾳ προκατάρξαμένη, καὶ ἱππόδρομον ἐκεῖσε κατεσκεύασε, τὸ μὲν μῆκος τεσσάρων σταδίων, τὸ δὲ πλάτος ἑνός· τὸ δὲ μέσον αὐτοῦ ἐποίησε ξυλουργὸς, ὀνομάσασα τοῦτο Εὔριπον ἀπὸ τοῦ θαλασσίου Εὐρίπου· ὃς ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἀντιστρέφει τὴν κίνησιν. ἐν δὲ τοῖς περὶ ἑκάτερα τέρμασι τοῦ Εὐρίπου τούτου, ἐν μὲν τῷ ἄνω, βωμοὶ ἵδρυνται τρεῖς, Κρόνου, Διὸς, Ἄρεος· ἐν δὲ τῷ κάτω πάλιν βωμοὶ τρεῖς, Ἀφροδίτης, Ἑρμοῦ καὶ Σελήνης. τρίποδες δύο, ἡλίου καὶ Σελήνης, καὶ ἄγαλμα γυναικὸς, φιάλην ἐπιφερομένης ἐν τῇ κεφαλῇ· ἔστι δὲ ἡ γῆ φέρουσα τὴν βάλανα. σάλπιγγες δὲ ἐπὶ τέλει τοῦ ἀγῶνος τοὺς νικητὰς ἐπὶ τὰ γέρα καλοῦσι. δώδεκα δὲ ὑπάρχουσι κατὰ μίμησιν τῶν δώδεκα ζῳδίων. μεταπύργιος δὲ καλεῖται ὁ ἐν τῷ μέσῳ ἱστάμενος, καὶ τοῦ δρόμου ἔχων τὸ σύνθημα, ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ πρᾶγμα συμβαίνοντος τοιουτοτρόπως. εἰώθεσαν γὰρ οἱ ὕπατοι ἀριστίζεσθαι πρότερον ἐν τῷ θεάτρῳ. καὶ μετὰ τὴν ἀριστίαν τὰ τῶν χειρῶν ἐκμαγεῖα ῥιπτεῖν, ἅπερ τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ μάππα λέγονται. καὶ ταῦτα ἀναλαμβανόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος ἐδίδου τὸν ἀγῶνα ἐκτελεῖν. ἑπτάκις δὲ ἐκύκλουν τὸν Εὔριπον οἱ ἀγωνιζόμενοι διὰ τὸ ἑπτὰ σταδίων εἶναι τὸ μῆκος, καὶ διὰ τοὺς ἑπτὰ πλανήτας. κατὰ γοῦν μίμησιν τοῦ Κίρκου, καὶ Ῥωμύλος ὕστερον, κτίσας τὴν Ῥώμην μηνὶ Ἀπριλλίῳ κ΄, κατασκευάζει καὶ ἱππόδρομον ἐν αὐτῇ τοιοῦτον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον. ἐποίησε δὲ τὰ πρῶτα ἅρματα τρία ἐπὶ τῶν ἀρχῶν, ἤτοι πυρός· λευκὸν δέ, ἤτοι ἀέρος· πράσινον ἀφροδίσιον, ὅ ἐστι τῆς γῆς. ὕστερον δὲ ἠράσθησαν οἱ Γάλλοι περὶ ὁμοτομίαν, καὶ προσετέθη τὸ βένετον, διὰ τὸ τοιούτῳ χρώματι εἶναι τὰ ἱμάτια αὐτῶν, εἰς τιμὴν τοῦ Κρόνου ἢ μᾶλλον Ποσειδῶνος. χρόνοις δὲ ὕστερον ἱκανοῖς Σεβῆρος ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων κατὰ Νίγρου ἐκστρατεύσας, καὶ εἰς τὸ Βυζάντιον παραγενόμενος, τὴν νῦν Κωνσταντινούπολιν καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων ἁπασῶν, ἔκτιζε μὲν ἐκεῖσε διὰ τὸ τῆς πόλεως ἐπιτερπὲς λουτρὸν Ζεύξιππον ὀνομαζόμενον. ἀρχὴν δὲ καὶ τὸν παρακείμενον ναὸν τοῖς Διοσκόροις ἀνακείμενον, ἐποίησε τοῦτον ἱππόδρομον, ἱερεῖς καὶ στοὰς διακοσμήσας αὐτὸν, καὶ ἄλλους ἐκεῖ δύο τινῶν ἀδελφῶν ὑπάρχοντας ἐποίησεν, καὶ εἰς τὸ νῦν ὁρώμενον κάλλος τοῦτο μεταγαγεῖν.

De Hippodromo.

Circe quædam erat in Italia, illuſtri genere, pulchritudine eximia, quæ Ulyſſis in Italia Diomede ſocio errantis amore capta, ex concubitu cum illo peperit Auſonem, qui poſtea totius regionis imperium tenuit, indeque occidentalis illa regio Auſonia denominata eſt. Hæc ipſa igitur Circe ob excellentiam formæ ſe Solis filiam eſſe gloriabatur: atque in honorem patris ſui equeſtrem ludum prior in Italia conſtituit, qui ex illa circus nuncupatus eſt. In Græcia autem ante hoc tempus Enyalius Neptuni filius in diebus Moyſis biga uſus eſt: Oenomaus vero deinde quadriga. Hic porro Piſæorum rex erat, ac ludum equeſtrem menſis Martii 24. ſole æquinoctium ſuperante celebravit. Et ille quidem viridem ſive praſinum colorem geſtabat, pro terra; ejus autem adverſarius Venetum pro mari: & quidem mediterranei praſino, maritimi Veneto delectabantur. Hoc vero præmium, hanc legem certaminis poſuit, ut qui ſe vinceret, filiam ſuam Hippodamiam duceret, qui vinceretur, ſtatim necaretur. Cum itaque Pelops his conditionibus cum Oenomao certaturus eſſet, Hippodamia, quæ illo conſpecto, ejus amore flagrabat, patris artificia, quibus certantes ſecum vincere ſolebat, ipſi revelavit: atque ita Pelopi victoriam peperit. Ille autem victor Oenomaum occidit, Hippodamiamque duxit uxo-

rem, annisque triginta octo in Græcia regnavit, eamque ſuo nomine Peloponneſum nuncupavit. Verum ad priora enarranda revertamur. Circe, de qua ſupra dictum eſt, quæ prior in Italia Circenſes ludos inſtituerat, Hippodromum ibidem excitavit, longitudine quatuor ſtadiorum, latitudine unius. Medium autem ejus, quod ligneum exſtruxit, ab Euripo maris Euripum vocavit quia ſepties in die motum reciprocat. In terminis ab utraque hujus Euripi parte poſitis aræ conſtitutæ ſunt; in ſuperiori nempe tres; videlicet Saturni, Jovis & Martis; in inferiori itidem tres; nimirum, Veneris, Mercurii & Lunæ. Tripodes duo, ſolis & lunæ, & ſtatua mulieris phialam capite geſtantis: qua repræſentatur terra Græciam geſtans. Tubæ autem in fine ludorum equeſtrium victores ad præmia vocant: duodecim ſcuticæ ad ſimilitudinem duodecim Zodiaci ſignorum ſunt. Mapparius autem in medio poſitus, & curſus ſymbolum tenens, ſic dicitur a veteri conſuetudine. Solebant enim Conſules in theatro epulari, ac poſt epulas mantilia projicere, quæ Latina voce MAPPA vocantur, qua a Mappario accepta, ſtatim equeſtres ludi edebantur. Qui decertabant ſepties Euripi circuitum decurrebant, quia milliare ſeptem ſtadiis conſtat, & quia ſeptenarius eſt planetarum numerus. Ad imitationem Circes, Romulus deinceps, cum Romam menſis Aprilis xxi. fundaſſet, Hippodromum excitavit, illi per omnia ſimilem. Fecit autem primo tres currus; nempe flammeum Martis ſive ignis; album Jovis, ſive aeris; praſinum Veneris, ſcilicet terræ: in poſterum autem cum Galli parem ſibi honorem deberi contenderent; adjectus fuit Venetus, quia hujuſmodi coloris erant veſtimenta eorum; idque in honorem Saturni, ſive potius Neptuni. Multis poſtea ſeculis Severus Imperator Romanorum expeditione adverſus Nigrum ſuſcepta, cum Byzantium adveniſſet, quæ nunc Conſtantinopolis eſt, & regina Urbium omnium, illic ob urbis amœnitatem balneum perquam maximum effecit: locum autem vicinum Dioſcuris conſecratum in Hippodromum convertit, quem pilis atque porticibus exornavit, ac exciſo duorum fratrum Dioſcurorum luco ad hodiernam pulchritudinem deduxit. Quod ait Scriptor iſte de Mappario ſatis convenit cum iis quæ de Ludis Circenſibus tradunt alii Scriptores; imo Florentiæ ubi veſtigia veterum ludorum magis quam alibi Sereniſſimorum Regiæ Mediceæ domus Principum auſpiciis conſervantur, Magnus quoque Dux, ubi emitti e linea volunt equi, ſudarium linteum oſtendit, ſtatimque poſt ſe equi in pedes dant. Quod vero attinet ad Hippodromum Conſtantinopolitanum, ſic eum deſcribit Corippus lib. I. n. xvi.

Ipſe ingens Circus, plenus ceu circulus anni,
Clauditur in teretem longis anfractibus orbem,
Amplectens geminas æquo diſcrimine metas,
Et ſpatium mediæ, quo ſe via pandit, arenæ.

Quæ autem pars hujus Hippodromi extructa ſit a Severo, quæve ab ipſo Conſtantino ſupra tradidimus n. 7. Reſtat modo ut figuram Hippodromi CP. hic proponamus; quam quidem ex antiqua Conſtantinopolis topographia, quæ paulo antequam Urbs in Turcarum poteſtatem veniſſet facta fuit, accepiſſe Onuphrius Panvinius atque libro I. de Ludis Circenſibus pag. 61. exhibuit; de qua porro figura ſeu deſcriptione ſic idem Panvinius: *Ejus Circi deſcriptionem, ex antiqua Conſtantinopolis topographia, quæ paulo antequam Urbs in Turcarum poteſtatem veniſſet facta fuit, excerptam, ſic adjeci, parum his quæ a Petro Gyllio dicuntur quadrantem. Fieri enim poteſt ut centum annorum intervallo, Circi ſive Hippodromi Conſtantinopolitani aſpectus mutatus ſit, Turcis eum in dies demolientibus, & vaſtantibus, et ad ſuos uſus præclariſſima marmora, & columnas vertentibus.* Vide quæ de Hippodromo Conſtantinopolitano habet Gyllius cap XI. & ſeqq.

Καὶ τὸ τοῦ Αὐγούστου) Hanc ſtatuam Auguſti unam ex ſexaginta Roma Conſtantinopolim advectis teſtatur & Codinus necnon ipſe Chronographus qui ſic habet: ὃς εἰς τ' Αὐγούστου, ὃν οἱ γέγραπται μὲν, λέγεται δὲ, τὸ ὁμώνυμα.

Ἀναμένων τοῦ καθίσματος) Κάθισμα βασιλικὸν & κάθισμα τοῦ βασιλέως, ſeu κάθισμα τοῦ Ἱπποδρομίου dicitur in Chronico Alexandrino Tribunal, ſeu Thronus Imperatoris in Hippodromo; dequo vide quæ lib. I. adnotavimus. Cæterum Thronus Imperatorius Circi ſic a Chriſtophoro Bondelmontio deſcribitur: *In capite vero Hippodromi viginti quatuor erant altiſſimæ columnæ ubi Imperator cum Principibus reſidebat.* Vide quid de his columnis Gyllius lib. II. cap. XIII. pag. 665.

Ἵνα οἱ ὀρχούμενοι, &c.) Hoc refertur ad nugas, quas infra de Apollonio Tyaneo nugatur.

Οἱ ὕπερθεν τῶν καγκέλλων) De his quatuor equis auro obductis ſub Theodoſio juniore ex Chio Conſtantinopolim advectis loquitur & Codinus necnon Chronographus noſter n. 302. Horum autem ſitum ac formam deſcribit Nicetas in Manuele lib. III. n. 5. pag. 78. ubi de quodam Agareno qui Circenſium die, conſcenſa Hippodromi turri cum inde ad volatum ſe accingeret, Icari fortunam expertus fuerat: Ὅτι καὶ τις ἀνὴρ τῶν Ἀγαρ ἀπόγονος ὃς εἶδον μὲν θαυματοποιὸς τὰ πρῶτα, εἰς δ' ὕστερον ἔδοξε ταλαντάτος ἀνθρώπων, καὶ αὐτόκλητος ἄνεισιν ἐπὶ τὸν κατὰ τὸ θέατρον πύργον ἀπαλλάκτων, οὗ κάτωθεν μὲν αἱ τῶν ἵππων ἀφετηρίαι εἰς ἁψῖδας παραλλήλους κεχύνονται, ἄνωθεν δ' ἵπποι χαλκήλατοι πεπήγασι τέσσαρες χρυσῷ ἀλειφόμενοι, τοὺς αὐχένας ὑπόγυροι, ἀντιβλέποντες ἀλλήλοις, καὶ δρόμου καμπτῆρα πνέοντες, &c. *Tum Agarenus quidam, principio præſtigiator habitus, at vero poſt declaravit, omnium mortalium miſerrimus, ſua ſponte Hippodromi turri conſcenſa, ſub qua carceres ſunt, unde emittuntur equi, ſupra vero quatuor equi aurati ſtant, collis incurvis, obverſi ſibi invicem, alacritatis ad curſum pleni*, &c. Hos eſſe equos qui nunc viſuntur erecti ſupra veſtibulum Ædis Marcianæ Venetiis, cum & aurati ſint, & ea forma qua eos fuiſſe perhibet Nicetas laudato loco putat & Gyllius lib. II. cap. XIII. qui poſt captam Conſtantinopolim a Gallis & Venetis eoſdem advectos Venetias cenſet. Cæterum τῶν καγκέλλων Hippodromi, ſupra quos erecti ſtabant prædicti equi meminit & Codinus. Cancellorum vero Hippodromi Conſtantinopolitani, quibus viri ſpectantes Circenſes incumbebant, ſit mentio apud Ammianum Marcellinum lib. XXI. pag. 471. editionis Ebrodunenſis, ubi de quodam Amphilochio Paphlagone extribuno loquitur: *Poſtridie*, inquit, *ludis Circenſibus idem ex adverſo Imperatoris ubi conſueverat, ſpectans, repentino clamore ſublato, quum certamen inopinatum emitteretur, diffractis cancellis, quibus una cum pluribus incumbebat, cunctis eo in unum excuſſis, læſiſque leviter paucis, interna compage diſrupta, efflaſſe ſpiritum repertus eſt ſolus.* De cancellis autem pluribus infra cum de Æde Sophiana. 115.

Αἱ δύο ἐν τῷ περιπάτῳ τῶν δύο μερῶν) Scilicet in Porticu ſeu ambulacro duarum Factionum, hoc eſt, Praſinæ ac Venetæ, cum uti ſupra monuimus lib. I. Ruſſata juncta ſit Praſinæ, & Albata Venetæ. Et quidem Porticus Venetæ Factionis extitiſſe a dextera parte throni Imperatorii teſtatur Procopius lib. I. de Bello Perſico cap. XXIV. pag. 74 καὶ ἐπειδὴ περὶ τὴν Βενέτων ἐγεγόνει στοὰν, ἢ τοῦ βασιλέως θρόνου ἐν δεξιᾷ ἐστι. *Et prope Venetam conſiſteret porticum, quæ eſt a dextera Cæſarei ſolii.* Cæterum Δῆμοι nonnunquam pro ipſis porticibus, ſeu Factionum Gradibus uſurpantur a Byzantinis Scriptoribus, uti pluribus monuimus ſupra n. 7. Hoſce vero Gradus Factionum in Hippodromo fuiſſe marmoreos ſcribit Chriſtophorus Bondelmontius: *Ab una*, inquit, *parte & altera Hippodromi ſedilia gradatim in longitudine ipſius erant marmorea, ubi populus ſedendo omnem ludum comprehendebat.*

Δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῶν δευτέρων αὐτοῦ πράξεων) Hoc eſt, rerum a Juſtiniano Rhinotmeto geſtarum poſt recuperatum Imperium.

Ὅτι ἡ Σκύλλα ἑστῶσα) Graphice expreſſit hanc Scyllæ figuram, quæ in Hippodromo erecta erat, Nicetas

Digitized by Google

Choniates in Narratione de Statuis CP. a nobis lib. VI. edita. Vide quid de hac ſtatua Scyllæ, & de ſupradicta Juſtiniani habet Codinus pag. 29. E. R.

Ἡ δὲ Ταύρα ἄχθη, &c.) Ita ex Cod. Reg. a. & Codino. Corrupte in Reg. I. legitur, οἱ δὲ. Ταύρων ἀχθέντων, &c.

Edit. Pariſ. pag. 666. Καὶ οἱ δώδεκα ἵπποι) Præter laudatos quatuor equos æreos auro obductos, ſtetiſſe in Hippodromo nonnullos alios, tam æreos quam lapideos ex Scriptoribus aſſequimur.

Καὶ ἐκεῖ καμπτήρων αἱ κίονες) Plures columnas in Hippodromo Conſtantinopolitano erectas fuiſſe cum marmoreas, tum æneas produnt Scriptores. Ex his nonnullas Gyllii tempore etiam ſuperſtites fuiſſe videre eſt apud eundem Topogr. CP. lib. II. cap. XIII. ubi ſeptem imprimis deſcribuntur, quæ recto ordine cum obeliſcis & coloſſo in mediam Circi longitudinem procedebant. Quatuor vero alias columnas; in quibus Imperatrix præeminebat ad feſtum recenſet Bondelmontius: *Ultra denique in fine humilis muri hujus quatuor humiles columnæ marmoreæ videntur erectæ, in quibus Imperatrix præeminebat ad feſtum*. Eaſdem eſſe haſce quatuor columnas a Bondelmontio recenſitas ac eas quæ in area erectæ erant binæ binis oppoſitæ putat Ducangius; quæ etiam τετρακίονες dicuntur Theophani ad annum V. Phocæ, quo loco ſcribit a duarum Factionum principibus, quos Δημάρχους vocat, Priſci & conjugis Domentiæ Phocæ filiæ λαυρᾶτα ἐν τοῖς τετρακίοσι, σὺν τῶν βασιλικῶν λαυράτων, *imagines laureatas cum laureatis imaginibus Imperatoris fuiſſe poſitas ad quatuor columnas*. At falli Ducangium nemo non videt, cum quatuor columnæ a Theophane recenſitæ in area Hippodromi ſteterint, illæ vero quarum meminit Bondelmontius non in area, ſed in fine humilis muri erectæ fuerint.

Καὶ ὁ ἱστάμενος τῷ μονολίθῳ) De Obeliſco illo ex Thebaico lapide confecto, quem in medio Circo Conſtantinopolitano Theodoſius Magnus erexerat Indict. 6. Valentiniano Aug. IV. & Neoterio Coſſ. ut auctor eſt Marcellinus Comes, pluribus ſupra n. 75. & infra n. 412. & 524. Hujus autem Obeliſci figuras baſi inſculptas, deſcribit Gyllius lib. II. cap. XI. cujus verba commodo Lectoris hic exhibemus: *In meridiano*, inquit, *latere duplex ordo ſtatuarum exprimitur: inferior quatuor currus partim bijuges, partim quadrijuges habet, quorum unumquemque unus regit auriga. Superior ordo continet duos equites, tres pedites, togatas tres, obeliſcos duos, quatuor columnas in quadrum diſpoſitas epiſtylia ſuſtinentes. Jam vero ex boreali baſis latere ſculpti ſunt quatuor ordines, continentes triginta quinque ſtatuas togatas. Ex latere Occidentali eminent duo ordines; quorum inferior habet novem ſtatuas ſupplices, offerentes munera Regi, qui ſtat in ſuperiori ordine cum ſtatuis decem & ſex. Latus meridianum duobus ordinibus diſtinguitur, inferiore decem ſtatuas togatas exprimente, ſuperiore viginti, togatas omnes, exceptis quatuor clipeatis. Latus Orientale habet in parte inferiori tres ordines: infimus continet decem & ſex perſonas, alias viriles, alias muliebres, ſaltantes, alias organa pulſantes; ſupra quas eminent duo ordines capite tenus, puta ſpectatores. Superior ordo reddit viginti ſtatuas, harum ſex ab aliis diſtinguuntur columnis, media coronam tenet manu, ſupra baſim extant quatuor teſſeræ æneæ; quibus in quadrum diſpoſitis totus Obeliſcus ſuſtinetur, cujus quidem quadrati ſingula latera ima lata ſunt circiter ſex pedes, ab imo ad ſummum ſcalpta notis Ægyptiacis*. In latere autem ſeptentrionali ſtylobatæ hujus Obeliſci habentur anaglypha quæ repræſentant non ſolum machinas, quibus uſi erant architecti ad erigendum ipſum Obeliſcum, verum etiam Hippodromum Conſtantinopolitanum exhibent. Hæc anaglypha repræſentarunt Jacobus Sponius in ſuo Itinerario CP. pag. 232. & Georgius Whelerus pag. 183. Quæ quidem anaglypha una cum aliis monumentis CP. in uno ære inciſa hic exhibere libet. Prima quidem tabella eadem anaglypha continet; ſecunda vero Tripodem æreum Apollinis, qui in Hippodromo CP. erectus erat, exprimit: tertia columnam marmoream Marciani Imperatoris Conſtantinopoli exiſtentem repræſentat; quarta denique columnam Porphyreticam, quæ Conſtantinopoli adhuc viſitur, exhibet. Sed de tribus ultimis tabellis alibi loquemur.

Καὶ αἱ ἡνιοχάτωρες στῆλαι) Ita habet & Codinus; pag. 668. ſed perperam Lambecius interpretatus *& ſtatuæ curules*: melius *ſtatuæ aurigarum*. Et quidem nonnullas ſtatuas Circenſium Aurigarum in Hippodromo Conſtantinopolitano erectas, argumento ſunt Epigrammata Chriſtodori Thebani Coptitæ & aliorum in ſtatuas Aurigarum, quæ in Hippodromo ſtetere, cum hoc lemmate: Ἐπὶ δὲ καὶ τὰ ἐπιγράμματα ἐκεῖ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ Κωνσταντινουπόλεως ἡνιόχων; ut videre eſt hic a nobis edita lib. VII. nec non in Anthologia lib. V. Nomina autem Aurigarum, Porphyrius Africanus, Calliopes, Fauſtinus, Conſtantinus, Julianus Tyrius, Uranius & Anaſtaſius. Sed de his vide quæ ſuo loco adnotamus.

Καὶ ἐκεῖ περιπάτων αἱ κίονες) De ambulacris ſeu porticibus Factionum vide quid paulo ſuperius adnotavimus, necnon lib. I. n. 7. ubi prodit Anonymus noſter Circum Conſtantinopolitanum, quem Severus inchoaverat, a Conſtantino Magno abſolutum, præſertim unam partem Graduum, & Porticuum, & ſuperiorum Cancellorum, &c.

Ἐν τῇ σφενδόνῃ) Sphendone pars fuit Circi extrema in fundæ formam flexa. Hanc Hippodromi partem abſolviſſe Conſtantinum ſcribit Anonymus noſter n. 7. Sphendone apud Chryſoſtomum Orat. de Circo ſumitur pro meta: ἐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνην μελαθρουμένη, *non a linea alba ad ſphendonem decurrens*. Vide quæ de Sphendone tradidimus ſupra n. 88.

Καὶ τὰς σόλεας, &c.) Hæc nonnihil diverſa in Codino habentur, καὶ ἐκεῖ ἐν σφενδόναις σωλῆνες, καὶ συγκριμάτων, καὶ ἀκαδίων, καὶ σωλῆνων ὅπου δὲν ἴχνη διηρμηνεύεται γραφή, &c. De Compage vero figuris inſtructa, vide quid Anonymus noſter habet ſupra n. 42. De Solea vero lib. IV. loquemur.

Εἰς τὰς χαλκᾶς πύλας) Non unum tantum portam, ſed plures in Hippodromo extitiſſe patet ex Scriptoribus. Vide Ducangii CP. Chriſt. lib. II. pag. 103. Quod autem ait de ſtatuis & aliis monumentis ab Apollonio Tyaneo magice conſecratis, quæ res futuras oſtendebant, nugæ ſunt ac aniles fabulæ, ut alias monuimus. 116.


Οἱ δὲ ἔχοντες δονακά, &c.) Ita ex Cod. Reg. a. & Codino. Corrupta legitur in Reg. a. οἱ δὲ ἐλέγχοντες δονακά, &c.

Ὅμοιοι δὲ καὶ οἱ τρίποδες, &c.) Corrupte ſcribitur in Reg. I. ἐνιδὸν. Tripodem autem hunc fuiſſe Apollinis Delphici, ipſius Apollinis ſimulacrum continentem docemur a Zoſimo lib. II. p. 437. ἔστησε δὲ κατά τι τοῦ ἱπποδρομίου μέρος καὶ τὸν τρίποδα τοῦ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος, ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα. *Statuit & quadam in parte Circi Apollinis Delphici tripodem, in ſe continentem ipſius Apollinis ſimulacrum*. Conſule Euſebium lib. III. de vita Conſtant. cap. LIV. Socratem lib. I. cap. XVI. Sozomenum lib. II. cap. VI. Paulum Diac. lib. II. Hiſt. Miſc. Niceph. Call. lib. VIII. cap. XXXIII. Vide quæ de Tripode Hecates, qui in Strategio ſtabat ſupra monuimus: & quid Petrus Gyllius de Tripode Apollinis lib. II. cap. XIII. dicat. Figuram autem hujus Tripodis a Petro Gyllio deſcripti habes hic a nobis repræſentatam ex Whelero pag. 667. tab. II.

Εἰς τὴν φιάλην τοῦ ἱπποδρομίου) In Reg. I. hic pro εἰς τὴν φιάλην corrupte ſcribitur εἰς τὴν κεφαλὴν, quod ex titulo reſtituimus. De hac ſtatua Irenes Athenienſis, Leonis Chazari uxoris, columellæ inſidente, a Conſtantino filio ad Hippodromi Phialam erecta loquitur & Codinus pag. 62. E. R. ſed Lam-

NAPOLI

Digitized by Google




CIRCI ſive HIPPODROMI CONSTANTI
à Conſtantino Magno exœdificati reliquiæ, quæ centeſimo ante anno,

11 post pag 498




CONSTANTINOPOLITANI

ante anno, quam ea urbs à Turcis capta eſset, adhuc ſuperſunt.



Anaglypha quæ in latere Septentrionali Stylobatæ Obelisci qui ex lapide Thebaico in medio Hippodromo CP. erectus erat, repræſentantur Tab. I.


Tripus æreus Apollinis in Hippodromo CP erectus Tab. II



Columna marmorea Marciani Imp Cpoli extans Tab. III.



Columna Porphyretica Cpoli existens Tab. IV.



Καὶ ἐπὶ δίφρο διφρηλάτου γυναικὸς, ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κατεχούσης, &c.) Ita ex Codice Colbertino. In Codice Reg. 1. legitur *ἐπὶ δίφρῳ τῆς διφρηλάτου γυναικὸς*, &c. In Codino vero *καὶ διφρηλάτου ἐπὶ τοῦ δίφρου, ἐν τῇ δεξιᾷ φέρων χερσὶ σμικρόν τι ἄγαλμα, ὅπερ, ὡς προγέγραπται, εἰς τύχην τῆς πόλεως ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐτίμησε*, &c. Quod Lambecius vertit, *& aurigæ currum agitans, dextera gerens parvam ſtatuam, quam ut ante dictum eſt, Conſtantinus magnus pro fortuna urbis coluit*, &c. At ego lectioni Codicis Regii & Colbertini inſiſtens, ſic interpretatus ſum: *In Neolea ſupra columnas tortiles erecta eſt muliebris ſtatua curtui inſidens, & ara cum vitulo: ubi etiam equi auro fulgentes quatuor, & in ſella aurigæ mulieris dextra geſtantis parvam, currentis forma, ſtatuam.* Sed quia de hac ſtatua Fortunæ Urbis pluribus ſupra egimus, n. 35. ideo eo lectorem mittimus. Notandum hic dumtaxat eſt, ſtatuam Fortunæ Urbis quam hic a muliere geſtatam fuiſſe ait, loco ſuperius citato e Sole geſtatam perhibuiſſe, nimirum e Conſtantini magni ſtatue adinſtet Solis efficta, uti ibidem monuimus, radiato capite, qualis in nummis aliquot Conſtantini viſitur, Apollineo habitu, cum hac inſcriptione CLARITAS REIPUBLICÆ. Cur autem hæc ſtatua Conſtantini, quæ ſuperius Solis inſtar fuiſſe dicitur, radiato capite, Apollineo habitu, mulieris hic dicatur; vel hinc forſan factum eſt, quod Apollo muliebri quaſi forma repræſentetur; aut fortaſſis hinc, quod dextera geſtaret parvam ſtatuam muliebrem Fortunam Urbis repræſentantem, ita ut ab hoc puſillo ſimulacro muliebri tota in mulieris appellationem tranſierit, quemadmodum & in Chronico Alexandrino Fortunæ Urbis ſtatua dicitur, quæ ipſius Conſtantini fuit fortunam dextera tenentis, ita ut ab ipſo puſillo ſimulacro, tota in Fortunæ nomen tranſierit, uti & Doctiſſimus Ducangius obſervavit lib. 1. CP. Chriſt. pag. 30. E. R.

Edit. Pariſ. pag. 670.

Οἱ μὲν λέγουσι, Κωνσταντῖνο, &c.) Scilicet, *Nonnulli volunt hæc duntaxat fuiſſe a Conſtantino magno juncta, reliqua vero antiqua, nec a Conſtantino confecta.* Hæc deſunt in Codino: cæterum in Reg. 1. pro *κατασκευασθῆναι*, perperam legitur *κατασκευασθῆσαν*.

Ἐπὶ γὰρ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου) Clarius hæc e Codino narrantur: *καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἤλαυνε παρὰ τῶν πολιτῶν γενομένου. μετὰ κηρῶν λευκοφοροῦντες οἱ πολῖται καὶ ψάλλοντες, ἐπάνω ἅρματος φέροντες ἦγον αὐτὸ τὸ σίγνον ἀπὸ τῶν καγκέλλων. τοῦτο δὲ ἐξετέλουν, ὅτε τῆς πόλεως ἑόρταζον τὸ γενέθλιον.* Fuſius hanc celebritatem deſcripſit auctor Chronici Alexandrini, cujus verba lib. 1. protulimus; necnon Chronographus noſter n. 81. ubi refert Spatharios, Cubicularios & Silentiarios, cum cereis, ſtoliſque candidis indutos ſtatuam hanc deduxiſſe, curru vectam, a Philadelphio in Forum, multiſque illam laudibus, ac hymnis proſequentes, tandem in columnam extuliſſe, concinente choro Sacerdotum iſtæc verba, *εἰς ἀπείρους αἰῶνας εὐόδωσον ταύτην Κύριε*, *in infinita ſæcula eam proſpere agere facito Domine.* Addit inſuper, ſolenne hoc feſtum per totos dies quadraginta peractum, copioſa plebi diſtributa annona, demum Circenſibus editis, Natalitium Urbis diem celebratum. Vide quæ ibidem monuimus, necnon lib. 1. n. 35. Cæterum quod ait Anonymus noſter *ἀνὰ κηρὸν λευκὸν* optime quadrat cum eo quod habet auctor Chronici Alex. *πάντων κατεχόντων κηροὺς λευκοὺς*, &c. Cod. vero Colbertinus habet *ἀνὰ κηρὸν ἕκαστος καὶ λευκὴν χλαμύδα*, ſicut & paulo infra *τὴν αὐτὴν στήλην μίαν*, &c. *Κηρὸς* autem, Græcis eſt *Cera*: recentioribus vero Græculis *Cereum* ſonat. Vide Lambecii Notas ad Codinum, necnon Ducangii Gloſſ. med. Græc.

Ἕως τοῦ σίγματος) Quid *σίγμα* ſit, vide lib. 1. Perperam hanc vocem ſcriptam reperi in Cod. Colbertino, *ἕως τοῦ σίγματι* & in Cod. Reg. 2. *ἕως τοῦ σίγματος*; ita & in Svida legitur *εἰς τὸ σίγμα* pro *σῖγμα*, uti ſupra monuimus citato loco.

Ἑκτὸς δὲ ἐνζώδοι, &c.) Codinus *ἐκεῖσε δὲ ἐνζώδοι ἐστηλώθησαν εἰς τοὺς δύο κίονας*, &c.

Τῶν δὲ χρόνων παρελθόντων) Ita ex Codice Colbertino. Corrupte legitur in Cod. Reg. 1. *μδ΄. δὲ χρόνων παρελθουσῶν*: Reg. vero 2. habet *παρελθόντων δὲ μδ΄. χρόνων*; quem numerum annorum præfert & Codinus. 119.

Ἐποίησεν αὐτὸν Ἀρμαμέντα καὶ κοπροδίσιον) Ita Cod. Reg. 2. & Colbert. perperam vero ſcribitur in 1. Reg. *ἐποίει αὐτὸν ἁρμαμέντα*. Codinus autem, *Ἀρμαμέντα καὶ κοπροδίσιον αὐτὸν ἐποίησε*; ſed Lambecius hic pro *ἁρμαμέντα* ſcribendum contendit *ἀρμεντάριον*, id eſt, *armentarium*, ſeu *ſtabulum armentorum*. Sic, inquit, ante Copronymum Maxentius Eccleſiam S. Marcelli titulo dedicatam in armentarium mutavit; ut ibidem animalia Catabuli congregata ſtarent, quorum ſervitio S. Marcellum addixit.

Καὶ τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Εὐφημίας) De ſanctæ Euphemiæ templi ac reliquiarum profanatione vide hiſt. Miſcell. l. 22. ubi agitur de rebus e Conſtantino Copronymo geſtis anno vigeſimo ſexto Imperii. De hujus ſanctæ reliquiis eadem fere narrat Theophanes pag. 370. E. R. *τούτου χάριν τε καὶ τὸ τιμαλφέστατον λείψανον τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας ὁ ἀσεβὴς βασιλεὺς διαπράξατο ῥιφῆναι αὐτὸ σὺν τῇ λάρνακι, μὴ φέρων ὁρᾶν μυροβλυτοῦσαν αὐτὴν ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ.* *Quidpiam hujuſmodi in pretioſiſſimum celeberrimæ Martyris Euphemiæ corpus irreligioſus Imperator exercuit, illius reliquiis in maris profundum cum ipſo loculo projectis, Martyrem ſub totius populi conſpectum ſancta dantem unguenta videre non ferens.* Zonaras autem pag. 113. E. R. refert, duplicem ſua ætate de hujus ſanctæ corpore ortum fuiſſe rumorem; alii, inquit, narrant, impium Copronymum cum aſinis illud ac canibus cremari imperaſſe, sed ejus loco aliud cadaver a piis viris ſuppoſitum fuiſſe; alii vero illud in mare projectum, & in Lemnum inſulam delatum fuiſſe ajunt. *Διττοὶ δὲ περὶ τούτου φέρονται λόγοι. ὁ μὲν γὰρ τεθρύληκεν αὐτὸ λέγει δόξαι πυρπολῆσαι τὸν μιαρὸν ἐκεῖνον Κοπρώνυμον, κύνας καὶ ὄνους αὐτῷ συμπεριστάντα, καὶ τὴν τέφραν λικμήσαντα, μὴ μέντοι αὐτῷ εἰς ἔργον ἐκβῆναι τὸ βούλημα· φθῆναι γὰρ τοὺς ὀρθοδόξους μαθόντας τὸ βουλευόμενον, ἀφελέσθαι λαθραίως τὸ τῆς Μάρτυρος σῶμα ἐκ τῆς σοροῦ, καὶ μεταθεῖναι αὐτό. ἕτερον δὲ νεκρὸν ἐνθεῖναι αὐτῇ, ὅπερ εἶναι παρὰ τὸ ἀλιτήριον ἐκεῖνο παραδοθῆναι πυρί. Ὁ δ' ἕτερος οὐ καυθῆναι, καταποντωθῆναι δέ τὸ σῶμα λέγει τῆς Μάρτυρος σὺν τῇ λάρνακι. τὴν δὲ χάριτι θείᾳ κυβερνωμένην προσοκεῖλαι τῇ νήσῳ Λήμνῳ, κἀντεῦθεν ἐν τῇ νήσῳ πιστῶν γνωσθεῖσαν, κατατεθῆναι ἐκεῖ. ἐπὶ δὲ Εἰρήνης, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Κωνσταντίνου, αὖθις ἀνακομισθῆναι εἰς τὴν βασιλεύουσαν τῶν πόλεων ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς.* *De quo duplex rumor eſt: nam alii ferunt nefarium Copronymum in animo habuiſſe id cremare, canibus, & aſinis una comburendis, ſed inſtitutum ejus ſucceſſu caruiſſe, cum Orthodoxi eo conatu cognito, id clam e loculo ſurreptum alio tranſtuliſſent, & cadaver aliud ſuppoſuiſſent, quod a nefario illo ſit crematum. Alii non crematum, ſed una cum loculo in mari demerſum eſſe corpus Martyris affirmant: qui divina gratia gubernante, Lemno inſulæ ſit appulſus, & a fidelibus illius loci agnitus, illicque aſſervatus ſit, & ſub Irene, ejuſque filio Conſtantino honorifice in urbem Imperatoriam relatus.* pag. 672.

Εἰσὶν ὁ δεσπότης ἡ Αὐγοῦστα ἡ Ἀθηναία, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino; perperam enim in Reg. 1. pro *Αὐγοῦστα* legitur *Ἀναστασία*.

Καὶ τὸ λείψανον ἀπέσωσεν ἐν) Codinus addit *ἐν Λήμνῳ* pro *Λήμνῳ*; nam apud Lemnum inſulam repertum fuiſſe corpus S. Euphemiæ patet tum ex Zonaræ paulo ante citatis verbis, tum ex hiſt. Miſcell. necnon ex Anonymi Actis S. Euphemiæ apud Baron. ann. 766. Ita habet & Cedrenus ad annum 1. Irenes, niſi quod Eccleſiam S. Euphemiæ ad Hippodromum, quam Anonymus noſter & ex eo Codinus, reædificatam eh Irene aſſerunt, ipſe repurgatam tantum fuiſſe ſcribit: *Τότε καὶ τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας τὸ λείψανον, ὅπερ ἀέναον μύρον βλύζον ἐστίλα, ἀπὸ τῆς Λήμνου ὁ θεοφιλὴς Εἰρήνη ἀνακομ-*

καὶ τὸν πλοῦτον τοῦ Ἱπποδρόμου πρὸς αὐτῆς περιχυθέντα, ἐκεῖ αὐτὸ κατέθετο. *Tunc & celeberrimæ Martyris Euphemiæ reliquias perenne unguentum ſine intermiſſione fluentes, a Lemno Irene attulit, & æde quæ Hippodromo adjacet, repurgata, in ea depoſuit.* Hujus Martyris reliquias nunc aſſervari Conſtantinopoli in
120. Eccleſia Patriarchali Græcorum teſtatur P. Pacificus in *Itinerario Conſtantinopolitano & Perſico* pag. 38.

Περὶ τοῦ Προδρόμου τοῦ Ἴλλου) In Codice Colbertino titulus hic ſic conceptus legitur, περὶ τὸ προδρόμου τῷ Ἴλλου. In Cod. Reg. 1. pro Ἴλλου, conſtanter ſcribitur Ἰλῶ; in Reg. vero 2. Ἠλῶ, & ita quidem ſcribendum eſt, ſi vera narrant Græculi ἀπὸ τῶν ἥλων locum hunc ſic dictum fuiſſe, nimirum a clavis ferreis qui in ſummitate baculi ſancti Hypatii erant, quo draconem interfecit. At iſtæc pro nugis ac næniis habeo: nam probabilius videtur locum ita appellatum ab Illo Magiſtro ibi habitante.

Ὅτι τῷ λεγόμενα Ἴλλου, &c.) Id eſt, *In loco cognominato Illi, ubi extat templum S. Joannis Præcurſoris, olim fons erat*; quaſi diceretur ἐν τῷ λεγομένῳ τόπῳ Ἴλλου, &c. Paſſim utitur Anonymus noſter hoc modo loquendi, uti libro 1. monuimus.
Edit. Pariſ. Hæc paulo diverſis verbis a Codino narrantur.
pag. 673. Ὁ δὲ ἅγιος Τρύφων, &c.) Codinus vero: ὁ δὲ ἅ-
121. γιος Τρύφων προσελθὼν, ἐπέταξε τῷ θηρὶ μετὰ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, ἐχούσης ἥλους ἀπὸ σιδήρου, καὶ ἐφόνευσεν αὐτὸν, ἐξ οὗ καὶ ἔσχεν ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν. Cæterum Ducangius CP. Chriſt. lib. IV. pag. 105. E. R. dum ait ex Originibus MS. hanc ædem a S. Hypatio ædificatam eſſe, fallitur, dum non animadvertit folium illud tranſpoſitum eſſe, quemadmodum multa alia folia ejuſdem CODICIS COLBERTINI, quo idem uſus eſt, unde poſt folium 34. recurrendum eſt ad folium 57. & eandem narrationem reperies ac illam quam Reg. 1. exhibet.

Καὶ ἀπὸ Ἴλλου μαγίστρου) De Illo Magiſtro agit ſequenti capite; ſed falſum eſt quod Codinus ſcribit, ἀπὸ Ἴλλου μαγίστρου τοῦ τυραννήσαντος καὶ ἀποκεφαλισθέντος παρὰ Βασιλίσκου. Nam Illus Magiſter non a Baſiliſco occiſus eſt, ſed a Zenone, cui rebellaverat; Baſiliſcus quippe anno Chriſti 477. dejicitur ab imperio male parto, ac per tyrannidem adminiſtrato, nec diu poſt Limnis Cappadociæ Caſtello incluſus, una cum uxore Zenonide fame mori coactus eſt; Illus vero Magiſter una cum Leontio ab Joanne Scytha Zenonis duce victus eſt anno 484. ac poſt annos quatuor, expugnato caſtello Papyrio quo ſe clauſerunt, ambobus præſecta ſunt capita. Vide Theophanem pag. 114. E. R. Evagrium, &c.

Πολλὰς ἀρχὰς διανύσαντος) Conſul nimirum fuit ſine Collega anno poſt Chriſtum natum 478.

Εἰς Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην, &c.) Illum in Magna Antiochia tyrannidem palam affectaviſſe ſcribit Theophanes pag. 110. E. R. cujus verba commodo Lectoris conſulens hinc exhibebo: ὁ δὲ βασιλεὺς θέλων αὐτὸν πληροφορῆσαι, ἐποίησεν αὐτὸν στρατηγὸν τῆς ἀνατολῆς πάσης, δοὺς αὐτῷ ἐξουσίαν πᾶσαν, ὥστε καὶ δοῦκας ποιεῖν. ὁ δὲ παραλαβὼν μεθ᾽ ἑαυτοῦ Πατρίκιον Λεόντιον Σύρον τῷ γένει, ἄριστον δὲ κατὰ παιδείαν, καὶ πολέμων ἐμπειρίας, ἡγούμενον τῆς ἐν Θρᾴκῃ στρατιᾶς, καὶ σὺν αὐτῷ Μάρσον, καὶ Παμπρέπιον τὸν συγκλητικὸν, τὸν ἐπὶ μαγγανείᾳ διαβαλλόμενον, καὶ πλείστην ἀπὸ περιβαλλόμενος δύναμιν, ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐλθὼν τῆς Συρίας, ἀφανῶς ἔδειξε τὴν τυραννίδα. *Imperator placatum eum omnino volens totius Orientis Præfectum eum creat, & inſtituendorum etiam Ducum poteſtatem ampliſſimam impertitur. Illus Leontio Patricio, genere Syro, viro alioqui literarum diſciplinis & bellandi arte æque præſtantiſſimo, exercitus Thraciæ Præfecto in comitatum aſcito, una cum Marſo atque Pamprepio Senatore, qui Magiæ delatus fuerat, magniſque viribus undequaque collectis, Antiochiam Syriæ urbem profectus, tyrannidem palam affectavit.*

Καὶ συμβολῆς πολέμου γενομένης, &c.) Ita ex Codino; nam corrupte legitur in utroque Codice Regio, καὶ συμβολῆς πολέμου γενομένης πλησίον Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, ἐνίκησεν Ἴλλος ἐκ τῶν Λογγίνου κατέσφαξεν μόνου δὲ αὐτοῦ φυγόντος, ἀπῆλθεν εἰς Ἀντιόχειαν. καὶ κατεδυνάστευσεν Ἴλλος σφόδρα. Siquidem Longinus Zenonis frater diu poſt Illi ac Leontii cædem ſuperſtes fuit, argumento eſt bellum Iſauricum ſub Anaſtaſio, Longino duce, conflatum: quod anno Chriſti 495. cœptum, 497. denique terminatum eſt, qui belli ſextus fuit, ut ait Marcellinus Comes. Verum ſi Theophani ac cæteris Byzantinæ hiſtoriæ Scriptoribus fides præſtanda eſt, nullam expeditionem contra Illum ac Leontium Longino fratri Zeno commiſit, quin potius ex ipſo Theophane pag. 111. E. R. apparet Longinum una cum Matre in Papyrio Caſtello a Zenone incluſum fuiſſe, in quo & Verinam ſocrum incluſerat, ac deinde ab Illo & Leontio una cum Matre caſtelli cuſtodia liberatum eſſe; Verinam vero ibidem morbo correptam obiiſſe. Τούτῳ τῷ ἔτει Ἴλλος καὶ Λεόντιος Λογγῖνον ἀδελφὸν Ζήνωνος, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἐκ τοῦ κασελλίου ἀπέλυσαν. Βηρίνα δὲ ἐκεῖ νοσήσασα ἐτελεύτησε, καὶ μετὰ χρόνους ἀνεκομίσθη εἰς τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Ἀριάδνης. *Hoc anno Illus & Leontius Longinum Zenonis fratrem, & ejus matrem caſtelli cuſtodia liberarunt. Verina vero ibidem morbo correpta diem obiit: cujus corpus poſt aliquot annos Byzantium ab Ariadna delatum eſt.*

Ἐν τινι φρουρίῳ) Nempe in Papyrium caſtellum fuga elapſus eſt. Hoc Marcellinus Comes his verbis illuſtrat: *Leontius interea rex, & Illus Tyrannus, in Papyrio Iſauriæ caſtello capti decollatique ſunt.* pag. 674.
Capita eorum Conſtantinopolim allata præfixa baſtilibus tabuere. Ita habet & Theophanes p. 112. E. R.

Παραδοθέντα ὑπὸ τοῦ οἰκείου αὐτοῦ ἀνθρώπου) Nimirum proditione Procandi fratris uxoris a Zenone in hunc finem miſſi. Eorum capita ad Zenonem tranſlata, contiſque in Circo circumacta, atque inde trans portum oppido, cui Sicæ nomen in ludibrii oſtentationem affixa fuiſſe narrat laudatus Theophanes pag. 114. E. R.

Ἐτυράννησε δὲ Ἴλλος μῆνας ιδ΄.) Ita Cod. Reg. 1. Reg. vero 2. μῆνας ιϛ΄. Codex Colbertinus μῆνας κδ΄. Codinus μῆνας εἴκοσι ἕξ. Certum tamen eſt, Leontium a Verina Auguſta creatum fuiſſe Auguſtum apud Tarſum Ciliciæ oppidum anno 483. & biennio poſt mortua Verina, anno nempe 484. Leontium & Illum ab Joanne Scytha victos fuiſſe, ac caſtello Papyrio ſe clauſiſſe: quo poſt annos quatuor expugnato, capita ambobus præſecta fuiſſe & Conſtantinopolim allata, Dynamio & Siſidio Coſſ. anno Chriſti 488.

Περὶ τὸ καλούμενον Φωκάλιδον) Codex Colbert. περὶ τοῦ Φωκάλιδος. Φωκάλιδον ſcribitur in omnibus MSS. 122.
excepto Reg. 2. ubi Φωκάλιθον & Φωκάλιθος ſcriptum reperi.

Καθὼς φασι Πανόδωροι) Ita habet & Codex Colbertinus. At probabilior videtur lectio Codicis Reg. 2. & Codini. Τὸ δὲ καλούμενον Φωκάλιδον λέγουσί τινες οὕτω κληθῆναι, ὅτι Φωκᾶ τοῦ τυράννου ἐφ᾽ ἵππου βαδίζοντος, ὠλίσθησε τὸ ἄλογον αὐτοῦ ἐκεῖσε, καὶ ἔπεσεν. Siquidem falſo Anonymus noſter, & Cod. Colbertinus hanc narrationem ſeu loci illius etymologiam Panodoro Ægyptio attribuunt, cum Panodorus longe ante Phocam vixerit, nimirum ſub Arcadio. Hic χρονογραφίαν ſcripſit, & multa in eo ex Euſebio deſumpſit, ac ſæpe errantem Euſebium caſtigavit; Beroſi & Manethonis ſententiæ ſectator fuit, Aſtrologiæ peritus, uti teſtatur Georgius Syncellus qui eum Monachum Ægyptium fuiſſe ait, ac vel inde ætatem ejus ſatis nos docet quod Anianum, & Panodorum dicat ἀκμάζοντας ὁμοχρόνους pag. 34. & pag. 356. eum ſub Arcadio vixiſſe aſſerit, ſcriptaque ejus laudat. En ejus verba: Πανόδωρος δέ τις ἐγένετο κατ᾽ Αἴγυπτον ἐν μοναχοῖς, ἐπιμελὴς οὐκ ἄπειρος χρονικῆς ἀκριβείας ἐν τοῖς χρόνοις ἀκμάσας Ἀρκαδίου βασιλέως καὶ Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, ἀληθείας ἀποτυχὼν ἐν πολλοῖς, ζ. διήμαρτεν ὕστερον, ἐλθὼν εἰς τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τὴν αὐτὴν ταύτην συλλογισάμενος. *Porro Panodorus ex Ægypti monachis nonnullus temporum rationis & hiſtoriæ non indiligens ſcrutator, qui Arcadii Imperatoris & Theophili Alexandriæ Antiſtitis ætate vigens veritatem in pleriſque attigit, ad Chriſti ortum ſalutis noſtræ parentem hiſtoria deducta, eo-* dem-

demque in annum 5493. rejecto totis ſeptem annis a vero deflexit. Multa ex Panodoro hoc adducit Syncellus; & nonnumquam eum reprehendit, ut videre eſt pag. 35. 326. & 327. Vide præterea animadverſiones Euſebianas Scaligeri. Cæterum quod Anonymus noſter ac Codex Colbertinus laudato Panodoro falſo, ut dictum eſt, attribuunt, hoc Codinus a nonnullis proditum eſſe ait, ac deinde quod ſolo Theodoro Thebano Anonymus aſcribit, hoc Panodoro & Theodoro Codinus inquiens, Panodorum Ægyptium & Theodorum Thebanum tradidiſſe locum olim extra urbem latronibus fuiſſe frequentatum, quos captos Conſtantinus magnus ibi fuſcis affixerit, ἐφίλλισεν, indeque appellatum Φιλλισίλιτον.

Μετὰ τὸ πορθῆσαι καὶ κτίσαι τὴν πόλιν) Ita uterque Codex Regius; Codinus vero μετὰ τὸ κρατῆσαι καὶ ἀνεγεῖραι τὴν πόλιν, πολλοὺς πονηροὺς εὑρὼν ἐρημοῦν, καὶ κρατήσας τινὰς τῶν τοιούτων λῃστῶν ἀπεκεφάλισεν ἐκεῖσε αὐτοὺς, ἤγουν ἐφίλλισεν, &c. Vide Notas Lambecii ad eumdem locum.

123. Περὶ τὰ λεγόμενα Κοντάρια, &c.) Titulus iſte ſic legitur in Cod. Colbertino, Περὶ τῆς ἁγίας Θέκλης.

Ὅτι τὰ λεγόμενα Κοντάρια ὁ ἅγιος Γεώργιος) Ita habet & Codex Colbertinus. Locus ille communi forſan appellatione ita dictus, quod ad Propontidem ſitus eſſet; cum a Monaſterio ſancti Georgii in Manganis, Boſporo imminenti, nomen inditum Brachii ſancti Georgii fuerit non ſolum Freto ac Boſporo, ſive Helleſponto, ſed & toti Propontidi, uti pluribus ſuperius monuimus cum de hoc Monaſterio, ac de Manganis egimus. Cæterum hæc ita a Codino narrantur: Εἰς δὲ τὸν τόπον τῆς ἁγίας Θέκλης, ὅπου ἐπιλέγεται τὰ Κοντάρια, ὥς φασι λέγοντες ἐπὶ τοῦ Βύζαντος, καὶ τοῦ Αἵμου τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως ἐλθόντος πολεμῆσαι αὐτὸν, ἐκεῖθεν οἱ Βυζάντιοι ἐκ τοῦ τοιούτου τόπου τοῦ ὄρους Κοντάρια, καὶ ἔλαβεν ὁ τόπος τὴν παρωνυμίαν. *Ubi nunc eſt templum S. Theclæ, quod dicitur ad Contaria, ibi olim tempore Byzantis mons fuit. Quo vero tempore Hæmus Thraciæ rex ad ipſum debellandum venit, Byzantii haſtas exciderunt ex illa montis parte, quæ etiam nunc ea ex re Contaria nuncupatur.* Chronographus vero noſter omnino diverſa refert; nam Contaria inquit excubias ad annos ſeptem habuiſſe: eodemque loco ad biennium bellum geſtum fuiſſe. Vide quid hac de re paulo infra Anonymus noſter. Cæterum in Cod. Reg. 1. ultimo loco pro Κοντάρια ſcribitur Κονταρίτζιν.

Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν ἐκεῖσε ναὸν τῆς Θεοτόκου) Hæc omnino diverſa in Chronographo noſtro habentur; nam ille extitiſſe ibi idolorum exiguum delubrum, quod Gallieni eſſe dicebant, narrat: quo diruto Conſtantinum, Deiparæ ædem excitaviſſe, ſeſeque cum matre, Jeſuque ac Virgine nummo inſculpſiſſe, ac publica feſta diebus duodecim celebraviſſe. Vide n. 278. Ita fere paulo infra habet & Anonymus noſter n. 127.

Ὁ δὲ Ἰουστῖνος ὁ Πρωτοκουροπαλάτης) Perperam legitur in Cod. Reg. 1. ὁ δὲ Ἰουστινιανός; nam Juſtinum legendum eſſe nemo non videt, cum ita tum in MSS. omnibus legatur, tum etiam ſequentia ſuadeant, ſiquidem neque Curopalates Juſtinianus fuit, neque uxorem Sophiam appellatam habuit. Vox autem Πρωτοκουροπαλάτης ſuſpecta mihi videtur, cum neque apud Codinum in Catalogo officiorum Aulæ CP. reperiatur, neque in ullo alio, quod ſciam, Byzantino Scriptore; bene tamen Πρωτοασηκρῆτις, Πρωτοβεστιάριος, Πρωτοκυνηγὸς Πρωτοσπαθάριος, &c. Unde loco Πρωτοκουροπαλάτης legendum puto, Κουροπαλάτης vel πρῶτον Κουροπαλάτης, ſive ὁ ἀπὸ Κουροπαλατῶν, uti legitur apud Codinum, nimirum *Juſtinus ex Curopalata creatus imperator.* Cæterum hæc omnino diverſa in Codice Colbertino ſcribuntur: Ὁ δὲ Ἰουστῖνος ὁ μικρὸς καλλωπίσας, μετωνόμασε ταύτην τῆς ἁγίας Θέκλης. Illud forſan idem templum Sanctæ Theclæ, quod ab eodem Juſtino renovatum prodit Zonaras: καὶ τὸν τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης (ναὸν) ἀνεκαίνισε.

Ὅτι τὰ καλούμενα Ὁρμίσδα) Hæc penitus diverſa
124. in Codino habentur: τὰ δὲ καλούμενα Ὁρμίσδου, λιμὴν ἐτύγχανε μικρὸς, ἐν ᾧ ὥρμουν αἱ νῆες, πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν λιμένα τῶν Σοφιῶν. ἐκ δὲ τῶν πολλῶν χρόνων ἠμελήθη ὁ λιμὴν. ἔκτισε δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας κατ' ἐκεῖνο πρὸ τῆς βασιλείας. Hormiſdæ autem Palatium, necnon Tractum talem appellationem obtinuiſſe putant nonnulli, ab Hormiſda Saporis Perſarum Regis fratre majore, quem in vinculis conjectum a proprio fratre narrat Zoſimus, & uxoris induſtria liberatum ad Conſtantium transfugiſſe. Vide item Ammianum lib. XVI. XVII. Eutropium, Agathiam, cæteroſque Scriptores, qui res Conſtantini magni attigerunt.

Ἐν ᾧ ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς) Ita ex Codice Colbertino & aliis MSS. Perperam in Cod. Reg. 1. habetur, ἐν ᾧ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐχρημάτισε κατοικεῖν. Κελλίον hic ſignificat Monaſterium ut ex ſequentibus patet, καὶ ὠνόμασε Σεργίου καὶ Βάκχου. Celebre eſt apud Scriptores hoc Monaſterium SS. Sergii & Bacchi Hormiſdæ dictum, quod Palatio adjacebat. Hujus Monaſterii conditorem Juſtinianum agnoſcunt Scriptores omnes. Vide Procopium lib. 1. de Ædif. cap. IV. pag. 13. Cedrenum pag. 366 qui Ædem SS. Sergii & Bacchi vicinam fuiſſe Palatio ex parte maris ait: quo loco etiam a Gyllio illuſtratur, nimirum in planitie explicata inter Propontidem & Hippodromum. Quod & manifeſte tradit laudatus Cedrenus pag. 348. ubi incendium a portu Neorio, anno quinto Leonis magni ortum deſcribit: καὶ ἄλλα πολλὰ κατελυμήνατο τὸ πῦρ, οἷα ἐμβόλους, ἀγορὰς καὶ οἰκήσεις ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, ἄχρι τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου. *Quin & alia multa ignis vaſtavit; ut porticus, roſtra, fora, domos, a mari uſque ad mare, uſque ad ædem SS. Martyrum Sergii & Bacchi.* Deſcriptionem templi SS. Sergii & Bacchi habes apud Gyllium lib. II. cap. XIX. qui ipſum adhuc extare perhibet, *cujus nomen*, inquit, *dumtaxat Græci etiam nunc retinent, uſum vero & fructum Turci habent.* Quin & Thevetus lib. XIX. Coſmogr. cap. III. idem templum in Moſcheam converſum ſcribit. Hoc Monaſterium peculiari quadam prærogativa ſubjectum fuiſſe Romanæ Sedi teſtatur Epiſtola CCLI. Joannis VIII. PP. ad Baſilium Macedonem Imp. conſcripta. *Immenſas poſt Deum Serenitati veſtræ gratias agimus, primo quidem quod dromones veſtros, qui pro defenſione Sancti Petri in noſtro manerent ſervitio nobis miſiſtis: ſecundo autem quod Monaſterium ſancti Sergii intra veſtram Regiam urbem conſtitutum, quod ſancta Romana Eccleſia jure proprio quondam retinuit, divina inſpiratione repleti pro honore Principis Apoſtolorum noſtro præſulatui reddidiſtis.* Neque ſola ædes Sergiana Latino ritui ac proinde Chriſtianis Romanis addicta fuit, verum etiam nonnullæ aliæ; quibus præfuiſſe Vicarium a ſummo Pontifice eo miſſum apparet ex Innocentii III. lib. II. pag. 523 Vide quæ hac de re Ducangius monuit.

Πλησίον καὶ ἕτερον ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων) Nimirum templum SS Apoſtolorum Petri & Pauli proxime Hormiſdæ Palatium; nam præter ædem cunctis dicatam Apoſtolis, ob ſepulturam Imperatorum celeberrimam, quæ a Conſtantino Magno extructa fuit, & a Juſtiniano, cum ab ævi longinquitate labefactata eſſet, ut propediem collapſura videretur, funditus demolita majorem ac elegantiorem in formam inſtaurata fuit, ædificavit etiam alteram idem Juſtinianus SS. Apoſtolis Petro & Paulo dicatam proxime Hormiſdæ Palatium, teſtis eſt Procopius libro 1. de Ædif. cap. IV. Ex quo Procopii loco falſum apparet id quod tradit Cedrenus pag. 366 E. R. nimirum templum hoc SS. Apoſtolorum Petri & Pauli a Juſtiniano ædificatum antea extitiſſe domum Juſtiniani: ſiquidem non Palatium Hormiſdæ, in quo cum adhuc privatus eſſet, ipſe habitabat, mutavit in Eccleſiam SS. Apoſtolorum Petri & Pauli quin potius eum adeo magnifice eamdem domum ornaſſet, ut ſpeciem haberet dignitatemque Palatii; poſtea Romanus factus Imperator, eam alteri Regiæ acceſſionem adjunxit; ita laudato loco tradit Procopius; cujus integra verba hic ad-

Edit. Pariſ. pag. 675.

Edit. Pariſ. pag. 676.

ferimus quibus graphice deſcribuntur cum hoc templum SS. Petri & Pauli, tum illud SS. Sergii & Bacchi ab eodem Juſtiniano extructum: Πρῶτα μὲν Πέτρῳ καὶ Παύλῳ νεὼν οὐ πρότερον ὄντα ἐν Βυζαντίῳ ἐδείματο παρὰ τὴν βασιλέως αὐλήν, ἣ Ὁρμίσδου τὸ παλαιὸν ἐπώνυμος ἦν. ταύτην γὰρ ἰδίαν αὐτοῦ οἰκίαν παλάτιον εἶναι δοκεῖν τε καὶ πρέπειν τῷ μεγαλοπρεπεῖ τῆς οἰκοδομίας διαπεπραγμένος, ἐπειδὴ αὐτοκράτωρ κατέστη Ῥωμαίων, τοῖς ἄλλοις βασιλείοις ἐνῆψεν. ἐνταῦθα καὶ τέμενος ἄλλο ἁγίοιν ἐπιφανέσι Σεργίῳ τε καὶ Βάκχῳ ἐδείματο, καὶ ἔπειτα καὶ τέμενος ἄλλο ἐκ πλαγίου τούτῳ παρακείμενον. ἄμφω δὲ τούτω τὼ νεὼ οὐκ ἀντιπροσώπω, ἀλλ' ἐκ πλαγίου ἀλλήλοιν ἑστᾶσι συνημμένω τε καὶ ἀλλήλοιν ἐνάμιλλοι ὄντες, καὶ τὰς εἰσόδους ἐπικοινούμενοι, καὶ ἴσα ἀλλήλοις τά τε ἄλλα πάντα, καὶ τὰ κρηπῖδι περιβεβλημένοι, καὶ οὐδὲ κάλλει τινί, οὔτε μεγέθει, οὔτε ἄλλῳ δή τινι πλεονεκτεῖ ὁ ἐλασσούμενος διακρίνεται. ὁμοίως μὲν γὰρ ἑκάτερος τῇ αἴγλῃ τῶν λίθων ὑπεραστράπτει τὸν ἥλιον. ὁμοίως δὲ χρυσοῦ περιουσίᾳ πανταχόθι κατακορής ἐστι καὶ κατάκομος τοῖς ἀναθήμασιν. ἑνὶ μέντοι διαλλάσσουσι μόνῳ· τὸ μὲν γὰρ μῆκος αὐτοῖν τῷ μὲν κατ' εὐθὺ ἀποτετόρνευται, τῷ δὲ οἱ κίονες ἐν ἡμικύκλῳ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἑστᾶσιν. ἔστι δὲ αὐτοῖν μία μὲν ἡ ἐπὶ τοῖς προθύροις στοὰ ἐπὶ τῷ νάρθηκι τῷ περιμήκει εἶναι ὠνομασμένη. ἐπὶ κοινῆς δὲ προπύλαια πάντα, ὅτε αὐλὴ καὶ μέσαυλοι θύραι, καὶ τὸ ἐσιέναι τοῖς βασιλείοις. οὕτω δὲ ἀμφοῖν ἀγανὰ τὰ ἱερὰ τοῦδε ξυμβαίνει εἶναι, ὥστε διαφανεῖς τῆς τε πόλεως ὅλης, καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν βασιλείων ἐγκαλλώπισμα τυγχάνειν ὄντα. *Principio, Byzantii novum templum Petro & Paulo juxta Regiam extruxit, de Hormiſdæ nomine olim dictam: quam ipſe, ſuam antea domum, cum adeo magnifice ornaſſet, ut ſpeciem haberet dignitatemque Palatii; poſtea Romanus factus Imperator, eam alteri Regiæ acceſſionem adjunxit. Sergio quoque & Baccho, Cœlitibus inclytis, ibi templum conſtituit: dein & alterum huic obliquum appoſuit. Neque enim adverſa ſunt ambo: ſed a latere cohærent, invicem comparabilia: communes aditus habent: æqualia prorſus inter ſe ſunt, & crepidinibus cincta. Neutrum decore, magnitudine, aliave re quapiam præſtat cedit ve alteri. Utrumque ex æquo Solem ſuperat fulgore marmorum, & plurimo obique auro pariter litum ac donariis refertum eſt. Hoc uno differunt, quod hujus directa eſt longitudo; illius vero columnæ in ſemicirculum diſpoſitæ ſunt fere omnes. Unam habent in veſtibulo porticum, nomen cui Narthece ſeu ferula idcirco nactam, quod longiſſime porrigatur. Communia ſunt omnia propylæa, atrium, medianæ januæ, & ad Regiam adjunctio. Ea demum eſt utriuſque templi magnificentia, ut toti hinc civitati ipſique Palatio manifeſtum decus accedat.* Subdit Cedrenus laudato loco, Juſtinianum non modo in his excitandis præclaris templis, nimirum altero SS. Petri & Pauli, altero Sergii & Bacchi, priſtinas ſuas opes, & quas privatus poſſidebat addixiſſe, ſed & in iis Monaſterium illuſtrium virorum inſtituiſſe: Καὶ πάσας αὐτοῦ τὴν οὐσίαν ὑπὸ ξενίοις [illegible] τοῖς δυσὶ τούτοις ἀφιερώσας ναοῖς, μοναστήριον περιφανὲς τῶν ἀνδρῶν ἀπεπλήρωσε. In Concilio autem Conſtantinopolitano ſub Mena ſubſcribit Παῦλος ἡγούμενος τῶν ἁγίων Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου.

Edit. Pariſ. pag. 677.

Ὅτι ἐξ τῆς στάσεως εἰς τὸ ἱππικὸν ἐσφάγη) videlicet cum Beliſarii ac Narſetis opera factioſos sepeliſſet, occiſa uno die Januarii 19. feria 2. hominum 35000. ut habet Theophanes: vel, ut Procopius, 30000.

Ἐκλήθη δὲ Ἰουλιανοῦ λιμήν.) Portus ſcilicet qui a proximo Palatio Hormiſdæ dicebatur, a Juliano Imperatore qui eum ædificavit, ſive amplificavit, Juliani poſtmodum dictus eſt; Zoſimus in Juliano lib. III. λιμένα δὲ μέγιστον αὐτῇ δειμάμενος, τὸ ἀπὸ τοῦ νότου κινδυνευόντων ἀλεξητήριον πλοίων. *Simul portum et maximum ſtruxit, qui naves ab Auſtro periclitantes a tempeſtatibus defenderet.* Hinc *Portus Divi Juliani* dictus & in L. ult. Cod. Th. de Calcis coctorib. quia Impp. Honorius & Theodoſius *omnes fornaces per omne ſpatium, quod inter Amphitheatrum & Divi Juliani Portum per litus maris extenditur*, tolli præcipiunt, *propter ſalubritatem urbis, & ædium regiarum vicinitatem*. Codinus nulla temporum habita ratione, omnia intervertit: τὰ καλούμενα Ὁρμίσδου ait parvum fuiſſe portum, qui navibus ſtationem præbebat, priuſquam conderetur Portus Sophiarum, & ab ejus conditore Juliano, Juliani nuncupatum. Vide quid de hoc portu infra cum de portu Sophiarum.

Τὸ Βούκινον τὸ παλαιόν, &c.) Hæc in Cod. Reg. 2. ac Codino ita habentur. Τὸ λεγόμενον Βούκινον ἐκεῖ ἐκλήθη, τὸ παλαιὸν γὰρ σάλπιγγες ἦσαν χαλκαῖ ἐπάνω τοῦ τείχους.

Τὸ δὲ τεῖχος ὑποκάτω ἦν συρραγώδης κυρτὸς) Ita ex Cod. Reg. 2. Perperam legitur in Reg. 1. & Colbert. συρραγώδεις κυφὸν; niſi quis legendum putet συρραγώδης κυφόν: κύφη Græcia recentioribus, *Cavus*. Vide Ducangii Gloſſ. med. Græc. eodem v. Hæc & reliqua omnino diverſa in Codino habentur. ὁ δέ, inquit, πύργος ἦν κυρτὸς καὶ συρραγώδης. ἐν τούτῳ γεγονότος τοῦ βορρᾶ σφοδροῦ, ἐκ τῶν κυμάτων τῷ τείχει προσπαιόντων, ἀνεῖχετο τὰ κύματα βίᾳ ἀναδιδόν πρὸς τοὺς αὐλοὺς τῶν σαλπίγγων, καὶ ὑπηχεῖτο μέλος ξενίζον ἀκοῆς, ἕως Σοφιῶν. ἦν δὲ ἀπέναντι τούτου καὶ ἕτερος πύργος, καὶ δεχόμενος τὴν ἠχὴν τοῦ τοιούτου μέλους, ἀπεδίδου καὶ αὐτὸς ἦχον τὸν αὐτόν. ὅταν δὲ ἄδηλον κίνημα Ῥωμαϊκὸς ὄχλος, ἐμοὶ [illegible] ἐκάστοτε ὑδρίζετο, καὶ κατὰ τὸν ἦχον τῶν πύργων ἐσάλπιζον αἱ σάλπιγγες καὶ [illegible]. Has vero Turres quas Buccinas Anonymus noſter & ex eo Codinus appellant, extitiſſe ad Propontidem, & quidem haud procul a Sophiarum & Eleutherii portubus apparet cum ex eodem Anonymo, qui ordine ſervato, Urbis monumenta recenſet, tum ex Niceta Choniate qui in Iſaacio & Alexio F. p. 357. E. R. loci Βουκίνου dicti, quod idem eſt quod Βούκινον ſive Βυκινον, meminit, eumque haud procul a Portu Sophiarum ſtatuit. Neque ſane hæ duæ Turres, quæ ad Propontidem ſteterunt, abſimiles videntur ſeptem illis Turribus Veteris Byzantii, quæ a porta in Thracium Campum ducente, ad mare Septentrionale pertingebant. Has quidem a Byzante ita conſtructas fuiſſe narrat Heſychius, ut mutuo ſono ſibi invicem reſponderent, ac ſi tuba, aut vox aliqua in harum una inſonaret, altera alteri ſonum tradens, ad ultimam uſque tranſmitteret: Τοὺς γὰρ ἐν αὐτῷ πύργους ἑπτὰ ὄντας ἀντιφθέγγεσθαι [illegible] ἀλλήλοις συνομιλεῖν· εἴποτε γὰρ σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα τοῖς πύργοις ἐνέφηνε, ἕτερος ἐξ ἑτέρου τὴν ἠχὴν μεταλαμβάνων, καὶ πρὸς τὸ πέρας χωρεῖν παρέπεμπεν. *Septem enim in eo Turres ita conſtruxit, ut mutuo ſono inter ſe reſponſarent: nam ſi in una aliqua tuba aut vox quæpiam inſonaret, altera alteri ſonum tradens, ad ultimam uſque tranſmittebat.* Has etiam Turres deſcribit Dio apud Xiphilinum pag. 324. & vocales viſu & auditu uſurpaſſe ſe perhibet, priuſquam a Severo una cum mœnibus everterentur: Καὶ εἶδον ἐγὼ τὰ τείχη πεπτωκότα, ὥσπερ ὑπὸ ἄλλων τινῶν, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ Ῥωμαίων ἑαλωκότα. ἐτεθεάμην δὲ αὐτὰ καὶ ἑστηκότα, καὶ ἤκουσα αὐτῶν καὶ λαλούντων. Ἑπτὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν πύργοι καθήκοντες πρὸς τὴν θάλασσαν ἦσαν. τούτων δ' εἰ μέν τις ἄλλῳ τινὶ προσέμιξεν, ἥσυχος ἦν. εἰ δέ τι τῷ πρώτῳ ἐνεβόησε, καὶ λίθον ἐνέρριψεν, αὐτός τε ἠχεῖτο καὶ ἐλάλει, καὶ τῷ δευτέρῳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παρεδίδου· καὶ οὕτω διὰ πάντων ὁμοίως ἐχώρει, οὐδὲ ἐπετάραττον ἀλλήλους, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει πάντες, παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἕτερος, τήν τε ἠχὴν καὶ τὴν φωνὴν ἐδέχοντό τε καὶ παρεπέμποντο. *Ego quidem mœnia ita diruta ſpectavi, ut ſi ea barbari cepiſſent, non Romani: Videramque ea cum adhuc ſtarent, eorumque ſonitum quem edebant audiveram. Septem enim Turres a portis quæ in Thraciam ducunt, ad mare uſque ædificatæ erant, in quibus ſi quis cum alio ſermonem contuliſſet, vocalis non erat: ſi vero in prima vocem aliquam edidiſſet, aut lapidem jeciſſet, ipſa per machinam quamdam loquebatur, tum ſequenti id ipſum tradebat faciendum: atque ita illud per omnes eodem modo pervadebat; nec alteræ turbabant alteras, ſed per vices quæque a proxime antecedente ſonum vocemque acceptam ad ſequentem tranſmittebant.* Hæc iiſdem ferme verbis

Edit. Pariſ. pag. 678.

exſcripta ex Dione produnt Zonaras, Cedrenus ac Suidas. Ceterum & in quarta Regione Antiquæ Romæ locum nuncupatum *Buccinam auream*, vel *Buccinum aureum* extitiſſe tradit P. Victor; num vero ejuſdem generis fuerit is locus ac ille novæ Romę ignoratur, cum nulla hujus loci apud alios Scriptores mentio, quod ſciam, occurrat.

Περὶ τῆς Σοφίας τοῦ λιμένος) In Cod. Colbertino titulus iſte ſic ſcribitur. περὶ τοῦ Σοφιανοῦ λιμένος.

Τὸν λιμένα τῆς Σοφίας, &c.) Codex Colbertinus Portum hunc a Juſtino extructum fuiſſe in Contoſcalio ait: Ὁ Ἰουστῖνος ἔκτισε τὸν λιμένα τὸν εἰς τὸ Κοντοσκάλιον, ubi pro Κοντοσκάλιον legendum eſt Κοντοσκάλιον. Vide quæ infra de Porta Κοντοσκάλιον monemus.

125. Εἰς ὀνόματι τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας) Scilicet *uxoris ſuæ Sophiæ nomine*; ὀνόματι hic *Nomen* ſignificat. Siquidem Theophanes an. 4. ejuſdem Juſtini pag. 205. E. R. loquens de Palatiis Sophianorum ait: ἐπ' ὀνόματι τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας. Codinus vero hunc portum a Sophia Lobe conditum fuiſſe nugatur, quo loco fuit ipſius Palatium: Τὸν δὲ λιμένα τῆς Σοφίας, Σοφία ἡ Λώβη, ἡ γυνὴ Ἰουστίνου ἔκτισεν· ἔνθα καὶ τὸν οἶκον αὐτῆς εἶχεν. *Portum Sophianum Sophia cognomento Lobe ſive mutilata, uxor Juſtini condidit, quo loco ipſius Palatium fuit.* Anonymo quidem noſtro aſtipulatur & Cedrenus: Κτίζει δὲ καὶ τὰ παλάτια τὰ ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι, ἀνακαθάρας καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα. *Ædificavit & Palatia in Portu Juliani, quem etiam purgavit.* Ita & Zonaras loquens de Sophia, ἐξ ὀνόματος καὶ τὸν λιμένα τῶν Σοφιῶν ᾠκοδόμησε. *Cujus nomine & Portum Sophianum conſtruxit.* Cæterum hunc Portum plures appellationes obtinuiſſe, præterquam ex Anonymo noſtro patet, etiam ex aliis Byzantinæ Hiſtoriæ Scriptoribus Primum dictus eſt *Hormiſdæ* a proximo Hormiſdæ Palatio de quo ſupra loquitur Scriptor noſter: deinde

Edit. Pariſ. pag. 679. *Juliani* appellationem obtinuit cum a Juliano Imperatore ædificatus fuerit ut auctor eſt Zoſimus; ſed de hac re pluribus ſupra. Dicitur, & *Portus novus*, ac in tertia Regione ſtatuitur in Veteri Urbis Deſcriptione. Præterea *Portus Palatii* vocatur a Scylitze & Glyca in Nicephoro Phoca. Item & Βουκολέων Νεωρίων, Παλάτια Νεωρίων ἐν τῷ Βουκολέοντι, quin & Βουκολέων tantum. Vide quæ hac de re lib. 1. adnotavimus cum de Palatiis Bucoleontis. Denique *Neorium* ſeu *Neoriſium* tantum appellatur. Quod autem dicitur Chronographo noſtro Neorium iſtud Arcadium primitus nuncupatum fuiſſe, & a quodam Conone, magicis præſtigiis conſecratum; ac a Conſtantini Magni ætate ibidem extitiſſe maritimarum mercium emporium, & demum Juliano imperante in Juliani portum evaſiſſe; meræ nugæ ac næniæ ſunt. Vide quæ ibidem hac de re monuimus.

Τετράχω τοῦ χαμαροπόδις, &c.) Hæc paulo diverſa in Codino habentur, τοῦ ἐπὶ ταύτης μακροπόδις, παρὰ τὸ μέγα Κωνσταντίνου κτίσμα, ἐν ᾧ ἐσυνήρχοντο οἱ φιλόσοφοι Θηβαῖοι, Ἀθηναῖοι, καὶ Ἑλλαδικοί, καὶ διελέγοντο μετὰ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὄντων. καὶ διήρκεσε τοῦτο μέχρι Ἰουστίνου, καὶ πάντοτε ὑπάντων οἱ δυτικοί. ἐπὶ δὲ ταῦτα ἀπεπαύθησαν, ἄλλοτε ἐκ ἀνάλλων. In Cod. Reg. 2. legitur, φιλόσοφοι οἱ δυτικοὶ Θηβαῖοι. & infra πολιτικοὶ ſuppletum eſt ex Cod. Colbert. nam in Regio 1. deerat, in quo etiam primo loco pro Ἰουστίνου perperam legitur Ἰουστινιανοῦ, ut ex ſequentibus apparet & ex aliis MSS. Cæterum hanc porticum quæ Anonymo noſtro χαμαροπόδις dicitur & Codino μακροπόδις, non diverſam eſſe a Porticu Sigma, quæ ab auctore antiquæ Urbis Deſcriptionis inter monumenta tertiæ Regionis recenſetur, & Zoſimo extructa dicitur a Juliano Imperatore juxta Portum a ſe conditum contendit Ducangius, ac ideo ſtructuram hujus porticus perperam inquit attribui Conſtantino Magno. Sed vide quæ nos de Porticu Sigma monemus.

Ἡλιακὸν τοῦ παλατίου) Ἡλιακὸν *Solarium* ſignificat. Vide quid lib. 1. obſervavimus; necnon Ducangii Gloſſ. med. Græc. eodem v.

Προσέταξε Ναρσῇ τῷ πατρικίῳ καὶ πραιποσίτῳ, καὶ Τρωΐλῳ, &c.) In Cod. Reg. 1. legitur καὶ Πρωΐλῳ. Sed quis non videt Scribæ eſſe mendum? Quod autem Anonymus noſter & ex eo Codinus tradunt Juſtinum curam extruendi portus injunxiſſe Narſeti Patricio & Præpoſito ac Troilo Protoveſtiario falſum omnino apparet ex Epigrammate Juſtini ſtatuæ baſi inſcripto, quod habetur a nobis infra editum n. 394. Vide quæ ibi hac de re obſervamus. Cæterum nemo alius ea Scriptoribus Byzantinis, quod ſciam, prædictarum ſtatuarum, quas in Portu Sophiano Anonymus noſter a Juſtino erecta perhibet, meminit, præter Cedrenum pag. 391. E. R. qui duas tantum ſtatuas in Medio portu Juſtinum poſuiſſe ait, nimirum ſui ipſius & Sophiæ uxoris: στήλας δύο ἐν μέσῳ αὐτοῦ τό τε ἑαυτοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας, μετονομάσας καὶ τὸν λιμένα Σοφίας. 126.

Οἱ καὶ βάθυνον μέγαν ὀρύξαντες) Ita ex Cod. Reg. 2. In Reg. 1. ſcribitur βάθυνον μέγαν καὶ ὀρύξαντες.

Διὸ καὶ τὴν προσηγορίαν εἴληφε) Codex Colbertinus, διὸ καὶ τὴν προσηγορίαν εἴληφεν ὁ Σοφιανῶν καλούμενος λιμήν. Unde apparet ex titulo hujus capitis, a nobis ſupra ex eodem Codice prolato. Portum hunc Sophiæ indiſcriminatim appellatum fuiſſe modo τῆς Σοφίας, modo Σοφιανῶν; ac propterea non mihi arridet id quod hac de re monuit Ducangius Conſtantinop. Chriſt. lib. 1. pag. 59. E. R. Cæterum Auctor Originum quæ in laudato Codice Colbertino habentur, hunc Portum ait ſuo tempore ab Andronico Comneno Palæologo repurgatum, dilatatum ac profundiſſimum effectum, quin & præclarum munimentum ab eo excitatum fuiſſe, ac portis ferreis eundem Portum inſtructum ut Imperatoriæ triremes ibi ab inſidiis tutæ manerent; ſic laudatus Scriptor poſt vocem illam λιμὴν, ὃν δὴ καὶ ἀναχωσθέντα τῷ χρόνῳ, ἀνώρυξε καὶ ἀνενέωσε ταῦτα, ναὶ, ὁ ἐν τοῖς βασιλεῦσι διαπρέψας, ὁ τῆς ὀρθοδοξίας ἔρεισμα ἡμῶν, ὁ αὐτοκράτωρ ἡμῶν, κυρὸς Ἀνδρόνικος Κομνηνὸς ὁ Παλαιολόγος. ἀνακαθάρας γὰρ τὸν τοιοῦτον λιμένα, καὶ εὐρύνας, καὶ βαθύτατον ποιήσας καὶ θριγγίον ταύτῃ ἀξιοθαυμαστότατον ἐγείρας, καὶ τὸν λιμένα διὰ πυλῶν σιδηρῶν κατησφαλίσατο, τὰς βασιλικὰς τριήρεις ἀνεπιβουλεύτους ἐν τούτῳ μένειν δυνάμενος καθίσασθαι. ὅπερ ὁρᾶται τῇ πόλει μέγιστον ἔργον καὶ ἀξιοθαυμαστότατον. Ὁ δὲ μικρὸς Ἰουστῖνος καὶ στήλας, &c. *Quem tandem obrutum & obſtructum repurgavit inſtauravitque inter Imperatores clariſſimus, orthodoxæ fidei vere portus, qui nunc imperium moderatur, Dominus Andronicus Comnenus Palæologus. Nam cum portum hujuſmodi repurgaſſet, dilataſſet ac profundiſſimum effeciſſet, præclarum ipſi munimentum excitavit, portiſque ferreis portum communivit, ut Imperatoriæ triremes innumeræ ibi ab inſidiis tutæ manerent. Quod ſane opus maximum & mirabiliſſimum in urbe conſpicitur.* Prædictus Codex Colbertinus, ex quo hanc narratiunculam exſcripſimus, Bombicinus eſt & charactere tertii decimi ſeculi exaratus, uti lib. 1. monuimus; unde crederem & ex adlata nota ipſa auctoris manu conſcriptum eſſe. Quod vero Andronico Palæologo Comneno adſcribit laudatus Originum ineditarum auctor, Michaeli ejus patri attribuit Pachymeres lib. v. cap. x. pag. 248. & 249. E. R. ſiquidem uterque Κοντοσκέλιον eundem appellat portum; unde apparet Portum ſeu Νεώριον Contoſcalium dictum haud diverſum fuiſſe ab hoc Portu Sophiarum, & Neorio. Vide quid hac de re infra cum de Palatiis Sophiarum n. 165. Cæterum, inquit Pachymeres citato loco, cum Navalia, quæ in Sina erant, quibuſve Latini, dum Urbem tenerent, utebantur, non placerent, quod hoſtibus perinde ac ipſis Græcis pervia eſſent, τὸ πρὸς τὸν Βλάγκα Κοντοσκέλιον ἀνοικοδομεῖν ἔγνω. ὅσα γυρώσας μὲν μεγίσταις πέτραις τὸν κύκλον τοῦτον, ἐμβαθύνας δὲ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, ἄργυρον ὑγρὸν χυτὸν ἐμβαλόντα. ὑπῳκοδομήσατό τε καὶ τείχη ταῖς ναυσὶν ἀποχρῶντα, πύλας δ' ἐπιθεὶς ἀρραγεῖς ἐκ σιδήρου τῷ ἐκ τῆς πέτρας εἴσοδον ἔξωθεν, ὡσθ' ἅμα μὲν ἀσφαλῶς ἔχειν τὸν στόλον, ἅμα δὲ καὶ τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἀνεχομέναις, pag. 680.

(μὴ γάρ εἶναι ἔξω τὸ φοῖβος τῆς θαλάσσης ἕνεκα) κατέστη ἐμείνατο τὰς ἐμπτέρας. *Contoſcelium quod Bloacæ adjacet reædificare voluit. Itaque locum ambivit lapidibus maximis, & intra illos comprehenſum mare profundius effecit, immiſſo argento vivo: loricam etiam idoneam tegendis navibus ædificavit; portas vero ferro compactas in exteriori lapidum introitu poſuit, ut & in tuto eſſet claſſis, & ſtatim atque eboſtium naves deferrentur, (cum ibi conſiſtere propter maris fluxum non poſſent) a tergo eas noſtræ adoriretur.* Petrus Poſſinus putat hunc portum repurgatum ac reædificatum fuiſſe anno decimo Imperii Michaelis Palæologi Comneni, Chriſti 1269. quo tempore Carolus Rex Siciliæ Claſſem armabat ad Conſtantinopolim recuperandam; de qua re Pachymeres lib. v. cap. 8. & 10.

Καὶ Ἀραβίας τῆς ἀνεψιᾶς αὐτῆ) Codinus & omnes Codices MSS. ἀνεψιᾶς habent, attamen dubium non eſt, quin ſcribendum ſit, & Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτῶν; Arabia ſiquidem filia fuit Juſtini Junioris & Sophiæ. Codinus pag. 44. E. R. ubi Portus Sophiani ſtructuram Sophiæ adſcribit, ſubdit; μέσον δὲ τὰ λιμένος ἀνήγειρε τέσσαρας κίονας, ἐφ' ὧν ἔστησε ταῖς δὲ ταῖς εἰκόνας ἑαυτῆς τε, καὶ Ἀραβίας τῆς ἀνεψιᾶς αὐτῆς, καὶ Ἰουστίνου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ Ναρσῆ τοῦ ἰδίου πραιποσίτου. At quis non videt Codinum ſecum ipſum pugnare, nam ſupra pag. 27. E. R. Portum inquit Sophianum a Juſtino Curopalata marito Sophiæ Lobes conſtructum eſſe, in cujus portu quatuor ſtatuas erectas fuiſſe ait, nimirum Sophiæ, Juſtini, Arabiæ & Vigilantiæ matris ejus. Sic ipſe nugatur. Chronographus vero noſter ſtatuam Sophiæ conjugis Juſtini Junioris in Milliario extitiſſe perhibet, quin & Arabiæ filiæ eorum, necnon alteram Helenæ formoſiſſimæ neptis eorum auro obductam. Vide quæ ibi adnotamus. Cedrenus duas ſolummodo ſtatuas, videlicet ſui ipſius & Sophiæ uxoris Juſtinum in medio Portu Sophiano erexiſſe ſcribit.

Ἐξ ὧν αἱ δύο ἀφῃρέθησαν, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino pag. 27. E. R. In Cod. Reg. 1. & Colbert. legitur, ἐξ ὧν δύο ἐτυφθησαν. Laudatus Codinus pag. 44. E. R. ſcribit, hunc Portum Sophianum ducentis quinquaginta duobus annis poſt con-
Edit. Pariſ. pag 68. ditam Conſtantinopolim conſtructum fuiſſe: μετὰ δὲ τὸ κτισθῆναι τὴν πόλιν σνβ'. χρόνων διελθόντων, ἐκτίσθη ὁ τοιοῦτος λιμήν. Ita & Cod. Reg. 2. niſi quod addit, καὶ ὅτε ἐκτίσθη ὁ λιμήν. Quod ajunt de notis rerum futurarum, quas continebant prædictæ duæ ſtatuæ, nugæ ſunt ac neniæ.

Περὶ τοῦ ἐν τῷ Βυκίνῳ, &c.) In Codice Colbert. titulus iſte ſic legitur, περὶ τοῦ ἐν τῷ Βυκίνῳ Χορτοβόλῳ.

Ὁ χορτοβόλος ὁ εἰς τὸ Βύκινον) De hoc fœnili quod ex eccleſia ſancti Andreæ a Juſtiniano magno conſtructa, effecit Conſtantinus Copronymus, agit & Codinus pag 55. E. R. Situs hujus fœnilis ſatis aperte indicatur, cum in loco Buccinum cognominato extare dicitur; qui ſane locus in tertia Regione erat haud procul a Sophiano & Eleutherii portubus, uti ſupra monuimus. Unde etiam apparet non ſolum turrim ita dictam fuiſſe, verum etiam locum illi circumjacentem Buccinum nuncu-
127. patum fuiſſe.

Ἐκκλησίας ἐρχόμενος) Cod. Reg. 2. ἐκεῖνος ἐρχόμενος καὶ ἐπερχόμενος.

Τὰ λεγόμενα Κοντάρια) Vide quid hac de re ſupra adnotavimus n. 123. ubi item de Contariis agit Anonymus noſter, necnon infra ad Chronographum lib. v.

Τοῦ Γαλλοῦ) Ita omnes Codices MSS. & Codinus. At ſcribendum puto Γαλιήνου. Loquitur de Gallieno Imperatore Valeriani filio. Ita monuit & Lambecius in Notis ad Codinum.

Καὶ ἐχάραξε τὸν Χριστὸν) Id eſt, *nummoque inſculpſit imaginem Chriſti, ſanctiſſimæ Deiparæ, matris ſuæ Helenæ & ſui ipſius.* Perperam hæc interpretatur Lambecius, *eique incidi curavit*, nimirum templo, *imaginem Chriſti, & ſanctæ ejus matris, & ſui ipſius.* Vide quæ de nummis Conſtantini Magni tomo 2. obſervavimus.

Ὅτι νεὼς μεταποιηθέντος, &c.) Ita ex Codice Reg. 2. & Codino. Perperam legitur in Reg. 1. ἀνεποιήθη. Nam de hac re clarius ſupra n. 123. Conſtantinus, inquit, Magnus templum ibi Deiparæ Virgini extruxit, quod poſtea Juſtinus conjux Sophiæ Lobee ampliavit exornavitque, ac ſanctæ Theclæ appellatione donavit. Vide quæ ibidem monuimus.

Τότε δὲ καὶ τὸ Μιλίου ὁ καμάρα, &c.) Καμάραν τοῦ Μιλίου fuiſſe πόρτας χερσαίας intelligit ante Conſtantinum, cum Contaria magnus mons eſſet, ut ex ſequentibus patet.

Καὶ εἰς τὸ Δίιππον) Vide quid ſupra de Diippio ac Milliario obſervavimus lib. 1.

Καὶ ἐβουλεύσατο, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino. Perperam ſcribitur in Reg. 1. καὶ ἐβούλετο τοῦτο ὁ Βύζας τὸ Βυζάντιον, πτοούμενος τοὺς ἐχθρούς.

Περὶ τοῦ ἀρχιστρατήγου τοῦ Ἀδδᾶ) Τοῦ Ἀδδᾶ & in Cod. Colbert. ſcribitur & in Cedreno; in Codino vero τοῦ Ἀδᾶ.

Ἐκτίσθη ὑπὸ Ἰουστίνου) Hanc ædem ſancti Michaelis τοῦ Ἀδδᾶ dictam, ædificatam fuiſſe a Juſtino teſtatur & Cedrenus pag. 391. E. R. qui eam non procul a Portu Sophiano collocare videtur; nam cum de prædicto Portu diſſeruiſſet, ſubjungit, ᾠκοδόμησε δὲ καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἀρχιστρατήγου, ὃς ἐκ τινος Ἀδδᾶ ἐκεῖσε κατοικοῦντος προσηγορεύετο. *Eodem etiam ædificavit templum ſancti Michaelis Archangeli, cui ab Adda quodam, qui ibi morabatur nomen eſt.* Ubi perperam interpres vertit τὸν ναὸν τοῦ ἀρχιστρατήγου, *templum principis ducum*, quippe ἀρχιστράτηγον Græci Michaelem Archangelum nuncupant, quaſi ſummum cœleſtis militiæ principem. Vide Luithprandum lib. 1. cap. 11. ubi de æde ſancti Michaelis in Palatio τῶν Νέων dicta loquitur. Hinc forſan factum, quod ita ille ſe appellaverit, Jeſum Nave compellans, ἐγὼ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως Κυρίου νῦν παραγέγονα. Cæterum Adæ Magiſtri, qui tempore Conſtantini Magni vixit, meminit ſupra Anonymus noſter n. 8. & Codinus num. 19. Sed num ab illo nomen acceperit ædes dicta ſancti Michaelis ignoratur, cum longe antequam conderetur vixerit niſi tractus urbis ita ab illo nuncupatus eſſet, vel pag. 682.
ejus domus poſtea in eccleſiam a Juſtino mutata.

Τὸ ἱκανὸν ἀγνοοῦντες εἶναι) Addit Codex Colbertinus hanc ædem ſancti Michaelis prius fuiſſe eccleſiam ſancti Thomæ, Amantii appellatam, πρότερον ναὸς ὢν ὅτου ὁ ἅγιος Θωμᾶς ὁ τοῦ Ἀμαντίου καλούμενος, *cum prius eſſet ædes ſancti Thomæ, Amantii cognominata.* Vide quid hac de re infra monemus cum de templo Sancti Thomæ Amantii dicto. 128.

Περὶ τοῦ Σιδηροῦ) Porta ferrea eadem eſt ac porta portus Sophiani ut ex ſequentibus patet, & ex Codino qui eam aperte vocat τὴν πόρταν τῶν Σοφιῶν. Cæterum varii tractus in Urbe extiterunt Σιδηρᾶ appellati; de quo vide Ducangii CP. Chriſt. lib. 1. pag. 55. E. R. necnon ejuſdem Notas ad Alexiadem pag. 248 E. R.

Τὸ φόρον τοῦ Ἀνηλίου) Forum Conſtantini ita nuncupatum fuiſſe arbitror, a ſigno Conſtantini columnæ Porphyreticæ inſidente, quod Anna Comnena pag. 357. E. R. ait, ἀνήλιον vel ἀνθήλιον ab omnibus fuiſſe nuncupatum: En ejus verba: ἐλέγετο δ' οὖν εἶναι ὅτι Ἀπόλλωνος ἀνδριάς. Ἀνθήλιον δὲ οἶμαι οἱ τῆς Κωνσταντίνου οἰκήτορες αὐτὸν προσηγόρευον. ὃν ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι Κωνσταντῖνος ὁ πατὴρ καὶ τῆς πόλεως καὶ πατὴρ καὶ δεσπότης εἰς τὸ ἑαυτοῦ μετέθηκεν ὄνομα, Κωνσταντίνου αὐτοκράτορος ἀνδριάντα αὐτὸν προσειπών. ἐκράτησε δὲ ἡ ἀρχῆθεν τεθεῖσα προσηγορία τῷ ἀνδριάντι. καὶ ἦτε Ἀνήλιος ἢ Ἀνθήλιος ὑπὸ πάντων ἐλέγετο. *Ajunt ex prima deſignatione artificum fuiſſe illud Apollinis ſignum; quod ideo priores inquilini urbis quæ poſtea Conſtantinopolis eſt dicta, ANTHELIUM, ᾿Ανθήλιον, vocitabant. Id ſimulacrum Conſtantinus Magnus in ſuum ipſius nomen tranſtulit; & ut Imperatoris Conſtantini effigies appellaretur, edixit. Adhæſit tamen ex inveterato prius uſu antiqua ſtatuæ appellatio; ita ut ab omnibus ANELIUS vel ANTHELIUS id*

ſignum vocatetur. Sic etiam ſtatua iſta Conſtantini quæ inſidebat columnæ Porphyreticæ, dicitur Ἀνθήλιος Nicetæ Choniatæ Orthod. fid. lib. v. cap. xi. ex verſione Petri Morelli: *Cum perveniſſet ad Sigma, locus hic eſt urbis Conſtantinopoleos ita dictus, nec procul a Purpurea columna diſſitus: ea inquam, cui maxima Conſtantini ſtatua impoſita eſt, quæ Ἀνθήλιος dicitur, quæ terræ motu etiam confracta eſt imperante Comnenorum primo Alexio*, &c. Neque abs re dictum a nobis puta, Forum Conſtantini nuncupatum Anelium vel Anthelium a laudato Conſtantini ſimulacro, quod in medio ejuſdem Fori Columnæ Porphyreticæ impoſitum erat; nam & Auguſtæum ita appellatum ajunt a ſtatua Helenæ Auguſtæ Conſtantini magni matris, ut lib. i. monuimus cum de Auguſteone. Pittacia ſeu Pittacen a ſtatua Leonis M. ita dicta, tractum urbis appellatum fuiſſe ſupra demonſtravimus. Cæterum Ἀνθήλιος quaſi ἀντὶ ἡλίου: Heſychius Mileſius de hac Columna & ſtatua prædicta Conſtantini, ἐφ' ᾗπερ ἵδρυσθαι Κωνσταντίνου ὁρῶμεν δίκην ἡλίου προλάμποντα τοῖς πολίταις. Sed de hac columna Porphyretica, & ſtatua Conſtantini quæ inſtar ſolis efficta erat, egimus pluribus lib. i.

Ἀπὸ τῶ χείλου) Perperam ſcribitur in Cod. Reg. i. ἀπὸ τῶ χεδιαιων, ἴχωθη εἰς τὸ αἰγιαλὸν πήχεις δ'. At Scribæ mendum eſſe nemo non videt. Cod. Reg. a. habet ἀπὸ τῶ ἡλίου

129. Διὰ τὸ χαῦνον ᾗ ἐλῶδες) Hæc diverſo modo in Codino habentur; non enim demerſam ac obrutam quatuor cubitis in littore fuiſſe ait, ac inde ferreis vectibus extractam, ſed ne id accideret, loco uliginoſo & paluſtri exiſtente, viam, quæ portæ Sophianæ obverſabatur, ferreis vectibus conſtratam fuiſſe: εἰ δὲ τῶν ῥαθύμων πόρταν τῆς Σοφίας μέλλοντος ἄχθεσθαι τὸ κίονος ἐκ τῆς χείλου, ᾗ τὸ τόπο χαῦνο καὶ ἐλῶδες ὄντος, δεδοικότες, μήποτε κίων χωσθῇ, ἢ δυνήσεται ἐξελθεῖν, διὰ σιδηρῶν μοχλῶν κατέστρωσαν τὴν περὶ τὴν πόρταν ὁδὸν, καὶ ἔστιν ἐκλήθη πόρτα σιδηρᾶ. Cæterum pro ἐλῶδες legendum Lambecius putat ἑλῶδες, id eſt, *paluſtris*, eum & in uno ex Regiis Codicibus ſcribatur, διὰ τὸ εἶναι χαῦνον καὶ τελματῶδη τὸν τόπον. Sic & ipſe lego.

Περὶ τῶ λιμένος τῶ Ἐλευθερίου) Codex Colbertinus habet τῆς Ἐλευθέρου.

Edit. Pariſ. pag. 683. Φέροντος ἐπ' ὤμους κατωλιον) Codex Reg. a. Cod. Colbert. & Codinus pag. 27. habent, φέροντα ἐπ' ὤμων σκαπάλιον, & πτύον ἐν τῇ χειρὶ; Idem vero Codinus pag. 52. num. 110. φέροντα πτύον ᾗ κάφοι Καπάλιον, ſeu Σκαπάλιον tegumentum coriaceum eſſe putat Lambecius, quo plerumque bajuli contra gravitatem oneris humerum ſolent munire, atque ideo Eleutherium ſtatuam ſuam ibi erexiſſe, ſcapulare ſuper humeros habentem ac manu ligonem ſeu potius ventilabrum geſtantem, ut vel inde poſteris notum foret, ipſum ſtructuræ ejuſdem portus præfuiſſe, ac pro more primam manum ſtructuræ admoviſſe; nam & antiquus mos eſt hodieque etiam viget, ut novis ædificiis extruendis primus manum admoveat, qui eadem extrui curat. Sic & in actis Latinis ſancti Sylveſtri Papæ i. legitur Conſtantinum primam manum admoviſſe ſtructuræ Baſilicarum, Vaticanæ nimirum, & Lateranenſis: *Exuens ſe chlamyde, & accipiens bidentem, terram primus aperuit ad fundamentum Baſilicæ conſtruendum. Dehinc in numerum duodecim Apoſtolorum duodecim cophinos plenos ſuis humeris ſuppoſitos bajulavit. Altera vero die ſimiliter intra Palatium ſuum Lateranenſe Baſilicæ fabricam cœpit*. Quod in ejuſdem actis Græcis fuſius habetur: ἵνα δὲ πάσι καταφανὲς γένηται ἐξ ὅλης ψυχῆς αὐτὸν πεπιστευκέναι, ἐν τῷ παλατίῳ αὐτοῦ ἐν τῷ λεγομένῳ Λατερανσίῳ, λαβὼν δίκελλαν οἰκείαις χερσὶν, αὐτὸς πρῶτος ἤρξατο ὀρύσσειν, καὶ δωδεκάδα κοφίνων βαστάσας, προσέταξεν ἐκκλησίαν οἰκοδομηθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Neque tantum id auctum a Conſtantino primo Chriſtianorum Imperatore, verum idem & a Gentilibus Imperatoribus factum reperimus, cum aliquod ædificium excitaturi erant. Suetonius in Veſpaſiano: *Ipſe*, inquit, *reſtitutionem Capitolii aggreſſus, purgandis manus primus admovit, ac ſuo collo quædam extulit*. Idem in Nerone: *In Achaja Iſthmum perfodere aggreſſus, primus raſtello humum effodit, & corbula congeſtam humeris extulit*. Multa alia hujuſce rei exempla videre eſt apud Scriptores. Cæterum Eleutherii, ſeu Eleutheri viri divitis, qui ſub Arcadio vivebat, meminit Palladius in vita Chryſoſtomi.

Κατεδήσαν δὲ ᾗ τὰς τειχους) Iiſdem ferme verbis hæc & Codinus pag. 27. E. R. At pag. 52. num. 100. ait Theodoſium Juniorem, cum columnam cum ſtatua ſua in Tauro erigeret, terram fodiendo erutam in hunc portum ingeſſiſſe, atque eum oppleviſſe, πλακωτὸν ὄντα κατωθεν καὶ βαθύτατον, *cum antea lapidibus ſtratus eſſet & altiſſimus*. Hinc & ex auctore veteris urbis Deſcriptionis qui Portum Theodoſiacum in duodecima Urbis Regione ponit, putat cum Petro Gyllio Ducangius Portum Eleutherii haud diverſum fuiſſe a Portu Theodoſiaco, eoque extare loco, ubi hodie horti ſunt Blancæ ſcribit laudatus Gyllius lib. iii. cap. viii. & lib. iv. cap. viii. Ad quod comprobandum adducit Ducangius citatum a nobis ſupra, cum de portu Sophiano, Pachymeris locum; at ibidem aperte demonſtratum eſſe puto, nihil ad rem facere, cum Portus Contoſcali haud diverſus ſit a Portu Sophiano, ut ibidem videre eſt. Verum ut noſtram de hujuſce portus ſitu mentem aperiamus, eum in ſeptima urbis regione extitiſſe arbitramur haud procul a Portu Sophiano; quod patet cum ex Anonymo noſtro qui antecedentibus ac ſubſequentibus capitibus loca adjacentia deſcribit; tum ex Niceta Choniate in Iſaacio Angelo & Alexio filio pag. 357. ubi incendium quod ſub eodem Imperatore accidit deſcribit: οὐδ' αὐτὸ τὸ ἱππικὸν ἀδιαλώβητον ὑπολέλειπτο, ἀλλὰ καὶ τούτου τὸ πρὸς δυσμὰς ἄπαν μέρος ἐξετεφρώθη, καὶ ὅσα κάτωθεν ἐς Σοφίας, ἐς κατ' αὐτὸ τὸ Βυκινον παρατείνεται, καὶ καθ' ἑξῆς ὁπόσα τοῖς τῶ Ἐλευθερίου ἀγχιτέρμονα μέρεσι. *Nec ipſum Hippicum inviolatum permanſit: ſed ejus quoque pars Occidenti obverſa penitus conflagravit, & quæ ad Sophias & Βύκινον, porriguntur, & deinceps Eleutherii partibus contermina*. Unde apparet Portum Eleutherii haud procul a Portu Sophiano & loco dicto Βύκινον, ſeu Buccinum extitiſſe. Ita concludit & Ducangius CP. Chriſt. lib. i. pag. 13. At infra pag. 61. oblitus quod citato loco dixerat, ſecum ipſe pugnat. Quod ſane viris doctiſ- pag. 684. ſimis nonnunquam accidit. Quomodo enim Portum Eleutherii vicinum eſſe Portui Sophiano & Buccino dicet quiſpiam, aut, ut ipſius verbis utar, Buccinum non procul extitiſſe a Sophiarum & Eleutherii portubus, ſi Portus Eleutherii in duodecima regione collocetur, Sophianus vero in tertia; loca quidem aliquot milliaribus invicem diſſita. Vide quæ infra de Palatiis Eleutherianis.

Μία μὲν νοτιωτέρα) Ita ex Cod. Reg. a. & Codino. Perperam ſcribitur in Reg. i. & Colbert. μία μὲν νωτέρα. Codinus μία μὲν νοτιωτέρα πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου.

Μετὰ τὴν ἄνοδον τῆς ἱππικοῦ βαθμίδων) Puto poſt 130.
aſcenſum graduum qui Topi dicebantur: hi enim haud procul a templo ſancti Agathonici extiterunt Auſtrum verſus ad muros maritimos ad Propontidem. Vide quæ de Topis lib. ii. monuimus. Cæterum Chronographus noſter hanc Verinæ ſtatuam prope ſanctum Agathonicum ſupra gradus columnæ impoſitam fuiſſe ait. Vide quæ ibidem adnotamus.

Ἑτέρα δὲ ἀντικρυς) Nimirum ad Aquilonem, refertur ad illud νοτιωτέρα ut ex ſequentibus patet, πλησίον, inquit, τῆς ἁγίας Βαρβάρας τῆ Ἀρτοπωλιατοῦ τότε. Sic lego, nam corrupte ſcribitur in Cod. Reg. i. τοῦ Ἀρτοφαγοῦ, & in Reg. a. τοῦ Ἀρτιτυατοῦ. Videlicet, *Altera e regione proxime*

ſanctæ Barbaræ templum, quod eſt in Artotyriano loco, ſeu Artopoliis. Unde apparet templum hoc ſanctæ Barbaræ, ad quod ſtetit ſtatua Verinæ Imperatricis, neque proximum fuiſſe templo ſancti Agathonici, neque verſus Acropolim ſtetiſſe, ut putavit Ducangius, cum ab Anonymo noſtro in Artopoliis ponatur, quæ vel pars fuerunt Fori Theodoſii, vel proxime illud erant, ut ſuo loco monuimus. Hoc etiam optime quadrat cum Chronographo noſtro, qui alteram Verinæ ſtatuam ſtetiſſe ait in Anemodulio ad meridiem prope ſanctam Barbaram; nam Anemodulium in ipſis Artopoliis extitiſſe putatur. Subjungit laudatus Chronographus, dum hæc ſtatua Verinæ apud ſanctam Barbaram erigeretur, acclamatum fuiſſe a Praſina factione, *Verinæ orthodoxæ Helenæ multi anni*. Vide tabellam Urbis ſecundam a nobis delineatam.

Καὶ ὁ μὲν τὸ ἅγιον Ἀγαθονίκου γέγονε) Γέγονε deeſt in Cod. Reg. 3. & Colbertino.

Περὶ τὸ ἅγιον Ἀγαθονίκου) Templum hoc ſancti Agathonici, quod Magno Palatio adjacebat, ædificatum fuiſſe, forma dromica, a Conſtantino Magno teſtantur, præter Anonymum noſtrum ſupra n. 89. & infra cum de Æde Sophiana lib. IV. & Cedrenus pag. 284. E.R. Nicephorus Call. lib. VII. cap. XLIX. Codinus pag. 37. & 38. E. R. &c.

Τοῦ Ἀρκαδίου καὶ Ἰουστινιανοῦ) Ita & Codinus. Perperam legitur in Cod. Colbertino ἐκτίσθη, & in Chronographo ᾠκοδομήθη; nam templum S. Agathonici conditum eſſe a Conſtantino magno, forma dromica paulo ſuperius oſtendimus: deinde in anguſtiorem formam excitatum a Juſtiniano teſtatur & Procopius lib. 1. de Ædif. cap. IV. En ejus verba: Ἐλαχιστὸν λόγον ἰσχύει ὁ Ἀγαθονίκου τοῦ ἁγίου νεώς, καὶ βιάζεται οὐδὲ φωνὴν ἔτι ἔχοντα, οὐδὲ ὀνόματα ἐναρμόσαι τοῖς πράγμασι. διόπερ ἡμῖν μὲν ἀχεῖ τὰ δε εἰπεῖν ἀποχρῆσθαι· φράσαι δὲ αὐτῷ τό τε κάλλος καὶ τὸ ἐς ἅπαντα μεγαλοπρεπὲς ἑτέροις ἀφίεμεν, οἷς αὐτὸ λόγοις ἀκμάζων τε καὶ οὔπω τεταμένοι καταλέλειπται. *Sancti Agathonici templum orationem ad ſe trahit, mihique nec vocem nec vocabula habenti rebus apta, vim affert. Mentionem ejus feciſſe contenti, ipſius alterem, & abſolutam numeris omnibus magnificentiam aliis enarrandam relinquimus, quibus ad dicendum ſatis vegeta eſt, necdum plane defeſſa mens*.

Καὶ βασιλεὺς ἐστεφθῆναι, &c.) Ita ex Codino. In Cod. Reg. 1. ſcribitur ἐξ βασιλέα τεθεῖσθαι ἐκεῖσε: In Regio vero 2. καὶ βασιλεὺς ἐστεφθησαν ἐκεῖσε δ'. Ita & Chronographus habet.

E Ed. Pariſ. pag. 685.

Τοῦ Τιβερίου)) Licet in omnibus Codicibus MSS. legatur ὑπὸ Ζήνωνος, tamen ſcribendam eſſe ὑπὸ Τιβερίου ſequentia ſuadent. Paulo poſt enim ſubjungitur, ὑπὸ δὲ Τιβερίου τοῦ γαμβροῦ μετετέθη διοικηθὲν εἰς τὰ βασίλεια; Chronographus εἰς τὰ νῦν βασίλεια: Codinus vero, ὑπὸ δὲ Τιβερίου τοῦ πενθεροῦ Μαυρικίου, &c. Quod perperam Lambecius vertit. *Cæterum ſub Tiberio Socero Mauricii mutatum eſt & tranſlatum intra Palatium Imperatorium*. διοικηθὲν omiſit Lambecius.

Εἰς τὸν ἅγιον Ἰουλιανὸν μονοχαλὶς, &c.) Codex Colbertinus habet, εἰς τὸν ἅγιον Ἰουλιανὸν μονοχαλὶς καθεζόμενοι στεβαομένοι καὶ οἰκίας κατέκαυσεν ὁ Καβαλῖνος, διὰ τὸ μὴ συγκατατιθεῖν αὐτοῖς τῇ μυσαρᾷ αὐτοῦ θρησκείᾳ, &c. Hæc vero Eccleſia ſancti Juliani Codino dicitur Perdix, quia ad unam ex cameris, ſeu fornicibus, efficta erat Perdix ærea a Conſtantino Magno. Ὁ δὲ ἅγιος Ἰουλιανὸς ὁ καλούμενος Πέρδιξ, &c. ἐκλήθη δὲ Πέρδιξ, ὅτι ἵστατο Πέρδιξ χαλκοῦς εἰς μίαν τῶν καμαρῶν, στηλωθεὶς παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Hoc ipſum innuere videtur Anonymus noſter dum ait, ἵστατο δὲ ἐκεῖσε καὶ Πέρδικα χαλκαῖ ἐν καμάρᾳ. Quod autem ad ſitum hujus Eccleſiæ attinet (ſi vera perhibent Anonymus noſter & Codinus, nimirum plumbum hujus Eccleſiæ calore diſſolutum ad littus Sophianum uſque defluxiſſe) certe haud procul ab hoc ipſo Portu eam extitiſſe vel hinc ſos eſt credere. Menæa vero ab XVII. Novemb. in ſancto Zacharia Sutore eam ponere videntur haud procul ab æde Sophiana. Sed vide quæ de ſitu ædis Sophianæ infra monemus.

Ὁμοίως καὶ τὸ ἀρχιστράτηγον) Hinc colligitur etiam prædictum ſancti Juliani templum ab ipſomet Anaſtaſio Dicoro extructum fuiſſe; quod quidem aperte tradit Codinus pag. 46. E. R. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἰουλιανοῦ ὁ αὐτὸς Ἀναστάσιος ἀνήγειρε, ὅτι ἦλθεν ἐνθάδε μετὰ τῶν γονέων αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ Δυρραχίου, ὅτι παῖς τυγχάνων ἐκεῖσε ἐμάνθανε τὰ γραμματικά. *Præterea idem Anaſtaſius Eccleſiam S. Juliani condidit; quoniam puer cum parentibus ſuis Dyrrhachio veniens, Grammaticam ibi didicerat*. Situm autem hujus Eccleſiæ ſancti Michaelis Archangeli ab Anaſtaſio Dicoro extructæ facile aſſequimur ex ipſo Anonymo, qui eam extitiſſe ſcribit prope templum ſancti Juliani, quod Portui Sophiano proximum fuit: quo loco etiam poni videtur ab ipſo Theophane anno IV. Juſtini Junioris pag. 205. qui in ea Juſtum Juſtini filium tumulatum fuiſſe tradit: τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἤρξατο κτίζειν τὸ παλάτιον τῶν Σοφιανῶν εἰς ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας, προφάσει τοῦ ἐκεῖ ταφῆναι Ἰοῦστον τὸν υἱὸν αὐτοῦ πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι αὐτὸν, ἔτι Κουροπαλάτου ὄντος αὐτοῦ, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀρχαγγέλου τοῦ ἐκεῖσε, κοσμήσας αὐτὸ ὑπὸ ἀγαλμάτων πολυτίμων μαρμάρων. *Eodem anno Sophianorum Palatium conjugis Sophiæ nomine, occaſione accepta, quod in eo, dum Curopalatem adhuc ageret, filius ejus Juſtus fuiſſet ſepultus, ædificare cœpit in domo almirum Archangeli iſtius loci. Pretioſioribus vero marmoribus Palatium adornavit*. 131

Ἀπὸ τοῦ Δυρραχίου) Ita ex Codino. Perperam in Cod. Reg. 1. ſcribitur ἀπὸ τὸ Διρράχιον, & in Colbert. ἀπὸ τὸ Δυρράχιον.

Τὰ δὲ παλάτια τὰ Ἐλευθερίου) Ita Cod. Reg. 2. & Codinus. Cod. vero Reg. 1. τῶν Ἐλευθέριον. Hoc Palatium Eleutherii appellatum quod Portui ejuſdem nominis adjaceret, ab Irene extructum dicitur & Theophani an. 5. Conſtantini: τοῦτον δὲ μετὰ τῆς ἀπαθείας αὐτοῦ ἐξώρισεν ἐν τῷ Παλατίῳ τοῦ Ἐλευθερίου, ὃ αὐτὴ ᾠκοδόμησεν. *Ipſum vero matrem in Palatio Eleutherii, quod ipſa ſtruxerat, ubi vitam ageret ſecuram, remiſit*. Appellatur etiam Irenes a conditricis nomine apud Guillelmum Bibliothecarium pag. 228. ubi de legatis Hadriani II. PP. *Sicque ad Hireneis Palatium deſcendentes, in domum quæ dicitur Magna aurea, Joanne a ſecretis, Spathariiſque Candidato, quibus ſubminiſtrationis gratia deputati fuerant, laudabiliter ſuſcipiuntur*. Vide quæ de Portu Eleutherii ſupra obſervavimus.

Ἀπὸ δὲ τῶν) Nimirum Ἐλευθερίου παλατίων, ut habet diſertis verbis Codinus. De Amaſtriano pluribus ſuo loco.

Ἱπποδρόμιον γέγονε) Perperam ſcribitur in Cod. Reg. 1. γεγονώς. Codinus omnino diverſa tradit, ἱπποδρόμιον ἦν, περὶ τοῦ δευτέρου κτίσματος τῆς πόλεως τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου κατασκευασθὲν, ὅπερ κατέλυσεν ἡ Ἀθηναΐς καὶ ἔκτισεν ἐν αὐτῷ τὰ πορεῖα. 132

Ἐκτίσθη Θεοδώρα ἡ γυνὴ Ἰουστινιανοῦ) Plures Eccleſias ſancti Panteleemonis nomine in Urbe extitiſſe patet cum ex Anonymo noſtro, tum ex aliis Byzantinis Scriptoribus; ſed num hæc Eccleſia ſancti Panteleemonis, quam Anonymus noſter a Theodora extructam ait, eadem ſit ac illa, quam Procopius lib. 1. de Ædif. cap. IX. Juſtiniano adſcribit, a nonnullis in dubium revocatur. At ſi laudato Anonymo præſtanda eſt fides, qui libro hoc tertio partem urbis Propontidem ſpectantem deſcribit, omnino diverſam eſſe ab illa fatendum eſt; cum Procopius eam ædificatam fuiſſe dicat in promontorio, quod in Pontum Euxinum navigantibus ad Freti littus excurrit. Zonaras vero pag. 65. E. R. Eccleſiam S. Panteleemonis a Narſete, qui ſub Phoca rebellavit, extructam fuiſſe ſcribit. Vide quid de hac re infra cum de Narſeris tracto. pag. 686.

Μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι) Codinus ædes illas in eccleſiam mutatas fuiſſe ſcribit; μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι, ἐποίησε τὸν πτωχῶν ἐπισκοπεῖον εἰς ναόν. *Sed poſtquam ad imperium pervenit, ædes illas pauperrimas in eccleſiam mutavit*. 133

Τὰ Καινούρια) Plures in urbe tractus fuerunt, qui a proximis publicis ædificiis nomen ſumebant; nonnunquam vero & ab ipſis

procerum domibus ut lib. I. obſervavimus. Hic autem tractus Claudii extitit in VI. urbis Regione, ut videre licet ex iis quæ infra monemus cum de templo ſancti Theodori Claudii dicto.

Τὰ δὲ Ναρσοῦ) Codinus hæc a Narſete ſub Juſtiniano condita eſſe tradit: at ſecus Theophanes pag. 206. E. R. anno ſexto Juſtini Junioris: *Τούτῳ τῷ ἔτει Ναρσῆς ὁ Κουβικουλάριος, καὶ Πρωτοσπαθάριος, ὁ ἀγαπητὸς τῷ βασιλεῖ Ἰουστίνῳ, οὗ ἐν εὐλαβείᾳ ἐκτίσθη, ἔκτισε τὴν οἰκίαν Ναρσοῦ, καὶ τὴν μονὴν τῶν Καθαρῶν.* *Hoc anno Narſes Cubicularius & Protoſpatharius, qui Juſtino Imperatori adeo charus fuit, atque gratia ludibriis reſpergeretur, domum Narſetis conſtruxit, & Catharorum Monaſterium.* Neque iſtæc ædificia Narſeti Spadoni, qui ætatis Quæſtor jam erat anno 4. Juſtiniani, Chriſti 530. a quo Gothorum res everſæ ſunt in Italia, occiſo Totila, adſcribi poſſunt, cum expreſſis verbis Zonaras hæc attribuat Narſeti illi qui a Phoca tyranno vivus crematus eſt. Sic ille pag. 80. E. R. *Μετὰ δὲ ταῦτα καταφυγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν Ναρσῆς, καὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Φωκᾶ Μαγίστρου Δομεντζιόλου πίστεις ἐνόρκους λαβὼν, πρὸς Φωκᾶν ἀπεστάλη. ὁ δὲ μηδὲν τῶν ὅρκων ὑπολογισάμενος, πυρὶ αὐτὸν παραδέδωκεν. οὗτος ὁ Ναρσῆς τὸν τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος ναὸν ἐδομήσατο, καὶ τὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου, καὶ Ἀνδρονίκου, καὶ τὸν ἐκεῖ ξενῶνα.* *Narſes vero cum Hierapolim confugiſſet, jurejurando firmata fide, a fratre Imperatoris Domentiolo Magiſtro, ad Phocam miſſus eſt, nullaque datæ fidei ratione habita, crematus. Hic Narſes Divi Panteleemonis, & Sanctorum Martyrum Probi, Tarachi & Andronici ædem, atque vicinum Xenodochium condidit.* Quod autem Narſes hic qui a Phoca crematus eſt diverſus ſit ab illo celeberrimo Eunucho, qui ſub Juſtiniano Gothos in Italia devicit, manifeſte oſtendit Petavius lib. VII. Rationarii Temp. cap. X. Cæterum loci *τοῦ Ναρσοῦ* dicti meminit Symeon Magiſter in Theophilo pag. 428. n. XXVII. necnon Leo Grammaticus in eodem Theophilo pag. 456. E. R. cui tractui Narſetis vicinum fuiſſe ait Theophobiæ Monaſterium ita dictum a Theophobo Michaelis Balbi genero, quod in ipſo Monaſterio tumulatus eſt; *τὸ δὲ σῶμα τοῦ Θεοφόβου διὰ τοῦ Βουκολέοντος ἐξάγοντες λαθραίως διέσωσαν πλησίον τοῦ Ναρσοῦ ἐν τῷ λεγομένῳ νῦν μονῇ τῆς Θεοφοβίας, καὶ τοῦτο ἐκεῖσε κατέθηκαν.* *Corpus autem Theophobi per Bucoleontem clam ſubductum in Monaſterium, Theophobiæ nunc dictum Narſetis ædi vicinum deportaverunt: & illud ibidem depoſuerunt.* Unde apparet Tractum Narſetis haud procul a Portu Sophiano, qui & Bucoleontis dictus eſt, extitiſſe. Narſetis autem illius elogium & apologiam perſtrinxit Baronius an. DLXVIII. n. IX. & ſeqq.

Edit. Pariſ. pag. 687. *Καὶ τὰ μέχρι τῶν Ὀξυβαφείων*) Oxybaphium locum ſeu tractum fuiſſe Conſtantinopoli, in quo tingebantur purpuræ, putat Ducangius. Meminit etiam Balſamon ad can. 60. Synodi in Trullo cujuſdam Stauracii cognomento Ὀξυβάφου, ex iis Sanctis quos Σελοὺς appellitabant.

Καὶ τὸ ἅγιον Πρόβον) Cod. Colbert. *καὶ τὸ ἅγιον Πρόβον, Τάραχον, καὶ Ἀνδρόνικον.* Ita & Codinus, necnon Zonaras laudato loco.

Ὅτι τὰ Ἀμάντιου) *Ἀμάντιου* ſcribitur & in Codice Colbertino; in Codino vero *Ἀμαντίου*. Ita & apud alios Byzantinos Scriptores, apud quos celebris eſt Amantii Eunuchi nomen; nam qui ab Anonymo noſtro & Codino appellatur *πραιπόσιτος*, Procopio in Hiſtoria Arcana dicitur *τῶν ἐν παλατίῳ εὐνούχων ἄρχων*; Marcellino, *Palatii Præpoſitus*; Evagrio, *Imperatorii cubiculi Præfectus*. Ab hoc igitur Amanto ſeu Amantio Eunucho, ſacri Cubiculi Præpoſito, templum ſancti Thomæ conditum eſt, Anaſtaſio Dicoro imperante, ut apparet etiam ex Zonara pag. 58. E. R. qui Amantium a Juſtino Thrace occiſum fuiſſe perhibet: *Ἀμάντιος δὲ ἐν δυνάμει τελοῦντι τῷ Ἰουστίνῳ τὸ σῶφρον, καὶ αὐτῷ ἐπιβουλεύσας σὺν ἑτέροις τῶν ἐπιφανεστέρων, ὃν γνωσθέντας Ἰουστῖνος ἀνεῖλε σὺν Ἀνδρέᾳ τῷ Κουβικουλαρίῳ, καὶ τῷ Θεοκριτιανῷ. οὗτος ὁ Ἀμάντιος, ὅτε Ἀναστάσιος κατ' ὄνειρον ἐδείκνυτο τὸν ἄνδρα τὸν τόμον φέροντα, καὶ ἀναλείψαντα τινὰς τῶν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνων, ὄναρ εἶδεν, ὅτι ἐνώπιον τοῦ βασιλέως ἱσταμένῳ αὐτῷ χοῖρος ἐπελθὼν μέγας, καὶ εἰς γῆν κατέρραξεν αὐτὸν, καὶ ἀνάλωσεν. οὗτος τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ ἐδομήσατο. διὸ καὶ τὴν κλῆσιν ἐκεῖνος σώζει, τὰ Ἀμαντίου καλούμενος.* *Quod factum ægre ferens Amantius, cum aliis claris viris Juſtino inſidias ſtruxit, iiſque cognitis una cum Andrea Cubiculario & Theocritiano occiſus eſt. Is autem eodem tempore, quo Anaſtaſius in ſomnis aliquot vitæ ſuæ annos e libro deleri vidiſſet, & ipſe ſomniarat, ſe coram Imperatore ſtantem, a magno quodam porco proſtratum devorari. Idem ſancti Thomæ Apoſtoli ædem ſtruxit, unde Amantii ædis nominatur.* Codinus autem ſcribit Amantium in propria domo extruxiſſe ædem ſancti Thomæ: *ὁ δὲ ἅγιος Θωμᾶς, ὁ τὰ Ἀμαντίου καλούμενος, οἶκος ἦν Ἀμαντίου,* &c. At ex Anonymo noſtro conſtat, præter ædem ſancti Thomæ ab Amantio conditam, extitiſſe Conſtantinopoli etiam tractum *τὰ Ἀμαντίου*, ſic ab ejuſdem domo nuncupatum. Quod autem conjectat Ducangius ædem ſancti Thomæ, cum abſumpta eſſet incendio, quod ſub Leone M. accidit, reædificatam tantum eſſe ab Amantio, atque inde ſic dictam, mihi ſane non probatur, cum non alio argumento utatur, niſi quod Theodorus Lector & ex eo Theophanes ſcribat pag 97. E. R. incendium, quod in urbe Leone M. imperante an. V. accidit, abſumpſiſſe quidquid inter ædem ſancti Thomæ Amantii dictam, & Neorium interjacebat: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐμπρησμὸς μέγας γέγονεν ἐν ΚΠ. τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἰνδικτιῶνος ιε', ἀπὸ τοῦ Νεωρίου, καὶ φθάσας ἕως τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τῶν Ἀμαντίου.* *Hoc anno Septembris menſis die ſecundo, Indictione decima quinta CP. magnum contigit incendium, cujus principium a navali, & ad ſancti Thomæ Amantii fuit progreſſus.* Atqui inde non ſequitur ædem ſancti Thomæ tunc extitiſſe, cum hoc incendium Leone M. imperante Conſtantinopoli graſſaretur. Sed ita dictum puta a Theodoro Lectore, cæteriſque, quos laudat Ducangius, Scriptoribus, ut lectores intelligerent, unde nam ortum ac ubi reſtinctum eſſet incendium: quo quidem loquendi modo ſæpe utuntur Scriptores; & ut alios miſſos faciam, Zonaram de eodem incendio loquentem audi: *πρὸς δὲ τοῦτον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ μέχρι τοῦ ναοῦ τῶν μεγάλων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου*; cum tamen nemo unus dubitet, quin ſanctorum Sergii & Bacchi templum a Juſtiniano excitatum ſit.

Λέων ὁ υἱὸς Βασιλείου) Ita & Cod. Colbert. Perperam vero Codinus, *ὕστερον δὲ πυρποληθέντα ὁ υἱὸς Βασιλείου ἀνήγειρεν*: *Incendio autem conſumptam reſtituit filius ejus Baſilius.* Etenim Leonem Baſilii Macedonis filium ædem ſancti Thomæ incendio, quod ortum fuit haud procul a Portu Sophiano, & Porta dicta ferrea, abſumptam renovaſſe, & longe pulchriorem excitaſſe prodit Symeon Magiſter in eodem Leone pag. 461. n. 5. Pag. 688.
γέγονε δὲ ἐμπρησμὸς πλησίον τῶν Σοφιῶν καὶ τῆς Σιδηρᾶς, ἐμπρησθέντος καὶ τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ, ὃν αὐτὸς ὁ Λέων κρεῖττον ἀνεκαίνισεν. *Conflato ad Portum Sophianum & ferream portam ingenti incendio, abſumptum eo ſancti Thomæ Templum, ab ipſo Leone magnifice renovatum eſt.* Iiſdem fere verbis Anonymus Combefiſianus in eodem Leone pag. 218. n. IV. Leo Grammaticus pag. 475. n. 5. niſi quod portæ ferreæ nullam ipſi mentionem faciant. Vide præterea Zonaram pag. 176. E. R. Scylitzem pag. 594. E. R. Ex quibus ſane apparet, & ex Anonymo noſtro Templum ſancti Thomæ haud procul a Portu Sophiano, & porta ferrea, quæ ad eundem portum viſebatur, extitiſſe; quia & ex eodem Anonymo Combefiſiano in Porphyrogeniti Vita n. XLVI. qui excitatum incendium ab æde ſancti Thomæ ad ferream portam uſque procurriſſe ſcribit. Unde mihi non arridet quod Petrus Gylius lib. II. capp. XV. XXV. & lib. III. capp. I. & VIII. colligit ex memorato incendio, quod ſub Leone M. contigit, nimirum templum ſancti Thomæ Amantii dictum in nona Regione extitiſſe. Cæterum quod

ait Anonymus Colbertinus hanc ædem ſancti Thomæ Amantii nuncupatam, poſtea ſancti Michaelis Archangeli Addæ dicti nomine donatam, *φώτισον ναὸς ἂν ὅτος ὁ ἅγιος Θωμᾶς ὁ τοῦ Αμαντίου καλέμενος*, falſum quidem omnino eſt, cum prædicta Eccleſia ſancti Michaelis a Juſtino Juniore condita ſit haud procul a Portu Sophiano, ut paulo ſuperius aperte demonſtravimus ex Anonymo noſtro & Cedreno; Eccleſia vero ſancti Thomæ longe poſt perduravit, quin & incendio abſumptam a Leone Baſilii filio pulchriorem in formam reſtitutam paulo ſuperius oſtenſum eſt.

Τὸ δὲ χρυσοκάμαρον) Codinus *εἰς δὲ τὸ χρυσοκάμαρον*. At ſæpe alias hoc modo loquendi uſus eſt Anonymus noſter, ut *τὸ Στρατηγῶν* pro *εἰς τὸ Στρατήγιον*: vide quæ lib. 1. adnotavimus.

Οπισθεν τοῦ Μυρελαίου) Capite ſequenti agit Anonymus noſter de Pſarelæi monaſterio, quod prius Myrelæi vocabatur; ubi & nos de Myrelæi ſitu agimus; unde facile conſequi poſſumus ubinam Chryſocamera ſteterit, cum pone Myrelæum ab Anonymo noſtro & Codino ponatur.

134. *Εκλήθη*) Subdit Codinus, *εἰς δὲ τὸ χρυσοκάμαρον τὸ πλησίον τοῦ ἁγίου Ακακίου, ὅπου ἐστὶ τὸ Μυρελαίου ὁ οἶκος, Χριστὸ ὑπῆρχεν εἰκονισμός*. Sed hic pro *Χρυσοκάμαρον* legendum eſſe *Χριστοκάμαρον* nemo non videt. De Chriſticamera agit Anonymus noſter n. 106. Vide quæ ibidem adnotavimus.

Τὰ Ψαρελαίου) Cod. Colbert. *τὸ Ψαρέλαιον*, cætera ut noſter. Codinus hæc omnino diverſa habet: *Η λεγομένη τοῦ Ψαρελαίου μονὴ, πρότερον Μυρόδανος ἐκαλεῖτο. ὁ δὲ Κοπρώνυμος διερχόμενος ἐκεῖ, ἠρώτησε τὸν πατρίκιον τὸν Καμουλιανὸν. πῶς καλεῖται ἡ μονή. τοῦ δὲ μὴ εἰδέναι εἰπόντος, αὐτὸς εἰδὼς, καὶ ἐμπαίζων διὰ τὸ τοὺς μοναχοὺς ἐσθίειν Ψαρέλαιον πάντοτε ἐκέλευσε. καὶ γέγονε τὸ τοῦτο ῥῆμα μετονόμασμα τῇ μονῇ. οἱ δὲ ἐκεῖσε μοναχοὶ τηνικαῦτα ἐξέφυγον*. Quod Lambecius vertit: *Monaſterium Pſarelæi, antea nominabatur Myrodanis. Cum autem quodam tempore Conſtantinus Copronymus illud præteriens Camulianum Patricium interrogaret, quomodo id Monaſterium vocaretur, atque is ſe nomen ejus neſcire reſponderet, Imperator qui bene illud noverat, nominari juſſit Monaſterium Pſarelæi, illudens ſcilicet Monachis, quod ſemper comederent piſces. Et Monaſterium quidem hoc nomen retinuit: Monachi vero propterea inde profugerunt*. Pſarelæum igitur Monaſterium illud appellavit Copronymus, illudens Monachis, quod *pſarelæum* comederent, *piſces* nimirum *cum oleo*: quippe *ψάρι* dicitur *piſcis* Græcis recentioribus; vide Meurſii Gloſſ. eodem v. Quod autem attinet ad ſitum hujus Monaſterii, proxime Blanchæ hortos, ubi olim fuit portus Theodoſiacus ponitur a Gyllio lib. III. cap. VIII. nec quidem diſſentire videtur ab Anonymo noſtro, qui ordine urbem deſcribit: En laudati Gyllii verba: *Supra* (*locum*) *hortorum Blanchæ nuncupatorum, olim Portum Theodoſiacum continentium extremam partem ad hortum Solis pertinentem clivus a Septentrione eminet, in quo eſt templum vulgo nominatum Myrleos, habens intra ſe ciſternam, cujus camera lateritia ſuſtinetur columnis marmoreis circiter ſexaginta, ubi Horreum olim fuit*, &c. Sed vide quæ nos lib. 5. de modo monuimus. Cæterum fallitur Ducangius, dum ait CP. Chriſt. lib. II. pag. 170 E. R. ædem ſancti Acacii, & Myrelæum in decima Regione extitiſſe; nam Myrelæum ad Propontidem extitit in nona Regione, Templum vero ſancti Acacii ad Sinum Ceratinum in decima Regione, uti ſuo loco demonſtravimus.

Edit. Pariſ. pag. 639.

Καὶ ἐποίησαν ἐκεῖθεν) Ita ex Cod. Colbert. In Cod. Reg. 1. legitur *καὶ ἐποίησαν ἐκεῖσε*. Codinus *οἱ δὲ ἐκεῖσε μοναχοὶ τηνικαῦτα ἐξέφυγον*. Ex his apparet Monaſterium hoc Myrelæi antea fuiſſe virorum, & ſubſequenti tempore cum de novo inſtauratum eſſet a Romano Lacapeno, ut teſtis eſt Scylitzes pag. 631. E. R. forſan tum ſanctimonialium factum eſſe; nam Romanum Imperatorem Porphyrogeniti filium Agatham ſororem in Monacham tonſam in hoc Monaſterium amandaſſe, auctor eſt Anonymus Combef. in eodem Romano pag. 295. n. III. *τὴν Αγάθην εἰς τὸ ἵδρυμα ὃ παρ' αὐτοῦ ἐνεστήσατο...* *Agatham vero ad Monaſterium a Romano tum Imperatore nuperque pridem conditum atque extructum miſit; & ut tandem atque in Palatio annonam vitæque commeatum conſequerentur, conſtituit*. Sed & diu poſt perduravit hoc Monaſterium, ſiquidem Hæcatherina Iſaacii Comneni Imperatoris uxor, cum maritus purpuram depoſuiſſet, in hoc Monaſterium ſe contulit una cum Maria filia, teſtis eſt Michael Glycas pag. 324 E. R. *τότε δὲ καὶ ἡ βασιλὶς Αἰκατερίνα καὶ ἡ θυγάτηρ Μαρία, παρὰ τῇ μονῇ τοῦ Μυρελαίου δ' ἀσκητικὸν βίον βιοῦσι*. *Poſtea quam Iſaacius Monaſterium ingreſſus fuiſſet, etiam Imperatrix Hæcatherina cum Maria filia ſe in Manſionem Myrelæi contulerunt, ibique vitam religioſis exercitiis deditam exegerunt*. Cæterum hoc in Monaſterio ſepultus fuit Romanus Lacapenus, & tres Auguſtæ, nimirum Theodota ejuſdem Lacapeni uxor, Helena ejus filia Romani Junioris uxor ac Hæcatherina Iſaacii Comneni uxor, multique alii ex familia Auguſta, ut videre eſt apud Scriptores Byzantinos. Vide quæ infra de Monaſterio ſancti Mamantis monemus.

Περὶ τοῦ Ψαμαθᾶ) Ita & Codex Colbertinus. Ex hoc autem titulo & ex ſequentibus apparet, Anonymum noſtrum hic loqui de tractu Pſamatha ſeu Pſamathi dicto, non vero de Porta de qua agit Codinus; ſed veriſimile eſt, tractum hunc haud procul a porta Pſamathea extitiſſe. En Codini verba. *Εἰς τὴν καλουμένην Ψαμαθίαν εἴδωλον ἵσταντο σεβόμενον παρ' Ἕλλησί τισι, ἔλεγον οὖν οἱ Χριστιανοὶ ... τὸ σέβοντα αὐτό. Ψάμμα Θεοῦ ἐστι τοῦτο τὸ σὸν εἴδωλον. καὶ διὰ τοῦτο ἔλαβεν ἡ πόρτα τὴν τοιαύτην ἐπίκλησιν. ἢ ἀπὸ τοῦ ψάμμου δοκεῖ, ὅτι τὸ ἀνωθεν ἴσταται τὸν τόπον ...* Quas vero rationes hujus nominis adferunt Anonymus noſter & Codinus fictitias eſſe cenſeo, atque *ἀπὸ τοῦ ψάμμου*, *arena*, quod multæ ad hanc portam arenæ maris eſſent nomen loci derivatum arbitror; uti pluribus docet & Lambecius ad Codini laudatum locum. Quod autem attinet ad hujus loci ſitum vide quæ infra, cum de Palatiis & Gerocomio in eodem tractu poſitis monemus. Cæterum varie hoc nomen ſcriptum reperi, *Ψαμαθᾶ*, *Ψαμαθία*, *Ψαμαθεῖα*, *Ψαμαθεῖον*, & *Ψαμαθία*, & portam *τοῦ Ψαμάθου*. At ſi *ἀπὸ τοῦ ψάμμου* loci nomen derivatum eſt, *Ψαμαθεῖον*, ſcribendum eſſe nemo non videt.

Ψαματινὸς ἐστι) Cod. Reg. 2. & Colbertinus, *Ψαμάθινος Θεοῦ ἐστί*. 135.

Η δὲ πέμπτη πόρτα) Ita ex Cod. Reg. 2. & Codino; corrupte legitur in Reg. 1. *ἡ δὲ ε' πόρτα*. Hæc in eodem codice præcedentibus adnexa ſunt; unde apparet Portam Pſamatha ſeu Pſamatheam haud diverſam fuiſſe a Porta Quinta, ita dicta quod ex portis ad Propontidem numero quinta ſit, & conſequenter diverſam a Porta Quinti ſeu *Πέμπτου* quæ inter Mediterraneas recenſetur in Chronico Alexandrino in Heraclio, ubi ut a Chagano urbs obſeſſa fuerit, commemorat. Sed vide quid de Porta Quinti Ducangius & Leunclavius, qui meo ſane judicio allucinantur, dum portam Quinti laudatam ab auctore Chronici Alexandrini confundunt cum Porta Quinta, quæ haud diverſa fuit, teſte Anonymo noſtro, a Porta Pſamathi, quarum quidem altera ad Propontidem ſtetit, altera vero inter mediterraneas portas recenſetur ab eodem auctore Chronici Alexandrini.

Edit. Pariſ. pag. 190.

Περὶ τῶν ἐν αὐτῷ παλατίων) Sic ex Codice Colbertino.

Αλλὰ καὶ παλάτιον καὶ τὸ Γηροκομεῖον) Palatium hoc quod Anonymus noſter extructum fuiſſe ait a ſancta Helena in tractu Pſamatha dicto haud diverſum fuiſſe arbitror a Palatio, quod a Procopio l. 1. de Bello Perſ. cap. XXIV. *παλάτιον τὸ Ελένης ἐπώνυμον* appellatur, & Theophani dicitur, uti præ-

ferte

ferre codicem Peireſ. monet Goarus, παλάτιον Ἑλένης. De hoc Palatio Helenæ pluribus agit Ducangius CP. Chriſt. lib. II. p. 130. Quod autem ſpectat ad ſitum hujus Palatii, in tractu Pſamatha, ſeu Pſamathi ponitur ab Anonymo noſtro & conſequenter haud procul a Foro Theodoſii. Qua in parte Urbis ad mare vergente videtur etiam poni ab Auctore MS. vitæ ſancti Iſaacii Confeſſoris ex Monaſterio Dalmati, quæ habetur in Cod. Colbertino n. 977. ὁμοίως ἐκ Οὐάλεντος αὐτός ... ἐν τῷ παραθαλασσίῳ μέρει τῆς πόλεως πλησίον Ἑλληνιανῶν εἰς τὸ καλούμενον Δαμαλίων.

Καὶ τὸν ἅγιον Θεόδωρον τὸν Κλαυδίου) Templum hoc ſancti Theodori, quod Anonymo noſtro dicitur a ſancta Helena ædificatum, inde Claudii nuncupatum fuiſſe puto, quod in tractu Claudii extiterit; de quo paulo ſuperius. Qui quidem tractus in VII. Urbis Regione erat, ut videre eſt ea noſtra tabella. Qua etiam in Regione templum ſancti Theodori ſua ætate ſtetiſſe fatetur Gyllius lib. III. cap. IV. *Paulo*, inquit, *ſupra hoc templum eſt aliud templum, olim dicatum divo Theodoro, ornatum columnis*

Ὁ Οὐρβίκιος ὁ πραιπόσιτος) Hæc in Cod. Reg. A. & Colbertino præcedentibus juncta ſunt, unde apparet, Urbicium hunc præfuiſſe ædificiis Helenæ ſupra memoratis; in Codino vero ſejuncta ſunt, ſed præcedentibus conjungenda eſſe monet Lambecius in Notis ad eundem Codinum.

Ἐν ᾧ ἐτύγχανεν ἀνάκτορα τῶν Ῥωμαίων) Ita ex Cod. Reg. A. & Codino. Perperam ſcribitur in Reg. B. ἐν ᾧ ἐτύγχανε πλησίον τῶν Ῥωμαίων, & in Colbert. ἐν ᾧ ἐτύγχανε τῶν Ῥωμαίων.

Περὶ τὰς πόρτας τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ) Sic ex Codice Colbertino.

136. Ἡ καλουμένη τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ) Hæc ita ex Codino; corrupta ſiquidem ac mutila ſunt in Codd. Regiis & Colbertino, ubi ſic legitur, τὴν δὲ καλουμένην Αἰμιλιανοῦ πόρτην, καὶ τὸν ἅγιον Αἰμιλιανὸν, ὃ ἐκ μικρᾶς ἦν. ἀλλ᾽ ὅτε, &c. Portam autem hanc ſancti Æmiliani proximam fuiſſe eccleſiæ Deiparæ Ῥάβδου cognominatam, ac unam e maritimis, ad Propontidem, quo loco deſinebant muri veteris Byzantii teſtatur Auctor Chronici Alexandrini, qui a Petrio ad portam uſque ſancti Æmiliani juxta ædem Deiparæ Rhabdum dictam muros veteres protenſos fuiſſe perhibet, ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πετρίου, ἕως τῆς πόρτης τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ· πλησίον τοῦ καλουμένου Ῥάβδου, *a Petrio uſque ad ſanctum Æmilianum, juxta Rhabdum*. Petrium autem extitit ad Sinum Ceratinum, uti l. II. monuimus.

Ἐδέξατο αὐτὴν ἐκεῖσε ὁ μέγας Κωνσταντῖνος) Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ex Cod. Reg. A. repoſuimus, nam in Reg. B. deeſt. Cod. Colbert. habet, ἐδέξατο αὐτὴν ἐκεῖσε εἰς τὴν πόρτην ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ἔδωκεν ἐκεῖσε, καὶ ἀνήγειρε, &c. Codinus vero, ἐδέξατο αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐκεῖσε πεζὸς, καὶ ἀνήγειρε μέγιστον ναὸν τῆς Θεοτόκου, ἔνθα κατεσκεύασε τὴν ῥάβδον. Ec-

Edit. Pariſ. pag. 695. cleſiam autem hanc ſanctæ Deiparæ Ῥάβδου nuncupatam ad muros maritimos extitiſſe paulo ſuperius adnotavimus; quo loco etiam ponitur ab Anonymo noſtro. Vide quæ de hac æde ſcribit Ducangius CP. Chriſt. lib. IV. pag. 96.

Ἀνήγειρε δὲ καὶ τὸν ἅγιον Αἰμιλιανὸν) Nimirum cum prius eſſet parvum oratorium majorem in formam excitavit, unde Codinus habet, ἐκτισε δὲ μείζονα καὶ τὸν ἅγιον Αἰμιλιανόν. Ædem ſancti Æmiliani in Rhabdo, vetuſtate collabentem, renovatam fuiſſe a Baſilio Macedone ſcribit Porphyrogenitus in ejus vita n. LIV. τὸν δὲ τοῦ μάρτυρος Αἰμιλιανοῦ, ὃς ἐν τῷ Ῥάβδῳ τῷ οἴκῳ τῆς Θεομήτορος γειτονεῖ, τῇ παλαιότητι κατερρηγμένον ἰδὼν ἀνήγειρε, ἀντερείσμασι πυργώσας ἑδράσμασι. *Martyris Æmiliani in Rhabdo ædem, ædi Deiparæ vicinam, vetuſtate diffiſſeratem, renovavit, utrimque fulcimentis turris inſtar accommodatis*. Eadem narrat Scylitzes p. 188. E R.

Εἶθ᾽ ἄνω ἔφημι, &c.) Ita & Cod. Reg. A. necnon Colbertinus, Codinus vero, μετὰ δὲ ταῦτα ἀνήγειρε, &c. & ita legendum puto.

Περὶ τῶν σιστερνῶν, καὶ περὶ τοῦ ἀγωγοῦ) Hic agit Anonymus noſter de Ciſternis & aquæductu, nullo ordine ſervato, quemadmodum inita de Monaſteriis; tandem, ſolito ordine, cætera monumenta urbis ad Propontidem ſita recenſet, uti ſuo loco monebimus.

Τοῦ Οὐάλεντος) Hujus Aquæductus ſtructuram attribuunt Valenti Imperatori omnes, quotquot vidi, Codices MSS. necnon Chronographus noſter nu. 296. qui teſtem Theodorum (puto Lectorem, uti alibi etiam) citat: Ὁ ἀγωγὸς ὑπὸ Οὐάλεντος τοῦ Ἀρειανοῦ ἐκτίσθη, καθὼς γράφει Θεόδωρος. *Aquæductus a Valente Ariano conditus fuit, uti ſcribit Theodorus*. His fidem facit Socrates Scholaſticus lib. IV. cap. VIII. qui rem totam pluribus narrat; ait enim Valentem Imperatorem Calchedoniis infenſum, quod a partibus Procopii tyranni ſtetiſſent, muros Calchedonis evertiſſe, & ex eorum ruinis ſaxa Conſtantinopolim advexiſſe ad ſtructuram Aquæductus, atque inter horum murorum ruinas uni ex lapidibus inciſum oraculum inventum, quod urbis muros balneis inſervituros, magnamque aquæ copiam urbi immittendam, prænunciabat; nec diu poſt ex iiſdem lapidibus Aquæductum a Valente extructum. Socratis narrationem, cum ſit longiuſcula, conſulto prætermitto; unam tantummodo oraculi partem, quæ ad laudatos muros & Aquæductum ſpectat hic proponam:

> Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ νύμφαι δροσερὴν κατ᾽ ἄστυ χορείην
> Τερπόμεναι τύψονται ἐϋστεφέας κατ᾽ ἀγυιὰς,
> Καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ, &c.
> *Tempore quo liquidas agitabunt urbe choreas,*
> *Lætaque ſubſilient hilares per compita Nymphæ,*
> *Ac funeſta dabit muros munimina thermis*, &c.

Præfatis autem conſona habent Scriptores ferme omnes ſubſequentis ævi præter ſanctum Nicephorum CP. in Breviario pag. 235. E. R. qui ſtructuram hujus Aquæductus Valentiniano attribuit: ἐν τούτῳ βουλεύεται Κωνσταντῖνος τὸν τοῦ ὕδατος ὀχετὸν ἀνανεῶσαι, ὃν Βαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς κατεσκεύαστο, ὑπὸ δὲ Ἀβάρων ἐπὶ τῶν Ἡρακλείου χρόνων τοῦ βασιλέως κατεστράφη. *Conſtantinus, ea re animadverſa, inſtaurare Aquæductum illum inſtituit, quem Valentinianus Imperator olim extruxerat, ſed Avares poſtea Heraclii temporibus everterant*. A laudato Nicephoro hauſiſſe videtur Theophanes ea quæ pag. 371. E. R. de eadem re narrat; ubi ſane hunc Aquæductum Valentinianum appellat, cum ſuperius anno Imperii Juſtini Junioris undecimo τὸν μέγαν ἀγωγὸν Οὐάλεντος vocet idem Scriptor, niſi locum illum tam in Nicephoro quam in Theophane a ſcriba indocto depravatum credendum ſit, uti ſæpe accidit. Vide quæ de hoc Aquæductu Gyllius ſcribit lib. III. cap. IX. qui Aquæductum Valentinianum adhuc extare inquit, excelſis fornicibus, a clivis quarti collis ad clivos tertii collis, pergentem per decimam Regionem; & paulo infra inquens pag. 692. de eodem Aquæductu ait: *Itaque opere perfecto, aqua introitur in urbem, diſcurreas per confinia nonæ Regionis & decimæ*. Cæterum hujus Aquæductus altitudinem ſatis commendat Anonymus noſter, dum ipſi dicantur αἰωρούμενα ... Janus Douſa in Itinerario CP. ſcribit, longe ſupra omnes domos eminere hunc Aquæductum.

Καὶ ἐν δὲ τῷ καλουμένῳ τοῦ Ἀετίου, &c.) Eadem diverſis verbis narrat Codinus; Codex vero Colbertinus, καὶ ἐν τῷ καλουμένῳ τοῦ Ἀετίου κινστέρνῃ, ἥτις ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκτίσθη πατρικίου τυγχάνοντος. ἐπὶ δὲ καὶ τῷ καλουμένῳ τοῦ αὐτοῦ Οὐάλεντος. Chronographus autem noſter hanc Aetii Ciſternam ab Aetio Patricio, Valente imperante, extructam fuiſſe ſcribit. At Marcellinus Comes Ciſternam Aetii ædificatam prodit tempore Theodoſii Junioris anno Chriſti CCCCXXI. Euſtathio & Agricola Coſſ. Celebre eſt Aetii nomen, qui ſub Theodoſio Juniore in Galliis contra Francos, Gothos, Burgundiones, Hunnos, aliuſque barbaros Romanam rem utcumque ſuſtentabat. Ad hanc Aetii ci-

ſternam ſtetit Monaſterium Maræ nuncupatum, cujus Abbas Joannes ſubſcripſit in Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena act. 2. & v. cum cæteris Urbis Abbatibus. Vide notas ad Chronographum.

Περὶ τῆς τοῦ Ἄσπαρος) Subintelligitur κιστέρνης. Sic ex Cod. Colbert. in Reg. 2. ſcribitur περὶ τοῦ Ἄσπαρος.

Ἡ δὲ λεγομένη Ἄσπαρος κιστέρνα ὑπὸ Ἄσπαρος, &c.) Ita ex Cod. Colbert. Perperam ſcribitur in Reg. 1. ἡ δὲ λεγομένη Ἄσπαρος κιστέρνα, Ἄσπαρος κιστέρνα, Ἄσπαρος καὶ Ἀρδαβούριος ἐκτίσθη ὑπὸ τοῦ μεγάλου Λέοντος, &c. Ardaburius autem hic, filius fuit Aſparis non vero pater, at ex ſequentibus patet, πληρωθείσης αὐτῆς, ἀνῃρέθησαν; Aſpar enim una cum duobus filiis interfectus eſt anno CCCCLXXI. ab eodem Leone ædificari cœpta eſt hæc ciſterna ab Aſpare Magiſtro militum anno 12. Leonis M. Imperatoris Ricimere & Patricio Coſſ. teſtis eſt Auctor Chronici Alex. qui etiam hujus ciſternæ ſitum indicat, nimirum juxta antiquum urbis murum: τούτῳ δὲ ἐνιαυτῷ ἤρξατο Ἄσπαρ ὁ στρατηλάτης ἐκτίζειν τὴν μεγάλην κιστέρναν πλησίον τοῦ παλαιοῦ τείχους, hoc anno Aſpar Magiſter militum cœpit ædificare ciſternam maximam juxta antiquum urbis murum. Vide quæ de Aſparis ciſterna habet Chronographus noſter n. 305. De Aſparis autem & Ardaburii nece, necnon Aſparis ſtatua quæ in Tauri regione erecta erat, loquitur idem Chronographus num. 241.

Καθ᾽ ἣν ἀμφότεροι) Ita ex Cod. Reg. 2. Perperam ſcribitur in Reg. 1. & Colbert. καθ᾽ ἣν ἀμφοτέρων.

Κατεσφάγησαν) Sic ex Codice Colbertino. In Reg. 2. legitur, κατεσφάγησαν, &c.

Δόλῳ) Sic Chronographus noſter n. 230. ἐν δόλῳ Μάξιμον ἀνῃρέθησαν, &c. δόλος Græcis recentioribus idem quod Latinis *dolus*, ſic δολοῦν *fallere*, &c.

137. Ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἄσπαρος, &c.) De hac ipſa domo Aſparis putat Lambecius loqui Porphyrogenitum de Adm. Imp. cap. 43. At ibi non Ἄσπαρος ſed Βαρβάρου perpetuo ſcribitur, neque tantum in editis, verum etiam in duobus Regiis Codd. MSS. quorum quidem alter chartaceus recenti manu exaratus, alter vero Membranaceus optimæ notæ, charactere duodecimi ſeculi conſcriptus.

Περὶ τῆς τοῦ Βώνου) Ita ex Cod. Colbert. in Cod. Reg. 2. περὶ τοῦ Βώνου.

Τὴν δὲ Βώνου κιστέρναν) Ita habet & Codinus pag. 29. at pag. 30. E. R. ſcribit Ciſternam Boni Bonum Magiſtratum condidiſſe, qui Heraclii Imperatoris domeſticus erat, & cui Imperator adverſus Perſas profecturus urbis cuſtodiam & vices ſuas demandavit. Sub eodem Heraclio vixiſſe Bonum Patricium tradit & Anonymus noſter, necnon Auctor Chronici Alex. pag. 397. E. R. ἐτελεύτησε Βῶνος ὁ τῆς ἀοιδίμου μνήμης, γενόμενος Μάγιστρος, καὶ ἀπετέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ εἰς τὸ σεπτὸν μοναστήριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ τὸ ἐπονομαζόμενον τῶν Στουδίου, πλησίον τῆς Χρυσῆς Πόρτας. *Mortem obiit Bonus* Edit. Pariſ. pag. 693. *inclitæ memoriæ, Magiſtri dignitate cohoneſtatus, illiuſque corpus in venerabili Monaſterio ſancti Joannis Præcurſoris & Baptiſtæ, quod Studii appellatur, juxta portam Auream, depoſitum eſt.* Hanc ciſternam Boni ponit Gyllius lib. IV. cap. IV. in decima quarta Regione; neque tantum ciſterna Boni ibi extitit, verum etiam ejus domus, ut patet ex Anonymo noſtro, ὁ δὲ οἶκος αὐτοῦ ἐκεῖσε ἦν. Cæterum haud procul ab eadem ciſterna ædificavit Palatium Romanus Porphyrogeniti filius, teſtantur Scylitzes & Glycas.

Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος) Ciſternam Mociſiam extructam fuiſſe ab Anaſtaſio Dicoro teſtantur etiam Suidas & Glycas in eodem Anaſtaſio, necnon Zonaras p. 46 E. R. Καί τινα μοναχὸν πλησίον οἰκοῦντα τῆς παρὰ τοῦ Ἀναστασίου κτισθείσης κιστέρνας τοῦ Μωκισίου καλουμένης, *& quemdam Monachum habitantem juxta Ciſternam Mociſiam ædificatam ab Anaſtaſio.*

Ὅτι δὲ αὐτὴν ἔκτισε, λείψας, &c.) Ita ex Codino. Corrupte legitur in Cod. Reg. 1. & Colbert. ὅτε δὲ ἀνῳκοδόμησα αὐτὴν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν οἱ δῆμοι ὅτι διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ ἁγίου Μωκίου. In Reg. 2. ſcribitur etiam λείψας. Quod autem attinet ad ſitum hujus ciſternæ, vide quæ infra monemus cum de Æde ſancti Mocii, cui proxima erat, atque ideo ſic nuncupata.

Περὶ τῆς τοῦ Φιλοξένου) Ita Cod. Colbertinus, Reg. vero 2. περὶ τοῦ Φιλοξένου. 138.

Εἰς τὸν φόρον πλησίον, &c.) Ciſterna Philoxenos proxime Palatium Lauſiacum (quod haud procul a Foro Conſtantini ſtetit, ut ſuo loco obſervavimus) ponitur a Cedreno pag. 322. E. R. qui ideo Φιλόξενον dictam ſcribit, quod peregrinis in Xenodochio vicino hoſpitantibus aquam ſuppeditaret: ξενοδοχεῖα τινα, ὅπου ὁ Φιλόξενος ἐχορήγει τὸ ὕδωρ, ὅθεν ἔχει τὴν κλῆσιν, *Xenodochia quædam, ubi Ciſterna Philoxenos aquam ſuppeditabat, unde appellationem ſortita eſt.* At Anonymus noſter Φιλόξενον dictam innuit, quod a Philoxeno Magiſtro, uno ex duodecim qui Roma cum Conſtantino magno venerant, extructa ſit, de quo agit ſupra num. 10. unde ibi habet Cod. Reg. 1. ὁ ὢν ἐκ τῶν ιβ΄. in Cod. Colbertino ſcribitur ὁ ὢν ἐκ τῶν δώδεκα ἀρχόντων. Cæterum de eadem ciſterna videtur loqui Cedrenus pag. 388. E. R. quam inter tricilinium Juſtinianeum ac Lauſiacum ſtetiſſe ſcribit, & repurgatum fuiſſe a Baſilio Macedone.

Περὶ τῆς κιστέρνης τῆς βασιλικῆς, &c.) Sic emendamus. Corrupte legitur in Cod. Reg. 2. Περὶ τῆς μεγάλης κιστέρνης τῆς βασιλικῆς, τῆς μεγάλης καὶ τῆς μικρᾶς. In Cod. Colbert. ſcribitur: Περὶ τῆς βασιλικῆς μεγάλης κιστέρνης. In Reg. 2. & Codino: Περὶ τῆς βασιλικῆς κιστέρνης.

Ἡ πλησίον βασιλικὴ κιστέρνα, &c.) Ita de Baſilica Ciſterna habet & Codex Colbert. At Reg. 2. & Codinus omnino diverſe: Ἡ λεγομένη βασιλικὴ κιστέρνα ἐκτίσθη ὑπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ὁ δὲ καθεζόμενος ἐπὶ τοῦ δίφρου ἐκεῖσε μέγας στύλος, ἔστι τοῦ Σολομῶντος, ὃν ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἀνεστήλωσε, κρατοῦντος τὴν σιαγόνα αὐτοῦ, ὅτι ἐνίκησε τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ὅτι ἐκτίσθη εἰς μῆκος καὶ κάλλος ὑπὲρ τὸν παρ᾽ αὐτοῦ κτισθέντα ναὸν Ἱεροσολύμων. ἐκεῖσε δὲ ἵστατο στῆλος τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, ἐπὶ δύο κιόνων τετραγώνων χρυσωθέντων, ὄπισθεν τῆς βασιλικῆς, πλησίον τοῦ Μιλίου. Quod ſic interpretatur Lambecius: *Ciſterna Baſilica a Conſtantino Magno condita eſt. Quæ vero ibi viſitur magna ſtatua in ſolio ſedens, Salomonis eſt, quam Juſtinianus Magnus erexit, maxillam manu ſuſtentantis & S. Sophiam admirantis, quod magnitudine & pulchritudine templum Hieroſolymis, ab ipſo conditum illa ſuperaret. Ibidem collocata erat ſtatua Theodoſii Magni ſupra duas columnas quadratas & auro obductas pone Ciſternam regiam prope Milliarium.* Glycas eadem ſcribit de hac ſtatua Salomonis pag. 268. Chronographus vero noſter nu. 296. hujus Baſilicæ Ciſternæ ſtructuram adſcribit etiam Conſtantino Magno, ac in ea ſtetiſſe ſtatuam æneam ſedentem Theodoſii Junioris tradit. Hanc autem Ciſternam Baſilicam, ad Porticum Regiam, ubi lites inſtruunt cauſidici, ponit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. XI. qui Scriptor pluribus ibidem de ipſa loquitur: quæ cum ſint longiuſcula hic non exſcribo. Eam vero adhuc ſupereſſe tradit Georgius Douſa in Itinere Conſtantin. *Ex multis præterea, quibus olim abundabat civitas Ciſternis, unica tantum, eaque Baſili-* pag. 694. *ca, reliquis in alios uſus converſis, incolumis permanſit. Hanc generoſo D. Stanislao Golſcio Regni Poloniæ Legato comite, prælatis funalibus, inſpexi. Rivum quemdam, quem Theodoſius Zygomalas Cydarim eſſe vult, magno murmure hoc loco ſe effundere vidimus. Ejus concamerationem pluſquam quingentis columnis marmoreis fulciri idem Theodoſius nobis retulit.* Ac eam graphice deſcribit Gyllius libr. II. cap. XX. qui cum ſit hoc volumine a nobis editus, ejus deſcriptionem quia longiuſcula, hic non exſcribo. Cæterum fuit Conſtantinopoli. & altera Ciſterna Baſilica, Illi cognominata, quam a Juſtiniano extructam ſcribit Theophanes anno 1. ejuſdem Auguſti.

Μελανταρία) Codex Colbertinus Μελαντήσιον habet. Sed quid ſignificet μελαντάριον aut μελαντήσιον non liquet.

Καὶ ὁ ἄνεμος αὐτοῦ εἶχε) Sic codice Colbertino.

Nimirum *Camera item ſuperior Baſiliſcara nuncupata*, &c. Et ita legendum & in textu loco *lacunar item ſuperius*, &c. In Reg. 1. perperam legitur, καὶ ἀπόδιον αὐτοῦ τοῦ, &c.

Βασιλισκαρία) In Codice Colbertino ſcribitur ἡ βασιλισκαρίου.

Δυλακίνη, &c.) In Codice Colbertino legitur, δεκλαπίνη. Sed quid hæc vox ſignificet, ignoro.

Περὶ τῶν πορτῶν) In Cod. Colbertino ſcribitur, περὶ τῶν πορτῶν τῆς χερσαίου; & quidem non abs re; nam Porta Charſiæ, Porta Xylocerci ſeu Xylocirci, & porta Polyandri numerantur inter terreſtres. Hic autem agit Anonymus noſter de Portis, nullo ordine ſervato, uti ſupra de ciſternis, & paulo infra de monaſteriis.

Ἐκ τοῦ Χαρσίου δευτερεύοντος μέρους Βενέτων) Clarius hæc Codinus: Ἡ δὲ Χαρσίου πόρτα ἐκλήθη ἀπὸ Χαρσίου, τοῦ δευτερεύοντος τοῦ μέρους τῶν Βενέτων, ὅτι παρέστατο ἐκεῖσε, ἐπισκευάζοντα τὸ Χερσαῖον τεῖχος. De hoc Charſia Venetæ factionis duce qui ſtructuræ murorum terreſtrium præfuit ſub Theodoſio Juniore agit Anonymus noſter ſupra n. 61. Eandem putat Leunclavius quæ paulo ante expugnatam Conſtantinopolim *Caligarea* nuncupabatur, cujus portæ meminere Phranzes & alii qui extremam urbis cladem memoriæ prodiderunt. Hodie eandem e Turcis vocari *Egri capi* ſcribit idem Leunclavius. Vide quid ea eodem Ducangius referat.

Ξυλόκερκον) Subintelligitur, πόρτα αὕτη ἐκλήθη. Codinus clarius hæc omnia refert: Ἡ Ξυλόκερκος πόρτα διὰ τοῦτο ἐκλήθη οὕτω, ὅτι οἱ στοιχεῖα ἐν τῷ τόπῳ εὑρέθησαν ὕδατα πολλά, καὶ μὴ δυνάμενοι θεῖναι τεῖχος διὰ τὴν πολλὴν πλημμύραν, δέρκοι καὶ πασσαλώματα μετὰ ξύλων ποιήσαντες, τεθείκασι τὸ θεμέλιον. At quod de hujus nominis etymologia referunt Græculi pro nugis habet, jure merito, Ducangius, atque inde Portam hanc *Xylocerci* ſeu *Xylocirci* appellatam putat quod per eam ad *Xylocircum*, ſeu Circum ligneum, qui proxime erat, pergeretur. Erat porro Xylocircus verſus ſancti Mamantis ædem, ad caput Freti Ceratini; ad quam porro ædem Xylocirci Portæ ſtatuitur etiam a Cedreno in Phoca. Leunclavius in Pand. Turc. n. cc. primam portarum terreſtrium fuiſſe ſcribit. Vide quid de hac Porta laudatus Ducangius.

Πεττυρώματα ξύλων πολλοῖς) In uno Codice Regio ſcribitur, παττυρώματα ἐκ ξύλων πολλοῖς. Πεττύρωμα vero fulcimentum ſignificat. Sic Codinus de Structura ædis Sophianæ n. 147. σανίδαιον ἔχει ὁ βασιλεὺς στηρίζειν τοὺς ἀψιδοπίχτας καὶ τὰς πεττυρώσεις. Ubi interpres *deſtinas & fulcimenta* vertit.

Ἡ δὲ Πολυάνδρου) Meminit hujus Portæ Auctor Chronici Alexandrini in Heraclio: Πολεμοῦντες ἀπὸ τοῦ λεγομένου Πολυανδρίου πόρτας ἕως τῆς πόρτας τοῦ Πέμπτου. De eadem loquitur Anonymus noſter ſupra num. 61 Vide quæ ibidem adnotavimus.

Περὶ τῶν Μοναστηρίων) Hic agit Anonymus noſter de Monaſteriis, Gerocomiis, aliiſque locis piis, nullo ordine ſervato, uti ſupra monuimus.

Ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισε) Ita ex Codino; tranſpoſita quippe hæc ac corrupta in Cod. Reg. 1. ſic leguntur: ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισε τῶν ποικίλων μαρμάρων, καὶ ἀγάλματα πολλὰ ἔχουσα, οἱ μίμοι τὰ πάθη τοῦ

Edit. Pariſ. pag. 695. Χριστοῦ. In Cod. Colbert. οἱ μίμοι τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ. Cæterum Monaſterium hoc SS. Carpi & Papyli extitiſſe juxta Helenæ Palatium (quod in ſeptima Urbis Regione ſtetit, uti ſupra adnotavimus) docemur ex Synaxario Collegii Claromontani, qui addit celebratam τὴν αὐτῶν σύναξιν ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν μαρτυρίῳ τῷ ὄντι πλησίον Ἑλενιανῶν.

Τῶν Πρασίνων) De Factione Praſina ſupra num. 45. & alibi.

140. Τὸ δὲ γηροκομεῖον, &c.) Hæc in Cod. Reg. 1. & Colbertino adnexa ſunt præcedentibus, unde Gerocomium hoc, quod a Marciano & Pulcheria extructum dicitur Anonymo noſtro, in eodem loco Praſina dicto extitiſſe videtur.

Ἀρταβάσδος) Perperam ſcribitur in Cod. Reg. 1. Ἀρταβάδος. Clarius hæc omnia a Codino narrantur: Ἀρταβάσδης δὲ ὁ βασιλεὺς ὁ γαμβρὸς Λέοντος τοῦ Κυβαλλίνου, ὅτε ἐπέβαλεν αὐτῷ, καὶ ἐκράτησε τῆς βασιλείας χρόνους τρεῖς, ἐτυφλώθη δὲ παρὰ τοῦ Κοπρωνύμου, ἡττήσαντος αὐτόν, καὶ τὴν βασιλείαν πάλιν κρατήσαντος, ὅτος ἀπῆλθε πολλὰ ἀτίμαστα ὑπομείνας ἐν τῷ ῥηθέντι γηροκομείῳ, διότι οἶκος αὐτοῦ ἐκεῖσε ἦν, &c. Vide Theophanem pag. 352. & 353. E. R.

Καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖσε ἀφιέρωσε) Ita ex Cod. Reg. 2. & Colbertino. In Cod. Reg. 1. corrupte legitur καὶ ὕδρα ἐκεῖσε ἀφιέρωσε. Quid vero ſint τὰ ἱερὰ vide ſupra num. 26.

Διότι οἶκος ἐκεῖσε ἦν) Sic ex Codino. In MSS. Regis deeſt ἐκεῖσε.

Μετὰ τῶν υἱῶν) Artabaſdus an. 743. Indict. 12. Septembri menſe a Conſtantino Copronymo captus eſt una cum filio, ac excæcatus Theophan. p. 353. E. R.

Φλωρεντίου πατρικίου) Addit Codinus καὶ Δουκὸς Ἀντιοχείας.

Παρὰ Αἰτίου) Ita ex Codino. In Cod. Reg. 1. legitur παρὰ Εὐσεβίου, in Reg. vero 2. παρὰ Εὐσεβίου. 141.

Τότε γὰρ κατῆλθε) Codinus εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὴν πόλιν ἐκεῖσε ᾤκει. Apud eundem legitur pro Ρωμανοῦ, Ρωμανοῦ, ſed Græcis recentioribus Ρωμαῖος & Ρωμανὸς æque ſonat.

Ἔχω δὲ ἀπὸ τοῦ ἀπιδεῖν χρόνους φνζ΄.) Ita ex conjectura ſupplemus, nam in aliis MSS. hæc deſunt. In Cod. Reg. 1. ſic ſcribitur, ἔχω δὲ αὐτὸ ἀπιδεῖν χρόνους φνζ΄. Hinc etiam apparet Auctorem harum Originum vixiſſe ſeculo xi. Sed vide quid hac de re in præfatione monemus.

Ἐκτίσθη παρὰ Δαλμάτου πατρικίου, ἀνεψιοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου) Nimirum, *Monaſterium Dalmati ædificavit Dalmatus Patricius, Conſtantini Magni ex fratre nepos*. Et ſic legendum etiam ſupra in verſione. Monaſterium autem hoc Dalmati ſeu Delmati vel potius Dalmatii, antiquiſſimum ac celeberrimum fuiſſe omnium Monaſteriorum quæ Conſtantinopoli extiterunt, patet ex Theophane in vita Conſtantini Copronymi, ubi illud τὴν Δαλμάτου μονὴν appellat: Τὴν γοῦν Δαλμάτου πρώτιστον οὖσαν ἐν τοῖς κοινοβίοις τοῦ Βυζαντίου στρατιώταις εἰς κατοικίαν δέδωκεν, *ac Monaſterium quidem Dalmatorum, cœnobiorum omnium Byzantii celeberrimum militibus diverſorium aſſignavit*. Eadem habet & Zonaras in eodem Auguſto p. 92. E. R. Καὶ τὴν τοῦ Δαλμάτου λεγομένην μονήν, ἀρχαίαν οὖσαν καὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει πρεσβυτέραν πασῶν, τοὺς δι' αὐτῆς ἐξελάσας μοναχοὺς στρατιωτῶν αὐτὴν ἐποίησε καταγώγιον. *Dalmati Monaſterium vetuſtum, & omnium quæ Conſtantinopoli ſunt, antiquiſſimum, pulſis inde monachis, militum diverſorium fecit.* Hoc autem in Monaſterio Tiberius Apſimarus, ὅτε ἀπῆλθε μετὰ χελανδίων καὶ ἐκράτησε τῆς βασιλείας, Leontium incluſum ſervavit, ut tradit Anonymus noſter, niſi quod perperam ibi ſcribitur ἐκράτησε τὴν βασιλείαν pro τῆς βασιλείας; ſed hic error frequentiſſimus eſt recentioribus Græcis uti ſæpe aliàs monuimus. Eadem habet de Leontio & Theophanes, qui præterea eum naribus mutilatum fuiſſe ſcribit: Ὁ δὲ Ἀψίμαρος τὸν μὲν Λεόντιον ἐρρινοκόπησε, καὶ ἐν τῇ μονῇ τοῦ Δαλμάτου ὑπὸ φυλακὴν εἶναι προσέταξεν. *Apſimarus autem Leontium naribus mutilatum in Dalmati Monaſterio ſub cuſtodia ſervandum mandavit.* Sed quod ait Scriptor noſter, Monaſterium Dalmati ædificatum fuiſſe a Dalmato Patricio, Conſtantini Magni ex fratre nepote, nugæ ſunt ac naniæ: ſiquidem Dalmatus ille, a quo Monaſterium nomen accepit, ſub Theodoſio Juniore florebat, qui una cum Fauſto filio, ſancti Iſaacii conſuetudine uſus ac colloquiis perſuaſus, in Monaſterio, quod de ejus nomine poſtmodum appellatum fuit, ſe incluſit: Horum feſtum agunt Græci III. Auguſti. Ita Synaxarion de Dalmato: Καταλιπὼν καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, μόνον δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Φαῦστον ἀναλαβών, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν (Ἰσαάκιον) καὶ γέγονε μοναχός, ἀποκείρας καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἠγωνίσαντο, ὡς παρελθόντα γενέσθαι βασιλέα, καὶ συγκλήτῳ, καὶ θαύματα διάφορα εἰς δόξαν Θεοῦ ἐπιτελέσαι, καὶ οὕτω μετὰ τελευτὴν Ἰσαακίου ἐτελειώθη. *Relictis uxore & liberis, ſoloque filio Fauſto aſſumpto, ad Iſaacium ſe contulit, atque ita uterque ſic in ſacris exercitiis verſatus eſt,* pag. 696.

ut *Imperatoribus & Senatui ex crebris miraculis innoteſceret: ſed hæc facta ſunt poſt mortem Iſaacii*. Hinc videtur Monaſterium Dalmatii a ſancto Dalmato non conditum fuiſſe, ſed duntaxat ab eo nomen ſumpſiſſe, cum Synaxaria tradunt, ſanctum Iſaacium Conſtantinopolim profectum, in unum e Monaſteriis Urbis ſeceſſiſſe, ὃ νῦν Δαλμάτου καλεῖται. Quod ſane expreſſe narrat Scriptor Vitæ ſancti Dalmatii (nam ſic ibi appellatur;) quam quidem Vitam ineditam, quia multa continet, non ſolum ad hoc Monaſterium ſpectantia, ſed etiam ad hiſtoriam Eccleſiaſticam pernecessaria, hic e nobis Latine factam exhibemus, ex Codice MS. pervetuſto & optimæ notæ, Bibliothecæ S. Germani a Pratis; de quo quidem Codice pluribus ſupra n. 97. Epiſtolæ autem, quas hic profert Vitæ Dalmatii Scriptor, nimirum Concilii Epheſini ad Dalmatium, & viciſſim Dalmatii ad Patres editæ ſunt in eodem Concilio part. 11. act. 1. duas vero poſtremas edidit ex Codice Vaticano Joannes Garnerius e Societate Jeſu in præfatione ad ſecundam partem Marii Mercatoris p. 27. At epiſtolam ultimam, quæ eſt Concilii Epheſini ad Dalmatium, mutilam exhibere placuit Garnerio. Sic ille ibi monet: *In eodem Codice Vaticano reperitur Synodi reſponſum ad Dalmatium: breve illud quidem, ſi per ſeipſum ſpectetur, ſed cui inſertum ſit quoddam velut parergum, de ſumma Monaſteriorum urbis regiæ præfectura Dalmatio collata, quod ſpernendum putavi propter ἀναχρονισμόν*. Sed non video cur pars illa epiſtolæ rejicienda ſit; num ſi prærogativa illa e Patribus Concilii Epheſini Dalmatio ac ejus ſucceſſoribus indulta, ſuſpecta eſſet, actu ipſa Concilii ubi Dalmatius dicitur πρεσβύτερος, καὶ Ἀρχιμανδρίτης πατὴρ μοναστηρίων, ſuſpecta eſſe deberent. Sic Menæe xxx. Auguſti, de Dalmatio ac prærogativa ipſi & ejus ſucceſſoribus conceſſa; Καὶ παρὰ τῆς κατ' Ἔφεσον συνόδου τετιμημένος ἀϊδίοις φασί: ὥστε τῷ Ἀρχιμανδρίτῃ αὐτὸν, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν τὸν κατ' αὐτὴν μονὴν ἄρχοντας ἐξάρχους μέχρι νῦν εἶναι ὑπάρχειν. *Et patribus Epheſum ad Concilium convenientibus venerandus apparuit, qui & ipſum, & in Monaſterii regimine ſubſecuturos in æternum fore decreverunt Archimandritas*. Quod confirmatur ex Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena act. 5. ubi Marianus, primus inter Abbates ſubſcripſit cum hocce titulo: Ἡγούμενος μονῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Δαλματίου τῆς βασιλίδος πόλεως, καὶ ἔξαρχος ἐπὶ τῶν βασιλευούσης ταύτης πόλεως διακειμένων ἁγίων μοναστηρίων, καὶ τῶν λοιπῶν ἡγουμένων τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ταύτην πόλιν καθεστώτων ἁγίων μοναστηρίων. Sic etiam Timotheus, qui ſub Juſtiniano M. anno xxx. obiit, dicitur Theophani ἔξαρχος τῶν μοναστηρίων καὶ ἡγούμενος τῶν Δαλματου μονῆς. At fortaſſis quiſpiam ſuſpicaretur Garnerium partem epiſtolæ ideo ſuppreſſiſſe, quod in ea continerentur nonnulla quæ auctoritati Romani Pontificis ſupra Concilium Generale fuvere videntur; ſed longe a talis criminis ſuſpicione abeſt Garnerius, cum ex ea ſocietate ſit, quæ addictiſſima Romanæ ſedi ſemper viſa eſt. Qua igitur ratione hanc epiſtolæ partem penitus omiſerit Garnerius, aliis divinandum relinquimus; nos vero perſuaſum omnino habemus eam epiſtolæ partem tam eſſe ſynceram & genuinam, quam & cæteras illius partes, quæ ex eodem procul dubio fonte ſimul emanarunt. Cæterum reſtat modo, ut Vitam ipſam S. Dalmatii hic proponamus; ad cujus quidem marginem breves notas, ubi opus fuerit, apponimus.

A

Edit. Pariſ. pag. 697.

Vita ac geſta ſancti Patris noſtri Dalmatii.

SAnctus hic Dalmatius piis præditus moribus, cum militiæ nomen dediſſet in Secunda ſchola Scholarius fuit. Ut audivit autem, virum Iſacium nomine ab Oriente Byzantium veniſſe, ipſum benedictionis accipiendæ cauſa convenit. Cum itaque ille acceſſiſſet, ad ipſius pedes ſe abjecit, ab eodem benedictionem poſtulans, & cum illo ſeptem diebus eſt commoratus. Hoc decurſo dierum ſpatio virum adiit, & Pater ſancte, inquit, benedic mihi peccatori, ut domum revertar. Cui ſanctus Pater Iſacius ita reſpondit. Benedictus ſit Deus: hic te mecum degere oportet toto vitæ meæ curriculo. B Huic Dominus Dalmatius: Domine, res mihi familiaris & liberi ſunt. Cui reſpondit pater noſter Iſacius: Fili, Dominus oſtendit mihi oportere te mecum vitam agere, quoad vivero. Scriptum eſt enim in ſacro Evangelio: *Quicumque diligit patrem, aut uxorem, aut filium pluſquam me, non eſt me dignus*. Sciaſque hunc locum nomine tuo vocandum eſſe. Fuſis precibus Dominus Iſacius, dimiſit eum ut uxori valediceret. Cujus juſſu ille abiit, & cum uxori ſuæ valedixiſſet, eam cum re familiari ſua, & filia in orientem miſit, & una cum filio ſuo Dominus Dalmatius ad ſanctum Confeſſorem Iſacium remigravit, quicum vitam C agebat. Quotquot vero ipſos ſalutandi ac munera eis deferendi cauſa adibant, dona in manibus Dalmatii deponebant. Et ſane multa eo tempore allata ſunt, quæ illi captivis aliiſque ad ſacrum Monaſterium accedentibus erogarunt. Singulis quippe diebus, ne uno quidem intermiſſo rogam ſive eleemoſynam faciebant; qui

A

Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Δαλματίου.

ΟΥτος ὁ ὅσιος Δαλμάτιος ἦν ζῶν εὐσεβῶς, καὶ ἐν στρατείᾳ καταλεγόμενος, σχολάριος ἐν τῇ δευτέρᾳ σχολῇ. καὶ ἤκουσεν ὅτι παραγέγονεν ἀνὴρ ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς τὸ Βυζάντιον ὀνόματι Ἰσάκιος, καὶ ἦλθε λαβεῖν εὐχὴν παρ' αὐτοῦ. ἐλθόντος οὖν αὐτοῦ προσέπεσεν αὐτῷ, αἰτῶν λαβεῖν τὰς εὐχὰς αὐτοῦ. ἐποίησε δὲ ἐγγὺς αὐτοῦ προσεδρεύσας αὐτῷ ἡμέρας ἑπτά· καὶ μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, προσῆλθεν αὐτῷ λέγων· Πάτερ ἅγιε εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἵνα ἀπέλθω ἐν τῷ οἴκῳ μου· καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος πατὴρ Ἰσάκιος· εὐλογητὸς ὁ Κύριος, ὀφείλεις συνδιάγειν B μοι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· καὶ ἀπεκρίθη ὁ Κύριος Δαλμάτιος πρὸς αὐτὸν τὸν πατέρα καὶ εἶπε· δέσποτα, βίον ἔχω καὶ τέκνα. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰσάκιος· τέκνον ὁ Κύριός μοι ἀπεκάλυψε περὶ σοῦ, ἵνα συνδιάγῃς μοι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· γέγραπται γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ· ὅτι ὁ ἀγαπῶν πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. ἵνα γὰρ ἴσῃς εἰδὼς ὅτι ὁ τόπος οὗτος τὸ σὸν ὄνομα ἐπιφέρεσθαι ἔχει· καὶ ποιήσας εὐχὴν ὁ κύριος Ἰσάκιος, ἀπέλυσεν αὐτὸν ἀπελθεῖν καὶ συντάξασθαι τῇ συμβίῳ αὐτοῦ· καὶ τῇ κελεύσει αὐτοῦ πορευθεὶς, συνταξάμενος τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ἀπέλυσεν αὐτὴν εἰς ἀνατολὴν, μετὰ ὅλων τῶν πραγμάτων τοῦ βίου αὐτοῦ καὶ τῆς παιδὸς θηλείας. τὸν δὲ ἄρρενα λαβὼν ὁ Κύριος Δαλμάτιος ὑπέστρεψε C πρὸς τὸν ἅγιον Ἰσάκιον τὸν ὁμολογητὴν, καὶ συνδιῆγεν αὐτῷ· καὶ πάντες οἱ ἐρχόμενοι εἰς προσκύνησιν αὐτῶν φέροντες προσφορὰς εἰς τὰς χεῖρας τοῦ ἐν ἁγίοις Δαλματίου ἐδίδουν· προσέφερον δὲ ἐν τῷ χρόνῳ αὐτοῦ πολλὰ, αὐτοὶ δὲ μετεδίδουν αὐτὰ εἰς αἰχμαλώτους, καὶ εἰς τοὺς ἐρχομένους εἰς τὸ ἅγιον μοναστήριον· ῥόγαν ποιούμενοι τὸ καθημέραν ἀπαραλείπτως ὡς καὶ

ἕως τοῦ παρόντος. οὕτως οὖν συνδιάγοντες οἱ ἅγιοι ἄνδρες, ἐπλήρουν τὰς εὐχὰς αὐτῶν νηστεύοντες καὶ εὐχόμενοι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. ἐπειδὴ οὖν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Δαλματίου ἐπάγεται εἰς τὸ μοναστήριον ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, ἐν τῷ ἔρχεσθαι τοὺς ἀδελφοὺς ἐν τῷ πυλῶνι, καὶ αἰτοῦντες λαμβάνειν τὴν παρ᾽ αὐτῶν εὐλογίαν, αὐτοὶ καὶ τὸ ὄνομα ἐπέθηκαν λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· ἀγόμεθα εἰς τὸν Κύριον Δαλμάτιον, καὶ αὐτὸς ἔχει ἐκ τῶν παροχῶν τοῦ Θεοῦ θρέψαι ἡμᾶς. καὶ οὕτως ἐγένετο ἀκουστὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν πάσῃ τῇ γῇ. οὕτως οὖν ἐπληροῦτο πᾶσα ἡ διαγωγὴ τῶν ἡμερῶν, αὐτῶν πληρούντων τὸν κανόνα τοῦτον μετὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης αὐτοῖς, ποιοῦν τὴν εὐποιΐαν. πολλὰ γὰρ ὁ Θεὸς κατὰ τὰς προαιρέσεις αὐτῶν ἐχορήγει τοῖς ἁγίοις· καὶ αὐτοὶ ἁπλότητι πολλῇ μετεδίδουν αὐτὰ εὐχαριστοῦντες Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν· καὶ διηνεκῶς ψάλλοντες, καὶ νηστεύοντες, καὶ αἰνοῦντες τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διαπαντός.

Ὁ δὲ ἅγιος Δαλμάτιος τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς ἐφεξῆς ἐνήστευσεν ἕως τῆς ἁγίας πέμπτης· καὶ τότε λειτουργήσαντες μετέλαβον τροφῆς, καὶ ὀψίας γενομένης, ἀνέπαυσεν ἑαυτὸν εἰς τὸ σκαμνίον· καὶ κατενέχθη ἡμέρας ἄλλας τεσσαράκοντα τρεῖς, καὶ ἔμεινεν κείμενος ἐν τῷ σκάμνῳ αὐτοῦ ἀναπεσὼν, καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ προσευχόμενος ἕως τῆς ἁγίας Ἀναλήψεως. ἦν γὰρ κατενεχθεὶς καὶ μόνον ὅτι ἀνέπνει. ἔκειτο γὰρ ἐν ἐκστάσει, καὶ οὐ παρενόχλησεν αὐτῷ ὁ Κύριος Ἰσαάκιος. ἐλθούσης δὲ τῆς ἁγίας Ἀναλήψεως, ἀπῆλθεν ἐγγὺς αὐτοῦ ὁ Κύριος Ἰσαάκιος, καὶ λέγει αὐτῷ· ἀδελφὲ Δαλμάτιε, πόσα κοιμᾶσαι; ἀνάστα, καὶ ἀνακαθίσας ὁ Κύριος Δαλμάτιος, ἔρριψε τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· ἔψαλλαν, Κύριε πάτερ, οἱ ἀδελφοὶ τὴν τρίτην; καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Κύριος Ἰσαάκιος· ποῦ γὰρ ἦσθα ἵνα * μὴ εἰδῇς εἰ ἔψαλλον; τότε λέγει αὐτῷ ὁ Κύριος Δαλμάτιος. ὧδε ἤμην ἐγγὺς τοῦ πατρός μου· ἐπεὶ δὲ τοῦ παρόντος εἰς τοὺς ἁγίους Μακκαβαίους ἤμην εἰς τὴν σύναξιν· καὶ λέγει αὐτῷ· πόθεν δῆλον ὅτι ἐκεῖ ἦς; τότε ἀποκριθεὶς ὁ Κύριος Δαλμάτιος εἶπεν· ἐκεῖ ἤμην μετὰ τοῦ πατριάρχου Ἀττικοῦ εἰς τὴν λειτουργίαν, καθεσθεὶς ἐν τῷ θρόνῳ δεύτερος τοῦ πατριάρχου· καὶ λέγει, ὅτι καὶ ἀδελφοὺς τρεῖς τοῦ μοναστηρίου ἡμῶν εἶδον ἐκεῖ· καὶ ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Κύριος Ἰσαάκιος, ποῦ ἵσταντο; καὶ λέγει, ὅτι ὁ εἷς ἐγγὺς τῶν καγκέλλων, καὶ ὁ ἄλλος πλησίον τοῦ ἄμβωνος, καὶ ὁ τρίτος ἐγγὺς τῶν πυλώνων τῶν μεγάλων· καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰσαάκιος παρήγγειλε τῷ ὀστιαρίῳ, ὅτι τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἐρχομένους ἀπὸ τῆς συνάξεως τῆς ἁγίας Ἀναλήψεως ἵνα φέρῃ μοι ὧδε· καὶ ἐλθόντων αὐτῶν, ἤγαγεν αὐτοὺς ὁ ὀστιάριος πρὸς τὸν πατέρα τὸν κύριον Ἰσαάκιον, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς λέγων, ποῦ ἦτε ἀδελφοί; καὶ λέγουσιν· δέσποτα ἐν τῇ συνάξει τῶν ἁγίων Μακκαβαίων· εἶπε δὲ τῷ ἑνὶ αὐτῶν· ποῦ ἵστασο; λέγει. ἐγγὺς τῶν καγκέλλων, δέσποτα. ἠρώτησε δὲ καὶ τὸν δεύτερον· ποῦ ἵστασο; καὶ εἶπε· δέσποτα, ἐγγὺς τοῦ ἄμβωνος ἱστάμην ἀκούων τῆς θείας λειτουργίας. τὸν ὅμοιον τρόπον, καὶ ὁ τρίτος εἶπε· κἀγὼ εἰς τοὺς μεγάλους πυλῶνας ἱστάμην ἀκούων τῆς θείας λειτουργίας· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀπήλθαμεν ἐκεῖσε· καὶ ἐπὶ πλεῖον ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ηὔξανε μεταξὺ τῶν ἐν ἁγίοις Ἰσαακίου καὶ Δαλματίου· εὐχαριστοῦντες ἀεὶ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. ἐπὶ τούτοις οὖν θαυμαζόντων τοῦ ἡγουμένου, καὶ πάντων τῶν ἀδελφῶν· ἦλθεν ἡ φήμη ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, καὶ ἐπὶ τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον Ἀττικὸν, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα Θεοδόσιον·

* Sic MSS. ſed μὴ ſuperfluum.

eos ad hoc uſque tempus perſeveravit. Hoc itaque vitæ genere una verſantes, vota ſua implebant ac dies omnes in jejunio, ac precibus tranſigebant. Hinc igitur Domini Dalmatii nomen Monaſterio inditum, ad hanc uſque diem manet, eo quod accedentes ad oſtium fratres, ac petentes ab illis eleemoſynam id nominis intulerint dum dicerent, adeamus Dominum Dalmatium, ipſe namque ex Dei largitionibus habet unde alimenta nobis ſubminiſtret: atque inde nomen ejus per univerſum terrarum orbem celeberrimum evaſit. Hoc igitur inſtitutum, atque hanc vivendi normam pro tradita ſibi a Deo gratia ſequentes, nempe aliis benefaciendi, vitæ ſuæ dies tranſigebant. Nam ſtudiis eorum obſecundans Deus, bene multa ipſis contulit: quæ illi ſumme cum integritate Chriſto vero Deo noſtro gratias agentes, elargiebantur: cum totum in pſalmis, jejuniis ac Domini noſtri Jeſu Chriſti laudibus tempus inſumerent.

Edit. Pariſ. pag. 698.

Sanctus porro Dalmatius cum totos quadraginta quadrageſimæ dies jejunus egiſſet iiſque ad ſanctam feriam quintam; oblata deinde liturgia, cibum omnes ſumpſerunt. Is autem ſerotinis horis in ſcamno recubuit: & aliis item quadraginta tribus diebus in ſcamno jacens permanſit, orationeſque animo fundebat uſque ad ſanctam Aſſumptionem; ita quippe dejectus & animo deficiens erat, ut vix reſpiraret. Extra ſenſus enim raptus non movebat loco, neque excitabat eum Dominus Iſacius. Cum advenisset autem ſanctæ Aſſumptionis feſtum, ipſum adiit Dominus Iſacius: Et, frater, inquit, Dalmati, quouſque tandem dormies? Surge. Tum erecto Dalmatius corpore conſpicatus illum hæc ait: Domine pater, fratres noſtri jam tertiam horam pſallendo perſolverunt. Cui reſpondit Iſacius: Ubinam eras, ut ſcire poſſis jam perſolviſſe? Cui Dominus Dalmatius. Hic eram proxime patrem meum. In præſenti vero apud ſanctos Machabæos ſynaxi aderam. Et unde notum, ait, te illic fuiſſe? Cui Dominus Dalmatius hæc ait: Illic eram cum Patriarcha Attico, liturgiæque aderam in throno ſecundus a patriarcha ſedens: treſque ibidem conſpexi Monaſterii noſtri fratres. Tum Dominus Iſacius ſciſcitatus eſt ab eo, quonam in loco ſtarent. Cui ille, Unus proxime cancellos, alter prope Ambonem, tertius ad oſtia majora. Tum præcipit pater noſter Iſacius janitori, ut fratres qui a ſynaxi ſanctæ Aſſumptionis redirent ad unum omnes ad ſe adduceret. Qui reverſi Patri & Domino Iſacio ab oſtiario ſiſtuntur. Tunc percontatur Iſacius: ubinam, fratres eratis? At illi reſpondent. In ſynaxi ſanctorum Machabæorum. Moxque unum eorum interrogat, quo loco ſtabas? cui ille, Prope cancellos, Domine: ſub hæc ad alium quærit: Quo loco ſtabas? Proxime Ambonem, inquit ille, aſſiſtens divinæ liturgiæ. Tertius ſimiliter reſpondit: Et ego ad magna oſtia ſtans divinis rebus intereram; ea quippe de cauſa illuc conceſſimus. Sane vero charitas Dei inter ſanctos Iſacium & Dalmatium multum accrevit: qui Chriſto Deo gratias ſemper agebant. Hæc dum mirarentur Hegumenus omneſque fratres: ea fama per totam urbem emanavit, & ad ſanctiſſimum epiſcopum Atticum imo etiam ad ipſum Imperatorem Theodoſium perlata eſt; qui cum eo acceſſiſſent, atque hujuſce-

modi miraculum audiſſet, admiratione capti, Deum laudibus celebrarunt.

Edit. Pariſ. pag. 699.

Aliquo deinde tempore elapſo obiit ſanctus Iſacius. Epiſcopo igitur, qui ad Monaſteriam acceſſerat, interroganti Preſbyteros reliquoſque Monachos quem vellent ſibi præeſſe: uno omnes ore & animo reſponderunt, Dominum Dalmatium quem ſibi Deus Hegumenum cooptavit. Sic ille Dei nutu, & epiſcopi Attici, qui ipſum ordinavit, Hegumenus eſt electus. Ac ſanctiſſimus ille vir cum in divinis rebus exercitationa, tum in omnibus ſancti patris ſui Iſacii virtutibus excellebat; at cum primis eleemoſynæ deditus erat. In diſceptationibus item ex æquo & bono jus dicebat. Ex Deo namque, ſibi veritatem omnem patefaciente, ſententiam ferebat.

Eodem tempore cum duo quidam apud Imperatorem litem haberent, atque actor non recto conſilio verborum ambagibus cauſam involvens adverſarium ſuum evertere, atque in bona illius invadere conaretur; tum ille qui injuria adficiebatur Imperatorem ſic compellavit. Domine, miſerere mei, mitteque nos ad magnum illum monachum Dalmatium, utpote æquiſſimum judicem ſi quis alias, per quem Deus veritatem declarabit. His auditis Imperator, confeſtim ipſos ad ſanctum patrem noſtrum Dalmatium remiſit. Illis vero ſanctiſſimum virum adeuntibus, percontatur ille: Quid inter vos litis eſt? Tum reſpondit actor, neque ſermonem perficere potuit; ſed ſtatim balbutire cœpit, & cum ultra fari non valeret, paulo poſt interiit. A Deo quippe judicium prodiit; & juſtitia declarata eſt. Miſit ergo Dalmatius ad Imperatorem nuncium his verbis: Deus in gratiam læſi jus dixit. Quo audito, omnes qui in urbe erant viri religioſi Deum magis magiſque in nomine ejus prædicabant laudibuſque celebrabant.

Nec diu poſtea obiit ſanctus epiſcopus Atticus. In cujus locum Siſinnius ſuffectus eſt, vir pius ac religioſus, qui cum epiſcopatu modico tempore egregie perfunctus ad Dominum migraſſet, magna de ſucceſſore ad Imperatoriæ urbis ſedem controverſia exorta eſt. Cives itaque Conſtantinopolitani virum pietate ac prudentia ornatum ſedulo perquirebant, qui præcedentibus archiepiſcopis in regiæ urbis throno ſuccederet. Cum magno res in motu eſſet, elapſis diebus non paucis, fama de quodam Neſtorio, qui Epiſcopus Conſtantinopolitanus deligendus eſſet emanavit. Aſt animum quidem ejus nemo alius præter Deum noverat, qui eidem ſancto Dalmatio aperuit hominem illum perverſum eſſe; quod ipſe arcanum ſilentio preſſit.

pag. 700.

Neque ita multo poſt contigit, eum epiſcopum inaugurari; initiatuſque Sacerdotio ſane indignus Neſtorius in Monaſterium venit, ut moris eſt epiſcopis, ſalutandi cauſa Sanctum Dalmatium; & cum ad ſanctum virum introire vellet, ab eo prohibitus eſt his verbis: Faceſſe hinc, cum occultas tuas cogitationes, hoc eſt fidei tuæ pravitatem emendaris, cellam meam ingredieris. Is vero exiit, ac vel invitus diſceſſit. Omnibus autem, qui ſalutandi cauſa ipſum conveniebant, hæc monita dabat; Cavete vobis filii ac fratres ab immani bellua quæ hanc in urbem advenit. Ille quippe homo perverſæ eſt fidei, ac doctrinæ ſuæ pravitate multos in perniciem eſt conjecturus.

A καὶ ἐλθόντες καὶ αὐτοὶ καὶ ἀκούσαντες τὸ τοιοῦτον μυστήριον, ἐθαύμασαν καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν.

Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ ἐκοιμήθη ὁ ἐν ἁγίοις Ἰσάκιος. ἐλθόντος οὖν τοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ μονῇ καὶ ἐρωτῶντος τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς λοιποὺς μοναχούς, τίνα βούλονται γενέσθαι ἡγούμενον, πάντες ὁμοθυμαδὸν εἶπον· τὸν Κύριον Δαλμάτιον, ὃν καὶ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο ἑαυτῷ εἰς ἡγούμενον. οὕτως κατέστη ἡγούμενος ἐκ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἐπισκόπου Ἀττικοῦ τοῦ καὶ χειροτονήσαντος αὐτόν· καὶ ἦν διαπρέπων ὁ ἅγιος ἐν τῇ ἀσκήσει, καὶ πάσῃ τῇ διαγωγῇ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς αὐτοῦ Ἰσαακίου· ἐξαιρέτως δὲ καὶ ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ. ἦν δὲ ὁ ἅγιος καὶ περὶ τὰς κρίσεις τῶν δικαζομένων πάνυ δίκαιος· ἐκ Θεοῦ γὰρ ἐδίκαζεν· ἐφανέρου γὰρ αὐτῷ ὁ Κύριος πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.

B Τῷ δὲ χρόνῳ ἐκείνῳ, δύο τινῶν δικαζομένων ἐπὶ τοῦ βασιλέως, ὁ ἐνάγων οὐκ ἀπὸ ὀρθῶς περὶ τὰς λέξεις αὐτοῦ νομίζων τὸ πρᾶγμα αὐτοῦ λαλεῖν, καὶ περιτρέπων τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ, καὶ θέλων ἁρπάσαι τὰ αὐτοῦ, ᾐτήσατο οὖν ὁ ἀδικούμενος λέγων τῷ βασιλεῖ· δέσποτα ἐλέησον, καὶ ἀπόστειλον ἡμᾶς πρὸς τὸν Κύριον Δαλμάτιον τὸν μέγαν μοναχόν, ὡς τις ἐστὶ καὶ δικαιοκρίτης, καὶ δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἔχει τὴν ἀλήθειαν φανερῶσαι. τοῦτο ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ἐσπούδασεν ἀποστεῖλαι αὐτοὺς πρὸς τὸν πατέρα ἡμῶν Δαλμάτιον. ἐλθόντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν προειρημένον ἁγιώτατον ἄνδρα, ἠρώτησεν αὐτοὺς λέγων· τί ἔχετε πρὸς ἀλλήλους; καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἐνάγων, καὶ πληρῶσαι τὴν λέξιν οὐκ ἠδυνήθη, ἀλλὰ παραχρῆμα ἐβαμβάνθη· καὶ μὴ δυνάμενος φθέγξασθαι μετ' ὀλίγον C ἐξέψυξε· παρὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἡ κρίσις ἐγένετο, καὶ τὸ δίκαιον ἐφανερώθη. ἀπέστειλεν οὖν πρὸς τὸν βασιλέα ὁ ἅγιος Δαλμάτιος λέγων, ὁ Θεὸς ἔκρινε τῷ ἀδικουμένῳ τὸ δίκαιον. τοῦτο ἀκούσαντες πάντες οἱ τῆς πόλεως εὐσεβεῖς ἄνδρες, ἔτι προσετίθουν αἰνεῖν καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Συνέβη οὖν μετὰ χρόνον ὀλίγον κοιμηθῆναι τὸν ἐν ἁγίοις ἐπίσκοπον Ἀττικόν, καὶ γενέσθαι εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ Σισίννιον, ἄνδρα εὐλαβῆ καὶ φιλόθεον· καὶ τούτου διαπρέψαντος ἐπὶ τῇ ἐπισκοπῇ ὀλίγον χρόνον, καὶ ἀποδημήσαντος πρὸς τὸν Κύριον, πολλὴ φιλονεικία ἐγένετο, τίς ὀφείλει γενέσθαι ἐπίσκοπος ἐν τῇ βασιλευούσῃ. οἱ ἐρευνῶντες οὖν ἐγένοντο οἱ τῆς πόλεως, τοῦ εὑρεῖν δυνηθῶσιν ἄνδρα θεοσεβῆ καὶ συνετὸν D τὸν ὀφείλοντα ἱερατεῦσαι ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει, πρὸς τοὺς πρὸ αὐτοῦ προλαβόντας ἀρχιεπισκόπους. πολλῆς οὖν κινήσεως γενομένης, καὶ διελθουσῶν ἡμερῶν οὐκ ὀλίγων, φήμη διέδραμε περὶ Νεστορίου τινός, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. τὰ μὲν ἔνδοθεν αὐτοῦ οὐδεὶς ἠπίστατο εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. τῷ δὲ ἁγίῳ Δαλματίῳ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς περὶ αὐτοῦ, ὅτι διεστραμμένος ἐστί· καὶ ἦν παρ' ἑαυτῷ τὴν ἀποκάλυψιν φυλάξας.

Συνέβη οὖν μετ' ὀλίγον χειροτονηθῆναι αὐτὸν ἐπίσκοπον· καὶ χειροτονηθεὶς ὁ ἀνάξιος τῆς ἱερωσύνης Νεστόριος, ἦλθεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καθὼς ἔθος ἐστὶν ἔρχεσθαι τοὺς ἐπισκόπους προσκυνῆσαι τὸν ὅσιον Δαλμάτιον· καὶ θελήσαντος αὐτοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὸ κελλίον τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς, E ἐκώλυσεν αὐτὸν λέγων· ἄπελθε διόρθωσαι τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας σου, τουτέστι, τὴν πίστιν σου τὴν διεστραμμένην, καὶ τότε εἰσέρχῃ εἰς τὸ κελλίον μου· καὶ ἐξῆλθε καὶ ἀπῆλθε καὶ μὴ βουλόμενος. ὅσοι δὲ ἤρχοντο εἰς προσκύνησιν τοῦ ὁσίου ἀνδρὸς παρήγγελλεν αὐτοῖς λέγων· Βλέπετε ἑαυτοὺς τέκνα καὶ ἀδελφοί, ὅτι μέγα θηρίον ἐπεδήμησεν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, καὶ διεστραμμένος ἐστὶν ἐν τῇ πίστει, καὶ πολλοὺς ἔχει ἀπολέσαι τῇ κακίᾳ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ.

Digitized by Google

A Τελευτῶς δὲ χρόνου παρελθόντος τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς οὐ συνεχώρησεν, ἀλλ' ἐφανέρωσε τὸ κρυπτὸν αὐτοῦ τραῦμα, ὃ εἶχεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. ἤρξατο γὰρ λοιπὸν ἐμφανῶς βλασφημεῖν εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς δύο υἱοὺς τὸν ἕνα ἐμέριζεν Υἱόν· ἄλλον γὰρ ἔλεγε τὸν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν λόγον· καὶ ποτὲ μὲν ἔλεγεν· χωρίζω τὰς φύσεις, ἀλλ' ἑνῶ τὴν προσκύνησιν· ἄλλοτε δὲ ἔλεγε. α τίς ἐστιν ὁ Υἱὸς, διὰ τὸν συνημμένον υἱόν· ὅθεν καὶ παρῃτεῖτο Θεοτόκον τὴν παρθένον ὁμολογεῖν, λέγων· ἐγὼ τὸν διμηνιαῖον καὶ τριμηνιαῖον Θεὸν οὐ λέγω. Διὰ ταύτας οὖν τὰς βλασφημίας αὐτοῦ, σύνοδος συνηθροίσθη οἰκουμενικὴ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει κατὰ κέλευσιν Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως· καὶ ἐκεῖ πάλιν ὁ ἄθλιος τῇ βλασφημίᾳ προστιθεὶς οὐκ ἐπαύσατο· ἔλεγε γὰρ, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ B Θεοῦ οὐκ ἐνηνθρώπησε, καὶ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα ἐνηνθρώπησαν· καὶ οὕτω μὲν ταῦτα ἐβλασφήμει λέγων. εἶχε δὲ καὶ τοὺς ὑπερασπίζοντας τῆς βλασφημίας αὐτοῦ, οἵ τινες οὐ συνεχώρουν τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ ἀνενεχθῆναι, τὴν γενομένην ὑπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου.

Συναχθεῖσα γὰρ ἡ ἁγία σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τὸ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν Βασιλέων, καὶ εὑροῦσα τὸν ἐχθρὸν τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοντα καὶ τὰ δυσσεβῆ κηρύσσοντα, καθεῖλεν αὐτὸν ἡ ἁγία σύνοδος, ἵνα λοιπὸν τῆς οἰκουμένης ὅλης ἐκκοπῇ τὰ σκάνδαλα. καὶ ὡς ἐθρυλλήθη τοῦτο ἐν Κωνσταντινουπόλει, β πάντες οἱ ἐκείνου ἄνθρωποι σπουδάζοντες, οἱ τὰ ἐκκλησιαστικὰ πάντα λαβόντες παρ' αὐτοῦ συνεσκευάζοντο· λέγω μὲν δὴ φρου- C ροῦντες τὰ πλοῖα καὶ τὰς ὁδοὺς καὶ μὴ συγχωροῦντες μήτε ἐλθεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει τινὰ ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, μήτε ἀπελθεῖν ἐκεῖ, ἀλλὰ μόνον τὰ τοῦ ἐχθροῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀπήγοντο καὶ ἐφέροντο. καὶ ἐπεὶ οὐδεὶς δύναται πρὸς τὸν Θεόν· τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ ἔρχεται ἐπιστολὴ ἀπὸ Ἐφέσου γ γραφεῖσα παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν Ἀρχιμανδρίτην τῶν μοναστηρίων τὸν ὅσιον Δαλμάτιον· καὶ πρὸς Κομάριον Ποτάμονα ἐπίσκοπον, πεμφθεῖσα διὰ ἐπαίτου, θέσαντες αὐτὴν τὴν ἐπιστολὴν εἰς κάλαμον ἔσω, δ καὶ κρατοῦντος ἐπαιτοῦ καὶ ἐπιφερομένου τὸν κάλαμον, ταύτην ἤνεγκε πρὸς τὸν αὐτὸν Κύριον Δαλμάτιον· καὶ δεξάμενος καὶ ἀναγνοὺς, καὶ γνοὺς τὴν δύναμιν αὐτῆς, ἐτα- D ράχθη σφόδρα. ἦν γὰρ ἔχων τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη μὴ ἐξελθὼν ἑαυτοῦ τοῦ κελλίου, ἀλλ' ἔσω ὢν καὶ ἡσυχάζων, προσηύξατο πρὸς τὸν Θεὸν λέγων· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ἀποκάλυψόν μοι, εἰ κελεύεις με ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κελλίου μου. δεξαμένου δὲ αὐτοῦ περὶ τούτου, φωνὰ ἐξ οὐρανοῦ ἦλθεν αὐτῷ, ὥστε ἐξελθεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ. ὁ Θεὸς γὰρ οὐκ ἤθελεν ἀπολέσθαι

A Cum vero per triennium in impietate verſatus eſſet, ſancta & conſubſtantialis Trinitas ſecretum cordis ejus vulnus non occultum ultra reliquit ſed palam fecit. Cœpit enim demum publice in filium Dei blaſphema verba proferre, ac in duos filios unicum diviſit filium; diverſum enim Chriſtum a Deo Verbo eſſe dicebat: & aliquando ajebat quidem: ſecerno naturas, adorationem vero unam facio; alias autem dicebat, quis eſt filius propter conjunctum filium; unde Deiparam Virginem confiteri renuebat inquiens; ego bimeſtrem, & trimeſtrem Deum minime dico. Itaque propter has ejus blaſphemias ſynodus Oecumenica in Epheſiorum metropoli juſſu Theodoſii Imperatoris congregata fuit, ibique curſus miſer blaſphe- B miæ addere non ceſſavit; dicebat enim: Dei filius minime incarnatus eſt; ſi autem incarnatus eſt, & Pater, & Spiritus incarnati ſunt, & ita quidem hæc dicens blaſphemabat. Quidam etiam impietatis ejus propugnatores impediebant quominus Imperator reſciret fuiſſe ipſum per ſanctam, & Oecumenicam ſynodum e ſua ſede dejectum.

Etenim ſancta Synodus Epheſi congregata piiſſimorum Chriſtianorumque Imperatorum noſtrorum edicto, ubi comperit Chriſti inimicum in eadem animi ſententia permanere, impiamque doctrinam prædicare, quo ab orbe terrarum ſcandala in poſterum penitus extirparet, ipſum gradu & ordine movit. Quod ubi Conſtantino- C poli pervulgatum eſt, omnes qui Neſtorio ſtudebant, eccleſiaſticaque omnia ab ipſo acceperant, conſpiratione facta, omnia navigia, ac publicas vias obſervantes, neminem prorſus a ſancta Synodo Conſtantinopolim venire, neque inde rurſum ad ſynodum abire permittebant, ſolummodo autem ea quæ ad Chriſti inimicum ſpectabant, ultro citroque deferebantur. At quia nemo quidquam contra Deum valet, (quid enim eſt homo?) Divina voluntate accidit ut epiſtola ex Epheſina urbe ad Monaſteriorum Archimandritam ſanctum Dalmatium, & ad Comarium, Potamonem Epiſcopum conſcripta, per mendicum miſſa fuerit qui eam incluſam arundine, quam geſtabat mendicans pertulit ad Do- D minum Dalmatium, quam is acceptam cum legiſſet, ejuſque mentem aſſecutus eſſet, turbatus eſt animo: ab annis enim octo & quadraginta nunquam e cella pedem extulerat, ſed in eadem abditus tranquillam vitam egerat. Itaque Deum oravit: Domine Jeſu Chriſte, oſtende mihi num velis ut ex hac cella egrediar. Dum itaque hæc Deum rogaret vox cælitus ad eum delapſa eſt, ut ex ſua cella egrederetur. Noluit enim Deus, ut grex

Edit. Pariſ. pag. 701.

α. Alius, εἰς ἔσω.

β. Ed. Πάντες οἱ τὰ ἐκείνου σπουδάζοντες, πάντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ λαβόντες παρ' αὐτοῦ, συνεσκευάζοντο τοῦτο ἀληθινῶς. λέγομεν δή

γ. Ed. Γραφεῖσα πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπισκόπους καὶ μοναχούς, πεμφθεῖσα δι' ἐπαίτου τινός, θέσαντες αὐτὴν καλάμῳ ἴσωθεν

δ. Ed. Καὶ οὕτως ἐπαιτοῦ, καὶ ἐπιφερομένου τὸν κάλαμον, ταύτην ἤνεγκε. ἐξ ἀναστάντα πάντα τὰ μοναστήρια, ἅμα τοῖς ἀρχιμανδρίταις αὐτῶν ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸ παλάτιον, ψάλλοντες ἀντίφωνα. ἦν δὲ ὁ ἅγιος Δαλμάτιος εἷς τῶν ἀρχιμανδριτῶν, ἔτη τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ ἔχων μὴ ἐξελθὼν τοῦ μοναστηρίου αὐτοῦ, ἀλλ' ἔσω ὢν ἀποκεκλεισμένος· ὁ δὲ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς ἀπήρχετο πρὸς αὐτόν, καὶ ἔβλεπεν αὐτόν· σεισμοῦ καὶ πολλάκις γενομένου ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ πολλάκις παρακαλέσαντος τοῦ βασιλέως, ὥστε αὐτὸν ἐξελθεῖν καὶ λιτανεῦσαι, μηδέποτε ἐξελθεῖν ἢ λιτανεῦσαι ἐπείσθη· εὐξαμένου δὲ αὐτοῦ περὶ τούτου, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ αὐτῷ κατῆλθε λέγουσα, ὅτι ἐξελθεῖν· Θεὸς γὰρ οὐκ ἤθελεν ἀπολέσθαι αὐτοῦ τὴν ἀγέλην εἰς τέλος. ἦν δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ λαὸς πολὺς [illegible]. οἱ δὲ ἦλθον εἰς τὸ παλάτιον, κλεισθέντες παρὰ τοῦ βασιλέως εἰσῆλθον οἱ ἀρχιμανδρῖται, καὶ ἔμεινε τὸ πλῆθος τῶν μοναζόντων καὶ τῶν λαῶν ψάλλοντες ἀντίφωνα. εἶτα ἐξῆλθον, τυχόντες δικαίας ἀποκρίσεως. βοῶσι πάντες τὰ μανδάτα τοῦ βασιλέως. εἶτα ἀπαγγείλαντες, ὅτι ἀπέλθωμεν εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ ἀναγινώσκομεν τὴν ἐπιστολήν. μανθάνετε καὶ τὴν ἀπολογίαν τοῦ βασιλέως λοιπὸν ἀπῆλθον πάντες, καὶ οἱ μονάζοντες, καὶ οἱ λαοί. ἦν γὰρ ἡ ὁδὸς κεφαλὴ μία. ψάλλοντες αὐτὸν τὸν τελευταῖον ψαλμόν, κατὰ τοὺς τελευταίους τόπους τῆς πόλεως ἀπαντῶντες τοῦ λαοῦ· καὶ οἱ μονάζοντες κατὰ χορὸν ψάλλοντες. καὶ ὡς ἦλθον τὰ πλήθη, ἐβόησαν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ. ἔρχονται εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ ἀναγινώσκεται αὐτοῖς ἡ ἐπιστολή.

ſuus in perpetuum interiret ; quod ubi Deo ſibi id aperiente manifeſte comperit , ſurgens advocavit monachos ſuos , Monaſteriorumque Hegumenos , cella egreſſus , atque hymnos & pſalmos alternantes ad regiam contendunt. Erat enim ſanctus Dalmatius archimandritarum princeps . Comitabatur autem eos non parva orthodoxorum multitudo . Cum itaque ad palatium perveniſſent, audita imperator eorum pſalmodia , interrogavit loquens , quid eſt hoc ? reſpondent ei , Dominum Dalmatium adeſſe una cum omnibus ſuis monachis , miratuſque imperator hæc ait , licet ſæpe ipſum in cella ejus convenerim , cum terræmotus eſſent , rogaverimque eum ut exiret , & ad communem ſupplicationem ſe conferret , B numquam potuit adduci . Porro admiratione captus obviam illi egreſſus eſt , unaque cum imperatore illa regiam ſubiit ; archimandritarum autem cœtus ac monachorum , populique frequentia antiphonarum modulationi intenta foris manſit , cumque eſſet ſolus cum imperatore oſtendit ipſi epiſtolam ſibi miſſam a ſancta Synodo , qua lecta imperator turbatus eſt admodum , mandavitque ipſi ut coram univerſis epiſtolam legeret ; ubi itaque quod par erat ab imperatore reſponſum accepit , dixit ad populum : Viri fratres ac patres ad ſancti Mocii Monaſterium concedamus : ibidem cum imperatoris mandata diſceritis , tum epiſtolam a ſancta Synodo miſſam vobis legemus : tunc univerſa C multitudo & archimandritarum & monachorum & laicorum exiere ex palatio pſallentes in hunc modum: *Benedictus Dominus Deus Iſrael , quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ* ; ubi autem ventum eſt ad venerandam ædem ſancti ac glorioſi Mocii martyris, ſanctus Dalmatius in ſuggeſtum aſcendit & ait : ſi vultis audire quieſcite & diſcite : neque his quæ dicentur obſtrepere velitis ; ſed æquo animo adeſte , ut verba exacte percipere valeatis : epiſtolam a ſancta ſynodo miſſam piiſſimus Imperator legit & perſuaſus eſt. Eidem enim ego cum ad me veniſſet dixeram , eum ad ſanctam Synodum debuiſſe ſcribere , quæ ſuggeſta ſibi fuerint , non plene quidem perſcripta . Miſit autem ad me , & lecta ſunt mihi . Verum ne qua il- D lum triſtitia afficerem , quæ conſequebantur , præmiſi , quæ tabellarii non exhibuere , ſed illorum loco alias quaſdam litteras oſtendere . Itaque convenientia , & ad rem opportuna cum eo locutus ſum , quæ nunc coram veſtra pietate repetenda non duxi , ne elatus , aut gloriabundus a vobis exiſtimer . Conteret enim Deus ſimulatorum oſſa . Imperator omnia , quæ facta ſunt , ordine audivit , & gaviſus eſt Deo gratias agens , comprobavitque ſanctæ Synodi narrationis ſeriem , ut illius majeſtatem decet , non meis quidem verbis ad hoc inductus , ſed patrum & avorum ſuorum fidem ſecutus . Cæterum ſcripta (ut par erat) ſuſcepit & legit ac perſuaſus eſt , E hoc inquiens ; ſi res ita ſe habet , ſine , profecti epiſcopi veniant ; cui ego : Nemo eorum ſinitur venire , & ille ait : Nemo prohibet . Rurſum ego : Detinentur , inquam , & prohibentur , ne veniant ; ſubjecique : Eorum qui e Neſtorii factione ſunt , multi eunt & redeunt libere : quæ vero a ſancta Synodo aguntur , ea nemo

Edit. Pariſ. pag. 702.

A τὴν ἀγγελίαν αὐτοῦ εἰς τέλος· καὶ πληροφορηθεὶς διὰ τῆς ἀποκαλύψεως τῆς γενομένης αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἀναστὰς προσεκαλέσατο τοὺς μοναχοὺς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἡγουμένους τῶν μοναστηρίων· καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ κελλίου αὐτοῦ ἀπῆλθον ἐπὶ τὸ παλάτιον ψάλλοντες ἀντίφωνα. ἦν γὰρ ὁ ἅγιος Δαλμάτιος πρῶτος τῶν Ἀρχιμανδριτῶν. ἦν δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ λαὸς πολὺς τῶν ὀρθοδόξων. ὡς οὖν ἦλθον εἰς τὸ παλάτιον, ἀκούσας ὁ βασιλεὺς τὴν ψαλμῳδίαν αὐτῶν, ἠρώτησε λέγων· τί ἐστι τοῦτο; καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ὅτι ὁ κύριος Δαλμάτιός ἐστι μετὰ πάντων τῶν μοναχῶν αὐτοῦ. καὶ ἐθαύμασεν ὁ βασιλεὺς λέγων· ὅτι πολλάκις ἀπῆλθον πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ σεισμῶν γενομένων, καὶ παρεκάλεσα αὐτὸν ἐξελθεῖν, καὶ B λιτανεῦσαι, καὶ οὐκ ἐπείσθη. καὶ θαυμάσας ἐξῆλθεν εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον μετὰ τοῦ βασιλέως. τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀρχιμανδριτῶν, καὶ τῶν μοναζόντων, καὶ τῶν λαῶν ἔμεινεν ψάλλοντες τὰ ἀντίφωνα. καὶ ἰδιάσας μετὰ τοῦ βασιλέως, ὑπέδειξεν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν τὴν πεμφθεῖσαν αὐτῷ ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ ἀναγνοὺς ὁ βασιλεὺς, ἐταράχθη σφόδρα καὶ ἐπέτρεψεν αὐτῷ ἐπὶ πάντων ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολήν. ὡς οὖν ἔτυχε τῆς δικαίας ἀποκρίσεως παρὰ τοῦ βασιλέως, εἶπε πρὸς τὸν λαόν· Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀπέλθωμεν εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ μανθάνετε τὰ μανδάτα τοῦ βασιλέως· ἀναγνωσόμεθα δὲ ὑμῖν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν πεμφθεῖσαν ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου. C τότε ἅπαντα τὰ πλήθη τῶν τε ἀρχιμανδριτῶν καὶ τῶν μοναχῶν καὶ τῶν λαϊκῶν ἐξῆλθον ἐκ τοῦ παλατίου ψάλλοντες καὶ λέγοντες· Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ. ἐλθόντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸν σεπτὸν οἶκον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος Μωκίου, ἀνῆλθεν [α] ὑψηλῶς ὁ ἅγιος Δαλμάτιος, καὶ εἶπεν· εἰ θέλετε ἀκοῦσαι, ἡσυχάσατε, καὶ μανθάνετε, καὶ μὴ θελήσητε ἐμποδίσαι τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ μακροθυμήσατε, ἵνα τὰ ῥήματα ἀκριβῶς ἀκούσητε. [β] ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἀνέγνω τὴν ἐπιστολὴν τὴν πεμφθεῖσαν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου καὶ ἐπείσθη. ἐπειδὴ ὅμως ἐγὼ εἰρήκειν τῷ βασιλεῖ, ὅτε ἦλθε πρός με, ὅτι ὤφειλες γράψαι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, D ἃ ἐλέχθη σοι· καὶ πλήρης μὲν οὐκ ἐγράφη, ἔπεμψε δὲ πρός με, καὶ ἀνεγνώσθη μοι. καὶ ἵνα μὴ λυπήσω αὐτὸν, τὰ ἀκόλουθα προέπεμψα, ἃ οἱ ἀποφέροντες οὐκ ἔδειξαν, ἀλλὰ ἀντὶ αὐτῶν ἄλλα ὑπέδειξαν γράμματα. τὰ πρέποντα οὖν καὶ τὰ ἀκόλουθα ἐλάλησα αὐτῷ, ἃ οὐκ ἔξεστι νῦν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας· μὴ γὰρ νομίσητε, ὅτι ὑπεραιρόμενός τίς εἰμι, ἢ καυχώμενος· συντρίψει γὰρ ὁ Θεὸς ὀστᾶ ὑποκριτῶν. ὁ δεσπότης γὰρ πάντα ἀκολούθως ἤκουσε τὰ γεγενημένα, καὶ ἐχάρη μετὰ εὐχαριστίας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ συνεφώνησε τοῖς ῥήμασι τῆς ἀκολουθίας τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς πρέπει τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ· οὐ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν ἐξακολουθήσας, ἀλλὰ τῇ πί- E στει τῶν πάππων ἑαυτοῦ καὶ πατέρων· πλὴν, καθὼς ἔπρεπεν ἐδέξατο καὶ ἀνέγνω καὶ ἐπείσθη, καὶ τοῦτο εἶπεν· ὅτι ἐὰν οὕτως ἐστὶν, ἄφες, ἔλθωσιν οἱ παραγενόμενοι ἐπίσκοποι, καὶ εἶπον αὐτῷ· ὅτι οὐδεὶς αὐτοῖς συγχωρεῖ τὸ ἐλθεῖν· καὶ εἶπεν· οὐδεὶς κωλύει. ἐγὼ δὲ εἶπον, ὅτι ἐκρατήθησαν, καὶ ἐκωλύθησαν τὸ ἐλθεῖν. καὶ εἶπον πάλιν, ὅτι ἐκ τοῦ μέρους ἐκείνου καὶ ἔρχονται [γ] πολλοὶ καὶ ἀπέρχονται

α. Edit. ἐφ' ὑψηλοῦ

β. Edit. τὴν ἐπιστολὴν τὴν καὶ ἀναγνωσθεῖσαν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη.

γ. Edit. ſic. in MS. πολλοὶ καὶ ἀπέρχονται deſiderarat,

ἀκω-

ἀκωλύτως· τὰ δὲ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πραττόμενα, οὐδεὶς συγχωρεῖ ἀνενεχθῆναι ἐπὶ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν. εἰς δὲ τὸ μέρος τὸ ἕτερον, τουτέστιν, εἰς τὸ [α] Κυρίλλου, εἶπον αὐτῷ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν πάντων. τίνος θέλεις ἀκοῦσαι τῶν ἑξακισχιλίων ἀριθμῷ ἐπισκόπων, ἢ ἑνὸς ἀνθρώπου δυσσεβοῦς; [β] τοὺς ἑξακισχιλίους δὲ εἶπεν, οἵτινές εἰσιν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν μητροπολιτῶν τῶν ἁγίων ἐπισκόπων. τοῦτο οὖν ἐγένετο, ἵνα πεμφθῇ, καὶ ἔλθωσιν οἱ ἐρχόμενοι, οἱ καὶ τὰ πεπραγμένα ποιοῦντες φανερὰ καταστῆναι. λέγω δὴ, οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι, οἱ νῦν ἐρχόμενοι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου. [γ] καὶ εἶπον, ὅτι καλῶς ἐζήτησας· καὶ πάλιν προσέθηκε ῥῆμα ἓν, καὶ εἶπεν· εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ. καὶ οἶδα, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐξακολουθεῖ μᾶλλον τῷ Θεῷ καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ οὐκέτι τοῖς διεστραμμένοις ἀνθρώποις. εὔχεσθε οὖν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. ἀνέγνω δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν πεμφθεῖσαν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου περιέχουσαν οὕτως.

[δ] Κύριλλος Ἀρχιεπίσκοπος τῷ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν μοναστηρίων τῷ Κυρίῳ Δαλματίῳ, καὶ Κομαρίῳ, Ποταμίωνι Ἐπισκόποις τοῖς ποθεινοτάτοις ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Προσεδοκῶμεν ἐλθόντα τὸν τιμιώτατον Νεστόριον μεταγνῶναι ἐφ᾽ οἷς δεδυσφήμηκεν, ἀφ᾽ οὗ κεχειροτόνηται, καὶ συγγνώμην αἰτῆσαι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου. εἰ καὶ ὅτι μάλιστα καὶ οὕτως ἐπικίνδυνον τὸ χαρίσασθαι συγγνώμην αὐτῷ. οὐ γὰρ ἐνεδέχετο ἀνδρὶ τοιαῦτα κηρύξαντι (πᾶσαν γὰρ διέστρεψε τὴν οἰκουμένην καὶ τὴν θρυλλουμένην τῶν ἐκκλησιῶν παρέλυσε πίστιν) χαρίσασθαι συγγνώμην. εἰ γὰρ καὶ ὁ μίαν ἀφιέναι δύσφημον φωνὴν τολμήσας κατὰ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων δικαίως ὑπομένει τὰς ἐκ τῶν νόμων ἀγανακτήσεις. οὐ μᾶλλον ἀσεβὴς τὸ σύμπαν, ὁ τὸ δι᾽ ἁγνὲς ἀνατρέπων ἡμῶν μυστήριον, καὶ ἀναιρῶν τὴν οἰκονομίαν, ἣν ὁ ἅγιος καὶ φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ πατρὸς Υἱὸς μονογενὴς δι᾽ ἡμᾶς ἐπλήρωσε, καταξιώσας ἄνθρωπος γενέσθαι, ἵνα πάντας ἡμᾶς σώσῃ, καὶ ἀπαλλάξῃ τὸν ὑπ᾽ οὐρανὸν ἁμαρτίας καὶ θανάτου; πλὴν ἐθαυμάσαμεν τὴν σκληροκαρδίαν τοῦ ἀνδρός. οὐ γὰρ μετενόησε, οὐδὲ ἔκλαυσεν ἐφ᾽ οἷς εἰπεῖν ἐτόλμησε κατὰ τῆς δόξης τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν Ἐφέσῳ παραγενόμενος τοῖς αὐτοῖς ἐκέχρητο λόγοις, καὶ πάλιν ἔδειξεν ἑαυτὸν φρονοῦντα τὰ διεστραμμένα, ὡς καὶ τῶν ἐπισήμων μητροπολιτῶν, καὶ θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων λόγους δικαίους πρὸς αὐτὸν κινούντων, εἶτα συγκλειόντων αὐτὸν διὰ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ δειξάντων, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, ἀθεμίτῳ φωνῇ χρησάμενος ἔφη. ἐγὼ διμηναῖον καὶ τριμηναῖον Θεὸν οὐ λέγω· καὶ ἄλλα δὲ πρὸς τούτοις ἕτερα, ἀναιρῶν τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ μονογενοῦς. δέδοται μὲν οὖν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ προθεσμία ἡ ἁγία πεντηκοστὴ παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων· τὸ γὰρ πρῶτον γράμμα, δι᾽ οὗ ἐκαλούμεθα, τοῦτον ἔχει τὸν τύπον. κατηντήσαμεν δὲ ἐπὶ τὴν Ἐφεσίων πόλιν πρὸ τῆς ὁρισθείσης ἡμέρας. οὐ γὰρ

A ad veſtram pietatem referri permittit. Ceterum pro altera parte, Cyrilliana ſcilicet, coram omnibus imperatori dixi: Sex millium epiſcoporum audire mavis, an unum hominem impium? (Sex millia autem eos ajebat, qui ſub metropolitanorum ſanctiſſimorum epiſcoporum poteſtate degunt, hæc autem eo ſpectabant, ut accerſerentur & venirent, qui ea quæ facta ſunt, pateſacerent. Loquor autem de ſanctiſſimis epiſcopis, quos ſancta ſynodus deſtinavit.) Et reſpondit: Recte quæſiviſti. Rurſumque adjecit verbum unum, & dixit: Precemini pro me: & certo novi imperatorem Deo & ſanctæ ſynodo obſecuturum potius, quam perverſis hominibus. Orate igitur pro imperatore, & pro B nobis. Legit autem ipſis & epiſtolam a ſancta ſynodo miſſam, quæ ita ſe habet.

Edit. Pariſ. pag. 703.

Cyrillus archiepiſcopus Domino Dalmatio Monaſteriorum archimandritæ & Comario, Potamonique epiſcopis deſideratiſſimis in Chriſto ſalutem.

Præſtolabamur honorabilem Neſtorium ubi nos conveniſſet revocaturum ea quæ poſt inaugurationem ſuam blaſphemo ore protulit, & a ſancta ſynodo veniam petiturum: quamquam etiam maxime periculoſum fuiſſet veniam ipſi dare; neque enim expediebat viro, qui talibus concionibus terrarum orbem pervertiſſet, fidemque religioſe ab eccleſiis ſervatam & cul- C tam labefactaſſet, veniam concedere. Etenim ſi ille, qui vel unicum contumelioſum verbum contra piiſſimos Chriſtianiſſimoſque Imperatores depromere auſus fuerit, merito legum indignationem ſuſtinet: quanto juſtius eam experiri par eſt illum penitus impium, qui ſacroſanctum incarnationis myſterium evertere, ac œconomiam abolere conatus eſt, quam ſanctus & benignus Dei Patris Filius unigenitus propter nos implevit, homo fieri non dedignatus, ut omnes nos ſalvos faceret, mundumque univerſum a morte & peccato liberaret? Cæterum viri hujus duritiem mentiſque obſtinationem mirati ſumus; etenim neque pœnituit eum, neque ea fletu diluit, quæ contra gloriam omnium no- D ſtrum Servatoris Chriſti effutire auſus fuerat: quin etiam cum veniſſet Epheſum, iiſdem rurſum uſus eſt ſermonibus, quibus ante, ac denuo certum omnibus argumentum præbuit, ſe a perverſa ſententia minime alienum eſſe. Itaque cum quidam celebriores metropolitani, piiſſimique epiſcopi jure optimo in eam inveherentur, ſub hæc clare ea Divina ſcriptura eum convincerent, & oſtenderent Deum eſſe illum, quem ſancta virgo ſecundum carnem genuerat, in hanc ſceleratam vocem prorupit: Ego bimeſtrem & trimeſtrem Deum non dico. Quibus alia addidit non pauca, per quæ unigeniti Incarnationem e medio plane tolleret. Itaque ſanctæ Synodo a piiſſimis imperatoribus condicta ſacra pentecoſtes dies fuit. Primæ enim litteræ quibus evocabamur, ſic ſe habebant. Acceſſimus autem Epheſum ad ſtatam diem; non enim negligenda ſunt Dominorum

α. Sic Edit. perperam in MS. κυρίου

β. Edit. τῶν ἑξακισχιλίων. & in marg. τοὺς δὲ ἑξακισχιλίους

γ. Edit. in marg. ἐζητήσατε

δ. Editi hunc titulum præferunt, Κυρίλλου ἐπιστολὴ πρός τινας ἐκ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει κλήρου. & poſtea Κύριλλος Ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας Κομαρίῳ καὶ Ποταμίωνι ἐπισκόποις, καὶ τῷ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν μοναστηρίων τῷ κυρίῳ Δαλματίῳ, καὶ Τιμοθέῳ, καὶ Εὐλογίῳ πρεσβυτέροις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, καὶ ἐν Χριστῷ ἠγαπημένοις πλεῖστα χαίρειν.

Ἀπὸ δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Εὐφροσύνης) Sanctam Euphroſynam appellat Codinus, deinde addit, ἐκλήθη δὲ Εὐφροσύνης ἀπὸ μιᾶς τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ Εὐφροσύνης ποιήσασα καλῶς βιώσασα καὶ ἀσκήσασα. At ſororis Michaelis Imperatoris Euphroſynæ appellatæ nulla mentio apud Scriptores, quod ſciam, occurrit; quatuor tantum ipſi fuiſſe ſorores conſtat, nimirum Theclam, Annam, Anaſtaſiam & Pulcheriam, Leo Grammaticus p. 461. E. R. Theodoram vero tres habuiſſe ſorores, Sophiam, Mariam, & Irenam, ſcribit Cedrenus pag. 545. E. R. Euphroſyna autem fuit noverca Theophili non vero mater, uti Leo Grammaticus falſo tradit pag. 449. E. R. Sed de hac re infra cum de Monaſterio cognominato Gaſtria. Cæterum in Monaſterio Euphroſynæ, non vero ſanctæ Euphroſinæ, ut a Codino appellatur, ſepultus fuit Joannis Tzetzæ pater, ut ipſe perhibet Chil. v. cap. XVII.

Ὃς μέχρι νῦν ἀκέραιος νεκρὸς τεθαμμένος,
Ἐν Εὐφροσύνης τῇ μονῇ τῇ κλήσει καλουμένῃ.

Τὸ Ξυλινίτου ἡ μονή) Eadem fere diverſis verbis narrat & Codinus, niſi quod ſubjungit inde hoc Monaſterium Xylinitæ nuncupatum, quod Moniales loco calceorum ſoleis ligneis uterentur: ἔχει δὲ τὸ ὄνομα ἡ μονὴ, διὰ τὸ τὰς μοναζούσας χρῆσθαι εἰς ὑποδήματα τοῖς ἄνω καλουμέναις ξυλίναις. At ſecus Anonymus noſter, qui aperte indicat, Nicetam hunc Magiſtrum Xylinitam cognominatum fuiſſe, dum ſcribit ὁ κτίσας δὲ ὁ Ξυλινίτης, &c. Et quidem duos hujuſce nominis, ac cognominis viros primarios exstitiſſe diverſis temporibus docent Byzantini Scriptores; alterius ſane qui Magiſtri dignitatem habebat meminit Theophanes in Leone Iſaurico p. 335. E. R. quem interfectum ab eodem Imperatore perhibet, ejuſque bona publicata, eo quod Artemio Theſſalonicam relegato per litteras tyrannidem ſuaderet. At nulla mentio Monaſterii ab hoc Niceta Xylinita Magiſtro extructi occurrit, quod ſciam, apud Scriptores. Alterius vero Nicetæ Xylinitæ qui fuit Menſæ Præpoſitus mentionem facit Leo Grammaticus in Baſilio Macedone p. 475. E. R. qui eum in Monachum attonſum fuiſſe, quod ſecreti ad Auguſtam amoris delatus eſſet, ſcribit, & deinde ſub Leone Oeconomum in Magna Eccleſia creatum, ac vita functum in Monaſterio ab eo conſtructo depoſitum fuiſſe. Νικήτας δὲ τις ὢν ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης ὁ Ξυλινίτης κατηγορηθέντος, ὡς φιλοῦντα τῆς Αὐγούστης, τοῦτον ὁ βασιλεὺς ἀποκείρας, μοναχὸν ἐποίησεν· ὃς ἐπὶ Λέοντος βασιλέως γέγονεν Οἰκονόμος ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ὃς τελευτήσας τέθειται ἐν τῇ μονῇ ἣν αὐτὸς κατεσκεύασε, καὶ ἀνέκειρε, τὰς αὐτοῦ ἀδελφάς. *Nicetas autem cognomento Xylinites* (Xylinitæ filius) *menſæ Præpoſitus cum ſecreti ad Auguſtam amoris delatus fuiſſet, hunc Imperator detonſum Monachum effecit: qui ſub Leone Imperatore Oeconomus in Magna Eccleſia creatus eſt, & vita functus in Monaſterio ab eo conſtructo depoſitus* pag. 716.
eſt. Ejus quoque ſorores capillis tonſas Moniales reddidit.

Ἡ δὲ μονὴ τὰ Ἰκασίας) Ita ſcribitur & in Leone Grammatico. Codinus, Εἰκασίας. Theodorus Prodromus in Catones, Κασία. Hujus autem Monaſterii ſitum aſſignat Codinus p. 12. E. R. ubi murum a Milliario uſque ad veterem portam Præcurſoris & Monaſteria Studii & Icaſiæ protenſum fuiſſe ſcribit; unde apparet Monaſterium hoc Studiano proximum fuiſſe. Verum ubi Codinus τὸ Στουδίου ſcribit, Codices Regii & Colbertinus τὸ Δίου habent. Sed de hac re ſupra num. 3. Cæterum hæc de Icaſiæ Monaſterio paulo diverſa habentur in Codino pag. 61. E. R.

Ὅτι τὰ Βασιλείας ἀπέτυχε παρὰ Θεοφίλου βασιλέως) Nimirum ob reſponſum Theophilo Imper. factum, ἀλλὰ διὰ γυναικὸς παρῆλθε τὰ χείρονα: rem totam narrat Leo Grammaticus in Theophilo p. 449. E. R. qui Icaſiam Imperii ſpe fruſtratam Monaſterium ædificaſſe ſcribit, in quo detonſa vitam contemplativam & philoſophicam exercens, Deoque ſoli vivens, ad vitæ ſuæ finem, editis relictiſque plurib. ingenii monu-

Digitized by Google

mentis perſeveravit: Καὶ ἀνήρπασε Ἰκασία τῆς βασιλείας ἀποτυχοῦσα μονὴν κατεσκεύασεν, εἰς ἣν ἀποκαρεῖσα, ἀσκοῦσα, καὶ φιλοσοφοῦσα, καὶ Θεῷ μόνῳ ζῶσα διετέλεσε, μέχρι τέλους ζωῆς αὐτῆς, ἣ ἐξ συγγράμματα αὐτῆς πολλὰ καταλέλοιπεν. Eadem ferme produnt Zonaras pag. 115. E. R. & alii qui res a Theophilo geſtas memoriæ mandarunt.

Ἡ δὲ καὶ κανόνας ἐξ στιχηρά, &c.) Codinus paulo diverſa ſcribit. Cod. Colbertinus, ἥτις καὶ κανόνας ἐξ στιχηρὰ ποιήσασα ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου καὶ Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ἅτινα ψάλλει τὸ Πάρεδρον, καὶ εἰς τὸ Μ... αὐτὰς γὰρ εἶσιν ἅπαντα ταῦτα. Quid vero ſint στιχηρὰ docent Goarus ad Euchology. p. 32. 206. & Ducangius Gloſſ. med. Græcit. eodem v. Cæterum hujus Icaſiæ hymnos aliquandiu lectos fuiſſe in Eccleſia Græca tradit Theodorus Prodromus in Canones; at cum indignum cenſeretur hymnos a muliere concinnatos in Eccleſiis decantari, hymnis Coſmæ, qui Melodus nuncupatur, Marci Hydruntini Epiſcopi, aliorumque uſi ſunt: Ἀλλὰ πολὺ πρότερον αἱ ἐξ ἀγράφου ἔχομεν παραδόσεως, γυνή τις τῶν εὐπατριδῶν σοφὴ, καὶ παρθένος, Κασία τοὔνομα, ταύτης μόνης ἀρχηγὸς ἐχρημάτισε, καὶ τὸν κανόνα ἐπεποιήσατο. οἱ δὲ ὕστερον τὸ μέλος ἀγασάμενοι, αἰσχύνθ' ὅμως κρίναντες γυναικείοις συμμῖξαι λόγοις τὰ τοῦ ὕμνου ἐκείνου Κοσμᾶ μεταρρυθμίσαντα, τὸ μέλος παραδόντες τῷ Μάρκῳ, καὶ τοῖς ἱεροῖς ὕμνοις ἐγχειρίσαντες, τὴν πλοκὴν τῶν ξυναγῶν τούτῳ μόνῳ ἐπετρέψαν.

149\. Περὶ τῆς ἁγίας Δομνίνης τοῦ Ἀλεξάνδρου) Ita ex ſequentibus emendavi. In Cod. Reg. 1. perperam ſcribitur, περὶ τῆς ἁγίας Δομνίνης καὶ Ἀλεξάνδρας; niſi ſcribendum ſit, περὶ τῆς ἁγίας Δομνίνης καὶ Γρηγορίας, nam de utroque Monaſterio hoc ipſo capite loquitur Anonymus noſter.

Τῆς ἁγίας Δομνίνης) De hoc Monaſterio ſanctæ Domninæ loquitur & Codinus pag. 61. E. R.

Καὶ ἡ ἄλλη μονὴ λεγομένη τὰ Γρηγορίας) Ita in Codd. Regiis, ſed perperam in Reg. 1. pro ἡ λεγομένη ſcribitur τα λεγομενα. Hoc autem Monaſterium quod Anonymo noſtro dicitur τὰ Γρηγορίας, in Codino appellatur τα Μαῖρας, ubi eadem de Mura narrat, quæ Anonymus noſter de Gregoria.

Καὶ ἀνήγειρεν τὰς μονὰς) Ita ex Codice Reg. 2. & Codino, nam & antecedentia ita legendam ſuadent, αἱ δὲ δύο μοναὶ, &c. In Reg. 1. ſcribitur, καὶ ἀνήγειρεν τὴν μονήν.

Ὁ ὅσιος Δῖος) Hæc in Codino præcedentibus adnexa ſunt. Ἀπῆλθεν καὶ ὁ ὅσιος Δῖος, &c. De Monaſterio Dii agit etiam ſupra Anonymus noſter n. 3. ubi murum a Milliario uſque ad veterem portam Præcurſoris & Monaſteria Dii & Icaſiæ protenſum fuiſſe perhibet; ſed num ibi Στουδίου pro Δίου ſcribendum eſt, uti habet Codinus? Menæa ad diem

Edit. Pariſ. pag. 717. xix. Julii & Menologium Sirleti hoc Monaſterium a Sancto Dio ædificatum ſcribant, ſuppeditatis ipſi ab Imperatore multis pecuniis ad perficiendum hoc opus. Hujus Monaſterii Archimandritæ aliquot ſubſcripſerunt in variis conciliis; quorum quidem meminit & Ducangius CP. Chriſt. lib. IV. pag. 123. E. R. Sed Alexander, qui ſubſcripſit libello Monachorum ad Synodum ſub Hormiſda PP. hocce titulo, Ἀλέξανδρος ἐλέῳ Θεοῦ πρεσβύτερος Ἀρχιμανδρίτης μονῆς τῆς τοῦ ὁσίου μνήμης Δίου, ἐξ Ἔξαρχος τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων, non Dii, ſed Dalmati Abbas fuit, tum quia proxime ſequitur Conſtans Presbyter & Archimandrita μονῆς τοῦ ὁσίου Δίου, tum etiam quia ſoli Abbati Monaſterii Dalmati conceſſa fuit hæc dignitas Exarchi Monaſteriorum urbis in Concilio Epheſino, juſſu Cœleſtini Papæ, uti docemus ex Vita ejuſdem ſancti Dalmati, ſeu Dalmatii, a nobis edita paulo ſuperius cum de Monaſterio Dalmati n. 141. Eadem ex conjectura putat & Ducangius. Cæterum quod ait laudatus Ducangius citato loco, in hoc Monaſterio fuiſſe Monachos Ἀκοιμήτους, & infra pag. 152. eadem ex Theophane aſſerit, fateor nihil tale apud Theophanem me legiſſe; duobus quidem locis meminit Theophanes Acœmetarum ſeu Inſomnium Monaſterii, nimirum pag. 104. ubi ait, Baſiliſcum Imperatorem Petrum Fullonem in Inſomnium Monaſterio latitantem ſedi reſtituiſſe, ſed ibi nomen Monaſterii tacet, & μονὴν τῶν Ἀκοιμήτων appellat, & infra pag. 122. ubi etiam μονὴν τῶν Ἀκοιμήτων vocat, unde Monaſterium hoc Acœmetarum diverſum fuiſſe a Monaſterio Dii manifeſtiſſime apparet. En ejus verba, μάλιστα δὲ τὴν Δίου μονὴν, καὶ Βασσιανοῦ, καὶ τῶν Ἀκοιμήτων, καὶ Ματρώνης, καὶ τινα, &c. De Monaſterio vero Dii loquitur Theophanes p. 114. 122. 135. & 373. E. R. ſed in nullo ex his locis ipſum Acœmetarum fuiſſe ſcribit. Qui autem Monachi Ἀκοίμητοι dicti ſint, & quale fuerit eorum inſtitutum, quiſve primus eorum inſtitutor, vide Ducangii utrumque Gloſſ. eodem verbo; necnon CP. Chriſt. lib. IV. pag. 151. E. R.

Δέδωκεν αὐτῷ τόπον) Ita ex Cod. Colbert. Corrupte in Reg. 1. ἰδωκεν αὐτῷ τόπον, &c. Codinus vero habet, τόπον λαβὼν, ἔκτισε τὴν μονὴν τοῦ Δίου καλουμένην. 150.

Τὸ δὲ καλούμενον Μυρμήκετον) Ita uterque Cod. Regius, & Colbertinus. Codinus vero Μυρμηκίμετον ſcribit, atque Marciani Imperatoris tempore extructam fuiſſe ait: cætera non abſimilia ſunt ab Anonymo noſtro, ſed diverſis tantum verbis enarrantur.

Ἡ καλουμένη μονὴ τὰ Προκοπίου) Cod. Reg. 2. & Codinus pag. 57. τὰ Προκοπίου ſcribunt; cætera ut Anonymus noſter. Cod. Colbertinus vero τὰ Προκοπίου etiam appellat; reliqua in eo omnino diverſa habentur: Ἡ καλουμένη μονὴ τὰ Προκοπίου εἰς τὰ Παλατίτζια, ἔκτισεν αὐτὴν Προκοπία Αὐγούστα θυγάτηρ τοῦ Νικηφόρου τοῦ Σελεύκου, καὶ γυναικὸς Μιχαὴλ τοῦ Ῥαγγαβὲ, τοῦ αὐτοῦ Κουροπαλάτου. ἔκτισε δὲ καὶ παλάτια μικρὰ καὶ τερπνὰ· διὰ ταῦτα καὶ ἐκλήθησαν Παλατίτζια. *Monaſterium Procopii nomine appellatum verſus Palatiola extruxit Procopia Auguſta filia Nicephori Seleuceni, & uxor Michaelis Rhangabe, cum adhuc eſſet Curopalata. Extruxit vero ibidem parva Palatia perpulcra, & ideo appellata ſunt Palatiola.* Loquitur etiam & de altero Monaſterio Procopiæ idem Codinus pag. 60. E. R. quod Sanctimonialium fuiſſe, & a Juſtino Thrace ac Euphemia ejus uxore conditum perhibet. Sed vide quid de hac re capite ſequenti monemus. Cæterum in Concilio Calchedonenſi occurrit mentio cujuſdam Elpidii, qui ibidem μονάζων τῆς Προκοπίου dicitur, id eſt, *ædituus*; ſed num Conſtantinopoli extiterit illa ædes, neſcitur.

Τὴν δὲ γυναικείαν μονὴν, &c.) Codinus pag. 60. E. R. hoc Monaſterium Procopiæ appellat: τὴν γυναικείαν μονὴν τῆς Προκοπίας, ὁ θεῖος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἔκτισε σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ, ἔνθα καὶ θάπτεται. 151.

Cod. vero Reg. 2. *Auguſtæ* ipſum vocat; quemadmodum & Codex Colbertinus qui etiam ipſius ſitum aſſignat: Τὴν δὲ γυναικείαν μονὴν τὴν ἐν πλαγίῳ αὐτῆς τὴν καλουμένην Αὐγούστας, Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ ἔκτισε ταύτην τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ τεθεὶς καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ πρότερον ἐκεῖσε. Quod ſic vertit Ducangius: *Monaſterium fœminarum, quod horum* (Palatiolorum) *latera ſunt, Auguſtæ nomine donatum ædificavit Juſtinus Thrax pro uxore ſua Euphemia, ubi & illius corpus primum conditum fuit.* Ex quibus apparet Monaſterium hoc Auguſtæ proximum fuiſſe Monaſterio Προκοπίου nuncupato, & Palatiolis conditis a Procopia uxore Michaelis Rhangabe, de quibus paulo ſuperius ex eodem Codice; quin & vicinum fuiſſe ædi ſancti Thomæ Anthemii nuncupatæ docemur ex Anonymo in Miraculis ſancti Anaſtaſii Perſæ Martyris cap. XV. apud Bolandum XXII. Januarii, & conſequenter ad littus Propontidis, haud procul a Portu Eutropii idem Monaſterium extitit, quo quidem loco tractus Anthemii appellatus ponitur a Theophane pag. 331. E. R. ubi tradit, anno 8. Leonis Iſauri Saracenos ad urbem appuliſſe, & εἰς τὰ Εὐτροπίου καὶ Ἀνθεμίου tranſiiſſe. Sed num idem ſit tractus Anthemii ac tractus Anthimii, quo modo ſcribitur in Theophane, non ſatis liquet. Vide quæ habet de tractu Anthemii Anonymus noſter num. 103. & noſtras ibidem Notas.

Τεθεὶς καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκεῖσε) Perperam ſcribitur in Codice Colbertino, τεθὲν ἐξ τὸ σῶμα

pag. 718.

Digitized by Google

αὐτοῦ πράσινον ἵππον; nam Euphemia marito ſuperſtite deceſſit, haud diu poſt illius inaugurationem, ut tradit Procopius Hiſt. Arc. pag. 45. etſi ad annum IX. Juſtini ejus mortem revocet Cedrenus pag. 336. E.R. qui etiam ſcribit, Juſtinum una cum uxore Euphemia in hoc Monaſterio Auguſtæ humatum fuiſſe *ἐν λάρνακι πρασίνῃ*: *Ἐτελεύτησεν Ἰουστῖνος, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς Αὐγούστης, ἐν λάρνακι πρασίνῃ, μετὰ τῆς γυναικὸς Εὐφημίας. Obiit Juſtinus, poſitumque fuit illius corpus in Monaſterio Auguſtæ, in ſepulchro viridi, cum uxore Euphemia*. Cæterum ſubdit idem Codex Colbertinus, Monaſterium Bethleem ibidem conditum fuiſſe a ſancta Helena: *ἐκεῖσε δὲ καὶ τὴν μονὴν τῆς Βηθλεὲμ ἡ ἁγία Ἑλένη ἀνήγειρε, hic & Monaſterium Bethleem nuncupatum extruxit ſancta Helena*: eo nimirum loco ubi extitit Monaſterium Auguſtæ dictum. De Monaſterio Bethleem a S. Helena condito agit Anonymus noſter cap. ſequenti.

Γαστρία δὲ καλεῖται ἐπειδὴ) Præter igitur Monaſterium cognomine Bethleem, alterum etiam Gaſtria nuncupatum ſancta Helena extruxit, ſi qua fides Originum Scriptoribus. At cæteri Scriptores rerum CP. alii quidem Theoctiſtæ cognomine Florinæ Theophili Imperatoris uxoris Matri ſtructuram hujus Monaſterii adſcribunt ut Zonaras pag. 116. E.R. Alii vero Euphroſynæ Theophili novercæ, ut Leo Grammaticus pag. 449. qui eam Theophili matrem perperam appellat, ſiquidem Theophilum ex Thecla ſuſcepit Michael Balbus, auctores ſunt Zonaras & Scylitzes. Cæterum ſi vera ſunt quæ de hoc Monaſterio tradunt Scriptores, haud quidem diverſum eſſe cenſeo a Monaſterio Euphroſynæ, de quo paulo ſuperius egimus: nimirum idem Monaſterium Gaſtria appellatum & a ſancta Helena extructum, renovatum forſitan fuiſſe ab Euphroſyna Theophili noverca, a qua poſtmodum Euphroſynæ dictum eſt; ſed hæc conjecturæ ſunt.

Διὰ τῆς πόρτης τοῦ Ψαμαθᾶ) De Porta Pſamatha, ſeu Pſamathi egimus ſupra num. 135. Haud procul ab hac porta extitiſſe Monaſterium Gaſtria cenſuerim, atque idem fortaſſis eſt, ac Monaſterium τῆς Ψαμαθίας, cujus meminit Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. XLIII. De Monaſterio τῆς Ψαμαθᾶ loquitur etiam Leo Grammaticus in Alexandro pag. 487. & Symeon Logotheta in eodem Alexandro num. 1. qui Euthymium Patriarcham humatum fuiſſe ſcribit in Monaſterio *αὐτοῦ Ψαμαθίᾳ*. Vide quæ de Porta & tractu Pſamathi monuimus ſupra citato loco.

Τριανταφύλλα) Codinus *Τριανταφύλλα Τριανταφυλλα* & *Roſa* dicitur Græcis recentioribus, vide Ducangii Gloſſ. med. Græcit. eodem v.

Καὶ ἀγγλακουσίων) Ita ex Cod. Reg. 2. & Colbertino. Perperam ſcribitur in Cod. Reg. 5. *καὶ ἀγγλακουσίων*. Quid vero Græcis recentioribus *ἀγγλακοῦσι* vide Ducang. eodem v. Edit. Pariſ. pag. 719.

Εἰς τὴν μονὴν) Hinc forſan credet quiſpiam Monaſterium Gaſtria antea dictum fuiſſe Bethleem, at poſtmodum cum lilia, balſama & cætera hujuſmodi virentia gramina, quæ ſupra Crucem reperta ſunt, *εἰς γάστρας*, *in vaſis* plantaverit, quo conſervarentur, & in Monaſterium intulerit, Monaſterium hoc Gaſtria inde nuncupatum. De Inventione S. Crucis vide tabellam VII. pag. 632.

Ἡ δὲ μονὴ ὁ Ξυλόκερκος, ὁ ἅγιος Μάμας) Ita & Cod. Colbertinus, at melius in Cod. Reg. 2. *Ἡ δὲ μονὴ ἡ οὖσα εἰς τὴν Ξυλόκερκον ὁ ἅγιος Μάμας*. Codinus de eadem re paulo diverſis verbis agit pag. 60. De Porta autem Xylocirci ita dicta a circo ligneo, proxime quem ſtetit etiam ædes ſancti Mamantis, egimus ſupra n. 139. unde etiam ſitus hujus Monaſterii apparet. Quod vero hic ait Anonymus noſter & ex eo Codinus ac cæteri Originum CP. Scriptores, Monaſterium hoc ſancti Mamantis extructum fuiſſe a Mauricii Imperatoris ſorore, & deinde infra n. 162. ſcribit ſanctum Mamantem & quæ ibidem viſuntur Palatia Leonem M. extruxiſſe, facile quidem hæc inter ſe conciliari poſſent, ſi dicatur Eccleſiam ſancti Mamantis una cum Palatiis quæ ibi viſuntur a Leone M. Imperatore conditam fuiſſe, quibus adſtipulari videtur Auctor Chronici Alexandrini anno XIV. ejuſdem Leonis, qui quidem Scriptor narrat Leonem Imperatorem, dum incendium in urbe graſſaretur, ſe contuliſſe ad ſanctum Mamantem, ac ibi Portum & Porticum extruxiſſe: *Καὶ φοβηθεὶς Λέων ὁ βασιλεὺς ἐξῆλθε πέραν εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα, καὶ ἐποίησεν ἐκεῖ λιμένα καὶ ἔμβολον, ὅστις καλεῖται ὁ τόπος, Νέος ἔμβολος*. *Territus ergo Leo Imperator contulit ſe verſus Fretum ad ſanctum Mamantem, fecitque ibi Portum & Porticum, qui quidem locus vocatur Nova porticus*. Quod vero hæc ſpectent ad eundem ſanctum Mamantem aperte ex ſequentibus conſtat, nam Monaſterium ſancti Mamantis Anonymus noſter *τὰ Νέα* appellatum ſcribit, & Codinus *ἐν τῷ Νέῳ καλουμένῃ* Mauricii uxorem ac filias incluſas fuiſſe ait; quam quidem loci appellationem *ἀπὸ τοῦ νέου ἐμβόλου* derivatam fuiſſe cenſeo. Et hæc quoad Eccleſiam ſancti Mamantis. Quod vero attinet ad ejuſdem nominis Monaſterium nil vetat quin a Mauricii ſorore poſtmodum ædificatum fuiſſe dicatur, licet ſubſequenti tempore Monaſterium ſancti Mamantis non Monialium ſed virorum dicatur Cantacuzeno lib. IV. cap. XVI. qui Philotheum Heracleenſem Epiſcopum in Monaſterium ſancti Mamantis ſe abdere voluiſſe ſcribit, ubi etiam ſitum ejuſdem Monaſterii, ut vitæ monaſticæ peropportunum, & ut in urbe, maxime ſolitarium deſcribit. Quod confirmatur ex Anonymo Combefiſiano in Romano Lacapeno num. XI. *Ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος ἀνδρείας μονῆς, τῆς πλησίον οὔσης τῆς Ξυλοκέρκου λεγομένης πόρτης*. *Ex ſancti Mamantis virorum Monaſterio, quod ſitum eſt ad portam, quam Xerocerci vocant*. Ubi pro Xerocerci ſcribendum eſſe Xylocerci nemo non videt. Eadem habet & Georgius Monachus in eodem Romano n. XIII. pag. 577. Sæpe autem accidit, ut Monaſteria, quæ prius Monialium erant, virorum poſtmodum evadant, & a contrario. Vel duo forſan ibidem Monaſteria extitiſſe dicendum eſt, alterum Monialium, alterum vero virorum, quemadmodum in Oriente hac etiam ætate Monaſteria virorum & fœminarum contigua videre eſt. Cæterum quod ait Zonaras pag. 79. E. R. Templum ſancti Mamantis a Pharaſmane Eunucho Juſtiniani Imperatoris Cubiculario extructum eſſe, id intelligi poteſt, ab eo renovatum fuiſſe idem templum, ſeu ampliatum; quippe ſæpe alias *κτίζειν* pro *ἀνακτίζειν* uti Scriptores recentiores obſervavimus. Fallitur vero Ducangius dum ſcribit CP. lib. IV. p. 185. E.R. Pharaſmanem hunc Eunuchum, cujus meminit Zonaras, non diverſum fuiſſe a Pharaſmane Colcho, cujus virtutem bellicam prædicat Procopius lib. I. de Bello Parſico cap. VIII. & lib. II. de Bello Vandalico cap. XIX. Nam is Eunuchus dicitur Zonaræ; ille vero, cujus citatis locis meminit laudatus Procopius non dicitur Eunuchus, quin etiam eodem loco de Bello Vandalico Zanoæ eum fuiſſe Patrem ſcribit. pag. 720.

Εἰς τὸν Εὐτροπίου λιμένα) De Eutropii Portu in quo occiſus eſt Mauricius loquitur Anonymus noſter infra num. 168. ubi vide quæ de eo obſervamus. Sed fallitur Joannes Tzetzes qui ſcribit Chil. III. cap. LXXXV. Mauricium in Circo cæſum fuiſſe.

Τὰς συμφορὰς ἐκτραγῳδεῖν ἐῶ τοῦ Μαυρικίου,
Πῶς σὺν συζύγῳ καὶ παισί, Φωκᾶ τοῦ τυραννοῦντος
Ἐξεδιζώθη πρόρριζος μέσον ἱπποδρομίου.
Calamitates tragice exponere omitto Mauricii,
Quo pacto cum conjuge & filiis, a Phoca tyrannidem exercente
Exciſus eſt radicitus medio in Circo equeſtri.

De nece vero Mauricii ac filiorum pluribus Scriptores Byzantini agunt. Theophanes pag. 243. & 247. E. R. Zonaras pag. 79. &c. E. R.

Κατεδικάσθη) Reliqua deſiderantur in Cod. Colbertino; Cod. 2. ſubdit *ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ*. Elegiam

vero quæ ibidem ſepulcro Mauricii inſcripta fuit, recitant Zonaras pag. 79. E. R. & Cedrenus in eodem Mauricio, quam quidem nos hic inter veterum Epigrammata lib. VII. n. 515. edidimus. Ex hujus ſane Epitaphii ſexto verſu manifeſte apparet falſum eſſe quod ſcribit Anonymus noſter, & ex eo cæteri Originum Scriptores, Conſtantinam Mauricii uxorem ſepulcro prohibuiſſe Phocam, quin capite truncatam in mare projici juſſiſſe.

Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ εὐνέτιδι παραμείνῃ

Et mecum conjunx, progenieſque jacet.

Cæterum ex hoc Monaſterio ſancti Mamantis ad Myrelæi Monaſterium, advectas fuiſſe tres ſepulcrales urnas a Petrona viro primario juſſu Romani Lacapeni, quarum quidem altera figuris ac imaginibus ſculpta erat, duæ vero aliæ abſque figuris in quibus fama erat conditum fuiſſe Mauricium Imperatorem cum liberis, auctor eſt Georgius Monachus in eodem Romano num. XIII. Τηνικαῦτα δὲ καὶ Πετρωνᾶς αἰδεσιμώτατος, προστάξει Ῥωμανοῦ Βασιλέως, ἤγαγε λάρνακα ἔγγλυφον, καὶ ἑτέρας δύο γλυφῆς ἀμοιρούσας, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος μονῆς ἀνδρῴας, τῆς πλησίον οὔσης τῆς Ξυλοκέρκου λεγομένης πόρτης. ἐν αἷς φασὶν ἐντεθεῖσθαι Μαυρίκιον σὺν τοῖς αὐτοῦ παισίν. αἳ καὶ ἀπετέθησαν ἐν τῇ τοῦ Βασιλέως μονῇ, ἤτοι εἰς τὸ Μυρέλαιον. *Sub idem tempus Petronas vir venerabiliſſimus, Romani Imperatoris juſſu, urnam unam figuris ac imaginibus ſculptam, aliaſque duas nulla cælaturæ arte ſculptas, ex ſancti Mamantis virorum Monaſterio, quod eſt prope portam, quam Xylocerci vocant, advexit; in quibus fama eſt conditum fuiſſe Mauricium cum liberis: quæ & in Romani Monaſterio (in Myrelæo ſcilicet) fuere depoſitæ.* Eadem quoque iiſdem ferme verbis refert & Anonymus Combefiſianus in eodem Romano num. XI. niſi quod perperam ibidem ſcribitur ἀνάγλυφον pro ἔγγλυφον & Ξηροκήρκου pro Ξυλοκέρκου.

Εἰς τὴν μονὴν) Cod. Reg. 2. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰς τρεῖς θυγατέρας, εἰς τὴν τοῦ λεγομένου νέαν μονὴν ἐναπέθετο ὁ Φωκᾶς μετ' ὀλίγον. εἶθ' οὕτω μετὰ ξίφους καὶ ταύτας ἀνεῖλεν. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ ταφῆς ἐκ ἠξίωσεν, ἀλλ' εἰς τὴν θάλασσαν ἔρριψεν, ἀποκεφαλισθεῖσαν, καὶ πᾶσαν τὴν γενεὰν Φωκᾶς ὁ τύραννος ἀνεῖλεν. Hæc iiſdem fere verbis a Codino narrantur, niſi quod omnem Mauricii cognationem ferro interemptam a Phoca ait, & in mare projectam. Quod autem ſcribit Anonymus noſter, Mauricio uxorem & filias ejus aliquanto ſuperſtites fuiſſe, eadem refert & Theophanes pag. 247. E. R. nec non Nicephorus Call. lib. XVIII. cap. XLI. Reliqua vero ad ſanctum Mamantem ſpectantia vide infra cum de Æde ſancti Mamantis, ac Palatiis ibidem a Leone M. extructis, necnon de Ponte, qui proxime ſanctum Mamantem erat.

Edit. Pariſ. pag. 721. 153. Ἡ μονὴ ἡ Χώρα) Oratorium Choræ conditum fuit a Juſtiniano, ſi qua fides Nicephoro Gregoræ lib. IX. cap. XIII. num. 215. ubi de Metochita. Deinde cum Criſpus Phocæ gener iſtuc eſſet ab Heraclio relegatus Monaſterium hoc magnum ac pulchrum extruxit, auctor eſt Anonymus noſter & ex eo Scriptores Originum omnes. De relegatione autem Criſpi in Monaſterium Choræ loquitur & S. Nicephorus CP. in Breviario Hiſtorico editionis Petavianæ pag. 16. Μετὰ δὲ ταῦτα Κρίσπον εἰς τὸ λεγόμενον τῆς Χώρας περιορισθῆναι σεμνεῖον. *Poſtmodum Criſpus in Monaſterio, quod Choræ dicitur incluſus eſt.* Eadem Cedrenus in Heraclio niſi quod ait antea eum clericum ordinatum fuiſſe: Εἶτα κληρικὸν αὐτὸν κατασήσας, ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας περιώρισεν. Hoc accidit Ind. 1. Decembris V. Feria III. teſtis eſt Auctor Chronici Alexandrini: Τῷ αὐτῷ ἔτει μηνὶ Ἀπελλαίῳ κατὰ Ῥωμαίους Δεκεμβρίῳ ε'. ἡμέρᾳ γ'. γέγονε κληρικὸς Πρίσκος ὁ Κόμης τῶν Ἐξκουβιτόρων. καὶ ἀντ' αὐτοῦ γέγονε Κόμης Ἐξκουβιτόρων Νικήτας ὁ Πατρίκιος. Hoc eſt, eodem Anno DCXII. Ind. 1. jam inchoata. Deinde hoc Monaſterium Choræ cum præ vetuſtate concidiſſet, a fundamentis excitavit Alexii Comneni ſocerus; ac tandem cum ruinam rurſus minaretur, illud renovavit Theodorus Metochita Magnus Logotheta, tempore Andronici Palæologi ſenioris, auctor eſt laudatus Gregoras citato loco: Ὁ μέντοι μέγας λογοθέτης ὁ Μετοχίτης ἐλθὼν ἐκ τῆς ὑπερορίας, οὐ παρὰ τῇ οἰκίᾳ κατέλυσε· πάλαι γάρ, ὡς εἰρήκαμεν, εἰσελθόντος τοῦ βασιλέως εἰς Βυζάντιον, αὕτη διεσπάρη καὶ τέλεον ἠφάνισται πρὸς τοῦ δήμου· κατέλυσε δ' ἀπέναντι καὶ πλησίον παρὰ τῇ ἱερᾷ δηλαδὴ μονῇ τῆς Χώρας, ἣν πολλοῖς αὐτὸς ἀναλώμασιν ἀνεκαίνισε πρότερον, τοῖς ὀδοῦσι τοῦ χρόνου ἐκτενῶς κατατετμημένην ἰδών. ἐδομήθη γὰρ αὕτη τὸ ἀρχαῖον πρὸς τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἐπιμήκης τὸ σχῆμα. εἶτα τοῦ χρόνου ταύτην μέχρι κρηπίδων καταβαλόντος, ἄλλον ἐκ βάθρων ἀνήγειρε νεών, ὃς ὁ καὶ νῦν ὁρᾶται σχήματος, ὁ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ πενθερός. τοῦ δὲ χρόνου πάλιν φθορὰν ἀπειλοῦντος, οὗτος ἀθρόως δεξάμενος δεξιᾷ, πλὴν τοῦ μεσαιτάτου ναοῦ, πάντα καλῶς ἐπεσκεύασεν. *Magnus autem Logotheta Metochites ab exilio reverſus, non domi ſuæ divertit, quæ (ut jam diximus) Imperatore Urbem ingreſſo, pridem erat diruta & vaſtata prorſus a populo: ſed e regione, & in proximo, nempe in Choræ Monaſterio, quod ipſe antea dentibus ævi labefactatum magnis ſumptibus inſtauraverat. Extructum enim initio fuerat a Juſtiniano Imperatore forma oblonga. Deinde, cum vetuſtate uſque ad fundamenta concidiſſet, aliud templum, ea qua nunc forma cernitur, Alexii Imperatoris ſocerus condiderat. Sed cum rurſus temporis injuria ruinam minitaretur, hic medio templo excepto, omnia liberali manu probe inſtauravit.* Ex his apparet Monaſterium Choræ fuiſſe Monaſterium virorum; quod etiam confirmat Cantacuzenus lib. IV. cap. XXIV. a quo inſuper docemur, hoc Monaſterium Chriſto Salvatori dicatum fuiſſe, τοῖς ἐν τῇ μονῇ τῆς ἀχράντου Χώρας τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, &c. Et hæc quoad conditorem ac reſtitutores hujus Monaſterii. Quod vero attinet ad ſitum hujus Monaſterii, in Aquilonari parte extra urbis mœnia ponitur in Menæis ad IV. Sept. ubi de ſancti Babylæ & puerulorum qui una cum eo paſſi ſunt, reliquiis, quas quidem in hoc Monaſterium illatas prodit Synaxarion: Καὶ τὰ λείψανα ἐν ἀκατίῳ ἐμβαλόντες, εἰς τὸ Βυζάντιον διεκόμιζον, καὶ ἐν τῷ Βορείῳ μέρει ἔξω τειχέων ἐν τρισὶ λάρναξι κατέθεντο, ἔνθα ἐστὶ μονὴ Χώρα ἐπονομαζομένη. δόξαν καὶ εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀναπέμψαντες. *Et reliquiis in naviculam immiſſis, hæ Byzantium deferunt, & in Aquilonari parte extra muros in tribus ſcriniis deponentes, ubi eſt Monaſterium Choræ appellatum, gloriam & gratias Deo reddentes.* Ac proinde illud eſt quod in Septimo Colle inter Palatium Conſtantini & portam Urbis Adrianopolitanam extare inquit Gyllius lib. IV. cap. IV. cujus etiam forma ibidem ab ipſo deſcribitur.

Κρίσπος δὲ ὁ ὕπαρχος) Κρίσπος ſcribitur in utroque Codice Regio ac Colbertino; Πρίσκος vero dicitur Codino, Theophani, Auctori Chronici Alexandrini, & Nicephoro Calliſti; Zonaræ vero ſcribitur Criſpus & Priſcus. Nicephoro CP. Criſ- pag. 722.
pus, item Gregorio Syncello ac Cedreno. Hujus forſan Criſpi liberalitatem ac munificentiam prædicat Epigramma Crinagoræ a nobis infra editum n. 389. Cæterum vide quæ de Criſpo ac ejus dignitate tradit Ducangius in Familia Phocæ Auguſti pag. 115. necnon in Notis ad Zonaram pagg. 64. & 65. E. R. & ad Chronicon Alex. pag. 610. Petavius in Notis ad Breviarium Hiſtoricum S. Nicephori CP. pagg. 54. 61. & ſeqq. E. R.

Ὅτι ἐν ὑποψίᾳ γέγονε) Hæc & reliqua deſiderantur in Cod. Reg. 2. & Codino. Codex vero Colbertinus omnino diverſa.

Καὶ μετὰ τοῦτο βασιλέως γράμματα) Scilicet a Choſroe Rege Perſarum litteras contra Criſpum accipit. In Cod. Colbertino hæc omnino diverſa habentur: ὕστερον δὲ ὑποπτευθεὶς κατὰ τοῦ Ἡρακλείου τὸν μέγαν ὀνομασθῆναι τὸν Κρίσπον, ἔχουσι, &c. Sed cur Criſpus clericus factus ſit juſſu Heraclii, rem omnem prodit Nicephorus noſter pag. 13. & 14. E. R. Quæ vero in hanc rem habet Zonaras pag. 83. E. R. ex eodem Nicephoro hauſit, ut pleraque alia.

Ἄλλοι γαμβροὶ οὐκ εἰσίν, &c.) Cod. Colber-

clinus, ὅπως παρὰ τοῦ βασιλέως, γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας πολλάκις, ἐξ τοῖς ἂν φίλον ποιήσαις. Nicephorus CP. ὡς γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, φίλον πῶς ἂν ποιήσαις, ubi pro ὡς legendam putat Ducangius in Notis ad Zonaram pag. 64. E. R. ὅς; Petavius vero ὡς pro ὡς legit & ſic interpretatus eſt: *Qui genero fidem non præſtitiſti, qui tandem amico præſtabis?* Zonaras habet, Ὃς γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, οὐδὲ φίλον ἂν ποιήσαις ποτέ. Quod Ducangius vertit: *Qui te generum non præſtitiſti, atque amicum unquam præſtabis.* Chronicon MS. Georgii Hamartoli ex Bibliotheca Regia: Γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, τεκνώσας, καὶ πῶς ἂν φίλον ποιήσαις. εἶτα ἀπελάσας αὐτὸν κατατάσσει ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας περιώρισεν: ἐν ᾗ μετ' ὀλίγον τὸ πέρας τοῦ βίου ἐδέξατο.

Ἐπωλήθη δὲ Χώρα) Ita & Cod. Colbertinus. Cod. vero Reg. 2. ἐπεκλήθη δὲ Χώρα, διότι ἐπὶ τῶν Βυζαντίων, χωρίον ἦν ἐκεῖσε. ὅπου δὲ τὸ Στουδίου, χωρίον ἦν ἔξωθεν τοῦ Βύζαντος. Diverſa autem hæc in Codino. ἐκλήθη δὲ Χώρα, διότι ἐπὶ τῶν Βυζαντίων χωρίον ἦν ἐκεῖ· καθὼς καὶ ἡ τοῦ Στουδίου μονὴ ἔξω τῆς πόλεως ὑπῆρχε, καὶ ἡ μονὴ τοῦ Ξυρολοφίου. Hic pro Ξυρολοφίου legendam eſſe Ξυλοκίρκου nemo non videt; nam ſequenti capite agit Codinus de ſancto Mamante, qui τοῦ Ξυλοκίρκου, ſeu ut Anonymus noſter ὁ Ξυλόκιρκος dicebatur a proximo Circo ligneo, uti capite præcedenti monuimus. De Monaſterio Studiano ac ejus ſitu egimus ſupra n. 60.

154. Τὸν δὲ ἅγιον Ῥωμανὸν) Ædem hanc ſancti Romani Martyris conditam fuiſſe a ſancta Helena fatentur Scriptores Originum omnes. Deinde vero præ vetuſtate collapſam a fundamentis extruxit Baſilius Macedo, auctor eſt Porphyrogenitus in illius vita cap. LIV. Τὸν δὲ τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ θεῖον οἶκον καὶ αὐτὸν καταπεσόντα ἐκ βάθρων ἀνῳκοδόμησε. Quæ vero in hanc rem habet Scylitzes ex eodem Porphyrogenito hauſit. Quod autem attinet ad ſitum hujus eccleſiæ, haud procul a Porta, quæ ab hac æde S. Romani nuncupata eſt, eam ſtetiſſe omnes affirmant. De hujus Portæ ſitu pluribus Ducangius in Notis ad Alexiadem pag. 360. E.R. & CP. Chriſt. lib. 1. pag. 50. & 51. E. R.

Τὴν δὲ πλευρὰν αὐτοῦ ἁγίαν Σορὸν) Ita uterque Codex Regius, & Colbertinus; Codinus vero, ἐν πλευρᾷ αὐτοῦ τὴν ἁγίαν Σορὸν καὶ τὰ λείψανα κατέθετο τοῦ προφήτου Δανιὴλ, καὶ τοῦ μεγάλου μάρτυρος Νικήτα, καὶ ἑτέρων πολλῶν προφητῶν λείψανα, ἅπερ ἤγαγεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ἀπελθοῦσα εἰς προσκύνησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ, &c. Hæc perperam interpretatur Lambecius; integros quippe verſus omiſit, ut videre eſt pag. 50.

Οἱ δὲ ἅγιοι) In Cod. Reg. 2. hæc a linea ſunt; ſed res iiſdem ferme verbis narratur; quemadmodum & in Cod. Colbertino. Codinus vero pluribus & clarius, λέγεται δὲ, ὅτι ποτὲ τῶν καιρῶν ὁ ἅγιος Ἰωσὴφ καὶ Θεόδωρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ Στουδίτης, διὰ τὸν φόβον φυγόντες τοῦ Συναγωγοῦ Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου, ἐκεῖσε ἐκρύβοντο καὶ ἐποίουν τοὺς κανόνας. μεταχθέντα δὲ ἀπὸ ἐκεῖθεν ἀφ' οὗ ἐκεῖσε ὁ ναὸς, μέχρι τῆς ἰδίας αὐτῶν κατοικίας.

Μετὰ δ'. ἔτη) Melius in Cod. Reg. 2. μετὰ δὲ φ'. ἔτη τοῦ κτισθῆναι τὸν ναὸν, ὅπου Ἰωσὴφ καὶ Θεόδωρος οἱ ποιηταί. Sancti Theodori autem Studitæ, ac S. Joſeph ejus fratris Theſſalonicæ Archiepiſcopi celebre eſt in Hiſtoria Eccleſiaſtica nomen, ob diſſidium quod inter S. Nicephorum Patriarcham CP. & ipſus ortum erat. Neque, ut pleriqae ſolent, confundendus eſt hic S. Joſeph Theodori Studitæ frater cum Joſepho Diacono Antiocheno, qui itidem a canonum compoſitione laudatur: hujus ſiquidem memoria agitur in Menæis die tertia Aprilis. Quid vero *canones* ſint vide Ducangii Gloſſ. med. Græc. eodem v.

Edit. Pariſ. pag. 723.

Περὶ τῆς μονῆς τοῦ Μαρτινακίου) Ita ex ſequentibus reponimus. In Cod. Reg. 1. ſcribitur tantum, Τοῦ Μαρτινακίου; in Colbertino vero, περὶ τοῦ Μαρτινακίου.

Τὴν μονὴν τοῦ Μαρτινακίου) In Cod. Reg. 1. legitur, ἡ μονὴ τοῦ, &c. ſed mendum eſſe librariorum nemo non videt. Non ſolum autem in urbe fuit Monaſterium, ſed etiam tractus τοῦ Μαρτινακίου ita dictus a periiluſtri Martinaciorum familia cujus ſub Theophilo meminit Continuator Theophanis lib. III. p. 75. E.R. qui narrat Theophilum Imperatorem, cum ex quadam muliere Agarena Pythonico ſpiritu obſeſſa, didiciſſet, Martinaciorum familiam poſt ejus filium imperaturam, Martinacem licet affinitate ſibi conjunctum in Monachum totondiſſe, ejuſque ædes in Monaſterium redegiſſe: ὡς δὲ· Σοῦ μὲν διαδέξεται τὸν σὸν υἱὸν καὶ γαμετὴν ἀποφήνασα τε γενεᾶς καὶ ἀπαντήσαντο, μετὰ ταῦτα δὲ τοὺς Μαρτινακίους ἐπὶ πολὺ τῆς βασιλείας κατασχεῖν· αὐτίκα τοῦτον τὸν Μαρτινάκιον, καίτοι γε προσῳκειωμένον αὐτῷ πως κατὰ συγγένειαν, πρὸς τὸ μονάζειν ἀπέκειρε, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οἶκον Θεοῦ & μοναχοῖς ἐναπεδείξεν ἐνδιαίτημα. *Ad quem Vates, ſucceſſurum ejus filium cum conjuge, Theophilo reſpondit: poſtea vero fore ut Martinaciorum genus annos plures Imperium teneat. Illico itaque Martinacem hunc, etſi ipſi affinitate conjunctum, raſo capite Theophilus Monachum facit, ejuſque ædes, in domum Dei ac Monachorum domicilium redigit.* Hoc idem confirmatur ex Menologio, ubi de ſancta Theophanone, cujus memoriam agunt Græci decimo ſexto die Decembris: ὑπῆρχε ἐξ αἵματος βασιλικοῦ τὸν γένεσιν ἔχουσα ἐκ τῶν περιβλέπτων Μαρτινακίων θυγάτηρ Κωνσταντίνου τοῦ ἀξίου Ἰλλουστρίου καὶ μητρὸς Ἄννης ἐκ τῶν ἀφ' Ἡλίου ἀνατολῶν ὁρμωμένης. Et notandum eſt quod Theophanonis pater qui hic dicitur Conſtantinus, apud Zonaram appellatur ſimpliciter ὁ Μαρτινάκιος. Tractus autem τοῦ Μαρτινακίου dicti meminit Chronographus noſter n. 298. qui Valentiniani Junioris ſtatuam εἰς τὰ Μαρτινακίου ſtetiſſe perhibet; ubi Μαρτινακίου ſcribendum eſt, non vero Μαρτινακίου, ut Ducangius putat, cum nulla mentio apud Scriptores (quod ſciam) occurrat tractus τὰ Μαρτινακίου dicti, bene tamen τοῦ Μαρτινακίου. Præterea de tractu τοῦ Μαρτινακίου loquitur Codex Colbertinus infra ubi περατικὰ μοναστήρια recenſet: εἰς τὰ Μαρτινακίου inquit Sergium Patriarcham Deiparæ ædem extruxiſſe; de qua æde Deiparæ loquitur & Anonymus noſter infra ubi de æde ſancti Georgii Chalcedonenſi, ac iiſdem Monaſteriis agit; at ibi pro τοῦ Μαρτινακίου ſcribitur τὰ Μαρτινακίου. Vide quæ de hac re ibidem monemus. Menæa vero XV. Junii habent, καὶ ἡ σύναξις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, πέραν ἐν τοῖς Μαρτινακίου. Cæterum hujus Monaſterii τοῦ Μαρτινακίου, vel τοῦ Μαρτινακίου ſeu Μαρτινακίου meminere in Leone Philoſopho Leo Grammaticus, Scylitzes, Anonymus Combefiſianus & Symeon Magiſter; in quod quidem Monaſterium Samonam deportatum fuiſſe perhibent.

Τὰ δὲ Παυλίνου ἐκλήθη) Ita uterque Cod. Regius, necnon Colbertinus. Dicitur etiam Παυλίνου Nicephoro CP. & Theophani. Codinus vero habet: Η μονὴ τοῦ Παυλίνου ἐκτίσθη παρὰ Παυλίνου μαγίστρου τοῦ ἐπιφανεστάτου ἀνθρώπου τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ. συντροφὸς γὰρ αὐτῷ ὑπῆρχεν, &c. Reliqua ex Codino quæ in hanc rem habet, non exſcribo, cum longiuſcula ſint, licet in multis ab Anonymo noſtro & a laudatis Codicibus diverſa, & nonnihil etiam iis quæ ab hiſtoricis narrantur, contraria; conſule eundem pag. 56. Notandum vero hic eſt quod quemadmodum ſupra Monaſterium τοῦ Προκοπίου dictum eſt, quod a Procopia Auguſta extructum fuit, ita hic e contrario Παυλίνου a Paulino appellatur. Paulini autem Monaſterii Abbas nomine Liberius ſubſcripſit Libello Monachorum ad Synodum ſub Hormiſda, quin & Martinus ejuſdem Monaſterii Abbas Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena cum aliis urbis Abbatibus. pag. 724.

Ην δὲ πρὸ αὐτοῦ ὁ τόπος) In Cod. Reg. 2. legitur, ἦν δὲ ὁ τόπος προάστειον αὐτοῦ; nec abs re quidem, nam ἐν τοῖς Παυλίνου, id eſt *in prædiis Paulini* ſitum adſignat Zonaras p. 502. E.R. Sic etiam in Blachernis, nimirum in Blachernarum προαστείῳ, ſeu *ſuburbano*, viderat poni ab auctore Chronici Alexandrini, qui Heraclio imperante incenſum fuiſſe ab Avaribus tradit: ἐμπρήσαντες δὲ τὴν ἐκ-

ἁλωσίαν τῶν ἁγίων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ ἐν Βλαχέρναις. Ita ſane de hujus ædis ſitu conſentiunt Scriptores fere omnes, qui eam ad littus maris, ſeu Freti, verſus Blachernas ponunt: ſic ex recentioribus Gregoras lib. VIII. eam a Palatio, Blacherniano nimirum, XXX. ferme ſtadiis diſſitam perhibet, & hæc quoad ſitum. Cur autem SS. Coſmas & Damianus Ἀνάργυροι dicti ſunt, pluribus ſupra.

155. Οὕτω δὲ ἐτελείωσαν αὐτὸν, &c.) Melius in Cod. Reg. 2. μὴ τολμήσαι αὐτὸν, ἐπὶ δὲ αὐτοῦ ἀνεῖδον, niſi quod τὸ δὲ abundare videtur. Quod vero ſpectat ad hiſtoriam Paulini Magiſtri, & pomum illi ab Eudocia Imperatrice miſſum, quod illius cædis cauſa fuit, celebris eſt apud Scriptores qui res a Theodoſio Juniore geſtas memoriæ prodiderunt, licet de loco ac genere mortis Paulini inter ſe diſcrepent. Cæterum varias Lectiones hujus capituli conſulto miſſas facio cum ſint longiuſculæ, & nullius fere momenti; nam res eadem pluribus ab hiſtoricis fide dignis narratur.

Ἀνερχόμενοι ἐν τῷ παλατίῳ) Improprie pro εἰς τὸ παλάτιον. Sed mendum forſan eſt Scribæ, quibus codex Reg. ſcatet.

Τοῦ δὲ ἀνερχομένου εἰς τὸ κεντηνάριον) Codinus habet, καὶ δόντα ἀνερχόμενον τὸν κεντηνάριον κοχλίαν, &c.

156. Τὰ τείχη τῆς πόλεως) Ita ex Cod. Colbertino ubi hæc rubris litteris, loco tituli, ſcribuntur, quemadmodum & in Reg. 1. qui ſic habet, τὰ τείχη τῆς πόλεως τῶν πυργῶν; deinde a linea uterque Codex: Ἐπὶ Λέοντος, &c. Cod. vero Reg. 2. & Codinus, τὰ δὲ τείχη τῆς πόλεως τῶν μεγάλων πυργῶν ἐπὶ Λέοντος τοῦ μεγάλου, &c. Chronographus noſter, τὰ δὲ τείχη τῆς δύσεως τῶν μεγάλων πυργῶν, ἐπὶ Λέοντος τοῦ μεγάλου. Ita ſane Leoni magno hæc attribuunt Originum Scriptores omnes: at Theophanes, qui inter Byzantinos Scriptores fide dignus habetur, Leoni Iſauro adſcribit, cujus Imperii anno XXIV. terræmotu collapſos perhibet, qui contigit die vigeſimo ſexto menſis Octobris, Indictione nona, feria quarta, hora diei octava. Ad horum inſtaurationem duo ceratia ab unoquoque civium exegiſſe eundem Imperatorem, narrat laudatus Scriptor. Quæ vero in hanc rem habent Cedrenus & Manaſſes ex ipſomet Theophane hauſerunt.

Ἑλένη καὶ Κωνσταντῖνος, &c.) Hæc in omnibus fere MSS. diverſo modo habentur. Cod. Reg. 2. Ἑλένη καὶ Κωνσταντῖνος καὶ Θεοδόσιος εἰς κράτος ἐνίκησαν: Cod. Colbertinus, Κωνσταντῖνε, Ἑλένη καὶ Θεοδόσιος εἰς κράτος ἐνίκησαν; Codinus, Κωνσταντῖνος καὶ Θεοδόσιος ὁ μέγας, καὶ Λέων: εἰς κράτος ἐνίκησαν: Chronographus vero noſter, Λέων Κωνσταντῖνος εἰς κράτος ἐνίκησεν: quæ quidem conſona ſunt iis quæ in hanc rem habet Anonymus noſter, Ἑλένη καὶ Κωνσταντῖνος καὶ Θεοδόσιος εἰς κράτος ἐπικέδησαν; ubi ſubintelligitur ὑπὸ τοῦ Λέοντος, nimirum Praſina factiona ſucclamante: *Helena, Conſtantinus & Theodoſius prorſus victi ſunt a Leone.* Conſtantinus qui primum muros extruxit; Theodoſius qui terræmotu collapſos reſtituit; de quo Anonymus laudatus agit n. 13. Vide quæ de hac re infra ad Chronographum noſtrum n. 231.

157. Οὗτος δὲ ἐνομοθέτησε, &c.) Cod. Reg. 2. οὗτος γὰρ ἐνομοθέτησεν ἡ ἁγία κυριακή, τῇ ἀπραξίᾳ τιμᾶσθαι· πρὸ γὰρ αὐτοῦ εἰργάζοντο. In Cod. Colbertino legitur, οὗτος δὲ ἐνομοθέτησε τὴν ἁγίαν κυριακὴν ἀπραξίᾳ τιμᾶσθαι. πρότερον ταύτην μὴ οὕτω τιμωμένην. ἀλλ' ὡς ταῖς κοιναῖς ἡμέραις ἦσαν. In altero vero Cod. Reg. & Cod. Vat. ſcriptum reperit Lambecius: ὁ γὰρ μέγας Κωνσταντῖνος ἐνομοθέτησε, τὴν κυριακὴν ἀπραξίᾳ τιμᾶσθαι· πρὸ γὰρ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν κυριακὴν πάντες εἰργάζοντο. Theodorus Lector lib. 1. pag. 553. aſtipulatur Anonymo noſtro, inquiens Leonem Imperatorem lege lata conſtituiſſe, ut die Dominico cuncti feriarentur, iſque dies ab omni opere vacuus eſſet ac venerabilis: Λέων ἐνομοθέτησε, τὴν κυριακὴν παρὰ πᾶσιν ἀργεῖσθαι, ἄπρακτόν τε εἶναι καὶ σεβάσμιον.

Edit. Pariſ. pag. 725.

Περὶ τὰ τείχη, &c.) Titulus in Cod. Colbertino περὶ τῶν τειχῶν tantum.

Τοῦ Τιβερίου Ἀψιμάρου) Ita Originum CP. Scriptores omnes. At Theophanes & ex eo Cedrenus, muros maritimos ab Artemio Imperatore renovatos fuiſſe ſcribunt: Καὶ τὰ παράλια δὲ ἀνενεώσατο τείχη, ὁμοίως καὶ τὰ χερσαῖα.

Εἶτα ἐκ δευτέρου, &c.) Hæc confirmat Zonaras p. 146. E. R. Οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ τὰ παράλια τείχη τῆς πόλεως πεπονηκότα τότε, καὶ ὑπὸ τοῦ χρόνου παραρρυέντα, καὶ ἐκ τινῶν συμπτωμάτων ἑτέρων ἀνεκαίνισε μεγαλοπρεπῶς, εἰς ὕψος πλεῖον ἢ πρότερον ἦσαν ἀπάρας αὐτά. *Idem Imperator maritimos etiam muros, cum vetuſtate, tum ob alios caſus ruinoſos, magnifice inſtauravit, in majorem eductos altitudinem.* Petrus Gyllius lib. 1. cap. XIX. ſcribit, in multis murorum iſtorum partibus nomen Theophili, majuſculis literis inciſum fuiſſe, ex quibus inſcriptionibus duas Jacobus Sponius in Itinerario deſcripſit: altera quidem Theophili tantum nomen præfert, altera vero Theophili ac Michaelis. Sed vide quæ de hac re infra n. 524. & ſeqq. Vide item quæ de muris maritimis infra habet Anonymus noſter n. 572.

Περὶ τὸ πύργου, &c.) Titulus iſte in Cod. Colbertino ſic legitur: περὶ τῶν τειχῶν ἄνω τοῦ πύργου. In Cod. Reg. 1. ſcribitur primo loco τοῦ Κεντηναρίου, deinde τὸ Κεντινάριν. At Κεντηνάριον ſcribendum eſt, ſi vera ſunt quæ Codinus perhibet, nimirum id ei nominis inditum propter impenſum in ejus ſtructuram centenarium. Ita & Cod. Reg. 2. ἐπεὶ εἰς τὸ κτίσαι τὸν πύργον, ἐξόδος ἐγένετο κεντηνάριον. Cod. Colbertinus diverſa habet: Ὅτι εἰς τὸν πύργον τὸν Κεντηνάριν, ἔξωθεν, ἐγένετο σταυροὶ, κατὰ πολὺ καὶ ἐχαλκώθησαν τὰ τείχη, καὶ ἀνέγνωσαν, ὡς ὁρᾶται, ὁ Θεόφιλος. Hujus autem Turris Centenarium dictæ, conditorem Conſtantinum magnum agnoſcit laudatus Codinus; ſitum vero ejus adſignat Nicetas Choniates in Andronico lib. II. n. XI. nimirum inter ſepta Magni Palatii eam ponit.

Τὰ ἔξω Μοναστήρια) Ita ſæpe alias pro περὶ τῶν ἔξω Μοναστηρίων. Hic agit Anonymus noſter de Monaſteriis extra urbem, & infra de Monaſterii Peraticis, deinde de Monaſteriis trans fretum.

Η δὲ Ἀχειροποιήτος ἐκτίσθη παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου) Ita uterque Codex Regius, & Colbertinus: Codinus vero, Η δὲ Ἀχειροποιήτος, καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Θεολόγος παρὰ τὸν ἐν ἁγίοις Κωνσταντῖνον ἐκτίσθη; reliqua deſunt in Codino.

Διὸ καὶ ἐκλήθη Ἀβραμιαίου) Cod. Reg. 2. & Colbertinus, διὸ καὶ ἐκλήθη Ἀβραμιτῶν. Num vero hoc Monaſterium Abrahamii quod ab Anonymo noſtro extra urbem ponitur, idem ſit quod Monaſterium Abramitarum ignoratur; certum tamen eſt Monaſterium Abrahamii ante Juſtinianum in Urbe vel in ſuburbiis CP. extitiſſe; quippe in Concilio Conſtantinopolitano act. V. ſubſcripſit cum cæteris Urbis Conſtantinopolitanæ Hegumenis, Alexander ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀβραμίου; quin & Libello Monachorum ad Concilium CP. ſub Hormiſda ſubſcripſit Antoninus, ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ Ἀβραμίου. Unde allucinatur Ducangius qui ex Joanne Moſcho in Limonario cap. LXXXXVII. hoc Monaſterium Abrahamii, ſeu Abramitæ aut Abramitarum conditum fuiſſe ſcribit in Additamentis CP. Chriſt. pag. 157. E. R. ab Abramio Monacho, qui poſtmodum fuit Epheſi Archiepiſcopus. Cur vero Archiropœetes dictum ſit hoc Monaſterium neſcitur; niſi quis crederet in eo aſſervatam fuiſſe Deiparæ imaginem non manufactam, ſeu Salvatoris, quales plures imagines habuit mendax Græcia ut taſtantur ejus Scriptores. Quod vero Monaſterium Abrahamii ſeu Abramitarum Ἀχειροποιήτων dictum ſit, & extra urbem extiterit, auctor eſt Leo Diaconus lib. III. Hiſt. MS. ubi de Nicephoro Phoca: Εἶτα τὸ τεῖχος ὑπερβάντες, εἶδον τὰς πυρφόρους τριήρεις συνδιαφυλάττοντας τὰ δόμα, ἐκ τῆς συγκλήτου περὶ τὸν Νικηφόρον ὁρμήσαντες παρεσκεύασαν· ὡς ἐπιβὰς ἐξαυτῆς ὁ Νικηφόρος, τῇ τῶν Ἀβραμιτῶν, ἣν Ἀχειροποίητον ὀνομάζουσι, προσέσχε μονῇ. pag. 726.

Περὶ τοῦ Ἑβδόμου) Hunc titulum ex Cod. Col-

Digitized by Google

bertino ſupplemus. De Hebdomi autem etymologia ac ſitu, cæteriſque quæ ad hoc ſpectant egit pluribus doctiſſimus Ducangius tum in CP. Chriſt. lib. 11. pag. 172. E. R. & ſeqq. tum in Diſquiſitione Topographica de Hebdomo Conſtantinopolitano quam contra Hadrianum Valeſium adornavit, necnon etiam in Notis ad Zonaræ Annales; ideoque ne actum agere, aut aliorum ſcrinia expilare videar, eo lectorem amando.

Τὸ δὲ Ἑβδόμον ὁ δρομικὸς ναὸς) Ita uterque Codex Regius, necnon Colbertinus. In Codino hæc præcedentibus adnexa, ὁ δὲ ἀχειροποίητος, καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Θεολόγος παρὰ τῷ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνῳ ἐκτίσθη. Quod autem ait Anonymus noſter, τὸ δὲ Ἑβδόμον ὁ δρομικὸς ναὸς hinc apparet, templum hoc ſancti Joannis Evangeliſtæ appellatum etiam fuiſſe Hebdomum tantum, quemadmodum & templum ſancti Joannis Præcurſoris in Hebdomo, Palatium Hebdomi, &c. Hebdomi tantum appellationem obtinuiſſe pluribus docet ex Scriptoribus Byzantinis Ducangius paulo ſuperius citatis locis. Hanc vero ipſam ædem ſancti Joannis Evangeliſtæ in Hebdomo, necnon ædem Præcurſoris ipſi proximam, de qua paulo infra agit Anonymus noſter, reſtituit elegantiorem in formam Baſilius Macedo, auctor eſt Porphyrogenitus in Avi vita n. XCIII. pag. 209. E. R. μεθ' ὃ, ἐκ τοῦ τοῦ Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ἐν τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ ναὸν τῷ χρόνῳ πεπονηκότα καὶ καταβλαβέντα ἀνέστησε, καλλωπίσας τε ἀγάλμασι καὶ ὀχυρώμασι κατασφαλισάμενος. ἔτι δὲ καὶ τὸν πλησιόχωρον αὐτοῦ τοῦ Προδρόμου ναὸν πρὸ πάνυ πολλῶν καταπτωθέντα χρόνων, καὶ ἐρείπιον ὄντι ναὸν χρηματίζοντα, ἐκκαθαίρει μὲν τὴν ὕλην καὶ τῶν χωμάτων, ταχίστῃ δὲ οἰκοδομῇ καὶ ἐπιμελείᾳ, τῶν περιφανῶν καὶ μεγάλων ἴσον καθίστησι. Ideoque Apoſtoli & Evangeliſtæ Joannis Theologi Templum in Hebdomo, tempore quaſſatum collapſumque erigit, tum ornamentis decorans, tum fulcris adhibitis tutum a ruina in poſterum præſtans. Ad hæc etiam illi vicinam Præcurſoris ædem, ante annos plures dirutam, & tantum parietinis conſpicuam, egeſta humo ruderibuſque emundans, celerato quam maxime opere promptaque diligentia, illuſtribus magnæ molis ejus generis ædibus, parem fecit.

Ὁ δὲ στρογγυλότερος ναὸς) Ita ambo Codd. Regii & etiam Colbert. Codinus vero, ὁ δὲ Πρόδρομος ὁ στρογγυλότερος ἐκτίσθη, &c. Sed illud ὁ στρογγυλότερος Lambecius non interpretatur.

158. Διότι ἐν τοῖς χρόνοις αὐτοῦ ἡ ἁγία κεφαλὴ, &c.) Ita ex Cod. Colbertino. Corrupte ſcribitur in Cod. Reg. 1. διότι ἐν τοῖς αὐτοῦ ἡ ἁγία κεφαλὴ τοῦ Προδρόμου ἀνῆλθεν εἰς τὸ ναὸν, καὶ ἐδέξατο αὐτὸν, &c. Cod. Reg. 2. ἀνήχθη, reliqua ut Colbertinus habet. Codinus fere eadem diverſis verbis. Et hæc quidem ſatis conveniunt cum iis quæ in hanc rem habent Scriptores fide digni: ſic Sozomenus lib. VII. cap. XXI. de Theodoſio & Præcurſoris capite: Περιβαλὼν τῇ ἁλουργίδι τὴν θήκην, ἐν ᾗ ἔκειτο, ἔχων ἐπανῆλθε, καὶ πρὸ τοῦ ἄστεος Κωνσταντινουπόλεως ἔθετο ἐν τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ, μέγιστον καὶ περικαλλέστατον τῷ Θεῷ ἐνθάδε ναὸν ἐγείρας. Purpura ſua thecam, in qua jacebat caput involvens, reverſus eſt, & ante urbem Conſtantinopolitanam depoſuit, ædificato ibidem in honorem Dei ampliſſimo pulcherrimoque templo. Hinc apparet Hebdomum tunc extra Urbem extitiſſe. Ubi vero repertum ſit caput D. Præcurſoris, & quo tempore illatum in Eccleſiam ejuſdem nominis prodit auctor Chronici Alexandrini ad an. XII. Theodoſii pag. 305. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Θεοδόσιος Αὔγουστος ἄρας τὴν κεφαλὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ παρά τινι γυναικὶ Μακεδονιανῇ, ἐν Κυζίκῳ διαγούσῃ, ταύτην ἀνακομισάμενος, καὶ ἐν Χαλκηδόνι τέως ἀποθέμενος, πανευτελῶς ἐκ βάθρων οἶκον οἰκοδομήσας ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἁγίου, ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ Κωνσταντινουπόλεως, ἐν αὐτῷ τὴν τιμίαν κεφαλὴν τοῦ Βαπτιστοῦ κατέθετο μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ιβ. Καλανδῶν Μαρτίων. His Coſſ. Theodoſius Auguſtus cum Sancti Joannis Baptiſtæ caput apud quandam feminam Macedonicam, Cyzici degentem, inveniſſet, allatam, Chalcedone primum depoſuit, atque a fundamentis in Hebdomo Conſtantinopoleos excitata in illius nomen æde ſacra, in ea venerandum Baptiſtæ caput depoſuit, menſe Februario XII. Kalend. Martias. Ex his apparet caput Præcurſoris non primum in templum S. Joannis Evangeliſtæ illatum; ſed ſtatim Chalcedone depoſitum, deinde in ædem, quam in ejus honorem ædificavit Theodoſius M. in Hebdomo illatum. Sed quam dubia ſint omnia nemo non videt, ſiquidem triplicis Inventionis hujus ſacri Capitis mentio occurrit apud Scriptores. Prima hæc eſt, ſub Theodoſio M. de qua Sozomenus & Auctor Chronici Alexandrini, loquuntur, necnon Originum CP. Scriptores; altera quæ Marciano imperante contigit, cujus meminit idem Scriptor Chronici Alexandrini ad annum 551. ejuſdem Imperatoris. Tertia quæ Comanis, unde Conſtantinopolim translatum nugantur Græculi. Vide quid de hac re Ducangius in Tractatu de triplici hujus ſacri capitis Inventione. Cæterum hoc templum Præcurſoris a Scriptoribus paſſim appellari Hebdomum tantum ſupra monuimus cum de æde S. Joannis Evangeliſtæ. Vide quæ Gyllius de hac ſacra æde narrat lib. IV. cap. IV.

Edit. Pariſ. pag. 727.

Ὁ δὲ μάγιστρος Ῥουφῖνος) Sic uterque Codex Regius. In Cod. Colbert. hæc deſiderantur. Codinus vero habet; ἀνακαινίσας τὸ μαγίστρου Ῥουφίνου ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ Προδρόμου. Rufini autem Magiſtri officiorum ſub Theodoſio Magno, qui etiam Conſul fuit an. CCCXCII. meminere S. Ambroſius, Zoſimus, Theodoretus; quin & in Codice Theod. crebra hujus mentio occurrit. Cæterum hanc ædem Præcurſoris in Hebdomo excitatam fuiſſe, ſeu potius reſtitutam a Juſtiniano ſcribit Procopius lib. I. de Ædif. cap. VIII. additque eam omnino ſimilem fuiſſe ſtructura & forma ædi ſancti Michaelis in Anaplo, quam pluribus deſcribit, excepto quod hæc ædes Præcurſoris non erat maritima. Hanc vero poſtmodum renovatam fuiſſe a Baſilio Macedone ſupra demonſtravimus ex Porphyrogenito in ejus vita, cum de æde ſancti Joannis Evangeliſtæ, cui proxima fuit. Quod vero ad ſitum hujus ædis Præcurſoris necnon prædictæ S. Joannis Evangeliſtæ attinet, certum quidem eſt ab origine extra urbem extitiſſe, ſi vera perhibent paulo ſuperius laudati Scriptores & Anonymus noſter qui in præſens de Monaſteriis extra urbem agit, uti ſupra monuimus; at ſubſequenti tempore intra muros incluſas fuiſſe, uti & plurima alia ædificia, quæ olim extra erant.

Περὶ τῆς Πηγῆς) Titulus in Codice Colbertino Περὶ τοῦ ναοῦ τῆς Πηγῆς, deinde a linea, ut Codd. Regii τὴν δὲ Πηγὴν, &c. niſi quod in Reg. 2. corrupte ſcribitur Ἰουστῖνος ὁ μέγας pro Ἰουστινιανός. Ex dictis vero apparet Eccleſiam hanc Deiparæ quæ erat ad Fontem, *Fontem* tantum appellatam fuiſſe, quemadmodum & ædem Præcurſoris in Hebdomo, *Hebdomum* paſſim nuncupatam fuiſſe ſupra demonſtravimus.

Εἰς τὴν Θρᾴκην) Nimirum ad Portam auream, uno ferme ab Urbe ſtadio ædificata fuit hæc ædes Deiparæ ad Fontem ſeu Fontis, unde Græcis recentioribus Fons, qui etiamnum intereſt Χρυσοπηγὴ dicitur, auctor eſt Petrus Gyllius lib. IV. cap. VIII.

Ὅπως ἐθεράπευσε μαμμή) Hoc Oratorium Deiparæ dicatum conditum fuiſſe a Leone M. in miraculi memoriam, quod in cæco Deus operatus eſt, poſtquam hujus fontis aqua oculos perfudiſſet; rem totam pluribus narrat Nicephorus Calliſti lib. XV. cap. XV. 159.

Ὁ φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων) Hæc ad literam interpretari ſumus *cuſtos imperialis pecuniæ*. At qui Genico, hoc eſt, Ærario publico præerat Comes ſacrarum largitionum dicebatur; qui vero Idico Comes rerum privatarum. Sic Theodoritus lib. III. cap. XI. ut Felicem Comitem ſacrarum largitionum fuiſſe oſtendat ταμίας τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, ita Helpidium Comitem rerum privatarum τῶν ἰδίων τῶν βασιλικῶν χρημάτων τε καὶ κτημάτων τὴν ἡγεμονίαν habuiſſe ait. Sed de Genico & Idico pluribus lib. I. pag. 459.

pag. 728.

Εκτισεν αὐτὰς) Structuram hujus ædis Deiparæ ad Fontem attribaunt Juſtiniano prætar Originam CP. Scripeores etiam Procopias lib. I. de Ædif. cap. III. Zonaras, Cedrenus qui in annum XXXIII. ejuſdem Auguſti, Chriſti DLIX. hoc rejicit. Hujus vero encænia XX. Julii celebrari docemur ex Menologio Sirleti. Nicephorus autem Caliſti lib. XV cap. XXVI. ejus elegantiam plurimis deſcribit, & forma quadrata eam fuiſſe ait, in cujus media parte fontem Inclusum fuiſſe, eadem forma perhibet, ad quem gradibus marmoreis XXV. patebat deſcenſus. Deinde fontis & aquarum qualitatem multis deſcribit idem Nicephorus, qui præterea, ut ipſemet teſtatur eodem loco, Commentarium conſcripſiſe de Miraculis ad Fontem editis qui in Bibliotheca Vaticana extare dicitur, & in Diatriba de Symeonibus hujus titulum protulit Leo Allatius: Λόγος, ἐξαπλῶν τὰ περὶ τῆς συστάσεως τῆς σεβασμίας οἴκου τῆς ὑπεράγνου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τῆς ζωοδόχου πηγῆς. ἔτι δὲ καὶ τινα τῶν ἐν αὐτῇ τελεσθέντων ὑπερφυῶν θαυμάτων κατὰ μέρος διηγοῦν, ἀφ' οὗ ταύτης μέχρι τοῦ νῦν. Quæ vero attinent ad hujus loci amœnitatem ac cæteras ejus partes pluribus agit Ducangius CP. Chriſt. lib. IV. pag. 172. E. R. & ſeqq. ubi de Palatio Pegano, quod ad hanc ædem primus condidit Baſilius Macedo, necnon pagg. 183. & 184. ejuſdem libri. De hoc Palatio Pegano a Baſilio Macedone condito agit Anonymus noſter infra n. 164.

Εκ τῶν περισσευμάτων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας) Ita Cod. Reg. 1. & Colbert. In Cod. Reg. 2. & Codino ſubjungitur; ὑπὸ σπουδῆς δὲ συμπτωθεὶς ἀνῳκοδόμησεν αὐτὸν Εἰρήνη τῆς Ἀθηναίας, ἔχων ὁ ναὸς, ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ἕως τῆς Ἀθηναίας Εἰρήνης ἔτη διακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτά. At errant in computandis annis, ut nemo non videt; nam ab anno DLIX. in quem hujus ædis ſtructuram rejicere Cedrenum ſupra monuimus, ad annum DCCCII. quo in ordinem redacta eſt Irene Athenienſis a Nicephoro Generali, intercedunt anni tantum CCXLIII. Certum tamen eſt, hanc ædem a Baſilio Macedone, pulchriorem in formam renovatam fuiſſe; auctor eſt Porphyrogenitus in ejus vita cap. LIV. pag. 140. editionis Allatianæ: Καὶ τὸν ἐν τῇ Πηγῇ δὲ τῆς Θεομήτορος θεῖον ναὸν διαπτωθέντα, καὶ τὸ ἀρχαῖον ἀποβαλόντα κάλλος ἀνενεώσατό τε, καὶ ὑπερλάμποντα μᾶλλον, ἤπερ τὸ πρότερον, ἔδειξεν. *Deiparæ quoque ſacram ædem ad Fontem, conquaſſatam, ſuaque orbatam pulchritudine, renovavit, & multo quam antea ſplendidiorem effecit.* Quod vero in hanc rem habet Scylitzes ex eodem Porphyrogenito hauſit. Cæterum hanc ædem extitiſſe Monaſterium virorum ſtatim ſub ipſo Juſtiniano, quin & antea cum parvum ibi eſſet Oratorium inquit Anonymus noſter, ὅτε εὐκτήριον μικρόν, καὶ ἕως καθεζομένου μοναχοῦ; deinde vero in Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena act. 1. ſubſcripſit Zeno ἡγούμενος μονῆς τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν τῇ Πηγῇ: & Anna Comnena lib. V. cap. 95. E. R. ſcribit, Italum quemdam ab hæretica pravitate recedentem in hoc Monaſterium ſeceſſiſſe. Ad hanc autem ipſam ædem fiebat proceſſio Imperatoria die Aſcenſionis Dominicæ, teſtis eſt Leo Diaconus lib. IV. hiſt. MS. ἐφίστατο δὲ καὶ ἡ τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψις, καὶ τὸ εἰθισμένον, ἔξω τειχῶν, ἐπὶ τὴν καλουμένην Πηγὴν, πομπεύοντος τοῦ Βασιλέως. ναὸς δὲ ταύτῃ περικαλλὴς τῇ Θεοτόκῳ δεδόμηται, &c. Ejuſdem προελεύσεως εἰς Πηγὰς meminit Luithprandus in Legatione: *His ergo tribus Hebdomadibus habuit Nicephorus extra Conſtantinopolim metaſtaſim, id eſt ſtationem in loco qui dicitur εἰς Πηγὰς, id eſt ad Fontes, eodemque me venire præcepit.*

Τὰ Πηγαδίου ἡ μονὴ) Ita habet & Cod. Colbertinus; Codex vero Reg. 2. Τὰ Πηγαδίου ἐκτίσθη παρὰ Πηγαδίου κατοικοῦντος ἐν τοῖς χρόνοις Εἰρήνης Ἀθηναίας. Eadem diverſis verbis habet & Codinus. Hujus Monaſterii τὰ Πηγάδια nuncupati meminit Leo Grammaticus in Leone Philoſopho, qui Caſamaium proditionis convictum in hoc Monaſterium detruſum fuiſſe ſcribit.

160. Εν τοῖς χρόνοις Εἰρήνης, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. Corrupte in Reg. 1. ſcribitur, ἐν ταῖς κώμαις; in Cod. vero Colbertino, παρὰ Πηγαδίου κατοικοῦντος κύκλωθεν ἀνδρός: reliqua deſunt. *Edit. Pariſ. pag. 729.*

Τὰ Ἀρμαμενταρέου ἡ μονὴ) Varie hæc in MSS. leguntur; Cod. Colbertinus, Τὰ Ἀρμενταρέας ἡ μονὴ, ὁ ἅγιος Παντελεήμων, reliqua eadem ac in noſtro. Codinus, τὰ δὲ Ἀρμαμέντα ἡ μονὴ, ἤγουν ὁ ἅγιος Παντελεήμων, ἀπείλῃ μὲν ὁ Μαυρίκιος ἀρμαμενταρεῖον αὐτὸ ἔκτισε: reliqua non abſimilia a laudatis Codd. Cod. vero Reg. 2. a cæteris omnibus diſcrepat, nam hoc Monaſterium ſancti Panteleemonis τὰ Ἀρμαμενταρέας dictum antea fuiſſe ædem Armamenti Patricii ait: Ὅτι τὰ Ἀρμαμενταρέας ἡ μονὴ ὁ ἅγιος Παντελεήμων, πρῶτον οἶκος πατρικίου Ἀρμαμέντου ἦν: in reliquis cum aliis convenit. Quid vero dicatur Græcis recentioribus Ἀρμαμενταρέον & Ἀρμαμέντον vide Suidam eodem v. & Ducangii Gloſſ. Armamenta autem ſeu Armamentaria plura extitiſſe in urbe patet ex Scriptoribus Byzantinis; hujus vero Armamenti quod Originum CP. Scriptores adſcribunt Mauricio Imperatori meminit & Theophanes, qui illud ab eodem Auguſto anno XIV. ad Magnauram extructam perhibet: Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἔκτισεν ὁ Βασιλεὺς τὸ ἡλιακὸν τῆς Μαγναύρας, καὶ ἔστησεν ἐν τῷ μονοκίονι τὴν ἰδίαν στήλην, καὶ ἀπέθετο ἐκεῖ τὸ ἀρμαμέντον. *Eodem anno ſolarium Magnauræ condidit Imperator, ſuamque ſtatuam in atrio erexit, ibidemque poſuit Armamentum ſeu Armamentarium.* Eadem ex Theophane habet & Cedrenus in Mauricio p. 398. E. R. At laudatus Cedrenus ſecum ipſe pugnat; nam p. 405. E. R. in Phoca, eidem Auguſto ſtructuram Armamentarii adſcribit: Ὁ δὲ αὐτὸς Φωκᾶς κτίζει Ἀρμαμέντον τὸ πλησίον τῆς Μαγναύρας, στήσας τὴν στήλην ἐπάνω αὐτοῦ. *Idem Phocas Armamentarium extruxit Magnauræ propinquum, ſtatua ſupra id collocata.* Phocæ item attribuit & Chronicon MS. Georgii Hamartoli: Ὁ αὐτὸς Φωκᾶς ἔκτισεν Ἀρμαμέντον ὂν τὸ πλησίον τοῦ Παλατίου τῆς Μαγναύρας, καὶ κτίσας τὸν κίονα κτιστὸν, καὶ τὴν στήλην αὐτοῦ ἀνέστησεν. De hac Phocæ ſtatua quæ in Armamento ſeu Armamentario columnæ impoſita erat, loquitur Anonymus noſter ſupra n. 65. ſed pluribus Chronographus noſter pag. 297. qui pone Magnauram ad Orientalem partem ſublimis Solarii eam extitiſſe perhibet. Vide quæ de eadem re ibidem a nobis adnotata ſunt. Quod vero ait Anonymus noſter & ex eo cæteri Originum CP. Scriptores, Armamentum ſeu Armamentarium hoc a Mauricio extructum poſt annos ducentos quadraginta & octo a Theodora Theophili uxore in Monaſterium mutatum fuiſſe, ac multis poſſeſſionibus ditatum, tempus optime quadrat, nam ab anno XIV. imperii Mauricii, quo ædificatum ab eodem Auguſto Armamentarium ſcribit Theophanes, uti ſupra monuimus, ad annum Chriſti 843. quo jam a duobus annis circiter Theodora una cum Michaele filio rempublicam adminiſtrabat, intercedunt anni ducenti quadraginta & octo. Et licet Monaſterii S. Panteleemonis cognomine Armentarii nulla mentio apud reliquos Scriptores præter laudatos Originum occurrat, loquitur tamen Porphyrogenitus in avi vita cap. XLII. pag. 49. E. R. de loco τοῦ Ἀρμαμενταρέας dicto: ubi Scylitzes rem ipſam narrans, εἰς τὸν Ἀρμαμέντον trajeciſſe Imperatorem ſcribit: qui quidem locus extra urbem fuit. Sic Porphyrogenitus: Φιλοθήρου δὲ τοῦ βασιλέως τυγχάνοντος, ὁ πάλιν μετ' ὀλίγας κυνηγεσίου τε χάριν, καὶ μετρίου περιπάτου, κατὰ τὸν τοῦ Ἀρμαμενταρέας λεγόμενον τόπον περάσαντος. *Porro Imperator, venandi ſtudioſus cum eſſet, rurſus poſt non multos dies, venationis cauſa, moderatæque obambulationis, ad Armamentarium, locum ita nuncupant, trajecit.* Perperam hic Allatius περάσαντος interpretatur *proceſſit*, *trajecit* potius; locus quippe erat trans fretum; ſic habet & Cedrenus pag. 564. E. R. περάσαντος δέ ποτε τοῦ βασιλέως χάριν κυνηγεσίου πάλιν εἰς τὸν Ἀρμαμέντα, ubi puto legendum eſſe pro πάλιν εἰς τὸν Ἀρμαμέντα, εἰς τὸν παλαιὸν ἀρμαμέντα; nam nullibi antea de Armamento loquitur. Ita quidem habet & Pachymeres lib. II. Hiſtoriæ Andronici pag. 91. E. R. ubi narrat, Joannem

Edit. Pariſ. pag. 730. nem Tarchaniotam ducem Partis Arſenianorum in loco prope Palatium Blachernianum, qui erat olim Armamentarium, in libera cuſtodia poſitum fuiſſe: *Καὶ τὸν πλησίον τῆς τῶν Βλαχερνῶν Παλατίου, ἐν τῷ πάλαι ἁρματοφυλακίῳ ἐν ἀδεσμῷ φυλακῇ κατεῖχε.* Unde apparet hoc Armamentarium de quo agunt laudati Hiſtorici haud diverſum fuiſſe ab eo, quod Mauricium extruxiſſe tradunt, præter Originum CP. Scriptores, etiam Theoph. & Cedrenus citatis locis; ſiquidem Palatium Magnauræ non procul a Blachernis ſtetit, uti ſuo loco demonſtravimus. Cæterum num ab hoc Monaſterio ſancti Pantaleemonis cognomine Armamentarii Pons vicinus, qui Barbyſæ flumini imminebat, appellationem ſancti Pantaleemonis ſumpſerit, an vero ab illa æde in Promontorio exiſtente, quam a Juſtiniano reſtitutam fuiſſe ſcribit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. IX. neſcitur. Sed de hac re ſupra ubi de Æde ejuſdem Sancti.

Τὰ δὲ Καστέλλιον ἐποίησε) Ita uterque Codex Regius ac Colbert. Codinus vero diverſa verbis hæc habet: *Τὸ δὲ καστέλλιον Τιβέριος ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς, ὁ πένθερος Μαυρικίου, διὰ τὸ μὴ περᾶν τὸν τότε αὐτὸν Χάγανον τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας. ἐκεῖσε γὰρ τὰ πλοῖα ἔμελλε κατακλεῖσαι καὶ ἐχώρισεν αὐτὰ ἐκεῖσε.* Quid autem ſit Καστέλλιον Græcis recentioribus vide Gloſſ. Ducangii eodem v.

Διὰ τὸ ἐλθεῖν Χάγανον, &c.) At nulla Bulgarorum impreſſio in partes Thraciæ, Tiberio imperante facta eſt, qui ipſe Perſas duobus præliis domuit. Anno vero 11. imperii Mauricii Abarum Chaganus fracto fœdere Sclavinorum gentem ad Thraciam invadendam armis inſtruxit: quæ quidem uſque ad murum longum progreſſa magnam ſtragem captivitatemque ſubditis induxit; ſed poſtmodum Commentiolus Romanorum Dux hoſtes adortus prædam recepit, inſigni potitus victoria, auctor eſt Theophanes pag. 215. E. R. & ab eo Cedren. p. 395. E. R. *Χάγανος* vero dicebatur Rex ſeu Princeps Abarum, Hunnorum, Chazarorum, & aliarum vicinarum gentium, vide Conſtantinum Porphyrogenitum de Adm. Imp. Cæterum putat Ducangius Caſtellum hoc haud diverſum fuiſſe a Caſtello Theodoſianarum in Hebdomo, cujus meminit Theophanes anno VIII. Phocæ; ubi ait Phocam præcepiſſe Macrobium Scribonem *τοξευθῆναι εἰς τὸ ἀγράριον, καὶ εἰς τὸ καστέλλιον τῶν Θεοδοσιανῶν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ κρεμασθῆναι εἰς τὸ κοντάριον ὅπου γυμνάζονται οἱ τίρωνες, ἐπιποθοῦντα ὡς συνειδότα τῇ ἐπιβουλῇ αὐτοῦ. Sagittis confodi in cymba, & in Theodoſianarum caſtello in Hebdomo ſuſpendi ad contum ſeu haſtam ad quam exercentur tyrones, & mortem appetere, tanquam initæ in ſe conjurationis conſcium.* Quid καστέλλιον Græcis recentioribus vide Gloſſ. Ducangii eodem v.

Ὅτι τὰ Ἱερίου πέραν &c.) Ita ex Cod. Colbertino. Corrupte legitur in Cod. Reg. 1. *Ὅτι τὰ Ἱερίου πέραν, ἱερέως τινὸς ἵστατο στήλη τὸ ὄνομα Ἱρις, διὰ τὸ*, &c. Cod. Reg. 2. eadem habet quæ Colbertinus, niſi quod pro Ἡρίου habet Γηρίου. At Ἡρία ſcribendum eſſe ſequentia ſuadent. Ἡρίον, inquit, dicebatur etiam, *διὰ τὸ τὰ μνήματα πολλὰ εἶναι. ἐκεῖσε γὰρ ἐθάπτοντο οἱ νεκροὶ τῆς πόλεως.* Sic etiam in Epimeriſmis MSS. Herodiani, ἠρίον, τὸ μνημεῖον eſſe dicitur. Porticus vero Eccleſiæ Apoſtolorum Conſtantinopoli, in qua humabantur Imperatores appellatur paſſim a Scriptoribus Byzantinis Ἡρῷον. At de hujus nominis origine pluribus agimus infra cum de Palatio Hierii. Cæterum duobus modis locum iſtum interpretari poſſumus, vel, tanquam ſcriptum eſſet Ὅτι εἰς τὰ Ἱερίου, &c. quo modo loquendi ſæpe alias etiam uti Anonymum noſtrum ſupra monuimus. Et hanc lectionem in noſtra verſione ſecuti ſumus. Aliter, *Ὅτι τὰ Ἱερία πέραν ὄντα ἐκλήθη, διότι ἐκεῖσε ἱερέως τινὸς ἵστατο στήλη τοὔνομα Ἱρις, Locus Hierii trans fretum, ita appellatus eſt, quoniam ibidem Sacerdotis cujuſdam colebatur ſtatua, nomine Iras.*

Ἐκεῖσε γὰρ ἐθάπτοντο οἱ νεκροὶ τῆς πόλεως) Codinus ſcribit, ibi ſepultos fuiſſe cives antequam conderetur cœmeterium S. Lucæ: *Περὶ δὲ τῆς Ἡρίου λέγεται, ὅτι οἱ ἀποθνήσκοντες τῆς πόλεως, πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν ἅγιον Λουκᾶν, ἐκεῖσε ἐθάπτοντο.* Excerpta quædam Hiſtorica in Cod. Reg. MS. n. MMXXIII. *pag. 731.* fol. 97. *Ὅτι τὸ τῆς Χαλκηδόνος ἀκρωτήριον τὸ καλούμενον Ἡρίον καὶ ὃν καὶ λεγόμενον· ταφεῖον γὰρ ἦν τῆς παλαιᾶς τῆς πόλεως Χαλκηδόνος*, &c. Sed de hac re ac de Hierii ſitu infra tractabimus, ubi de Palatio ejuſdem nominis.

Τὸν δὲ ναὸν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε) Templum hoc a Conſtantino magno extructum S. Georgio fuiſſe ſacrum ſcribit Codinus. 161.

Εἶθ' οὗτος ἐχειροτόνησε τὸν Στάχυν) Cod. Colbertinus habet, *ἀφ' οὗ αὐτὸς ἐχειροτόνησε τὸν Στάχυν, εἰς τὸν ἅγιον Εἰρηναῖον.* Codinus addit, *τὰ Γαλάτου πέραν*, & ſubſequenti capiti adnectit, *ἐκλήθη δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ Γαλάτου*, &c. Sanctum vero Stachym ordinatum fuiſſe Epiſcopum Byzantinum a S. Andrea Apoſtolo & in Epiſcopatu ſexdecim annos vixiſſe ſcribit & Nicephorus Patriarcha CP. pag. 412. editionis Regiæ: *Ἀνδρέας ὁ Ἀπόστολος ἐν Βυζαντίῳ κηρύξας, εὐκτήριον οἶκον πέραν ἐν Ἀργυροπόλει δειμάμενος, χειροτονεῖ ἐπίσκοπον τῆς αὐτῆς πόλεως Στάχυν, οὗ μέμνηται ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ. Στάχυς ὁ αὐτὸς ἔτη ις'. Andreas Apoſtolus, cum Byzantii prædicaret, Oratorium Argyropoli trans portum extruxit, & ejus urbis Epiſcopum ordinavit Stachym, cujus meminit Paulus in Epiſtola ad Romanos. Stachys idem annis* XVI. Vide quid de hac ipſa re Martyrologium & Menæa Græcorum die 31. Octobris & 30. Novembris.

Ἡ ἁγία Εἰρήνη τὰ Γαλάτου) Cod. Reg. 2. & Colbertinus *τὰ Γαλάτου* habent, ac præcedenti capiti jungunt, uti paulo ſuperius monuimus, deinde ſic a linea, *τὰ δὲ Γαλάτου ἐκλήθη*, &c Quæ vero Anonymus noſter ac reliqui Originum CP. Scriptores tradunt de hujus nominis origine æque inepta ſunt, ac futilis eorum ſententia qui Galatam inde dici volunt quod olim ibi lac venderetur, aut mulgeretur; ſive a trajectione Galatarum, aut Gallorum, duce Brenno, uti Gyllius nugatur. Certum tamen eſt Regionem tertiam decimam, quæ ſequenti tempore Galata dicebatur, & nunc Pera appellatur, ab origine Sycænam proprio vocabulo nuncupatam fuiſſe, ſeu Sycarum, quæ poſtmodum Sycæ Juſtinianeæ dictæ ſunt. Sic etiam & ædes ſanctæ Irenes, quæ Anonymo noſtro dicitur τὰ Γαλάτου, & aliis τὰ Γαλάτου, Theophani ad XXV. ann. Juſtiniani appellatur Sycæna ſeu in Sycis *Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος ιε'. γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Εἰρήνης πέραν ἐν Συκαῖς, καὶ ἐξῆλθον τὰ ἅγια λείψανα ἐκ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας μετὰ τῶν δύο Πατριαρχῶν Μηνᾶ τοῦ ΚΠ. καὶ Ἀπολιναρίου τοῦ Ἀλεξανδρείας. καὶ ἐκάθισαν ἀμφότεροι ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, κατέχοντες ἐν τοῖς γόνασιν αὐτῶν τὰ ἅγια λείψανα. καὶ ἦλθον ἕως τοῦ περάματος, καὶ ἐπέρασαν, καὶ ὑπήντησεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, καὶ ἤνοιξαν τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν τῆς ἁγίας μάρτυρος Εἰρήνης. Hoc anno menſe Septembri Indictione* XV. *facta ſunt encænia ædis ſanctæ Irenes in Sycis trans portum, & ſanctæ Reliquiæ ex Magna Eccleſia proceſſere cum duobus Patriarchis, Mena Conſtantinopolitano & Apollinario Alexandrino. Conſedere vero ii in imperatorio curru, ſanctas Reliquias genibus deferentes & revera uſque ad trajectionis locum, quibus trajicientibus portum occurrit ille Imperator, & ipſam S. Irenes Eccleſiam aperuere.*

Ἦλθε δὲ ὁ ἅγιος Ἀνδρέας) Hæc diverſis verbis a Codino narrantur.

Εἰς τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιάν) De hac Eccleſia ſanctæ Irenes veteri loquitur Anonymus noſter lib. 51. ubi vide quæ adnotavimus.

Τὸ λεγόμενον Κερατεμβόλιον) Ita & Cod. Colbertinus. Regius vero 2. *Εἶθ' οὕτως ἦλθεν εἰς τὰ Ἰούδου εἰς τὰ λεγόμενον τὸ Κερατέμβολον, καὶ ἐδίδασκεν, εἴρηται δὲ οὕτως ὁ ἔμβολος διότι κεραμεῖα χαλκᾶ ἦν ἐκεῖσε*, &c. Codinus autem, *μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν εἰς τὸ νεώριον, εἰς τὸ καλούμενον Κερατέμβολον, καὶ ἐδίδασκε κηρύσσων. ἐκλήθη δὲ οὕτως ὁ τοιοῦτος ἔμβολος*, & reliqua etiam diverſa verbis a Codino narrantur. Sed perin-

de abſurda ſunt, quæ de hac porticu, ac ſtatua referunt Græculi, atque ea quæ de Veria ſtatua;
Edit. Pariſ. Pag. 732. ad quam item de mulierum pudicitia experimentum fiebat, perhibent iidem nugaces Græculi, ideo
162. miſſa hæc facimus.

Εκαύσε ἀναρχόμενος) Ita ex Cod. Reg. 2. Corrupte legitur in Reg. 1. ἐκαύσε ἀνερχόμενος καὶ ὀργιζόμενος, &c.

Τὸ δὲ ἅγιον Μάμαντα) De conditore ædis ſancti Mamantis, ac ejuſdem ſitu egimus ſupra nu. 152.

Διότι ἐνεπυρίζετο ἡ πόλις) Hoc incendium incidit ſecundum Chronicon Alexandrinum in annum XII. Imperii Leonis, qui poſt Chriſtum eſt 469. vel, ut alii volunt, 468. Zenone & Marciano Coſſ. Τούτῳ τῷ ἔτει, ἐγένετο ἐμπρησμὸς μέγας ἐν Κωνσταντινουπόλει, οἷος οὐδέποτε. ἀπὸ γὰρ τῆς θαλάσσης ἕως θαλάσσης. ἐκφοβηθεὶς Λέων ὁ βασιλεὺς ἐξῆλθε πέραν εἰς τὸν Ἅγιον Μάμαντα, καὶ ἐποίησεν ἐκεῖ λιμένα καὶ ἔμβολον, ὅστις οὕτω καλεῖται ὁ τόπος, Νέος ἔμβολος. *Eodem anno, tantum Conſtantinopoli extitit incendium, quantum ante nunquam: conflagravit enim civitas a mari uſque ad mare. Territus ergo Leo Imperator contulit ſe verſus Fretum ad ſanctum Mamantem, fecitque ibi Portum & Porticum, qui quidem locus vocatur Nova porticus.* Sed aliud videtur incendium, quod Evagrius deſcribit lib. II. cap. XIII. de quo præterea Theodorus Lector Eccl. I.

Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Λεωμάκελλος, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. In Reg. 1. & Colbertino ſcribitur καὶ ἐλθὼν, &c.

Εκτισεν αὐτά, &c.) Scilicet, *Palatia, Portum ac dictum templum ædificavit*. Μόλος & Μῶλος, & Μῶλος Græcis recentioribus dicitur *Portus*: vide Ducangii Gloſſ. eodem v. Cod. Colbertinus habet, ἔκτισεν αὐτὸν καὶ ἔμβολον ἐποίησε, καὶ τὸν ναὸν ἀνήγειρε. Cod. Reg. 2. ἔκτισεν ἐκεῖσε παλάτια καὶ ἔμβολον καὶ τὸν ναόν. Codinus vero hæc omnia diverſis verbis refert. At Leonem Imperatorem præter Palatia ibi etiam Portum extruxiſſe teſtatur & Auctor Chro-
163. nici Alexandrini loco paulo ſuperius laudato.

Εἶθ' οὕτως ἔβρεξε κόνιν) Cod. Reg. 2. εἶθ' οὕτως ἔβρεξεν ἐπ' αὐτὴν σπιθαμὴν τὸ πάχος. Cod. Colbertinus, εἶθ' οὕτως ἔβρεξεν ἐπ' αὐτὴν κόνιν ἄνωθεν τῆς κεραμίδος σπιθαμὴν τὸ πάχος. Codinus vero hæc omnino diverſa habet: Λέγεται δὲ, ὅτι ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ ἐμπρησμοῦ, καὶ χειμὼν γέγονε, οἷος οὐκ ἐγένετο ἄλλοτε ποτέ· ἀλλὰ καὶ κόνιν ἄνωθεν ἔβρεξεν, ὡς κεῖσθαι ἐν τοῖς κεράμοις μέχρι σπιθαμῆς. ὅτε δὴ καὶ ὁ ἅγιος Δανιὴλ ἐν τῷ Ανάπλῳ. Hanc portentoſam cinerum pluviam incidiſſe in annum XII. Imperii Leonis 21. Novembr. ſcribunt Auctor Chronici Alexandrini & Cedrenus. Theophanes id ad annum XVII. Leonis remittit. De eadem re loquitur & Theodorus Lector Ecl. I. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἡ κόνις κατῆλθε μηνὶ Νοεμβρίῳ συμπεσοῦσα τῶν νεφῶν φανεῖσα τοῦ ἐν οὐρανῷ πρότερον, ὡς πάντας τοὺς ὁρῶντας λέγειν πῦρ ἄνωθεν κατενεχθῆναι. Marcellinus vero Comes Veſuvianum cinerem fuiſſe ſcribit, idque ad Indict. X. refert his verbis: *Veſuvius mons Campaniæ torridus inteſtinis ignibus æſtuans exuſta evomit viſcera, nocturniſque in die tenebris incumbentibus, omnem Europæ faciem minuto contexit pulvere. Hujus metuendi memoriam cineris Byzantii annue celebrant VIII. Idus Novemb.* De Veſuviano cinere loquitur & Procopius libr. II. de bello Gothico cap. IV.

Εκτισε δὲ καὶ Ιπποδρόμιον) Putat Ducangius hunc Circum haud diverſum eſſe a Xylocirco, quem Conſtantinus Magnus priuſquam Byzantium adornaſſet, aſſeribus & lignis compactum extra urbem ſtatuerat, ut auctor eſt Sozomenus lib. VIII. cap. XXII. & deinde a Leone Macella ex ligneo lapideum factum fuiſſe. Quod vero ait Anonymus noſter in hoc Circo Michaelem Theophili filium a Baſilio occiſum fuiſſe, id etiam licet ab aliis Scriptoribus confirmetur; attamen fide dignior videtur Porphyrogenitus in Avi vita, qui Michaelem in hujus Palatii cubiculo, vino ſopitum a Baſilio obtruncatum fuiſſe ſcribit. Sed de hac re pluribus ſupra.

Ιστατο γέφυρα μεγάλη) Scilicet ad Barbyſam fluvium ſtabat hic pons, quem a Juſtiniano conditum teſtatur auctor Chronici Alexandrini: ἐκτίσθη δὲ ἡ γέφυρα, δι' ἧς διαβαίνει πᾶς ὁ βουλόμενος ἀπὸ τῆς ἀναπλοΐου Αντιπέρα εἰς τὴν Εὐδαίμονα. *Excitavit au-* pag. 733.
tem Pontem, per quem ex Antipera, in Felicem urbem quivis trajicere poteſt. Vide quæ de hoc Ponte habent Ducangius CP. Chriſt. libr. IV. pag 179. E. R. & Gyllius lib. IV. cap. VI.

Ενθα καὶ Δρυΐναι ἵστατο, &c.) Eadem refert Chro- 164.
nographus noſter nu. 246. & Svidas v. Μάμας, ſed depravata ſunt ab interprete, uti reliqua fere omnia quæ ad monumenta CP. pertinent. Verum hic non eſt opus multis, cum res fabuloſæ & nullius ſint momenti.

Τὰ δὲ ζευκτὰ κιόνια) Ita ex Cod. Colbert. niſi quod habet, καὶ ὁ Ρωμανὸς ὁ γέρων ἤγειρεν αὐτόν. Cod. Reg. 2. τὰ δὲ ζευκτὰ κιόνια εἶχον ἐπάνω τοὺς σταυρούς. ὁ δὲ Ρωμανὸς ὁ γέρων ἀνήγειρεν αὐτά. Codinus vero diverſa etiam habet, τὰ δὲ ζευκτὰ κιόνια παρὰ Ρωμανοῦ τοῦ γέροντος ἀνηγέρθησαν, καὶ εἶχον τοὺς τιμίους σταυρούς. Locus ita dictus Conſtantinopoli, ſed qua urbis in parte extiterit non liquet.

Τὸν δὲ Ὅσιω) Eadem habet & Cod. Colbertinus; Cod. vero Reg. 2. & Codinus omnino diverſa, vide pag. 58. nu. 122. Monaſterii autem ſuburbani ἐν Οσίαις dicti meminere Leo Grammaticus pag. 486. E. R. & Euſtathius in vita S. Eutychii Patr. CP. n. XL. Hoc vero Monaſterium Οσιω ſeu ἐν Οσίαις inde forſan nomen accepit, quod S. Oſiæ ſeu Oſſiæ ſacrum fuerit, cujus feſtum agunt Græci VIII. Novemb. ut eſt in Menologio Baſilii.

Καὶ τὸ Ορφανοτροφεῖον τοῦ ἁγίου Παύλου) De hoc Orphanotrophio Sancti Pauli a Juſtino & Sophia condito agit Anonymus noſter ſupra n. 81. ubi vide quæ adnotavimus.

Τὸν δὲ ἅγιον Φωκᾶν, &c.) Ita uterque Codex Regius, necnon Colbertinus. Codinus vero clarius. Τὸν ἅγιον Φωκᾶν τὸν εἰς Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἔκτισε. ὁμοίως καὶ τὴν Θεοτόκον ἐν τῷ φόρῳ, καὶ τὴν Νέαν εἰς τὸ παλάτιον, καὶ τὸ παλάτιον πέραν τῆς Πηγῆς. Hujus autem ædis ſancti Phocæ a Baſilio Macedone magnifice extructæ, plurimis poſſeſſionibus ditatæ, & in Monaſterium virorum converſæ, ſitum aſſignat Porphyrogenitus in ejus vita cap. LXIII. in mirum ἐν τῷ καλουμένῳ Στενῷ, quod αὐχένα τοῦ Εὐξείνου nuncupat idem Scriptor. En ejus verba: Ἐν δὲ τῷ καλουμένῳ τούτῳ Στενῷ, τὸν αὐχένα τοῦ Εὐξείνου φημὶ, τὸν τοῦ ἁγίου Φωκᾶ πάνσεπτον οἶκον θεαρέστως τε καὶ θεοφιλῶς δομησάμενος, καὶ εἰς μοναστήριον μεταβαλὼν, κτήμασί τε καὶ κτήμασι τὸν τόπον καταπλουτίσας, μοναχῶν θεοφιλῶν συναθροισάμενος, ἰατρεῖον ψυχῶν ἀπειργάσατο. *In Steno quoque, cervice ſcilicet Euxini, ſancti Phocæ ædem, venerandam admodum, pie religioſeque ab ſe ædificatam, & in Monaſterium Deo gratam converſam, necnon ſtructuris atque poſſeſſionibus abunde ditatam, cœtui piorum Monachorum, ab ſe collecto, donavit, & officinam animorum medicam eſſe deſignavit*. Scylitzes vero, qui licet ſæpe alias ex Porphyrogenito haurire ea ſolet, quæ ad res a Baſilio geſtas ſpectant, ſcribit hoc Monaſterium S. Phocæ in ſiniſtra Steni ripa conditum fuiſſe a quodam Imperatoris Cubiculario, eo loci ubi magnificum Suburbium extruxerat Arſaverus Patricius, ſub Michaele Balbo. De hac ipſa æde S. Phocæ loquuntur Continuator Theophanis lib. IV. n. VIII. & Anna Comnena pag. 241. & 293. E. R. Petrus autem Gyllius libr. 2. de Boſporo Thracio cap. 8. tradit hanc ædem etiamnum ſupereſſe atque nomen retinere. Eadem habet Leunclavius in Pand. Turc. nu. 128. Quod vero attinet ad Eccleſiam Deiparæ Novam in Palatio a Baſilico Macedone excitatam, & ad ædem ejuſdem Deiparæ in Foro Conſtantini ab eodem Imperatore conditam, vide Anonymum noſtrum ſupra n. 64. & noſtras ibidem Notas.

Καὶ τοῦ παλατίου τῆς Πηγῆς) De æde Deiparæ ad Fontem ſeu Πηγὴ agit Anonymus noſter ſupra nu. 159. Vide quæ de hoc Palatio Pegano adnotat Ducangius CP. Chriſt. lib. IV. pag. 172. E. R. & ſeqq.

Τὰς μονὰς τοῦ Δαμιανοῦ) Cod. Colbertinus τοῦ Δαμιανοῦ habet. Proceſſus facti ad Damiani Mona- 165.
ſterium τοῦ προκένσου εἰς τὰ Δαμιανοῦ meminere Leo Grammaticus, Anonymus Combefiſianus & Symeon Logotheta in Leone Philoſopho. Monaſte-

Edit. Pariſ. pag. 734. riam vero hoc appellationem ſumpſiſſe ab ejus conditore Damiano Sclavo Præpoſito cubiculi, tempore Theophili & Michaelis narrant omnes Originum Scriptores. Σὀλαβοι autem pro σκλάβοι ſæpe uſurpant Scriptores: vide Ducangii Gloſſ. eodem v.

Τὸν δὲ Ἀρχιστρατηγὸν τὸν εἰς τὸν Ἀνάπλουν) Ita ex Codino. In Codd. Regiis & Colbert. ſcribitur, τὸν δὲ Ἀνάπλουν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε. Anaplus ſiquidem ſuburbium Conſtantinopolitanum eſt, Eſtiæ prius dictum, deinde Michaelium, quod Michaelem Archangelum illic apparuiſſe credatur. Teſtis eſt Sozomenus lib. II. cap. III. qui etiam ſitum hujus loci aſſignat, nimirum ad dexteram occurrit navigantibus ex Ponto Conſtantinopolim; & diſtat ab Urbe mari iter facienti navigio quidem pergenti, circiter triginta quinque ſtadiis: terreſtri vero itinere ſinum interjacentem circumeunti, ſeptuaginta & amplius ſtadiis: atque eodem in loco Eccleſiam S. Michaelis Archangeli a Conſtantino Magno extructam perhibet idem Scriptor. En ejus verba: ἐπισημότατον δὲ μάλιστα ξένοις τε καὶ ἀστοῖς ἐξ ἐπιφανείας θείας συνωμολόγηται, τὸ ἐν ταῖς Ἑστίαις ποτὲ καλουμέναις ἐκκλησίαν. τοῦτο δὲ νῦν, ὁ τοῦ Μιχαήλ ὀνομάζουσι, ἐν δεξιᾷ καταπλέουσιν ἐκ Πόντου εἰς Κωνσταντινούπολιν. διεστὼς αὐτοῦ πλωτῆρι μὲν, ἀμφὶ τριάκοντα καὶ πέντε στάδια. ἑβδομήκοντα δὲ καὶ φασὶ, κύκλῳ περιελθόντι τὸν διὰ μέσου πορθμόν. ἔλαχε δὲ τὸ χωρίον τοῦτο τὴν νῦν κρατοῦσαν προσηγορίαν, καθότι πιστεύεται ἐνθάδε ἐπιφαίνεσθαι Μιχαὴλ τὸν θεῖον ἀρχάγγελον. Deinde narrare pergit idem Scriptor miracula quæ ibidem fiebant. Vide quæ de hoc templo S. Michaelis Archangeli in Anaplo habent Ducangius CP. Chriſt. lib. IV. cap. 187. & Petrus Gyllius lib. II. de Boſporo Thracio cap. 8. De altera vero æde S. Michaelis Archangeli a Conſtantino Magno extructa in Soſthenio, de qua in præſenti capite agit Codinus inquiens Τὸν ἀρχιστράτηγον τὸν εἰς τὸν Ἀνάπλουν, καὶ τὸ Σωσθένιον, &c. loquitur Anonymus noſter paulo infra ubi τὴν μονὴν τοῦ Σωσθενίου τὸν ἀρχιστράτηγον appellat. Vide præterea quid Abraham Ortelius v. Anaplus, & v. Eſtiæ.

Τὸν δὲ ἅγιον Ταράσιον) Diverſa hæc in Codino, Τὸν ἅγιον Ταράσιον τὴν μονὴν, λέγουσι ὅτι ὁ ἅγιος Ταράσιος ὁ πατριάρχης ἀνέκτισεν. καὶ μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐγένετο μονή. Situm hujus Monaſterii aſſignat Theophanes, qui λείψανα ejus tranſlatum ἐν τῷ στενῷ τοῦ Πόντου ſcribit, & ſepultum ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι. Eadem fere habet Ignatius Diaconus in ejus vita, niſi quod præterea ſubdit dicatum fuiſſe hoc templum omnibus Martyribus. Vide Menæa ad XXV. Februarii, & ad VIII. Martii in ſancto Theophylacto Epiſcopo Nicomedienſi.

Τὸν δὲ μονὴν τοῦ Σωσθενίου) Hanc ædem S. Michaelis Archangeli in Soſthenio conditam fuiſſe a Conſtantino Magno teſtatur & Nicephorus Calliſti lib. VII. cap. L. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Ἀνάπλῳ δὲ, ἐξ ὃ Σωσθένιον ὁ χῶρος κλῆσιν ἠμείψατο, τῷ Ἀρχαγγέλῳ Μιχαὴλ ἀνίστη δύο περιφανεῖς ναοὺς ἤγειρε, κατ' οὐδὲν τῆς ὅσα εἰς φιλοτιμίαν ἧκε βασιλικῆς λειπομένους. *Sed & in Anaplo, & in loco eo qui Soſthenium vocatur, eccleſias duas Archangelo Michaeli extruxit: in quibus ſplendide exornandis, ad Imperialem magnificentiam nihil omiſit.* Deinde vero cur Soſthenii nomen loco ei impoſitum ſit, prodit idem Scriptor, qui nomen Soſthenii antiquis etiam Græcis notum vult, eumque etymon ab ipſis Argonautis acceſſit; licet nulla iſtiuſmodi nominis apud veteres Scriptores occurrat mentio. Hanc autem ædem S. Michaelis Soſthenianam reædificavit poſtmodum Juſtinianus Magnus, ut narrat Procopius lib. I. de Ædif. cap. VIII. Sed vide quæ hac de re ſcribit Ducangius CP. Chriſt. lib. IV. pag. 187. E. R.

Τὸν χρυσοκέραμον) Ita & Cod. Colbert. Cod. Reg. a. ſic: Ἡ δὲ χρυσοκέραμος ἐκτίσθη παρὰ Ἰουστίνου καὶ Σοφίας τῆς Λαβδᾶς, ὅπου καὶ τὸ Ὀρφανοτροφεῖον τοῦ ἁγίου Παύλου ἀνήγειρε, καὶ τὸν Ὅσιον, καὶ τοὺς Σοφίας τὸν λιμένα, καὶ τὰς Σοφιανάς. Codinus vero omnino diverſa. Ἡ δὲ πέραν τοῦ Στενοῦ λεγομένη ἐκκλησία χρυσοκέραμος παρὰ Ἰουστίνου καὶ Σοφίας τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἐκτίσθη, καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος τὸ Ὀρφανοτροφεῖον, καὶ ὁ ὅσιος Ζωτικὸς, ὁ εἰς τὸ λωβεῖον. ἀλλὰ καὶ ὁ λιμὴν τῆς Σοφίας καὶ αἱ Σοφιαναὶ τὰ παλάτια πέραν τοῦ Στενοῦ. Ex Codino ergo docemur χρυσοκέραμον Eccleſiam fuiſſe trans fretum ſitam; cui *pag. 735.* vero illa ſacra fuerit non liquet.

Καὶ τὰς Σοφιανάς) Palatia Sophianæ quæ hic Anonimus noſter adſcribit Juſtino & Sophiæ, idem Scriptor ſupra n. 83. refert, a Mauricio excitata 166. fuiſſe εἰς ὄνομα Ἀναστασίας τῆς πενθερᾶς αὐτοῦ τῆς γυναικὸς Τιβερίου, & Heraclium Imperatorem habitatione illius delectatum ſummopere fuiſſe, quod ibi olim revelationem accepiſſet de futuro Imperio. Sed vide quæ ibidem adnotavimus. Certum tamen eſt ea Scriptoribus Byzantinis, Palatia Sophiana condita a Juſtino fuiſſe ad Juliani portum extra urbem, & de nomine Sophiæ uxoris nuncupata. Vide Zonaram pag. 57. E. R. & Theophanem pag. 205. E. R. qui occaſionem hujus Palatii condendi ſic enarrat ad annum IV. ejuſdem Juſtini, quo quidem anno ædificari cœptum eſt: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἤρξατο κτίζειν τὸ παλάτιον τῶν Σοφιανῶν ἐπ' ὀνόματι τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας, προφάσει τοῦ ἐκεῖ ταφῆναι Ἰοῦστον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι αὐτὸν, ὄντι Κουροπαλάτῃ ὄντος αὐτοῦ, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀρχαγγέλου τῷ ἐκεῖσε, κοσμήσας αὐτὸ ὑπὸ σφόδρων πολυτίμων μαρμάρων. *Eodem anno Sophianarum Palatium cœpit ædificare de nomine uxoris Sophiæ, ea occaſione captata, quod ibi Juſtus illius filius, prius quam Imperator factus eſſet, & adhuc Curopalatam ageret, in æde S. Michaeli ſacra, quæ hic ſtat, fuiſſet ſepultus, pretioſis vero marmoribus Palatium iſtud adornavit.* Deinde vero abſolutum fuiſſe hoc Palatium a Tiberio Juſtini ſucceſſore, atque ad habitandum Sophiæ conceſſum videtur innuere Theophanes ad annum II. ejuſdem Tiberii. Τούτῳ τῷ ἔτει ἔκτισε Τιβέριος ὁ βασιλεὺς τὸ παλάτιον ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι, καὶ ἐπωνόμασεν αὐτὸ ἐπ' ὀνόματι Σοφίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου, καὶ ἐνοικίσας αὐτὴν ἐν αὐτῷ, δεδωκὼς αὐτῇ καὶ κουβικουλαρίους εἰς ὑπουργίαν αὐτῆς, &c. *Hoc ipſo anno condidit Tiberius Imperator Palatium in porta Iuliani, illudque de nomine Sophiæ uxoris Juſtini appellavit, eique ad habitandum conceſſit, datis ad ejus miniſterium Cubiculariis, &c.* Vide Epigramma Agathiæ εἰς Παλάτιον Σοφιανῶν a nobis infra editum n. 420 quo ſitus hujus Palatii graphice exprimitur. Unde apparet & ex laudatis Scriptoribus perperam poni hoc Palatium a Codino πέραν τοῦ Στενοῦ. Vide item quæ de Portu Sophiano ſupra n. 125. & 126. adnotamus.

Περὶ τῶν περατικῶν Μοναστηρίων) Hic loquitur Anonymus noſter de Monaſteriis & aliis locis quæ erant trans fretum, nimirum in littore Aſiatico, ut ex ſequentibus patet.

Τὸν δὲ Μαλαλίας) Ita ex Cod. Reg. a. In Reg. r. perperam legitur, ἀνήγειρε Μαλίας πρωτοσπαθάριος ὁ καλούμενος. Ita habet & Cod. Colbert. niſi quod pro Μαλαλίας Μαλιλίας exhibet. Codinus omnino diverſa, Τὰ Μαλαλίας ἀνήγειρε Λέων ὁ πρωτοσπαθάριος. In Cod. Vaticano ſcriptum reperit Lambecius, τα Μηλαλίας.

Τὸν δὲ Πελαμύδα) Ita uterque Cod. Reg. & Colbert. Codinus vero Ἐν δὲ τῇ μονῇ τῇ λεγομένῃ Πελαμύδα, εἰληφέναι μαρμάρους, ὃν ἀνήγειρε Θεόφιλος ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου. Hoc autem Monaſterium Pelamydæ ſeu Pelamydum inde ſic appellatum putat Ducangius, quod in Pelamydio Suburbano ſitum eſſet. Hujus Suburbii meminit Cedrenus in Joanne Tzimiſce pag. 677. E. R. vide quid de eodem ſcribat laudatus Ducangius CP. Chriſt. lib. I. pag. 6. E. R.

Τὸν δὲ ἅγιον Γεώργιον τὸν ἐν Χαλκηδόνι) Ita uterque Cod. Regius ac Colbertinus. Codinus vero omnino diverſa habet: Τὸν Γεώργιον τὸ Χαλκίδος Σέργιος ὁ πατριάρχης ἔκτισεν ὁ αἱρετικός, ὅπου ἐστὶ τὸ βέβηλον αὐτοῦ σῶμα κεῖται. ὁμοίως καὶ τὰ ἐν τοῖς κατακειμένοις κίοσιν ταῦτα ὁ αὐτὸς ἔκτισε, δύο ἐκεῖ χρυσοῦ κομμάτια καὶ ἀργυρᾶ, καὶ πορφύρων ἀρχαίων. At nemo non videt hic loqui Anonymum noſtrum de Æde Chalcedonenſi ſancti Georgii, cum loquatur hic de Monaſteriis ac aliis ædificiis quæ erant trans fretum,

nimirum in littore Aſiatico. Hinc emendandus eſt Codinus.

Ὁμοίως καὶ τὴν Θεοτόκον τὰ Μαρκιανῆ) Ita uterque Cod. Regius. Colbertinus vero, ὡς τὰ Μαρκιανῆ haber. At τὰ Μαρκιανῆ ſcribendum forſan eſt, vel ut habent Menæa xv. Junii, τέρμα ἐν τοῖς Μαρκιανοῦ.

Edit. Pariſ. pag. 736. Τὸ Ἱερεῖας τὸ παλάτιον) Hujus Palatii a Juſtiniano extructi in Heræo elegantiam pluribus commendat Procopius lib. I. de Ædif. cap. XI. ubi etiam Novum portum ab eodem Auguſto conditum deſcribit: quæ cum ſint longiuſcula non exſcribo. De eodem Palatio loquitur idem Scriptor in Hiſtoria Arcana cap. XV.

Ἐκαλλώπισεν αὐτό) Poſtmodum hoc Palatium exornatum fuiſſe a Juſtino tradunt Originum CP. Scriptores omnes. Hujus vero Palatii veſtibulis inſcriptum erat epigramma a nobis infra editum n. 395. ubi vide quæ monemus. Cæterum crebra hujus Palatii occurrit mentio apud Scriptores Byzantinos, cum ſæpiſſime Imperatores in illud ſuccedere ſolerent. Quod vero ſpectat ad ejus ſitum, illud a regione Urbis extitiſſe in littore Aſiatico ei oppoſito ad ſubſolanum teſtatur S. Nicephorus CP. pag. 231. editionis Petavianæ: *Καὶ δίδωσιν ἐκεῖνον μὲν ἐξόριστον τῷ Ἱερείῳ, ὅπου πολυτελὲς βασιλικὸν παλάτιον ἐκτετείχισται πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα Βυζαντίῳ κείμενον παραπλέει. Statim illum in Hieriam relegat: eſt autem hoc Imperatorium Palatium in Aſiatico littore ad Byzantii ſubſolanum poſitum.* Vide tabellas urbis & Boſpori Thracii in fronte hujus operis.

Εἴρηται δὲ αὐτοῦ, ὅτι, &c.) Ita ex Cod. Reg. 2. Corrupte legitur in Reg. 1. & Colbertino, ἀρχὴ δὲ διὰ τῆς Ἥρας, &c. Codinus habet, Ἡραῖον δὲ ἐκλήθη, ὅτι πάλαι τῆς Ἥρας ἱερὸν ἐκεῖ. ὁ Ἡραῖον, ὅτι τὸ παλαιὸν ἐκεῖ ἐδεῖτο τοῦτο ἐν πόλει, καὶ δυνάμει τοῦτο τὰ πολλὰ μαρμάρινα κτίσματα. Ita habet & Anonymus noſter paulo ſuperius n. 161. Procopius vero lib. I. de Ædif. cap. XI. ait priſcam hujus loci appellationem fuiſſe Ἡραῖον quam cives ſui ævi in Ἱερεῖον mutatunt. *Ἐπὶ μὲν τοῦ χώρου τῷ Ἡραίῳ, ὅπερ Ἱερεῖον καλοῦσι ταυνῦν, τῇ Θεοτόκῳ νεὼν ἐν ἀξιόλογον κατεσκευάσατο. Præterea in Heræo (vulgo hodie Hierio) Deiparæ ædem ſtatuit, quam verbis nemo facile depingat.* At ſecum ipſe pugnat Procopius, nam cap. XI. ejuſdem libri locum illum ſuo tempore Ἡραῖον appellatum ſcribit: *Καὶ βασιλικὸν δὲ ἀλλαχόθι δείμασθαι γυναῖ αὐτῷ κατασκευάσαι ἔν τε τῷ Ἡραίῳ, ὃ νῦν ὀνομάζουσιν, &c. Idem alibi nova Palatia conſtruxit, nempe in Heræo, ut hodie vocant,* &c. Verum non Ἡραῖον ſed Ἡραία fuit vetus loci appellatio, teſtis eſt Stephanus: Ἡραία, ἄκρα ὅπω λεγομένη, κατάντικρυ Χαλκηδόνος. ταύτην δὲ ἐν τῇ εἰκοσιδύῳ Ἡραίαν φασὶ ἐνίους, κακῶς. ἄλλοι δὲ Ἥραν μυθολογοῦσι, οἱ ἐκεῖσε ἐριζῶντες ταύτην χεῖρας ἄρον καὶ ἐπὶ, &c. Sed vide quæ de eadem re ſupra citato loco monemus.

Περὶ τοῦ Βρύαντος) Ita ex Cod. Reg. 2. Corrupte ſcribitur in Reg. 1. περὶ τοῦ Δευρία. Cod. Colbertino habet, περὶ τοῦ Βρύα.

Τοῦ δὲ Βρύαντος τὸ παλάτιον) Hæc etiam a ſcriba depravata ſunt in Cod. Reg. 1. τοῦ Δευρία; at paulo infra legitur, ἐκλήθη δὲ Βρύας pro Βρύας unde facile quiſque intelliges, particulam δὲ junctam fuiſſe ab indocto ſcriba ſequenti dictioni. Codinus habet, τὸ δὲ τοῦ Βρύαντος παλάτιον Τιβέριος ὁ βασιλεὺς ἔκτισε, καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Μαυρίκιος. Ita quidem Originum CP. Scriptores omnes hujus Palatii ſtructuram attribuunt Tiberio ac Mauricio ejus genero. At Cedrenus Theophilo illud adſcribit: *Ἔκτισε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὰ τοῦ Βρύαντος παλάτια, πρὸς τὴν τῶν Σαρακηνῶν οἰκημάτων κατασκευὴν αὐτοῦ. Condidit autem Imperator Palatia Bryantes ad ſimilitudinem Saracenicarum ædium.* Eadem habet Continuator Theophanis, qui præterea tradit, id a Theophilo factum ſuaſionibus Joannis Syncelli præceptoris ſui, qui paulo ante legatione functus erat apud Iſmaelem Saracenorum principem. Vide quæ de hoc Palatio ac hortis ibidem extractis ab eodem Auguſto habent Leo Grammaticus pag. 453. B. R. & Symeon Magiſter n. XIX. Quod vero attinet ad ſitum hujus Palatii, pluribus demonſtravit Ducangius Bryantem non in Africa extitiſſe uti cenſuit Ortelius, ſed in Aſia atque adeo in Bithynia, haud procul ab Urbe; vide CP. Chr. lib. IV. p. 177. Monaſterii autem Βρύαν in Diœceſi Chalcedonenſi (ita forſan nuncupati quod proxime hoc Palatium ſteterit) meminit Concilium Conſtantinopolitanum ſub Mena.

Ἐκλήθη δὲ Βρύας) Ita uterque Codex Reg. ac Colbertinus. Codinus vero nonnihil diverſa; quæ cum ſint longiuſcula exſcribere piget. Vide p. 58. n. 143. pag. 737. 167.

Ἐν αὐτῷ Βρύαντι μέλλει οἰκῆσαι) Ita ex Cod. Colbertino. Perperam ſcribitur in Reg. 1. ἑαυτῷ Βρύαντι θέλει οἰκῆσαι. Codinus vero, ὅτι ἐλθὼν γενέσθαι ἐν τῷ τόπῳ ἔδειξε τῷ Βρύαντι μέλλει οἰκῆσαι, &c. Allucinatur autem Lambecius dum hunc collem Bryantem a Codino dictum, unum ex ſeptem Conſtantinopolitanis collibus fuiſſe putat in Notis ad eundem Codini locum; ſiquidem Bryas in Aſia fuit, haud procul ab urbe, uti paulo ſuperius monuimus. Cæterum hujus Palatii Bryantis crebro meminere Scriptores Byzantini, cum ſæpiſſime in illud ſecedere ſolerent Romani Imperatores, unde etiam manifeſtum eſt non multum illud diſſitum fuiſſe ab urbe. Vide Porphirogenitum de Adm. Imp. cap. LI. ubi perperam Βρυίας pro Βρύας ſcribitur & Εἰρίας pro Ἱερείας. Quod autem ſcribunt Anonymus noſter ac cæteri Originum CP. Scriptores de hujus vocis etymologia meræ nugæ videntur ac aniles fabulæ.

Ὁμοίως καὶ τοῦ Δαματρύος τὸ παλάτιον) Crebra occurrit mentio apud Scriptores Byzantinos hujus Palatii ad Damatryn ſeu Damatryos, ſed quis illud extruxerit non prodant; unanimi tamen conſenſu Originum CP. Scriptores hujus ſtructuram Tiberio ac Mauricio ejus genero attribuunt. Cæterum τοῦ Δαματρῆ ſcribitur in Cod. Reg. 1. in Reg. 2. τοῦ Δαματρύος, in Colbertino τοῦ Δαματρῆ. In Codino vero τοῦ Δαματρύου. Sic etiam & apud reliquos Byzantinos Scriptores varie hoc nomen ſcriptum reperi. 168.

Ἐκεῖτο δὲ ἐν τῷ νόδυμα, &c.) Quid hic ſignificet τὸ νόδυμα Κωνσταντίνου, fateor non ſatis liquere, neque fateri, me hujus vocis vim ignorare erubeſco, cum id ingenue pro more faſſus ſit doctiſſimus Ducangius tum in lib. IV. CP. Chr. pag. 177. E. R. tum in Gloſſ. med. & inf. Græc. eodem v. necnon & Lambecius in Notis ad eundem Codini locum. At ſi licet & conjecturas proponere, τὸ νόδυμα ſaltum hic ſignificat ea notione qua ſæpe utuntur Latini Scriptores & præcipue Poetæ nimirum pro ſaltu ſylvarum, ſic Plautus.

Jam ego uno in ſalta lepide apros capiam duos.

Et hanc conjectura vel hinc maxime confirmatur quod Imperatores ad Damatryn venationi indulgere ſolerent, ut apparet ex iis quæ de Manuele Comneno ſcribit Cinnamus lib. VI. cap. VI. *βασιλεὺς δὲ θηρευσόμενος ἐπί τι τῶν ἑῴων ἐξῄει χώρων Δαματρὺς ὃ κλῆσιν. Exiit autem venatum Imperator in regionem quandam Orientalem, cui Damatrys nomen eſt.* Montuoſam vero hanc regionem fuiſſe teſtatur Conſtantinus Manaſſes, qui Juſtinianum Rhinotmetum in Damatryos montes ſe recepiſſe una cum ſuis copiis tradit:

Ἀντιστρατοπεδεύεται πρὸς ὄρεσι γειτονοῦσι,
Ἃ τοῖς κατὰ συνήθειαν φέρουσι τοῦ Δαματρύος.
Ad montes acclives caſtra metatur.
Quos vulgo Damatryanos appellare conſuevimus.

Quod vero attinet ad ſitum hujus Palatii ſatis liquet ex Scylitze in Iſaacio Comneno, illud ad maris littus extitiſſe haud procul a Nicomedia & Almea: *Ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀγγίσας εἴς τι χωρίον Ἀλμαῖα λεγόμενον, ἅμα τῇ ἐπαύριον ἐν τοῖς παλατίοις ἐδρίζετο τοῦ Δαματρύος. Ubi vero ille acceſſit ad locum qui Almæ dicitur: poſtridie in Palatio Damatryos ſeceſſurus erat.*

Περὶ τοῦ Εὐτροπίου λιμένος) Ita hunc titulum ex Cod. Colbertino reſtituimus. Perperam ſcribitur in Reg. 1. περὶ τοῦ Εὐτροπίου τὸν λιμένα.

Τὰ δὲ Εὐτροπίου ὁ λιμήν) Hæc ita ex Cod. Colbertino. In Cod. Reg. 1. legitur, Τὰ δὲ Εὐτροπίου, ὁ λιμὴν, εἰς ὃν ἀπεσφάγη Μαυρίκιος σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις. In Reg. 2. ſcribitur etiam σὺν γυναιξί. At Mauricius unicam tantum habuit uxorem, Con-
Edit. Pariſ. pag. 738. ſtantinam Auguſtam Tiberii Imperatoris filiam. De Mauricii cæde egimus ſupra num. 152.

Εκτίσθη παρὰ Εὐτροπίου) Sic ex Codino. Perperam ſcribitur in utroque Cod. Regio, & Colbertino, ἀπαίοντα αὐτὸν λιμένα Εὐτροπίου, &c. Situm vero hujus Portus ſatis innuit Zonaras in Mauricio pag. 79. qui eum a Phoca perductum atque occiſum in Portu Eutropii Chalcedone ſcribit; Εντεῦθεν ὁ τύραννος εἰς τὸν Μαυρίκιον φόνον ὠρμήθη, καὶ ἀχθέντος εἰς τὸν Χαλκηδόνι τοῦ Εὐτροπίου λιμένα, κατενώπιον αὐτοῦ ἐσφάγησαν οἱ παῖδες αὐτοῦ. *Ea vero Tyrannus ad cædem illius incitatus eſt, eoque in Eutropii portum Chalcedonem perducto, in conſpectu ejus liberi ſunt occiſi*. Eodem fere loco ſtatuitur & a Procopio lib. 1. de Ædif. cap. 11. qui eum proximum fuiſſe Palatio ac Portui Heræo in adverſa continente ſcribit, atque a Juſtiniano extructum ἐν τοῖς Εὐτροπίου. Eo ejus verba: Καὶ λιμένα δὲ ἄλλον ἀπειργάσατο ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ, ἐν τοῖς Εὐτροπίου ἐπονομαζομένοις, τῷ Ἡραίῳ οὐδαμῇ πόῤῥω ἀπόντα, κατὰ ταὐτὰ εἰργασμένον τοῖς ἄλλοις, ὅνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως. *In adverſæ continentis loco, qui habet, non procul ab Heræo, portum alterum fecit, aliis, quorum modo memini, ſimilem*. Narrat autem Gyllius lib. 3. de Boſporo Thracio c. 11. horum amborum portuum nimirum Heræi & Eutropii veſtigia molium & brachiorum ſuperfuiſſe, ſed adeo diruta ut nullam navibus ſtationem accommodare poſſint; reliquorum vero ædificiorum veſtigia funditus deleta, exceptis parietibus ædis ſacræ, & ciſterna maxima, undique lateritiis parietibus cincta, ſed ſpoliata tecto teſtudinato, & columnis teſtudinem ſuſtinentibus.

Εν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως) Ita & Cod. Colbertinus. Codinus vero, ἐν τοῖς χρόνοις Ζήνωνος καὶ Ἀναστασίου τῶν βασιλέων. Sic habet & Cod. Reg. 2. niſi quod etiam ſubjungit, ἀνεγράφη δὲ καὶ τὴν μονήν. Quis vero fuerit iſte Eutropius, aut ſub quo Conſtantino portus iſte extructus ſit non ſatis liquet. Puto tamen hunc portum primum a Juſtiniano conditum fuiſſe in loco Eutropii cognominato, ut patet ex ſuperius allato Procopii teſtimonio; quæ quidem loci appellatio anſam præbuit Græculis exiſtimandi Eutropium conditorem fuiſſe Portus ejuſdem nominis.

Εν δὲ τῷ Μιλίῳ ἀπερχόμενοι) Ita ex Cod. Reg. 2.
169. Perperam ſcribitur in Reg. 1. ἐν δὲ τῷ Μιλίῳ διερχόμενος ἐν μιᾷ ὀχούμενοι αὐτοὶ τραπεζῖται, &c. Cætera etiam in Cod. Reg. 2. diverſis verbis narrantur. Vide & Codinum pag. 52. E. R. qui nonnihil diverſa habet. At cum ſint res parvi momenti, varias lectiones conſulto miſſas facio.

Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου, &c.) Vide quæ de Metrophanis, Alexandri ac Pauli imaginibus infra ad Chronographum noſtrum adnotamus n. 237.

Καὶ ἵσταντο ἐν τῷ μεγάλῳ πορφυρῷ κίονι, &c) Ita habet & Codinus. At melius laudatus Chronographus, καὶ ἵσταντο ἐν τῷ φόρῳ πλησίον τοῦ μεγάλου ἀγάλματος, τοῦ ἐν τῷ κίονι κατὰ τὴν ἀνατολήν. *Et in Foro prope magnam ſtatuam, quæ in columna ad Orientem poſita viſitur, collocatas eſſe*.

Εν τῷ χρυσῷ Μιλίῳ) Ita reſtituimus, nam idem Scriptor n. 35. ait currum ſolis extitiſſe ἐν τῷ χρυσῷ Μιλίῳ. Sic habet & Chronographus n. 259. ubi de eodem curru ſolis loquitur; unde quod hic ſcribitur ἐν τῷ Κοραστικῷ Μιλίῳ mendum Librarii eſſe puto. Vide quæ de hac re ad laudatum Chronographi locum adnotamus.

Καθὼς Αγγυριανός, &c.) Ita omnes MSS & Codinus. Chronographus vero noſter: Καθὼς Ἀγκυριανὸς χρονογράφος ἐν τῇ δωδεκάδι ἀκριβέστερον παρὰ Ἀναστασίου ἡμῖν παραδέδωκεν. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ αὐτὸς Ἀναστάσιος. Quis autem ille Ancyrianus Chronographus neſcitur. Lambecius legendum cenſet Ἀγκυριανός tamquam ab Ἀγκύρα Galatiæ oppido.

170. Πλησίον τοῦ Τετραδισίου ἐμβόλου) Ita Cod. Reg. 2. & Colbertinus. Corrupte ſcribitur in Reg. 1. πλησίον τοῦ Τραδισίου ἐμβόλου. In Codino hæc deſiderantur; ſic ille, Τὸ δὲ Σφωράκιον κελλίμενον, ἔχει ὑποκάτω τῆς γῆς, &c. De Tetradiſio portica, ſeu de Octagono loquitur Anonymus noſter ſupra num. 31. Ubi vide quæ adnotavimus.

Σφωράκιον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, &c.) De æde ſancti Theodori Sphoracii cognomine, quæ proxima erat Octagono ac proinde Magnæ Eccleſiæ, vide quæ n. 30. monemus. Ex his apparet ſitus Smyrnii.

Στήλας ἐννέα) Ita uterque Codex Reg. ac Colbert. Codinus vero, ἐν ᾧ εἰσι στῆλαι ἐννέα, ὧν αἱ μὲν ὑπάρχουσι, &c. Chronographus noſter habet, εἰσὶ δὲ αἱ στῆλαι, αἱ μὲν τρεῖς Κωνσταντίνου, &c. pag. 739.

Τετάρτου τοῦ παιδὸς αὐτοῦ) Ita ex contextu reſtituimus; & hanc quidem lectionem in verſione ſecuti ſumus. Corrupte ſcribitur in Cod. Reg. 1. καὶ τρίτου παιδὸς αὐτοῦ ὁμωνύμου Κρίσπου τοῦ ὀνομαζομένου. Sic fere legitur & in Reg. 2. ac Colbertino. Codinus vero, καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Κρίσπου. Vide Chronographum num. 234.

Ηρόδοτος ὁ ἐπτάλοφος, &c.) Vide quid de hac re infra ad Chronographum laudatum nu. 234. 171.

Αποκεφαλισθῆναι) At alii quidem Scriptores Criſpum veneno ſublatum tradunt.

Διὸ καὶ τῆς μητρὸς Ελένης, &c.) Hæc ac reliqua nonnihil diverſa ſunt in aliis MSS. & in Codin. ſed quia ſunt longiuſcula ac nullius fere momenti exſcribere piget. Vide Codinum pag. 34. E. R. & Chronographum noſtrum num. 234.

Καὶ Ελευθερίου, &c.) Ita ex Chronographo & Codino, necnon etiam ex contextu. Novem inquit ſtatuas ibi extitiſſe; ſine hac Eleutherii ſtatua non novem ſed octo tantum eſſent. At ſane nugaces & inepti ubique belle comparent iſti Græculi, cum nonnulli ex iis, quorum ſtatuæ hic recenſentur tamquam a Conſtantino magno erectæ longe poſt Conſtantinum vixerint. Cæterum de loco Biglentia dicto, ac Senatu alibi pluribus. 172.

Κτίζων δὲ τὸ τεῖχος, &c.) Ita uterque Cod. Regius ac Colbertinus. Codinus vero omnino diverſa, vide pag. 63. & 64. De muris autem maritimis pluribus egimus ſupra.

Εξω τῶν τειχῶν) Sic ex Cod. Colbertino. In Cod. Reg. 1. legitur, ἔξω μέχρι τοῦ παλατίου, &c. & paulo infra κιμωτῶν pro κιμωτωρείων. Cod. vero Reg. 2. habet, ἔξω τῶν τειχῶν, οἷον ἀπὸ τῆς Βαρβάρας μέχρι τοῦ παλατίου, καὶ τῆς Σοφίας καὶ τοῦ Ελευθερίου μέχρι τῆς χρυσῆς πύλης. ἔσωθεν δὲ τῶν αὐτῶν λίθων ἐπῆξε τὰ τείχη εἰς τὸ ἔξω τοῦ τείχους, ὅπως, &c. De Porta autem ſanctæ Barbaræ ac ejus ſitu, de Palatiis, de Portu Sophiano, de Portu Eleutherii, ac Porta Aurea pluribus ſupra.

Τοῦ Στρογγύλου τῆς μονῆς) Ita fortaſſis dictum fuit hoc Monaſterium, quod κατὰ τὸ Στρογγύλον Καστέλλιον *verſus Caſtellum rotundum* extiterit; cujus quidem Caſtelli, præter alios Scriptores, meminit Auctor Chronici Alexandrini pag. 382. E. R. Hoc autem caſtellum non diverſum fuiſſe a Cyclobio Caſtello, quod extitit ad urbis angulum qui Propontidem ſpectat, & conſequenter eo loci, ubi ſubſequenti tempore *Hyptapyrgium* ſitum erat, putat Ducangius CP. Chriſt. lib. 1. p. 45. E R. ubi pluribus de hujus Caſtelli ſitu agit. Vide quæ de Caſtro Strongylo habet Cedrenus pag. 468. E. R. Cæterum narratiuncula hæc Arſenii Monachi de aquila & ſerpente, etſi ad rem non pertineat, quia tamen hic eam inſerere placuit Scriptori noſtro, ideo eodem loco eam exhibere viſum eſt, miſſis Notis ac variantibus lectionibus, cum ſint res nullius momenti; monere tamen lectorem neceſſarium eſſe duximus eandem narratiunculam reperiri etiam in Codice Colbertino a nobis ſupra laudato, ex quo ſane codice, ſupplemus ea quæ in Cod. Reg. 1. depravata ac mutila ſunt. Pauca autem verba, quæ in laudato Cod. Colbert. prædictam narratiunculam ſequuntur, cum non ſolum res futiles contineant, verum etiam corrupta ac depravata ſint, idcirco miſſa fecimus.

Τὸ ταῦρον, &c.) Hæc & ſequentia ex Codice Colbertino repoſuimus; nam in Regio 1. uti ſupra

Edit. Pariſ. pag. 740. 176. monulmus, deſiderator ſolium unum. Titulus vero hic omnino extra rem videtur: nam quæ ſequuntur non ad ædis Sophianæ ſtructuram ſpectant, ſed ad varias res quæ ſub Anaſtaſio, Juſtino Thrace ac Juſtiniano acciderunt; vel, ut verius dicam, hæc varia fragmenta ſunt, ſeu potius excerpta hiſtorica ex diverſis Scriptoribus male invicem connexa, nimirum ex Theophane, Cedreno, Zonara & Chronico Alexandrino, uti paulo infra demonſtrabimus.

Δευτέριος.) Quæ hic narrantur de Deuterio Arianorum Epiſcopo, haud dubito quin ex Theophane, vel ex alio quopiam hiſtoricorum, qui Theophanem ſecuti ſunt, exſcripta ſint. Verum cum hic in nonnullis depravata ſint, integra Theophanis verba hic proponere non pigebit. Δευτέριος δὲ ὁ ἐπίσκοπος τῶν Ἀρειανῶν βαπτίζων τινὰ Βάρβαρον λεγόμενον παρὰ τὴν δεσποτικὴν παράδοσιν, ἐτόλμησεν εἰπεῖν. βαπτίζεται Βάρβαρος εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, δι' υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ πνεύματι. καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ κολυμβήθρα. ὁ δὲ Βάρβαρος ἔμφοβος γενόμενος ἔφυγε, καὶ πᾶσιν ἐγνώρισε τὸ θαῦμα. *Deuterius porro Arianorum Epiſcopus quempiam nomine Barbarum baptizare paratus, repugnante licet Dominica traditione, verba iſtiuſmodi proferre auſus eſt: Baptizatur Barbarus in nomine Patris, per Filium, in ſancto Spiritu: & confeſtim exaruit piſcina. Barbarus terrore perculſus fugæ ſe dedit, & omnibus poſtmodum quod contigerat miraculum manifeſtavit.* Sic Theophanes qui iſtæc ad annum XIX. imperii Anaſtaſii refert, & Cedrenus qui procul dubio ea quæ in hanc rem habet ex eodem Theophane hauſit, ad annum XX. ejuſdem Auguſti tradit. Ita profecto pro Juſtiniano legendum eſſe, Anaſtaſio imperante, ſequentia quoque Anonymi noſtri verba ſuadent, cum ſtatim referat ea quæ ſub Anaſtaſio acciderunt, & deinde ad Juſtini Thracis tempora deſcendat, poſtremo autem loquatur de iis quæ Juſtiniano imperante, evenerunt.

Διὰ τῶν ἐνεχόντων) Hæc eadem paulo diverſis verbis a Cedreno referuntur ad annum XVI. Anaſtaſii.

177. Ἀρχαὶ ἐν πολέμοις) Hæc & quæ ſequuntur corrupta ac mutila ſunt, & videntur ad Vitalianum ſpectare, quem Juſtinus ſumma rerum potitus maximis honoribus affecit. Quibus haud parum lucis afferre poſſunt ea, quæ de Juſtino ac Vitaliano refert Theophanes ad annum primum ejuſdem Auguſti. Sic enim ille: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἰουστῖνος [illegible] πάσης ἀρχῆς ἀνεδείχθη, ζηλωτὴς ὀρθοδόξου πίστεως, ἔμπειρος, καὶ ἐν πολέμοις διάσημος. σύμβιον δὲ ἔχων ὀνόματι Λουπικίαν, ἔστεψεν Αὐγοῦσταν· ἣν οἱ δῆμοι ἐπωνόμασαν Εὐφημίαν ἐν τῷ στεφθῆναι αὐτήν. Βιταλιανὸς δὲ ὁ προρρηθεὶς μετὰ θάνατον Ἀναστασίου ἐπὶ τῷ μεγάλῳ σφόδρα ἐγένετο, ὥστε στρατηλάτου ἀξίαν παρ' αὐτοῦ δέξασθαι, καὶ ὑπατεῦσαι ἐλθόντα ἐν Βυζαντίῳ, καὶ ὕπατον ἀναγορευθῆναι, καὶ Κόμητα Πραισέντων, παρρησίαν τε ἔχειν τοσαύτην πρὸς τὸν βασιλέα, ὥστε καὶ Σευῆρον προστάξαι ἐκβληθῆναι, [illegible] γὰρ ἦν ὀρθόδοξος Βιταλιανός. *Hic anno Juſtinus imperii ſummam adeptus optimum ſe omnibus exhibuit. Fuit rectæ fidei ſtudioſus, rerum experientia præſtans, & belli gloria præclarus. Uxori vero nomine Lupiciæ conjunctus, eidem imperii coronam impertiit, quam, dum redimiretur, Euphemiam populares Tribus vocaverunt. Memoratus autem ſupra Vitalianus poſt Anaſtaſii mortem Juſtino magno devinctiſſimus evaſit, adeo ut Magiſtri militiæ dignitatem ab eo conſequeretur, & Byzantium profectus Conſulatum gereret, & Conſul declararetur, & Præſenti Comes, tantaque apud Imperatorem auctoritate polleret, ut Severum expelli juberet, & occidi. Fuit enim Vitalianus rectæ fidei bene affectus.*

178. Ἐδολοφονήθη) Nimirum Vitalianus a Byzantinis dolo interfectus eſt: quod rebellionis ejus in Anaſtaſium tempore plurimæ cædes fuiſſent editæ, ideoque cives graviter ei ſuccenſebant. Sic Theophanes ad annum ſecundum Juſtini Thracis, & Zonaras lib. XIV. pag. 59. qui præterea ſcribit, nonnullos prodidiſſe, eum Juſtini & Juſtiniani juſſu in Palatio cæſum fuiſſe. Verba ſunt Zonaræ: καὶ ὁ

Τὸν ἄρχων ἦν μαΐστωρ ἰατρὸς) Ex tot Magiſtris architectis, quibus uſus eſt Juſtinianus in conſtruenda Æde Sophiana unius tantum Ignatii meminit infra Scriptor noſter. Verum Procopius illius ævi Scriptor lib. I. de Ædif. cap. I. meminit Anthemii Tralliani, quem omnium Architectorum, quibus Juſtinianus in ædificanda Sophiana Æde uſus eſt, præcipuum atque excellentiſſimum appellat; præterea meminit eodem loco Iſidori Mileſii. Sic ille: Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων, ἐς τὴν οἰκοδομὴν σπουδῇ ἵετο, καὶ τοὺς τεχνίτας ἐκ πάσης γῆς ἤγειρεν ἅπαντας. Ἀνθέμιος δὲ ὁ Τραλλιανὸς, ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατος οὐ τῶν κατ᾽ αὐτὸν μόνον ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῦ πολλῷ προγεγενημένων, τῇ βασιλέως ὑπούργει σπουδῇ, τοῖς τεκταινομένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζων, τῶν τε γενησομένων προαποσκευάζων ἰνδάλματα. καὶ μηχανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος, Ἰσίδωρος ὄνομα, Μιλήσιος γένος, ἔμφρων τε ἄλλως καὶ πρέπων Ἰουστινιανῷ ὑπουργεῖν βασιλεῖ. *Ergo Imperator nulla ſumptuum habita ratione, ad ædificationem incubuit, atque artifices coegit ex toto orbe. Anthemius Trallianus, mechanicorum omnium non ſolum ſui, verum etiam multo ſuperioris ævi facile princeps, illius ſtudio deſerviebat, intentus digerendo fabris operi, agendorumque imaginibus præformandis. Unà aderat alter machinarius, Iſidorus nomine, ortu Mileſius, ſingularis vir intelligentia, ac dignus quem Juſtinianus Auguſtus adminiſtrum ſibi adjungeret.* De iiſdem loquuntur etiam laudatus Scriptor lib. II. de Ædif. c. III. & Paulus Silentiarius I. par. v. CCXXIV. necnon parte II. verſ. CCXXVI. At de Anthemio pluribus agit Agathias lib. V. qui eum non ſolum in condenda Sophiana æde principem Architectorum extitiſſe ſcribit, verum etiam in arte, quam Mechanicam appellant, peritiſſimum fuiſſe. Hujus autem Anthemii liber περὶ παραδόξων μηχανημάτων aſſervatur in Bibliotheca Cæſarea: auctor eſt Lambecius lib. VII. ejuſdem Bibliothecæ, qui pluribus de ipſo ibidem agit.

Εἰς τοὺς κανδῦς) Perperam hic legitur in Cod. Reg. I. εἰς τοὺς καρίβους, nam paulo infra in eodem ſcribitur, ἐν τοῖς κανδίβοις.

Ανὰ τεσσάρων γεγονότων, &c.) Sic ex Anonymo Com-

Combeſ. nam in Cod. Reg. 1. & Colber. ſic, τὸ μὲν εἶναι τινὰς ε'. καὶ αὐτὸ θερμὸν τοῦτο ἐξίδωκε, &c.

Edit. Pariſ. pag. 773. Ὁ προειρημένος ποιητὴς) Is fortaſſis eſt Plutarchus, de quo ſupra loquitur idem Scriptor, καλεῖ περὶ Πλουτάρχου ὁ πρωτοσηκρῆτις, ὁ ποιητὴς. Sed num carmine Plutarchus hic, an vero oratione ſoluta res ab Imperatore Juſtiniano geſtas memoriæ prodiderit, neſcitur. Nec dubito, quin aliquis per hunc Poetam, Paulum Silentiarium credat indigitatum, cum ille opus de ſtructura ædis Sophianæ carmine concinnaverit. At cum nullibi ſupra hujus meminerit, præfatam hunc non appellaret.

196. Ὁ ῥαδινὸς Στρατηγίου) Ita ex contextu, & ex aliis Codd. MSS. Perperam hic legitur in Cod. Reg. 1. ὁ ῥαδινὸς Βασιλίσκου.

197. Σχοινικαῖς ἀψῖσι) Ita ex Anonymo Combefiſiano. In Cod. Reg. 1 ſcribitur, κεφαλικαῖς ἀψῖδας.

200. Ὅπως ἐν Θεῷ φυλάξῃ) Sic ex Anonymo Combefiſiano. Perperam in Cod. Reg. 1. legitur, φυλάττειν.

Τοῖς ἀνερχομένοις) Corrupte ſcribitur in Cod. Reg. 1. τοῖς ἀπερχομένοις.

Καὶ σκεπασθέντα) Particula καὶ deſideratur in Cod. Reg. 1. Anonym. Combeſ. habet, καὶ σκεπάσαντα.

Κατὰ τὴν ὥραν τοῦ σαββάτου, &c.) Ita habet & Anonym. Combeſ. quod ſane idem Combefiſius ſic interpretatur: *Stante autem illo in ſuperiori fornicis parte, cum ſabbati hora . . . . (quippe vergente quod prandii tempus eſſe ſolet) Trullam excitaturi eſſent*, &c. Codex vero Cæſareus a Lambecio laudatus ſic, καὶ τῶν ἀναβαίνων μελλόντων τὸν Τροῦλλον ἐγεῖραι κατὰ τὸ σαββάτου εἰς τὸ δὲν βαθὺν ἀρίστου ὥραν.

201. Εἰς τὸ Τριβουνάλιον) Anonym. Combeſ. καὶ ἐλθόντα εἰς τὸ Τριβουνάλιον, &c. In urbe CP. plura Tribunalia extitiſſe docent Scriptores; ſed imprimis celeberrimum fuit illud Hebdomi, cujus fortaſſis hic meminit Scriptor noſter. De Hebdomo vide quæ ſupra adnotavimus.

Ἐκ τῶν ἵππων καταβάντος) Sic ex Anonymo Combefiſiano. Corrupte ſcribitur in Cod. Reg. 1. ἐκ τῶν δὲ καταβάντων, ἀναβίβασιν, &c.

202. Χρυσοῦς κεντηνάρια τέσσαρα) Hæc ita ex eodem Anon. Combeſ. ſupplemus. In Cod Reg. 1. ſcribitur, κεντηνάρια χρυσίου λίτρας ξδ'. καὶ δοὺς αὐτοῖς ἀπέστειλε, &c.

Ἐλθόντες αὐτῷ) Sic ex Anonym. Combeſ.

203. Ὅτι ἀληθῶς αὐτῷ) Perperam ſcribitur in Cod. Reg. 1. τοῦτο pro αὐτῷ.

Τὸ ἅγιον θυσιαστήριον) Hoc eſt, ſacrum Bema ſeu Bematis pars illa, in qua altare ſtatui ſolet.

Ὁ μύαξ μονοκάμαρος) Perperam legitur in Anonymo Combeſ. ὁ μύαξ μονοκάλαμος. De Concha & de Apſide, ſeu Abſidia pluribus agit Ducangius CP. Chriſt. lib. III. Sed præſertim examinanda eſt tabella iconographica ædis Sophianæ, hic a nobis præpoſita.

Δίφυτον) Perperam ſcribitur in Codino, τὸ μυακόφυτον.

204. Θέλω, &c.) Anonym. Combeſ. Θέλω ἵνα μοι ποιήσητε τρίφωτον τὸν μύακα, καὶ διὰ τριῶν φώτων, εἰς ὄνομα, &c.

Αὐτομάτως) Sic ex Anonym. Combeſ. perperam quippe in Cod. Reg. 1. legitur, ἕτερον.

205. Ἀγγελικῶς (φησὶν) ἐπέγνων) Ita reſtituimus hunc locum; ſiquidem perperam legitur in Codd. MSS. & in Anonym. Combeſ. ἀγγελικοὶ ἐπέγνων, &c.

Ὑπὸ σιδηρῶν μοχλῶν) Sic legitur in Cod. Colbertino & in Anonymo Combefiſiano; Cod. vero Reg. 1. habet, ὑπὸ σιδηρῶν μοχλαδίων.

Καὶ εἶναι ἀμετακινήτους) Hæc ita ex Anonym. Combeſ. In Codd Reg. 1. & Colbert. καὶ εἶναι ἀμετακινήτους. Cæterum Pilas, inquit Procopius, coagmentat non calx, non bitumen, ſed plumbum lacunis infuſum, ἀλλὰ μόλυβδος ἐς τὰ κοῖλα χυθεὶς, καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας, τῶν τε λίθων τῆς ἁρμονίας ἐντετηκὼς, καὶ συνδέων ἀλλήλοις αὐτούς. Vide quid de his Pilis habet Gyllius.

Τὰς ποικίλας ὀρθομαρμαρώσεις) Quid ſignificet ὀρθομαρμάρωσις, vide Salmaſium ad Fl. Vopiſcum p. 442 & Ducangii Gloſſ. v. ὀρθομαρμαρώσεις.

206. Καὶ Βασίλειον κοιαίστωρα) Codin. & Anonym. Combeſ. habent, ὁ Βασιλείου κοιαίστωρ; & hanc quidem lectionem in verſione ſumus ſecuti.

Βήσαλα) Sic ex contextu & ex Cod. Colbert. reponimus; nam corrupta eſt hæc vox in Cod. Reg. 1. Βήσαλα ſunt *coctiles lateres*, & eſt vox plane Hebræa, ſeu potius Chaldæa; nam, בשלא ſignificat *coctum*. Vide Notas Combeſ. ad Anonym. de Æde Sophiana pag. 575. pag. 774.

Σφηνίζοντες) Sic in Cod. Colbertino. In Reg. 1. perperam, σφηνίζοντα.

Διαμετρούμενα) Perperam in Cod. Reg. 1. διαμαρτυρομένα.

Ὁ δὲ σαθμός) Sic ex Anonym. Combeſ. & Codin. In Cod. Reg. 1. & Colbert. legitur, ὁ δὲ ἀριθμός.

Στρογγυλαδί) Ita Anonymus Combefiſianus. Cod. vero Reg. 1. & Colbertinus, φλογοειδῆ.

Κισσηροειδὲς ὄστρακον) Hanc vocem varie ſcriptam reperi in Codd. MSS. In Reg. 1. ſcribitur κισσηρόν: in Colbert. κισσηρῶν: in Anonym Combeſ. κισσηρᾶς, & in Codino κισσηρῶν. At ſcribendum eſſe Κισσηροειδεῖς *pumiceas* nemo non videt, non vero κισσηρείνους, ut Allatius putat; tanquam ſi Hemiſphærium confectum fuerit ex nunquam putreſcenti ligno.

Τὰς τέσσαρας μεγάλας ἀψῖδας) Priuſquam igitur Hemiſphærium (ſeu Trullum aut θόλον, ut vulgo Græci Scriptores illud vocant) conſtructum eſſet, quatuor majores arcus, quibus Hemiſphærium incumbit, artifices ædificarunt. Arcus vero illi quatuor, totidem majoribus pilis, quas ſtructiles columnas appellat Ulpianus, innituntur, ut videre eſt ex ipſius tabella.

Καὶ τὰ λαγαρικά) In Cod. Colbert. ſcribit λαχαρικά. Anonym. Combeſ. habet καὶ τὰ ἐγγλύμματα; quæ quidem vox idem ſignificat quod λαγαρικά, nimirum *anaglypha*. Addenda eſt hæc explicatio Ducangii Gloſſario med. & inf. Græcit. 207.

Καὶ πρόσφορον) Perperam legitur in Cod. Reg. 1. τριμάλαφον.

Πεντάλω) Corrupte ſcribitur in Cod. Reg. 1. πάλω. & paulo infra δακτύλοις pro δακτύλους.

Τὸν δαμασμὸν) Sic ex Anonymo Combefiſiano.

Τὰ τε ὄρθια ἐξ ὕαλίνου, &c.) Perperam in Cod. Reg. 1. τὰ τε ὄρθια ξύλινα χρυσοῦ, &c.

Τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ) Vide Paulum Silentiarium part. II. verſ. CCXLVIII. 208.

Τὸ δὲ ἅγιον Θυσιαστήριον) De Bemate, columnis, cyclio, ciborio, ſacra menſa ac aliis partibus ædis Sophianæ, quæ præſenti capite continentur, ſigillatim agat Doctiſs. Ducang. lib. III. CP. Chriſtianæ; ideo ne actum agere videar aut aliorum ſcrinia expilare, eo lectorem mittimus. Cæterum errata emendamus, ope Codicis Reg. 1. ac Colbertini, necnon Anonymi Combefiſiani, ut ſæpe alias ſupra.

Ἐπὶ τῶν κιόνων ὁλοχρύσων) His, quæ de ſacra menſa narrantur ab Anonymo noſtro, adſtipulatur & Paulus Silentiarius part. II. verſ. CCCXXXV. 210.

> Κίοσι δὲ χρυσείοις ἱερὴ πάγχρυσος τράπεζα
> Νῶτα κατεστήρικτο, καὶ χρυσείοις τε θεμείλοις
> Ἵσταται, ἀφνειῶν τε λίθων ποικίλλεται αἴγλῃ.

Columnis vero aureis ſacræ Menſæ ex auro omnino conflata terga ſuſtentantur, aureiſque perinde fundamentis incumbit illa, & pretioſorum lapidum fulgore variegatur. Præ ceteris autem ſacram hanc menſam graphice deſcripſit Cedrenus his verbis: Ἁγίαν Τράπεζαν, ἔργον ἀμίμητον. ἀπό τε γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων παντοίων, καὶ ξύλων, καὶ μετάλλων, καὶ ὅσα ἄλλα, ὅσα τε γῆ φέρει, καὶ θάλασσα, καὶ πᾶς ὁ κόσμος: ἐκ πάντων συνάξας τὰ μὲν κρείττονα καὶ τιμιώτερα πλείονα, τὰ δὲ ἐλάττω ἐνδεέστερα, τὰ τηκτὰ τήξας, τὰ ξηρὰ ἐνέβαλεν, καὶ οὕτως εἰς τύπον ἐνέχεας, ἀνεπλήρωσεν αὐτήν. ὅθεν καὶ ποικίλην φαινομένην, θάμβος παρέχει τοῖς εἰς αὐτὴν ἀτενίζουσιν, ἐπιγράφει γυρόθεν ταῦτα. *Sacram quoque Menſam tunc fecit, opus imitatione nulla æquandum: conſtabat auro, argento, omnis generis lapidibus, lignis, metallis, omnibuſque rebus quas terra fert, & mare, & totus mundus. Ex omni materia pretioſiora plura, viliora pauciora collegerat: liquatiſque iis quæ fluunt, ſicca illis immiſerat, ſicque in formulam fuderat. Itaque varium illud opus contuentibus ſtuporem injiciebat. In orbem hanc habuit inſcriptionem.* Vide hanc inſcriptionem a nobis editam infra n. 220 & noſtras ibidem Notas. Cæterum has ſacræ Menſæ columnas ut plurimum amplexari ſolebant ii, qui in ædes ſacras, veluti ad aſylum, confugiebant, quemadmodum noſtris temporibus qui ad Eccleſias confugiunt ciborium amplexari ſolent. Theoph. de Papa Vigilio: ὁ δὲ φυγὼν εἰς

Digitized by Google

Edit. Pariſ. pag. 775. τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως, τῷ θυσιαστηρίῳ Σεργίου τοῦ Μάρτυρος μονῆς τῶν Ὁρμίσδου προσέφυγε, κρατήσας ἐκλόγιστον, κατέχων τοὺς βαστάζοντας τὸ θυσιαστήριον κίονας, καὶ ταῦτα κατέσπασε, βαρὺς ὤν, καὶ μέγας τῷ σώματι. *Ille Imperatoris iram veritus, ad Sergii Martyris altare, quod in Hormiſdæ Monaſterio erectum eſt, confugit; a quo vi revulſus, apprehenſas altaris ſuſfulcientes columnas, ut qui gravis erat & corpore validus, ſecum traxit, & evertit.*

211. Τὰ ἀργύρια, &c.) Sic ex Anonymo Combef.

Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ εἰσόδῳ, &c.) Iſtæc ex eodem Anonimo ſupplemus.

213. Τὸν δὲ Ἄμβωνα ἐποίησε καὶ τὴν σωλέαν) De Ambone & Solea ædis Sophianæ pluribus agit Ducangius lib. III. CP. Chriſt. Vide item Allatii Diſſertationem de Solea veteris Eccleſiæ, necnon doctiſſimum Goaram in Euchologio.

Κατὰ σειρὰς) Σειρὰ catennlas interpretatus Combef. ſed perperam. Vide Ducangii Gloſſ. eodem v.

Λυχνίται) Anonym. Combef. εἶχε δὲ καὶ σειρὰς καὶ λυχνίτας σὺν μαργαριταρίοις ἀπεδοτῶν. Quod ſic idem Combefiſius interpretatur. *Sed & Catenulæ & lucernæ rotundis teretibuſque margaritis ornata.* Verum hic Λυχνίτης ſeu λυχνιτάριον Lychnitem lapidem ſignificat, de quo Plinius lib. 37. c. 8. Pſellus item de Lapidibus p. 353. Idem vero lapis Carbunculus videtur appellari a Marcello Empirico. Reliqua vide apud Ducangium lib. III. CP. Chriſt. p. 40. E. R.

214. Τὸ δὲ στόμιον τοῦ φρέατος) In Æde Sophiana præter operculum ſeu os putei Samaritanæ extabat etiam tabella, in qua ad puteum iſtum cum Samaritana ſermonem habentis Chriſti figura depicta erat, ut ſcribit Auctor Narrationis miraculi ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας editi: ἐν τούτῳ δὲ τῷ ναῷ, φησί, καὶ περιωνύμῳ ναῷ, εἰκὼν τις ἐκ χρωμάτων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ σανίδι ἀνιστορημένη κατὰ τὴν ἀνατολικὴν πύλην, ἔνθα τὸ ἅγιον στόμιον τοῦ φρέατος ὑπάρχει τῆς Σαμαρείτιδος: καθ' ὃ ὁ ἀληθινὸς πηγή, ὁ τῶν χαρισμάτων ποταμὸς, ὁ μηκέτι διψᾶν ποιῶν πάντας Χριστὸς, οἰκονομικῶς τῇ Σαμαρείτιδι διελέχθη. ἐπὶ ταύτῃ ἡ σεβασμία αὐτοῦ εἰκὼν ἀνακειμένη ἐτιμᾶτο γραφὴ προσκυνουμένη καὶ σεβασμία πιστοῖς. *In hoc, inquam, venerando ac celebri templo quædam erat ſuis expreſſa coloribus Chriſti veri Dei noſtri imago in tabella depicta, ad Orientalem portam, ubi eſt putei Samaritanæ ſacrum operculum ſeu os, ubi fons verus, ſcaturigo flumen, poto illa in perpetuum ſitim extinguens Chriſtus diſpenſatione ſermonem contulit cum muliere præfata. In eo veneranda imaginis repoſita pictura honorem habebat, fideli piorum veneratione ac cultu.* Quod vero tradit de ſitu ſacri Putei ſcriptor prædictus, qui eum ad portam Templi Orientalem ponere videtur, optime quadrat cum eo quod ſuperius ſcribit Anonymus noſter, dum non longe a ſacro Bemate, ac Ambone eum ſtatuere videtur. Iis ſane adſtipulatur Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii Patriarchæ CP. ubi habet, eundem Patriarcham a Baſilio Imperatore ab exilio revocatum, in magnam eccleſiam κατὰ τὸ ἅγιον φρέαρ introductum ac ſuſceptum a Patriciis ad dextram portam: πρὸ τοῦ ὑπερῴου δὲ τῆς μεγάλης καὶ κατὰ τὴν δεξιὰν πύλην εἰσιόντι προσαπαντηθεὶς ὑπὸ τῶν Πατρικίων ὁ τάχει προσκυνεῖται καὶ δέχεται. Cæterum videnda eſt tabella ædis Sophianæ.

216. Ἄρτι ὁ προβάτης, &c.) Hæc ſuppleta ſunt ex Anonymo Combefiſiano. Sed vide quæ de Clero Sophiano habet Ducangius lib. III. pag. 71. E. R.

Μέχρι τοῦ Ἄμβωνος, &c.) In Cod. Reg. 1. deſideratur folium unum, ideoque reliqua hujus capitis, nec non ſequens caput fere integrum, uſque ad illa verba, τὰ μάρμαρα εἰς ὁμοιότητα τῆς γῆς ex Anonymo Combefiſiano ſupplemus.

221. Ἐποίησεν ὑπατείαν) Id eſt, *Conſulares largitiones fecit.* Sic Theoph. anno 2. Juſtiniani: τῷ δὲ Ἰανουαρίῳ μηνὶ, ἰ. τῆς αὐτῆς Ἰνδικτιῶνος, ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς ὑπατείαν, καὶ τοσαῦτα ἔδωκε χρήματα, ὅσα οὐδεὶς βασιλεὺς ὑπατεύσας. Hoc etiam ſenſu reperitur & apud Scriptores Latinos recentiores, *Conſulatum dare.* Vide Ducangii Gloſſ. Gr. v. Ὑπατεία, & ejuſdem Gloſſ. Lat. in v. *Conſulatus.*

Κλητωρίων πάντας) Iſtæc convivia, quæ dedicata æde Sophiana, exhibuit per quindecim dies Juſtinianus, peracta fuiſſe in Tribunali novemdecim accubitorum docemur ex Theoph. ad annum XXXI. Imperii Juſtiniani; qui Scriptor inſuper tradit, quotannis convivia illa fieri ſolita eodem in loco, ipſo anno fuiſſe prætermiſſa, ob terræ motus continuos, eorumque pretiam Imperatorem in pauperes erogaſſe. Vide quæ de his conviviis ſcribit Ducangius CP. Chriſt. lib. II. pag. 135. E. R. *pag. 776.*

Σὺν τῷ στόλῳ, &c.) Ita ſæpe alias idem Scriptor pro σὺν τῷ στόλῳ.

Χρόνους ζ'.) Quemadmodum ſupra fallitur Anonymus noſter, dum ait, anno XII. Imperii Juſtiniani, ædem Sophianam ab eodem Auguſto cœptam fuiſſe ædificari, ita etiam nunc fallitur dum Hemiſphærii caſum ſub Juſtino Juniore accidiſſe ſcribit, nimirum decimoſeptimo anno ab abſoluta æde Sophiana Juſtinianea. Nam quoquo modo numerentur anni illi, caſum Hemiſphærii Juſtiniano adhuc regnante contigiſſe neceſſario dicendum eſt: quippe Juſtinianum annis 38. cum dimidio imperaſſe Hiſtorici fide digni tradunt. Theoph. annum, menſem, ac diem caſus Hemiſphærii deſcribit: τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Μαΐῳ ζ'. ἡμέρᾳ ς'. ὥρᾳ πέμπτῃ ἀπεκαλύφθη τὸ τροῦλλο τῆς μεγάλης ἐκκλησίας (ὡς γὰρ διερρηγμένου ἐκ τῶν γενομένων σεισμῶν, ἐργαζομένων τῶν Ἰσαύρων) ἔπεσε τὸ ἀνατολικὸν μέρος τῆς τρουλλοειδοῦς τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ συνέτριψε τὸ κιβώριον, καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὸν ἄμβωνα. *Hoc anno, menſis Maii die VII. feria VII. hora poſt exortum V. ſolis prope jam ornamentis perfectis, & Iſaurorum opera bene inſtructis, Magnæ Eccleſiæ trulli (diſruptus enim & hiata deformis ex terræ motuum concuſſione cernebatur) pars orientalior contractæ ad ſanctum altare teſtudinis decidit in terram, & ciborium contrivit, & ſanctam menſam, & ambonem.* Poſtmodum vero cum reædificatum eſſet Hemiſphærium ædis Sophianæ ab eodem Auguſto, ſecunda encænia facta ſunt; quorum quidem diem & annum adnotat Auctor Chronici Alexandr. Τούτῳ τῷ ἔτει λς'. τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας, μηνὶ Ἀπελλαίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Δεκεμβρίῳ, κδ'. ἡμέρᾳ πρώτῃ, Ἰνδ. ιβ'. Ἰνδικτιῶνος, τὰ τῶν ἐγκαινίων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ΚΠ τὸ δεύτερον ἐπετελέσθη ἑορτή. *Hoc anno XXXVI. Imperii Juſtiniani, menſis Apellei, ſive ſecundum Romanos Decemb. XXIV. die, Indict. XII. Encæniorum ſanctæ Dei magnæ Eccleſiæ feſtum ſecundo celebratum eſt.* Iſtæc autem ſecunda Encænia ædis Sophianæ Juſtinianeæ anno poſt Hemiſphærii caſum quinto celebrata eſſe videntur inquere verſus Pauli Silentiarii 1. part. verſu XXVII.

Δάκρυα δὲ πενταέτηρον ἀποψήσαντες ὀπωπῶν,
Μελψομεν εὐφήμοισιν ὑπὸ χείλεσσιν ἀοιδὰς ὕμνους.
Deterſis vero quinto anno ab oculis lacrymis,
Ore bene auſpicato præſtantes hymnos concinamus.

Et quidem ab Eutychio Patriarcha peracta eſſe aperte tradit Zonaras, ἐγκαινισθείσης παρὰ Εὐτυχίου τοῦ Πατριάρχου τὸ δεύτερον. Horum autem ſecundorum Encæniorum ceremoniam pluribus deſcribit Theophanes ad annum XXXVI. Imperii Juſtiniani.

Κἀκεῖνος τὰ τοῦ ἀνωτέρω τρούλλου, &c.) Anonymo noſtro ac cæteris Scriptoribus Originum CP. qui tradunt Hemiſphærium rurſus reædificatum ab eodem Imperatore fuiſſe, dempta e priſtina ſublimitate ulnis quindecim, adſtipulatur & Glycas. Verum falſi convincuntur auctoritate Scriptorum optimæ notæ; in his Theophanes qui Hemiſphærium XX. pedibus altius priori eductum fuiſſe ſcribit: Ἀπεκλεισε δὲ ὑπερ ἄλλας κίονας, καὶ ἐδέξατο τὸν τροῦλλον, καὶ οὕτως ἐκτίσθη, ὑψηλότερος εἴκοσι πόδας ὑπεράνωθεν ἐκ τοῦ πρώτου κτίσματος. *Pilas alias Imperator extruxit, quæ trullum deinceps exceperunt: atque ita inſtauratus eſt XX. pedes altior, quam in priori ædificatione antea fuerat.* 223. Viginti quinque vero pedes altius Hemiſphærium reædificatum fuiſſe ſcribit Zonaras: ὅθεν λέγεται καὶ τὸν τροῦλλον προστάξαντος βασιλέως καθαιρεθῆναι καὶ αὖθις ἀνεγερθῆναι ἐπὶ πόδας εἴκοσι καὶ πέντε μετεωρότερον, καὶ καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ πατριάρχου τὸ δεύτερον. *Qua de cauſa trullum etiam juſſu Imperatoris demoliti, denuo inſtaurarunt, XXV. pedibus altius eductum & ab Eutychio Patriarcha iterum dedicatum.* Agathias etiam caſus trulli meminit, & firmius ac altius reſtauratum fuiſſe a Juſtin. ſcribit. Vide quid Evagr. de Hemiſph. altitudine habet, necnon Glyc.

224 Τὰ μαίμμορα) Hic reſumitur in Cod. Regio 1. in in quo, ut paulo ſuperius monuimus, deſideratur folium unum.

Ψηλάφοντες δὲ οἱ λέγοντες) Hæc & ſequentia ex Cod. Colbertino emendamus.

Τῷ δεκάτῳ αὐτοῦ ἔτει) Sic & Theophanes ad annum x. ejuſdem Auguſti.

Γέγονε καὶ τὰ ἐγκαίνια) Fallitur Anonymus noſter etiam hic, dum anno xxi. Imperii Juſtiniani encænia ædis Sophianæ celebrata eſſe ait; nam præterquam quod ſupra de hac re monuimus, certum eſt ex Theophane, encænia ædis Sophianæ Juſtinianeæ primum celebrata eſſe anno xi. Imperii Juſtiniani, ſecundo vero anno xxxvi. ejuſdem Auguſti.

225. Καὶ τελευτησάσης Θεοδώρας) Errat igitur Codinus qui Eccleſiam SS Ap. dedicatam fuiſſe ſcribit ante ædis Sophianæ dedicationem, ſeu conſecrationem; quandoquidem poſt Theodoræ Auguſtæ obitum Encænia ædis SS. Ap. celebrata ſunt, uti præter Anonymum noſtrum prodit Theophanes, qui anno xxi. Imperii Juſtiniani Theodoram Auguſtam mortem obiiſſe ſcribit; anno vero xxiii. Imperii ejuſdem Auguſti Encænia Templi SS. Ap. peracta eſſe; ubi etiam idem Scriptor, ceremoniam illorum Encæniorum hiſce verbis deſcribit: *Τῷ δὲ Ἰουλίῳ μηνὶ κη´. ἡμέρᾳ γ´. γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἡ κατάθεσις τῶν ἁγίων λειψάνων Ἀνδρέου, Λουκᾶ, καὶ Τιμοθέου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. καὶ ἐξῆλθεν ὁ ἐπίσκοπος Μηνᾶς μετὰ τῶν ἁγίων λειψάνων καθήμενος ἐν ὀχήματι χρυσῷ βασιλικῷ διαλίθῳ κρατῶν τὰς τρεῖς θήκας τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εἰς τὰ γόνατα αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἐποίησε τὰ ἐγκαίνια. Cæterum Julii menſis die xxviii. feria iii. peracta ſunt Encænia ædis SS. Ap. & depoſitio ſanctarum reliquiarum Andreæ, Lucæ, & Timothei ſanctorum Apoſtolorum. Epiſcopus vero Menas una cum ſanctis reliquiis progreſſus eſt vehiculo aureo Imperatorio gemmis exornato vectus, geſtans ſupra genua tres thecas Sanctorum Apoſtolorum: ſicque Encænia celebravit.*

Ἐφ' οὗ βασιλικοῦ γέγονε, &c.) Id eſt, *ſub quo Imperatore*; perperam enim in textu legitur, *quo tempore*; nam Encænia ædis SS Ap celebrata fuere anno xxiii. Imperii Juſtiniani; ſævit vero lues illa mortifera Conſtantinopoli anno xxxi. Imperii ejuſdem Auguſti; de qua vide Theophanem ad eundem annum Juſtiniani, necnon Cedrenum eodem loco.

Μεγάλαι δὲ ἐγένοντο βρονταί) Iſtæc fulgura ac tonitrua horrenda accidiſſe Julii menſis die xiii. feria v. ſcribit Theophanes anno xxix. Imperii Juſtiniani: *Τῷ δὲ Ἰουλίῳ μηνὶ ιγ´. ἡμέρᾳ ε´. ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ φοβεραί, ὥστε πολλοὺς βλαβῆναι. καὶ βροχὴ τοσαύτη ἐγένετο ...* Cæterum terræmotus ille quo corruerunt varia urbis CP. ædificia & præcipue murus ad portam Auream, contigit anno xxxi. ejuſdem Auguſti, ut ſcribit prædictus Theophanes eodem loco.

Edit. Pariſ. pag. 778. Ἔπεσε δὲ καὶ ἡ λόγχη, &c.) Sic ex Theophane

226. reponimus. corrupta ſiquidem iſta in Cod. Reg. 1. & Colbertino habentur. *καὶ ἡ λόγχη ἡ ἀνδριάντος τοῦ φόρου καὶ ἐπικρατεῖ*, &c.

Καὶ τὰ ἐξ ἔτους ἀγαγόντα) De his convulſis vide quæ paulo ſuperius monuimus.

Τὴν δὲ θάλασσαν) Non in illo terræ motu qui anno xxxi. Juſtiniani contigit, mare a terra receſſit, ſed in alio de quo Cedrenus ad annum xxvii. ejuſdem Auguſti: *ἐν ταῖς σεισμοῖς παγκόσμιος γέγονε, ὥστε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην σχεδὸν σαλευθῆναι, καὶ τὴν θάλασσαν ἀναχωρῆσαι μίλια δύο, καὶ πολλὰ πλοῖα ἀπολέσθαι ἐν τῷ τὸ ὕδατα ἀναχωρῆσαι. Per totum mundum iſta concuſſio damna dedit, & mare ad duo milliaria æſtus reſorpſit, inque eo multæ ſunt naves confractæ.*

Ἔπεσε δὲ καὶ ὁ τροῦλος) Nimirum hoc ipſo Imperatore Juſtiniano; quod quidem accidit teſte Theophane, anno xxxii. ejuſdem Auguſti; unde ſecum ipſe pugnat Anonymus noſter qui paulo ſuperius ſcribit trulli Eccleſiæ Sophianæ caſum contigiſſe anno ii. Juſtini Junioris.

Καὶ τὰ δεύτερα ἐγκαίνια) Vide quæ paulo ſuperius de his ſecundis Encæniis diximus.

227. Περὶ τινῶν ἐπιβουλευσάντων) Id contigit anno ii. Imperii Juſtiniani, teſtibus Theophane & Cedreno, qui reos illius ſceleris percenſent.

Ἔστησε δὲ καὶ τὸν κίονα) De hac columna ac ſtatua Juſtiniani ſuper eam erecta pluribus Pachymeres in Ἐκφράσει Auguſteonis a nobis hic primum latine edita lib. vi.

Πέρσας) Hanc vocem ſupplemus ex iis quæ de hac ſtatua Juſtiniani habet idem Anonymus noſter lib. i.

Ἀπεσώθη δὲ καὶ Βελισάριος) Vide Procopium, Theophanem ac reliquos Scriptores, qui res geſtas Juſtiniani, ac Beliſarii ejuſdem Ducis memoriæ prodidere.

Βελισάριος ἡ δόξα τῶν Ῥωμαίων) Eadem ſcribit de nummis Beliſarii a Juſtiniano cuſis & Cedrenus anno 6. & 7. ejuſdem Auguſti; Glycas vero Beliſarium in hiſce nummis Juſtinianeis aureis perinde ac argenteis effictum ſcribit armatum cum gladio ſtricto. Sic ille p. 266. *Ἐκδοῦναι καὶ ἀξίας αὐτοῦ ἀμοιβὰς ... ἰδίως ἐν τοῖς ..., χρυσίνοις, ἀργυρίοις, ... ἐγχειρίδιον ...* Vide quæ de hac re habet Conſtantinus Manaſſes. Petrus autem Gyllius lib. 2. de Topograph. CP. c. 12. ſcribit, dum ipſe Hippodromum CP. perluſtraret, habuiſſe in manu nummum Juſtinianeum, *in cujus uno latere ſculptus erat*, inquit ille, *Juſtinianus Beliſarium excipiens triumphantem; in altero, Beliſarii imago, cum hoc elogio*, GLORIA ROMANORUM BELISARIUS. Effictus nimirum fuit in eo nummo Juſtinianus eodem ferme modo, quo in Chalces camera ſeu fornice teſſellato ſeu muſivo opere repræſentatus fuit, ut ſcribit Procopius lib. 1. de Ædif. c. x. Ibi enim, ut narrat laudatus Scriptor, Beliſarius ad Juſtinianum Imperatorem redux cum exercitu integro exuvias ipſi offerebat, Reges ac Regna, & quidquid inter homines excellebat. In medio ſtabant Juſtinianus Imperator & Theodora Auguſta, ea uterque ſpecie, ut ſummam lætitiam præ ſe ferrent, & feſto victoriam celebrarent, circumſtantibus Senatoribus, feſtumque agentibus, Vandalorum ac Gothorum Reges capti ſuppliciter accedebant. Ita ſane Beliſarium in Hippodromo excepit Juſtinianus, devictis Gothis ac Vandalis, refert idem Procopius lib. ii. Vand. cap. ix. Ac mira ſane res, Procopium Juſtiniani rerum accuratiſſimum ſcriptorem ac teſtem nullam horum nummorum mentionem feciſſe. Unde crederem laudatum nummum, quem olim poſſidebat Petrus Gyllius, ex eadem officina prodiiſſe, ex qua prodiit alter argenteus, quem Pariſiis nacti ſumus; in cujus quidem nummi parte anteriori cernitur Beliſarius barbatus cum galea, ad pectus cum chlamyde; ubi legitur hæc inſcriptio: BELISARIUS. pag. 779. In altera vero parte viſitur figura muliebris ad dextram gradiens, dextra geſtans coronam lauream, ſiniſtra palmam; cum hac inſcriptione GOTHIS DEVICTIS. Sed hunc nummum ſuppoſititium quidem eſſe non dubito, uti ſuo loco pluribus de hac re adnotabimus.

Ὠδῶν καὶ οἱ Βελισάριοι) Ita ex Cedreno reponimus. 228.
Perperam in Codd. Regiis & Colbertino ſcribitur, *τὰ αὐτὰ ... Βελισαρίου ...* De Beliſarii autem varia fortuna ac ejuſdem fine pluribus ſupra diſſeruimus n. 97.

Φυλάξω μὲ ἐκεῖθεν) Ita ex Cod. Colbertino. Perperam habet Reg. 1. *μὴ φυλάξωσι βουληθεὶς*. Et paulo infra *πάντα* pro *πάντων*.

Ἀνδρέας τὸ ὄνομα) Andream hunc natione Italum fuiſſe ſcribit Theophanes anno xvii. Imperii Juſtiniani: *καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει τις ἐκ τῆς Ἰταλίας χώρας περιδρομαῖος ὀνόματι Ἀνδρέας ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ κύνα ξανθὸν καὶ τυφλόν. ὅς τι κελευόμενος ὑπ' αὐτοῦ ἐποίει θαυμαστά*, &c.

Πνεῦμα Πύθωνος ἔχων) Hieronymus in Ezech. cap. 13. appellat Pythicum ſpiritum. Et cap. 16. Actorum Apoſtol. *Πύθωνος πνεῦμα*. 229.

Καὶ τὴν γέφυραν τοῦ Σαγγάρου) Perperam in MSS. legitur, *καὶ τὴν τετραγόνουρον*. De hoc ponte ad flumen Sangarin a Juſtiniano extructo loquitur Procopius de Ædif. l. v. c. iii. qui pons, cum hæc Procopius ſcriberet, nondum abſolutus erat, ut idem prodit.

Ἐν ς´. λόγῳ ἀνεγράψατο) Sex libros de Ædificiis, non octo conſcripſit Procopius.

ANSELMI BANDURII
RAGUSINI,
MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS
COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES Conſtantinopolitanas

LIBER QUINTUS.

Δ Οξάζεται παρ' αὐτ̃, &c.) Vide quid ſupra adnotavimus ad Anonymum noſtrum n. 143.

Ἐν δόλῳ) Lambecius το, ἐν δόλῳ jungit præcedenti periodo, ſcilicet, καὶ ἵσταται ἕως ἡμῶν ἐν δόλῳ, ac legendum eſſe putat ὅλον, vel σὺν δόλῳ: ipſe vero cum Combefiſio ſejunctim lego & ſic periodum finio, καὶ ἵσταται ἕως ἡμῶν. ἐν δόλῳ Μάρκελλος Ἀναγνώστης φησὶν ὅτι, &c. & ſic verto. *Falſo Marcellus Lector prodit*, &c. Sic & Anonymus noſter n. 137. ubi de Aſparis cifteron, Aſparem & Ardaburium interfectos ſcribit ab Imperatore Leone M. eo quod conjurationa cum populo inita, Leonem Imperio dejicere ſtatuiſſent, εἰ μὴ ἐξ ἀγχινοίας ὅτως τούτους ἀνεῖλε δόλῳ, *niſi forſan de induſtria eos dolo ſuſtulerit Imperator*. Nec diſplicet ingenioſa Combefiſii conjectura, qui pro ἐν δόλῳ legendum putat, ἐν δ'. λέγω, ſcilicet *libro quarto Marcellus Lector ſcribit*, &c.

Κόνωνι τοῦ Ἰσαύρου) Scilicet Leonis Iſauri qui & Conon & ob dejectas imagines Iconomachus paſſim

Edit. Pariſ. pag. 780. aſt appellatus: teſtatur præ cæteris Cedrenus: Λέων, ὁ ἐ Κόνων, ὁ Ἰσαυρος, καὶ εἰκονομάχος, &c.

231. Τοῦ Ἀναστασίου τὸ φροντιστήριον, &c.) Ab Anaſtaſio non conditum ſed renovatum fuiſſe templum S. Agathonici ſupra demonſtravimus n. 130.

Στεφανοφόροι) Lego ἱεροφάνομεν.

Τοῦ Ταύρου) MS. habet, ὑπὸ ξυμοῦ; at legendum eſſe ὑπὸ Ταύρου cum Lambecio ſequentia ſuadent.

Ἀνανεωσάντων ἐπὶ Ταύρου Α...) Vide quid ſuperius ad Anonymum noſtrum monuimus n. 130.

Λέων Κωνσταντῖνον εἰς πρῶτον ἐπίανοον) Suſpecta hæc lectio Lambecio viſa, ac ita eam emendat, Λέων καὶ Κωνσταντῖνος εἰς πρῶτον ἐπίανοον; ipſe vero ut ingenue fatear, non caſtigatum ſed corruptum a Lambecio locum puto; quid enim magis obvium hiſtoriam evolventibus occurrit, quam ejuſmodi plebis adulationibus principes ſegnes æquiparatos, imo ſæpe lætius prælatos principibus, qui bellica laude, & omni virtutum ornatu clari extitere; dum plebs præſens principis beneficium conſiderat, vel futurum ſperat? Idcirco corrigendus eſt ex Chronographo Codinus qui ita habet, Κωνσταντῖνος, καὶ Θεοδόσιος ὁ μέγας, καὶ Λέων, εἰς πρῶτον ἐπίανοον, lego Κωνσταντῖνον, ἢ Θεοδόσιον, &c. Optime quidem hæc Anonymus noſter: Ἑλένη ἢ Κωνσταντῖνος καὶ Θεοδόσιος εἰς πρῶτον ἐπεπίδουσαν, id eſt, *Helena, Conſtantinus & Theodoſius prorſus victi ſunt*. Falſo autem hanc murorum terreſtrium inſtaurationem Leoni magno Chronographus, Anonymus noſter, & Codinus adſcribunt, cum Theophanes, Cedrenus & Manaſſes, muros hos, anno XXXIV. Leonis Iſauri terræmotu collapſos & ab eodem Auguſto reſtauratos memoriæ prodiderint; ut ſupra in Notis ad Anonymum noſtrum pluribus monuimus n. 156.

232. Καὶ βωμὸς κ' ἀρμῶν μικρῶν Ita cum Combefiſio lego. MS. habet, καὶ βωμὸς κεγίδων μικρῶν. Lambecius emendat, καὶ μοχλίων.

Σκήνωμα) Σκήνωμα hic idem ſignificat quod λείψανον, *cadaver*. Chronicon Alexandrinum anno v. Theodoſii Magni, καὶ τῷ αὐτῷ ἐπανεστάλη τὸ σκήνωμα Κωνσταντίου — ἢ κατεσάλη, &c. Ita idem Scriptor ad annum 1. Arcadii & alibi. Hac ſignificatione ſæpe etiam uſurpatur hoc nomen apud Scriptores Eccleſiaſticos.

Ἵσταται πυργίον αὐχμῶδες) Scilicet *turris ſqualida*
ſeu neglecta. Ita ex contextu reſtituimus; paulo quip- 233.
pe infra habet, Ἴσταται τὸ πυργίον ἐκεῖνο τῆς πόρτης. MS. habet συρίαιον in primo loco, neque ſpernenda hæc lectio foret, niſi contextus aliud moneret; nam συρίκιον non ſolum haſtæ cuſpidem, ut putat Combefiſius in Notis ad eundem locum, ſignificat; verum etiam Græcis recentioribus pro columella paſſim uſurpatur; ſic Anonymus noſter & Codinus: ὁ δὲ γυναικοειδὴς στήλη ἡ ἱσταμένη εἰς τὴν φιάλην τοῦ ἱπποδρομίου, εἰς τὸ συρίκιον, Εὐφημία ἐστὶ τῆς Ἀθηναίας: & alibi cum de templo Salvatoris in Chalce a Romano Seniore eructo; ὁ Σωτὴρ ὁ τῆς Χαλκῆς Ρωμανὸς ὁ γέρων ἀνήγειρεν, ὑπὸ συρικίων μικρῶν δύο, &c. Ubi Cod. Reg. 2. ὑπὸ κιόνων δύο μικρῶν habet. Pro αὐχμῶδες vero, lego cum Combefiſio αὐχμῶδες (ſic enim pleraque neutra ſequiores Græci in ε terminant) *ſqualida* ſcilicet, *neglecta, ſitu horrens*. Ducangius αὐχμῶδες legendum putat; Lambecius vero αὐχμώδης, vel συρίκιον ὁ αὐχμεῖ, nihilque erroris ſuſpicatur in priori voce, licet cum contextu pugnet, & cum Codino qui ſic habet: ἱσταμένη γὰρ αὕτη τὸ πάλαι κατακλείετο, καὶ ταύτης τῆς πόλεως μετὰ καὶ τῶν τειχῶν αὐτῆς ἀφανισθείσης τὸ πυργίον ἐκεῖνο τῆς πόρτης, ἡ ῥηθεῖσα στήλη ἔκειτο, &c. ubi Lambecius allucinatus eſt dum reddit, *turris illa, in cujus porta ſtabat ſupradicta ſtatua*; dum textus non in porta turris ſtatuam ſteiiſſe ait, ſed turrim in porta Caſtri Panormi, atque turri impoſitam ſtatuam perhibet.

Ὀργυιὰς α') Codinus habet, ὀργυιὰς ιά.

Αὕτη δὲ παρελήφθη ὑπὸ Χοσρόου) Eadem porro, ſed pag. 781.
paulo diverſis verbis, refert Codinus, qui inſuper 234.
addit, eo ipſo tempore a Choſroe Jeroſolymam captam, ac ſanctam & ſalutarem Chriſti Crucem una cum Zacharia Patriarcha inde ablatam; quam urbem cum poſtea Heraclius vigeſimo Imperii ſuo anno, devicto Choſroe, una cum omnibus captivis recepiſſet, ſacroſanctum Crucis lignum Conſtantinopolim reportavit, Dei gratia adjuvante, necnon precibus Modeſti, tunc Patriarchæ illius Urbis.

Καὶ τετάρτη τοῦ παιδὸς Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου) Ita Combefiſius emendat; corrupte quippe in MS. legitur, τῷ τρίτῳ Κωνσταντίνῳ τῷ ἱματίῳ.

Ὁ Ἡρόδοτος ὁ ἱστορικὸς, &c.) Quis Herodotus iſte Chronographus fuerit, vel quo tempore vixerit mihi non liquet; niſi forte pro Ἡρόδοτος legendum ſit Ἡρωδίων, quem etiam infra Chronographus noſter citat. Hippolyti vero nempe Thebani meminit Glycas parte tertia Annalium; Nicephorus quoque Calliſt. hiſt. Eccleſ. lib. 2. Hujus Chronicon Romæ extare in Bibliotheca Vaticana tradit Conradus Geſnerus in Bibliotheca ſua. Et tom. 3. Antiq. Lect. Caniſii extat fragmentum ex hujus Chronographia decerptum.

Ταύτην στήλην) Ita ex Anonymo noſtro reſtituimus. MS. habet στήλας. Lambecii editio στήλαι. Pluribus hæc omnia habentur in Anonymo noſtro n. 170. & 175.

235. Πλησίον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου) Scilicet proxime templum S. Theodori Tyronis, quod in Tractu Sphoracii extitiſſe perhibet Anonymus noſter, haud procul a Magna Eccleſia, ut ſuo loco monuimus.

Καὶ τοῦτο δὲ ἐμφέρεται) Ita ex contextu & ex ſe- 236.

quenti capite reſtituimus. Perperam legitur in MS. ἐμφαίνεται.

Μητροφάνης Επισκόπου, &c.) Anno Imperii Conſtantini vigeſimo quinto Alexander Metrophanis ſucceſſor Eccleſiam Conſtantinopolitanam jam ab aliquot annis regebat; & ſic quod Metrophani Chronographus attribuit, temporis ratio non admittit.

237. *Καὶ Παῦλος*) Paulus ſub Conſtantio Epiſcopatum adeptus, a quo ſtatim deturbatus, Romam coactus eſt petere; falſo igitur prodit Chronographus hujus imaginem una cum Metrophanis & Alexandri tabulis ligneis a Conſtantino magno inciſam, & in Foro prope magnam ſtatuam, collocatam fuiſſe, ut optime ad eundem locum obſervat Combefiſius.

Εν τῷ Καρωτῷ Μιλίῳ) At legendum eſt *ἐν τῷ ὠραίῳ Μιλίῳ*; nam idem Chronographus infra ubi de ſecundo Spectaculo agit, *ἐν τῷ ὠραίῳ Μιλίῳ* habet. Ita & Lambecius legendum putat; Combefiſius vero MS. lectionem ut genuinam tuetur, ſcilicet, *ἐν τῷ Καρωτῷ Μιλίῳ*, & vertit *in Milio Coronato*. Vide hac de re Anonymum noſtrum n. 35. ubi ſcribitur *ἐν τῷ ὠραίῳ Μιλίῳ*

Καὶ δὴ Αγκυρανοὶ Χρυσογραῖοι) Codinus habet *Αγκυρανοί*; at Lambecius legendum cenſet *Αγκυρανοί*, tamquam ab *Αγκύρας* Galatiæ oppido.

238. *Καὶ Καρονιτικός*) Ita reſtituimus ſecuti lectionem Codicis Vallicellani, quam Lambecius adfert. Vide quæ ad Anonymum noſtrum adnotavimus n. 38.

Καὶ ὁ νέστορ πόλεως) Ita ex Anonymo noſtro emendamus. MS. habet, *ὁ νυκάτιος πόλεως*. Vide notas noſtras ad eundem Anonymum, paulo ſuperius citato loco.

Καὶ ὁ ἱέρακα τῆς Αθηνᾶς, &c.) Ita reſtituimus, vide ad Anonymum Notas n. 38. Prius legebatur, *καὶ ἡ ἱσταμένη τῆς Αθηνᾶς, ἀνὰ πλευρῷ τὸ Ηρωον φιλάσοφον μαστιγούμενον ἔχουσα*.

Οὐκ ὀλίγου μέν) Ita ex contextu reſtituimus: *ὁ* quippe deſideratur in MS.

Γαλλικοὶ Κονίτορες) *Γαλλικοί* ſimpliciter habet Codinus, Anonymus vero noſter, *καὶ Γάλλοι*, cujus lectionem cæteris præfero. Vide quæ ſupra ad Anonymum monuimus.

239. *Εν τῷ παλαιμερῷ Φόρῳ*) Multa in hoc capite adnotanda, & animadvertenda eſſent, niſi omnia copioſe ac pro viribus a nobis ſupra ad eundem Anonymi noſtri locum adlata eſſent; unde ne actum agere videar, vel dicta refricare eo lectorem mittere conſentaneum eſſe duxi, necnon ad Combefiſii Notas.

Edit. Pariſ. pag. 782.

240. *Καὶ τὰ στοιχεῖα*, &c.) Locus corruptus. Vide quæ de hac re habet Anonymus noſter n. 54.

Μενάνδρου Μάντεως Κρητῆ) Quod Lambecius putat ſcribendum, *Μενάνδρου μὲν τὰ ἀσκηρόντα*. Ego vero Menandri Vatis ſtatuam fuiſſe puto a Creta inſula Conſtantinopolim advectam, unde pro *Κρητῶν* ſcribendum eſſe cenſeo *ἀπὸ Κρήτης*; ſed ex ſola conjectura nolui textum emendare.

Επὶ τὸ Αρτοτυρικὸν οἶκον) Codinus habet *ἐπὶ τὸ Αρτοτυρικὸν οἶκον, ὅ ἐστι τὸ Αρτοπωλεῖον*; unde pro *οἶκον* utrobique forſan ſcribendum eſt, *φόρον*. Locus fuit Conſtantinopoli ſic dictus, ubi & panes, & caſei venum exponebantur. De Artopoliis pluribus lib. 2. locuti ſumus.

241. *Επιζήμιον ὑπήρχοντο*) Ita ex Codino Combefiſius reſtituit. In MS. corrupte legitur, *ἐπὶ ζημίας ἐκδορίζοντο*.

Καὶ τὶ διαδεχόμενον τῷ τόπῳ) Leg. *τὸ τίνος*.

Οτε καὶ Ασπαρ καὶ αὐτῷ τύραννοι ἐδέξατο) Aſpar Ardaburii Pater, qui Conſul fuit anno CCCCXXXIV. primuſque Patriciorum dictus eſt a Leone, cui imperium adſeruerat, una cum duobus filiis ab eodem interficitur ob affectatum Imperium anno CCCCLXXI. Perperam igitur habet Codinus; *ὅπου δὴ καὶ Ασπαρ παραδυναστεύων τῷ τότε σὺν ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἐπὶ αὐτῷ τὸ κέρας ἀδελφικὸς ἐδέξατο*. Vide quid de Aſpare Patricio lib. 1. & 151. adnotavimus.

Ασπαρος δὲ ὁ στήλη, &c.) Pluribus hæc Codinus; *ἡ καὶ στήλη ἐν τοῖς Ταύρου μέρεσιν ἦν ἡ δεῦρο ἱστᾶτο ἐν ἵππῳ καθημένη. τὸν οἶκον τοῦ Ασπαρος εἶχε Βασιλικὸς ὁ παρακοιμώμενος*.

Ελ ἐξαντο στήλαι πορφυραῖ διὰ μαρμαρίνων ιβ'. ἢ σειρῆνες ιβ'.) Ita habet & Anonymus noſter; ſed utrobique lego, *ἵσταντο στήλαι πορφυραῖ δεκαδύο μαρμάρινα ιβ'. καὶ σειρῆνες ιβ'.* ſcilicet, in Foro ad dexteram Orientis partem, ſtabant duodecim ſtatuæ ex porphyretico marmore, totidemque Sirenes. Codinus habet: *Κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ φόρου, στήλαι ἐκ μαρμάρου πορφυροῦ ἦσαν δώδεκα, καὶ Σειρῆνες δώδεκα*. Quod Lambecius vertit. *Ad dexteram fori partem ſtatuæ duodecim ex marmore porphyretico erant, & totidem Sirenes*. Vide quæ ſupra ad Anonymum noſtrum adnotavimus. 242.

Ο σταυρὸς ὁ μονοσύλλαβον, &c.) Multis in locis de Cruce agit Anonymus noſter, ubi vide quid obſervavimus. Perperam autem editum fuit *ἐρωτικοὶ* pro *σταυρὸς*, ut optime monet & Combefiſius. 243.

Ανηγέρθη) Anonymus noſter habet, *ἀνηγέρθη*: at utraque lectio probabilis.

Ενθεν καὶ ταχυδρόμων δύο) Perperam interpretatur Combefiſius, *velocium duorum curſorum*, ut ſupra ad Anonymum noſtrum pluribus monuimus.

Σταυρὸς ἀργυρόπλατος, &c.) Sic ex Anonymo noſtro reſtituimus; prius enim legebatur, *σταυρὸς ἀργυρόπλατος ἐν τοῖς ἀκροτηριακοῖς στρογγύλοις μήλοις*. Quod quidem Combefiſius ſic interpretatur, *Crux argenteis laminis, decurtatis pomis ac ſphærulis*.

Ανδριάντα αὐτῶν ἀμφοτέρων, &c.) Vide noſtras ad Anonymum Notas n. 41.

Αφροδίτης παρθένου, &c.) Anonymus noſter habet; *Αφροδίτης παρθένου ἱερὸν ὅδε θανάτου χωρίζομαι*. Vide quæ ibi adnotavimus.

Τοῖς πρωτοδεδηλωμένοις) Locus mutilus ſic ex Anonymo noſtro ſupplendus. *Τοῖς πρωτοδεδηλωμένοις καὶ χοῖρος ἵσταντο σημαίνων τὸ πραγμάτων πάντων ἀναιδῆ. καὶ γυνὴ ἀσεβὴς πάλιν σημαίνουσα τὸ ἀναίσχυντον τῶν ἀγοραζόντων καὶ πωλούντων.* Id eſt. *Præter ſuperius memorata erigebatur porcus, multitudinis ſtrepitum denotans, & proxime undaſtatua, ſignificans impudentiam eorum qui emunt & vendunt*. Combefiſius non advertens locum hunc mutilum eſſe; ita eum interpretatur: *Præfectus ſtatuam Ærario adjecit; in eorum ſtipem qui eam priores retulerant*. Quibus verbis nullum ineſſe ſenſum nemo non videt; quippe ſi ſtatuam illam in eorum ſtipem, qui eam priores retulerent deputaſſet, Ærario utique eam non adjeciſſet.

Τὸν δὲ Ξηρόλοφον, &c.) Hæc omnino diverſe apud Anonymum noſtrum leguntur: *Εν τῷ Ξηρολόφῳ, κοχλίον θέαμα τοῖς ὁρῶσι, ἐν αὐτῷ, κοχλιοειδές. καὶ στῆλαι τῆς Αρτέμιδος, καὶ ἕτερα ἄλλα εἰς τὰς ἀψῖδας. ἔχοντα δὲ ἐλπίδα φέρον Θεοδοσιακὸν. καὶ ἐπὶ μέχρι Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου*. Vide quæ ſupra monuimus. 244. pag. 783.

245. *Τὸ δὲ Εξακιόνιον*, &c.) *Εξακιόνιον* & *Εξωκιόνιον* ſcribitur apud Anonymum noſtrum necnon apud alios Byzantinos Scriptores; ſed ſi etymon ſpectetur, *Εξωκιόνιον* ſcribendum puto; ſiquidem inde Exocionium nuncupatum perhibent, quod extra terreſtrem murum a Conſtantino extructum ſtatua ejuſdem Conſtantini extaret; uti ad Anonymum noſtrum adnotavimus.

Νεβρὼδ) Fuit ſtatua cujuſdam venatoris cum cane & lepore. Hinc Græculus noſter Nemord eam fuiſſe ſtatuam aſſerit, quod cap. x ver. 9. Gen. Nemord *robuſtus venator* dicatur. Sed non advertit Chronographus, quod Nemord in Scripturis appellatus *robuſtus venator* non modo ferarum ſed hominum, quos inſtar prædonis & tyranni, partim vi & armis, partim inſidiis ac dolo captabat & ſibi ſubjiciebat.

Ταῦτα Μαυρικίου παρέστησε) Anonymus noſter narrat hæc omnia a Mauricio confracta fuiſſe. Vide noſtras ad eundem Notas.

Καὶ κανδήλας ἔχουσα) Ita ex Anonymo noſtro emendo; perperam quippe in MS. legitur, *ἢ μεγάλας ἔχουσα*; ſic & Lambecius & Combefiſius legit. 246

Βασιλίσκου) Ita ex eodem Anonymo lego. Corrupte MS. *Βασιλικοῦ*.

Νεμεσίου) Sic legit & Lambecius. MS. *Νεμεσίου*.

Κάτωθεν τὸ μεγάλου τείχους) Perperam in MS. legi-

tur πύλαι pro σύλαι ; & ταυρὶ pro σαυρὶ , uti optime Lambecius primum monuit & deinde Combefiſius ; ſed ne actum agam vide quæ ſupra ad Anonymum noſtrum obſervamus.

Ἀλλὰ καὶ βίκοι) Lambecius pro βίκοις βαῦκοι legendum putat ; quapropter nec immerito a Combefiſio reprehenditur ; nam crebro apud Scriptores βαυκαλ & βίκους reperitur , eadem qua βικίον ſignificatione ; cum omnes hæ voces a Βῖκος , quod eſt vas aut urna habens anſas , deductæ videantur . Vide Ducangii Gloſſ. v. Βῖκα .

247. Τυπούμενα τοῦ κίονος τοῦ φόρου) Ita ex contextu reſtituimus ; nam in Editis , & in MS. habetur , ὑποκάτω τοῦ φόρου , in inferiori parte fori .

Καὶ παρὰ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἀσφαλισθέντα) Vide noſtras ad Anonymum notas lib. 5.

Ἐν τῷ Στρατηγίῳ τῷ μεγάλῳ) In Strategio milites exerceri ſolitos narrat Anonymus noſter , ubi etiam plurima ſimulacra extitiſſe refert . Quæ vero prodit Chronographus de nummis Græcorum , &c. vide Combefiſii Notas , licet res ſit parvi momenti .

248. Τοῦ ἁγίου Μηνᾶ) Templum hoc S. Menæ ponitur ab Anonymo noſtro in Acropoli , ὅτι εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ἐν τῇ Ἀκροπόλει . Vide quæ ibi adnotavimus num. 1.

249. Ἐν τῇ φιάλῃ κατέδυσε) Anonymus noſter habet , εἰς τὸ φιαλίτικον κατέδυσε .

Εὐτυχοῦς τινὸς , ὡς ἐν τῷ σῴδῃ ἐγράφη) Ita ex Anonymo noſtro reſtituimus ; ſic porro & Lambecius ſcribendum putat ; perperam vero Combefiſius legit cum MS. ὅ ἐν τῷ σώδῃ ἐγράφη .

Θεμάτια) Sic ex Anonymo noſtro emendamus . Perperam Lambecius & Combefiſius , Θεμάτια legunt . Θεμάτιον ſiquidem ſtatuam magico ritu conſecratam ſignificat , non ſolum apud Anonymum noſtrum & Codinum eodem loco , verum etiam apud Cedrenum ad annum 21. Heraclii : ἐν τῷ ιά. ἔτει ἐκρήγνυτο θεμάτιον τῶν Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως , &c. Eadem autem notione Θέμα uſurpatur apud Euſtachium in Vita S. Eutychii Patr. Conſtantinopol. n. 55. ubi de Veneris ſtatua loquitur : ὅτι καὶ ἐξώρυξεν ὁ αὐτὸς μυστικὸς τὸ θέμα τὸ ἀνδριάντος Ἀφροδίτης , &c. Vide Gloſſ. Ducangii eodem v.

Edit. Pariſ. pag. 784.

Αἰγυπτίων τῇ βασιλείᾳ) Perperam in MS. legitur & in editione Combefiſiana τῷ βασιλεῖ . Ita hæc Anonymus noſter narrat : οἱ δὲ τῶν γυναικῶν ἐστιν τὸ ἡ βασιλέα αὐλὴ ὄντων τῷ Εὐτυχῷ Πλάτωνι . ὁ δὲ εἶχεν ἐκκλησίᾳ .

Ἐν τῇ Χελώνῃ) Id eſt , in Teſtudine . Tractus quidem Urbis ita nuncupatus . Vide quid ſupra hac de re monuimus .

Ἐκ τῆς Ἡμερίου Χαρτουλαρίου , &c.) Hinc patet quædam etiam alia de Hemerio ſcripſiſſe Theodorum , ex quibus illud unum ſit electorum . At cum nulla Hemerii mentio occurrat in illis duobus libellis , qui titulo ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς , Theodori Lectoris nomine inſcripti circumferuntur , credere procul dubio licet , Nicephorum Calliſti non integram Theodori hiſtoriam , ſed ea tantum quæ excerptu digniora putavit , collegiſſe . Hæc ſiquidem non ſolam noſtra conjectura , ſed etiam , licet diverſo argumento , Doctiſſimi Gerardi Joannis Voſſii comprobatur ex ipſis Codicibus manu exaratis , qui in Veneta Beſſarionis Bibliotheca extant hoc titulo Epitomes Hiſtoriarum Eccleſiaſticarum Theodori Lectoris & Philoſtorgii . Alter , Theodori Lectoris Compoſitio Eccleſiaſtica e variis auctoribus . Hujus autem ſecundi Codicis nuper ad nos Venetiis miſit quidam amicus titulum , initium Operis & finem ; nimirum : ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ ΕΚΛΟΓΗ ΕΚ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ . Initium : Καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι χρήσιμον , ἢ λαμπρὸν φανεῖται , οὐδ᾽ ἂν ἐνδέοι τις δάκτυλον τῇ δοκιμασίᾳ τῇ σῇ . ἀρέσει δέ μοι ἡ γραφὴ ἀπὸ τῆς Κρίσπου καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Καίσαρος τρίτης ὑπατείας μέχρι τοῦ ὄντος ἡ δευτέρας τῆς σῆς . ἔδοξε δέ μοι καλῶς ἔχειν , &c. Finis : Καὶ τὸ μὲν ὧδε γέγονεν , ὥς προέφην . κατὰ τὸ πλεῖστον γυναῖκα ὑπὸ γῆν κείμενα παῖς ἀνέφανεν , ἐν χιτῶνι κεκρυμμένη , αἴθυμι , γεννάδα μετρίαν καθημένην ἔχων , ἐν χερσὶν . . . . καὶ τοῦ ἐρδελλοῦ ἐλίγγεν βάθη τὴν ὀρθὴν χαλκοτυπουμένης . Hinc manifeſto apparet integrum Opus Theodori Anagnoſtæ ſeu Lectoris , quod cum magno detrimento rei literariæ amiſſum credebatur , Venetiis in Bibliotheca ſancti Marci deliteſcere . Sed de hac re pluribus alibi . Cæterum titulum ſupra dictum ita emendat Lambecius . Ἐκ τῆς Θεοδώρου Ἀναγνώστου φράσεως τῆς περὶ Ἡμερίου Χαρτουλαρίου , ὅτι , &c. Atqui nullus eſt morbus ; nulla medicina adhibenda ; obſcurat enim potius auctoris mentem Lambecii caſtigatio , ut optime Combefiſius admonet .

Ἐμοὶ δὲ , φησὶν ὁ Θεόδωρος , &c.) Ita ex Codice Vaticano hunc locum emendat Lambecius . 250.

Καὶ πρῶτον τὸ Ἡμίζιον) Ita ex Anonymo noſtro & ex Codino . Vide quæ ſupra ad Anonymum noſtram adnotavimus .

Διὰ τὸ τοῦτο ἔχειν , &c.) Id eſt , quod hoc ſolum mihi ſupereſſet , quod agerem . Fides ſiquidem dictis non eſt habita , teſtes nulli aderant , recurrendum igitur erat ad juſjurandi religionem ; quod ſola canonica purgatio eum ſervare poſſet . Aliter vero hunc locum interpretatur Combefiſius ; quod & mihi quandoque unum iſtud factum conſtiteris . 251.

Καὶ αἱ τοῦ βασιλέως φίλαι) Vide Lambecii notas ad Codinum , & Combefiſii ad Chronographum .

Ἀνδρίας τῆς Βερίνης) Duas item Verinæ ſtatuas recenſet Anonymus noſter , quarum unam ſtetiſſe ait magis ad Auſtrum vergentem quam ſancti Agathonici templum , poſt aſcenſum graduum , non vero ſupra gradus uti placuit Chronographo , alteram e regione proxime S. Barbaræ templum in Artotyriano loco , ſeu Artopoliis , ſitam . Vide quæ ſupra ad Anonymum noſtrum de ſitu ſanctæ Barbaræ adnotavimus . Cæterum Codinus etiam loquens de hac Verinæ ſtatua quæ Auſtrum verſus prope S. Martyrem Agathonicum ſtabat , μετὰ τὴν ἀνάβασιν τῆς ἐκεῖσε βαθμίδος extitiſſe perhibet . Ita habet & Suidas v. Βερίνη , ubi perperam Æmilius Portus interpretatus eſt : Βερίνης τῆς γυναικὸς τοῦ μεγάλου Λέοντος δύο στῆλαι εἰσιν . Verinæ magni Leonis uxoris duæ columnæ fuerunt ; nam hic στήλη non columnam ſed ſtatuam ſignificat , qua ſignificatione paſſim apud Byzantinos Scriptores occurrit ; quod autem hic στήλη non columnam ſed ſtatuam ſignificet , ex ipſo Chronographo maniſeſte evincitur : Βερίνης , inquit , γυναικὸς Λέοντος μεγάλου ἡ στήλη πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου ἄνωθεν τῶν βάθρων ἐν κίονι χαλκῷ : ſcilicet , Verinæ Leonis Magni uxoris ſtatua prope ſanctum Agathonicum ſupra gradus columnæ æneæ inſidens viſitur . 252. pag. 785.

Ἐν τῷ Ἀνεμοδουλίῳ προσεστῶτα) Hæc optime conveniunt cum Anonymo noſtro , qui proxime ſanctæ Barbaræ templum in Artotyriano loco ſeu Artopoliis ſitum , alteram Verinæ ſtatuam ſtetiſſe perhibet : ſiquidem Anemodulium in ipſis Artopoliis extitiſſe creditur . Hic vero Ἀνεμοδούλιον pro Ἀνεμοδούλιον ſcriptum puto ſive pro Ἀνεμοδίῳ ; quomodo etiam apud Cedrenum ſcriptum reperio . Sed ne actum agam , vide quæ ſupra de Anemodulio obſervamus .

Ἡ τῆς ἐκκλησία ὑπ᾽ αὐτῆς ἐκτίσθη) Ædem ſanctæ Euphemiæ Olybrii nuncupatam extruere cœpit Eudoxia Valentiniani Junioris uxor ; ſed cum illa acerba morte ſublata eſſet , Olybrius Romanus dignitate Magiſter , qui juxta habitabat , eam abſolvit : ita Codinus in Excerptis n. 378. Chronicon Alexandrinum loquens de Olybrio , qui Romæ Imperator appellatus fuit , & Placidia ejus uxore : ὅτι , inquit , κτίζουσι τὴν ἁγίαν Εὐφημίαν τὰ Ὀλυβρίου . Ex quibus apparet , ædem ſanctæ Euphemiæ Olybrii dictam , ab Euphemia Auguſta uxore Juſtini Thracis inſtauratam tantum fuiſſe , non vero de novo excitatam . In eadem autem æde ſanctæ Euphemiæ Concilium celebratum eſſe anno XXVIII. Juſtiniani ſcribit Theophanes pag. 194. E. R. Fuit vero in ea Monaſterium virorum , nam Baſiliſcus Presbyter & Archimandrita τῆς ἁγίας Εὐφημίας τῶν Ὀλυβρίου ſubſcripſit libello Monachorum ad Synodum ſub Hormiſda , & Dioſcorus Hegumenus interfuit Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena . Cæterum vide quæ de ſtatua Euphemiæ Auguſtæ , quæ erat

ad hanc Eccleſiam, habet Codinus in Excerptis num. 366.

253. *Καὶ ἑτέρα ἐν τοῖς Αὐγουστείοις*) Hanc ſtatuam Eudoxiæ, quam Chronographus in Auguſtæo ponit, Socrates & Sozomenus argenteam pariter fuiſſe docent, erectamque ſupra Porphyreticam columnam ſecundum latus meridianum Ædis Sophianæ, via dumtaxat lata intercurrente, ante domum magnæ Curiæ; ejuſdemque cauſa Chryſoſtomum exilio mulctatum fuiſſe; nam cum in ejus conſpectu ludi publici ſaltatorum, & mimorum ederentur de more, qui jamdudum invaluerat colendi regias imagines, Joannes Chryſoſtomus hoc contra religionem Chriſtianam fieri exiſtimans, populum pro concione hac de re reprehendit. Quare Eudoxia iis ſe perſtrictam ducens in exilium Chryſoſtomum pellit.

254. *Ἐν τοῖς πλησίον τῶν Δάφνης λεγομένων Τόπων*) Topi Conſtantinopoli unde dicti, ſatis aperte oſtendit Anonymus noſter, ſcilicet, Zeno cum poſt biennium ingentibus copiis Urbem ingreſſus, magnaque populi, ac Senatus frequentia exceptus eſſet, ut Armatius Baſiliſci Præfectus cum omni exercitu ad Zenonem tranſiiſſet, Baſiliſcus continuo una cum uxore & liberis in Eccleſiam antiquam S. Irenæ confugit. Quare Zeno voluit ibi fieri loca judicialia, & ſedes pro univerſo clero, & Senatu, ac ubi omnes conſediſſent, condemnavit Baſiliſcum, & in Limnas locum Cappadociæ relegavit. Ex ob hunc judicum conceſſum, locus ille Toporum nomen nactus eſt. Vide Chron. Alex. pag. 326.

Ἐν τῇ βασιλικῇ πύλῃ τῆς Χαλκῆς) *Πύλαι βασιλικαὶ*, eæ ſunt quas *Regias* a Latinis appellari diximus ſuperius in Notis ad Anonymum. Cæterum quas ſtatuas Zenonis & Ariadnæ ad Regiam Chalces portam Chronographus ponit, has Anonymus noſter in Chalce proxime quaſi ante Palatii ambulacrum ſtetiſſe perhibet, ubi etiam inclytæ Pulcheriæ, ac pedeſtrea duas exiguæ columnæ inſidentes, Secundi Philoſophi diſtichis ornatas, extitiſſe ait.

Edit. Pariſ. pag. 786.

255. *Καὶ μέσον τοῦ Σταυροῦ*) Quomodo autem in medio Crucis Urbis Fortuna erat, pluribus exponit Anonymus noſter, ſcilicet in medio Crucis erat catena clauſa, atque magice conſecrata, ut nimirum, quouſque illa catena integra maneret, Urbs omnium gentium victrix eſſet, & ab hoſtium incurſionibus libera; ita ut eam nec adire nec lædere poſſent; ſed ſtatim quaſi victæ retrocederent. Quis vero hæc ſuperſtitioſa, & pene ethnici ritus non videt?

Καὶ Ἕλωσιν αἰτίδιος αὐτῆς) Ita ex MSS. Vide noſtras ad Anonymum Notas.

Τοῦ ἐγγόνου Θεοδοσίου) Male Combefiſius legit, *τοῦ ἐγγόνου Θεοδοσίου*, & pejus interpretatur. *In Palatii Tribunali, ſtatuæ collocatæ erant, Eudociæ uxoris Theodoſii, & ipſius Theodoſii, & Marciani*, &c. *τοῦ ἐγγόνου* lego & ſic interpretatus ſum: *In Tribunali Palatii Eudociæ uxoris Theodoſii alterius Theodoſii nepotis, item Marciani*, &c.

256. *Περὶ θεαμάτων*) Philo Byzantinus ſcripſit *περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων φησὶν*, hoc eſt, ut interpretatur Vitruvius, *de ſeptem orbis ſpectaculis*. A. Gellius item lib. 10. cap. 18. *ſeptem omnium terrarum ſpectacula* vocat. At apud Chronographum & Codinum *θεάματα* dicuntur ſimulacra & ſtatuæ, & cætera id genus *ἔργα περισπούδαστα*. Vide Lambecii Notas.

Τὸ ἐν τῇ βασιλικῇ κατ' ὄροφ τῇ χρυσορόφῳ) Ita quoque Lambecius & Combefiſius legunt; corrupte enim in MS. habetur, *τὸ ἐν τῇ βασιλικῇ ὀροφῇ τῆς χρυσορόφου*, &c. Anonymus vero noſter ita habet; *Εἰς δὲ τὸ τῆς βασιλικῆς χρυσορόφου ὄπισθεν τοῦ Μιλίου, ἵστατο ἀνδρείκελον ἄγαλμα χρυσοβαφὲς, ἔνθα καὶ τὸ Ἐξάμιον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως καὶ γονυκλινὴς Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου*, &c. id eſt, *In ea parte ipſius Baſilicæ poſt Milliarium, quæ aureo laqueari operta eſt, ſtabat ſtatua virilis inaurata, ubi etiam viſebatur Examum Heraclii Imperatoris, ac genuflexa Juſtiniani Tyranni ſtatua*, &c. Igitur præter ſtatuam Juſtiniani genuflexam ſtabat altera auro obducta. Vide quæ ſupra ad Anonymum noſtrum monuimus.

Τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἀδελφῆς Βουσὴρ Γλιαβάρου) Perperam hæc Combefiſius legit, & interpretatur; *ac prope eum, uxoris ejus & ſororis, uxoris Buſeri Gliabri*. Putat quippe legendum, *καὶ τῆς ἀδελφῆς*, non Chagani, ſed vel ipſius Juſtiniani, vel Theodoræ ejus uxoris, *ὁ Βουσὴρ Γλιαβάρου*, quæ uxor fuiſſet Buſeri Gliabri; eoque, inquit, forſitan nomine ſtatuam meruiſſet, quod cum ſorore fratris inſidias, marito detexiſſet. At non animadvertit vir doctus hanc conjecturam non cohærere ſubſequentibus; ſiquidem paulo infra habet Chronographus: *ταῦτα δὲ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἱδρύθησαν, ἔνθα αὐτοὶ τοῦ τυράννου καὶ τῆς γυναικὸς τὰ ἀγάλματα*. Ego vero nullam medicinam adhibendam eſſe puto, ubi nullus adeſt morbus, ſicque interpretatus ſum: *ac prope eum uxoris ejus, ſororis Buſeri Gliabari*. Bis quippe nuptias iniiſſe Juſtinianum Rhinotmetum conſtat: at prioris uxoris ex qua filiam procreavit, nomen ac familiam non produnt Scriptores. Altera fuit Theodora, Buſeri, vel ut alii ſcribunt, Buſiri Chazarorum Chagani ſeu Ducis filia, quam tum demum duxit cum in exilio agens, paulo ante quam imperium reciperet, ad eundem Chaganum, inſidias Cherſonitarum pertimens, profugit. Verum cum Chaganum una cum Apſimaro ſibi inſidias ſtruere comperiſſet, ab eo clam diſcedens, filiam patri remiſit, ſed haud diu poſt recuperato imperio Terbelis Bulgarorum Principis ope uxorem cum filio Tiberio in Urbem revocat, utrumque corona donat. Vide S. Niceph. CP. Breviar. hiſt. p. 124. & ſeqq. editionis Petavianæ, Theoph. pag. 314. E. R. Hinc corrigendi ſunt Anonymus noſter, & Codinus cæterique recentiores qui cum de S. Anna Deuteron cognominata loquuntur, Juſtinianum Rhinotmetum profugiſſe ad Terbelim Bulgarorum Principem perhibent, qui filiam ſuam Theodoram ipſi in uxorem dedit, & inſuper quindecim millia militum ſubminiſtravit; nam non Terbelis Bulgarorum Principis filiam Theodoram fuiſſe, ſed Buſeri Chazarorum Chagani ſororem ſatis conſtat ex laudato S. Niceph. loco, necnon Theophane ac Chronographa. pag. 787.

Ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τῆς χρυσορόφου βασιλικῆς ἀνεσκολοπίσθη) Philippicus cum biennium & menſes aliquot imperaſſet, ipſo die Natalis Urbis editis Circenſibus ludis, poſt prandium in Palatio meridians a conjuratis captus, & ad Circum ductus oculis privatur. Vide S. Nicephorum, pag. 330. Quod autem hic S. Nicephorus Sabbato Pentecoſtes *γενέθλιον τῆς πόλεως* illo anno incidiſſe tradat, impoſſibile omnino eſt, cum in Menologio Græcorum ad XI. Maii notetur *τὸ γενέθλιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως*. Oportet itaque hoc Anno Pentecoſten in Maii XII. incidiſſe. Annus a Faſtorum conditoribus Chriſti DCCXIII. ſtatuitur, Ind. XI. Cyclo Lunæ XI. Cyclo Solis Conſtantinopolitano XVII. Epactæ Solis VI. Luna XIV. Aprilis XV. quæ cum Concurrentibus dat Feriam III. Ideo poſtridie XVI. ejuſdem Menſis Paſcha, Cyclo Solis Romano XXII. Lit. A. Pentecoſte vero Junii IV. longe poſt XI. Maii. Sed neque ante hunc Annum, præterquam A. DCXLII. Pentecoſte in Maii XII. incidit; neque poſt, niſi tantum A. DCCXXVI, ut ex Bedæ, ac Dionyſii Cyclis patet. Proinde falſum *τὸ γενέθλιον* Conſtantinopoleos ipſo anno in Sabbatum ante Pentecoſten incidiſſe. Vide doctiſs. Petavii Notas ad laudatum Niceph. locum.

Τέρβελιν τοῦ Βουλγαρίας ἄρχοντι, &c.) Terbelim Bulgarorum principem extra Blachernarum mœnia ſtationem habuiſſe perhibet Nicephorus noſter; ubi etiam omni honore ac munificentia a Juſtiniano exceptum ſcribit: *Τὸν δὲ Βουλγάρων ἀρχηγὸν Τέρβελιν ἔξω τείχους Βλαχερνῶν σκηνώσαντα πολλὰ φιλοφρονησάμενος, τέλος ἐπισυναγαγόμενος πρὸς αὐτὸν χλαμύδα τε περιβαλὼν βασιλικὴν, καὶ Καίσαρα ἀναγορεύσας, καὶ συμπαρακαθεσθεὶς προσκυνεῖσθαι σὺν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐκέλευσε, καὶ πλεῖστα παρασχόμενος δῶρα πρὸς τὰ ἑαυτοῦ ἐξέπεμψε*. Præterea Juſtiniano ſecundum Imperatore ſtatua Valentini argentea, examum tenens in dextera argenteum, ad pactam Barbaris pecuniam ſolvendam a Curio prætectore ablata eſt; forſan hæc quoque Bulgaris data: teſtatur idem Chronographus ſupra cum de Modio, Codinus item pag. 35. E. R. de eadem re loquens.

257. Ορον γὰρ εἶναι πρὸς τοῦ μέρος, &c.) Collem ibi extitiſſe referunt Anonymus noſter & Codinus. Combefiſius legit: Ορον γὰρ εἶναι πρῶτον μέρος, & interpretatur, *Metam enim eſſe aiebant primæ partis graduum elevatam duorum*. Hæc quidem lectio mihi non probatur: at ejus conjectura mihi arridet, φόρον ſcilicet pro ὄρον legendum. Forum ſane rerum venalium ibi extitiſſe ſequentia denotant, quod argentarii taberna illic eſſet, quod elephas onera conveheret, quodque illic ſchola cuſtodum urbis excubaret; nam milites in Foro collocari ſolitos ſuperius docuit Chronographus; ἴδιον γὰρ, inquit, τὰ τοῦ φόρου παρ' αὐτοῖς φυλάττεσθαι: quo in Foro terribilem Elephantis ſtatuam extitiſſe perhibet; num eadem, ac eodem in loco? ignoratur; ſed certe haud procul.

Ἐν πλακαῖς ζυγοῖς) Ita Lambecius & Combefiſius ex Suida emendant; perperam quippe in MS. legitur, ἐν πλακτοῖς. Anonymus noſter habet, ἐν πλακαῖς ζυγοῖς: & paulo poſt argentarius ζυγοπλάστης appellatur ab eodem Anonymo, necnon a Suida ubi Portus jure merito a Lambecio & a Combefiſio reprehenditur, quod utrobique male interpretetur, *qui in libris a ſe factis venditionem faciebat*. Vide Lambecii Notas ad Cod. necnon Combefiſii ad Chronograph. & noſtras ad Anonymum.

258. Κρατήσαντος) Scribe inſcitia ἐρατήσαν in MS. legitur; ſed plura hujuſcemodi, ubi manifeſtus ſcribæ error apparebat, nulla addita nota emendavimus, uti Lectorem in Præfatione monuimus: a ſupervacaneis quippe Notis quantum licuit, abſtinuimus; neque res ab aliis illuſtratas illuſtrare aggreſſi ſumus, niſi aliquid inde novi & inobſervati nobis appareret. Edit. Pariſ. pag. 788.

Καὶ ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ μετετέθη) Vide quæ nos ſupra de hac Herculis ſtatua in Hippodromo erecta monuimus. Hanc quidem ex ære cælatam fuiſſe, auctore Lyſim teſtatur Nicetas Choniates in Narratione *de ſtatuis Conſtantinopolitanis*, &c.

259. Ἡλίου ἅρμα) Ita ex Anonymo noſtro reſtituimus. Perperam quidem legit & interpretatus eſt Combefiſius: Ἐν τῷ ἀρχῷ Μιλίῳ ἐκεῖ ἅρμα, &c. *In aureo Solis Milliario, jam inde ab antiquis temporibus Jovis currus*, &c. Ego vero Anonymi noſtri lectionem ſequutus ſic interpretatus ſum: *In aureo Milliario jam inde ab antiquis temporibus currus Solis trahente quadriga equorum igneï coloris quaſi volantium a duabus columnis viſebatur*. Etenim Milliarium aureum in nova Roma adinſtar veteris Romæ extitiſſe Scriptores omnes perhibent, nullus vero Milliarii Solis meminit. De curru autem Solis, hoc eſt, ſtatua Conſtantini, capite radiato, qualem in nummis ejuſdem Imperatoris videre eſt, loquuntur Chron. Alex. Anonymus noſter, Codinus & alii complures. Sed quia plura de Milliario aureo a nobis ſuperius dicta ſunt, eo lectorem remittimus.

Ἐκεῖ Κωνσταντῖνος ἐθρονίσθη) Ita ex Suida reſtituimus. Perperam ſane in MS. legitur, Ἐνθα Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐθρονίσθη; nam Conſtantinus hic non Imperator ſed auriga celeberrimus fuit in quem aliquot Epigrammata extant Anthologiæ lib. v. Quia autem ſequentes verſus a Chronographo laudati deſumpti ſunt ex Epigrammate in Porphyrium aurigam Venetæ factionis, patet Lambecius pro Conſtantinus legendum Porphyrius; ſed vide noſtras ad Anonymum Notas; eidc item Lambecii & Combefiſii conjecturas.

260. Τὸ ὡρολόγιον τοῦ Φόρου) Corrupte in MS. legitur τοῦ πύρου. De Horologio Fori loquuntur Anonymus noſter & Codinus.

261. Ἐκεῖνο τοῦ κλέμματος) Ita & Lambecius legit. Perperam in MS. habetur, ἐκεῖ τοῦ κλέμματος.

Καὶ τοῦτο ποιήσαι) Vel καὶ τοῦτο ποιήσαντος αὐτοῦ. Male Combefiſius legit, καὶ τοῦτο ποιήσαντος, &c.

Καὶ τὰ βαλάντια Ἀσκληπιοδώρου) Hoc perperam interpretatur Combefiſius: *Eſculapii quoque lances inventæ ſunt trium librarum pondo*: Βαλάντια ſiquidem *marſupia* ſignificant, nullibi pro lancibus uſurpatum reperi; neque Aſclepiodorum pro Eſculapio vel contra; nomina quidem propria ſunt omnino diverſa: ſicque interpretatus ſum: *Aſclepiodori quoque marſupia trium librarum reperta ſunt*. Aſclepiodori forſan pictoris intelligit, qui ætate Apellis floruit, Olymp. ſcilicet CXII. Hunc in ſymmetria mirabatur ipſe Apelles. Quod autem marſupia ipſi Chronographus attribuit, inde fortaſſis fabulæ origo, quod Aſclepiodoro huic Mnaſon tyrannus pro XII. diis dederit in ſingulos mnas trecenas: teſtis eſt Plinius. Sed iſtæ, mi Lector, conjecturæ: Ænigma Ænigmate ſolvitur.

Καὶ ὁ κορωνὶς Κλεοπάτρας) Κορωνὶς & κορώνα, & κόρωνα, & κορώνη recentioribus Græcis pro *corona* accipitur. Vide Ducangii Gloſſ. med. & inf. Græc.

Τὸν αὐτοῦ κατακρίμενον) Scribæ mendam τῷ αὐτῷ κατακριθέντι, ut & Lambecius animadvertit.

Ἐνθα τὰ ἀριστα τὰ πρῶτα ὑπῆρχον) Id eſt, *capite truncatus eſt in uno e gradibus ipſius Fori, ubi olim epulæ ac prandia fiebant*. Loquitur hic forſan Chronographus de Tribunali in Foro Conſtantini, quod in Regione tertia ſtatuitur in veteri Urbis Deſcriptione, ac proinde eidem uſui deſerviebat, quo Tribunal novemdecim accubitorum ſeu accubituum, cujus deſcriptio habetur apud Luithprandum lib. VI. Hiſt. cap. III. *Eſt domus*, inquit, *juxta Hippodromum, Aquilonem verſus, miræ & altitudinis & pulchritudinis, quæ Decaenneacubita vocatur. Quod nomen non abs re, ſed ex apparentibus cauſis ſortita eſt. Δέκα enim Græce, Latine Decem, ἐννέα Novem, Cubita a cubando, inclinata vel curvata poſſumus dicere. Hic autem ideo, quoniam quidem decem & novem menſæ in ea, quæ ſecundum carnem eſt Domini noſtri Jeſu Chriſti Nativitate apponantur: in quibus Imperator pariter & convivæ non ſedendo, ut cæteris diebus, ſed recumbendo epulantur: quibus in diebus non argenteis, ſed aureis vaſis miniſtratur*. Sed quia plura a nobis ſuperius, cum de Originibus, & de ædis Sophianæ ſtructura dicta ſunt tum de his publicis conviviis, tum de loco quo fieri jam ab ipſa origine ſolita erant, & de tempore, ac unde iſtæc conſuetudo publice convivandi principium habuerit, ideo ne dicta refricare videar, eo lectorem mitto. pag. 789.

Τὸ τὰ μοιχὸ Μαξεντίῳ) Ita etiam Lambecius & Combefiſius legendum putant. Corrupte ſcribitur in MS τὸ μοιχὸ Μαξεντίῳ. Quantus enim erat Maxentius in rapiendis conſtuprandiſque aliorum uxoribus teſtatur Euſeb. lib. 8. ubi hæc de eo leguntur cap. 26. μοιχείαις καὶ παντοίαις ὑπερβολαῖς ἐδόθη. Cæterum nimis ſcrupuloſus videtur Combefiſius qui pro Μαξεντίῳ Maximini ſcribendum cenſet, eo quod Maxentius propenſior in rem Chriſtianam eſſet; Maximinus vero Græcanicæ ſuperſtitionis vindex acerrimus Chriſtianiſque iniquior. Quandoquidem Maxentius initio, populi demerendi gratia tantum, Chriſtianis favere viſus eſt, ac perſecutioni modum adhibuit: at mox in omni ſe crudelitatis, ac flagitii genere volutavit. Teſtatur Euſeb. eodem lib. cap. 14. Optatus item lib. I.

Ἐνθα καὶ Ἄρειος, &c.) Qua Fori in parte nequiſſimus Arius turpiſſima morte perierit ſupra in Notis ad Anonymum noſtrum locuti ſumus.

Μετὰ λιτῆς καὶ τιμῆς) Scilicet, *quando cum comitatu & pompa Conſtantinopolitanum thronum, Imperatoria manu ſtipatus raptum procederet*. Perperam interpretatur Combefiſius, *ſupplicationis pompa ac honore Conſtantinopolitanam ſedem imperatoriæ abuſu poteſtatis armata manu atque vi eſſet rapturus*. Neque hic λιτὴ *ſupplicationis pompam*, ſeu *ſupplicationem*, ut putat Combefiſius, ſignificat, aut *proceſſionem Eccleſiaſticam*, qua notione in Euchologio & paſſim apud Scriptores occurrit, ſed pro *comitatu* & *pompa* ut manifeſte ex Cedreno liquet p. 269. E. R. τῇ γὰρ ἑξῆς ὁ ἀσεβὴς μετὰ φαντασίας καὶ μεγαλοσχήματος εἰς τὴν ἐκκλησίαν προερχόμενος, ὡς ἐγένετο τῷ φόρῳ πλησίον τοῦ λεγομένου Στάβλου ἐγένετο, τῆς γαστρὸς ῥυεῖσαν αὐτὸν, τοῖς ἐκεῖσε ἀφεδρῶσιν ἀναχωρήσας, ἀγχονικῇ κατασχεθῆ χειρὶ, τῶν τε ἐντοσθίων αὐτῷ σὺν τῷ σπλάγχνῳ τῷ αἵματι τῇ ψυχῇ ἐχεῖτο, καὶ ἐν ἀφεδρῶσι καταβληθείσης. Nam *Arius cum poſtridie magno cum faſtu & oſtentatione* ad

Digitized by Google

ad Eccleſiam procederet, cum in Foro non procul a curia abeſſet, ventre ſtimulante ad latrinam abiit: ibique ab Angelo ictus, inteſtina in latrinam egeſſit, atque exanimatus eſt.

Τοῦτο παρα...) Lego παρέχων, ſcilicet Alexander Conſtantinopolitanus epiſcopus, cum ei ab Imperatore mandatum eſſet, ut Arium in Eccleſiam reciperet, anxius, ut par erat animi, totam noctem ad Dominum precibus fuſis Arium pessundedit; teſtatur Cedrenus laudato loco.

Εν αὐτῷ τῷ τόπῳ, &c.) Locus forſan ille de quo loquitur Anonymus noſter cum de ſtatua fortunæ urbis, quæ a Juliano in foveam projecta eſt, quod crucem capiti inſculptam haberet: ἔνθα Ἄρειος, inquit, τὸν αἰσχιστον θάνατον ἀπὸ τῆς καμάρας τῆς φορὰς τῆς Σινάτου ἀπέδωκε. τοῦ καὶ οἱ παρερχόμενοι ὁρῶ, καὶ κόπρα ἐτίθουν αὐτῷ τῷ ἐχθίστῳ Ἀρείῳ.

262. Πρὸς αἰσχύνην τοῖς διερχομένοις) Id eſt, *ut eos qui præterirent tales ſibi magiſtros adſcribere puderet; utque ii qui filio honorem detraxerant, ſtercore, urina, ſputo & ludibriis deturparentur*. Combefiſius vertit; *ad eorum probrum, qui ſibi hos vindicare ſtudent; & ut ii qui filio honorem detraxerunt, ſtercorum, urinarum, ſputorum ludibrio prætereuntibus habeantur, ac dehoneſtentur*. Hoc autem Lambecius ita legendum putat ὥστε τοῖς διερχομένοις ἐπιδεικνύναι τούτους, καὶ κόπρῳ, καὶ οὔρῳ καὶ ἐμπτύσματι, ἕ, &c.

Τὸ ἐν τοῖς Αρτοπωλίοις τόρος) Combefiſius loco τόρος legendum putat φίρον.

Κιονάριον ἀπὸ μαρμάρου, &c.) Hoc quidem ſic legendum putat Lambecius: κιονάριον ἀπὸ μαρμάρου ἔχον πλεῖστα ἐν τῷ σωματίῳ περιφέρον, ἀσεὶ τύπους μυρίους ζώων ἐπιχωρίων. Statuam, inquit idem Lambecius, Naturæ deſcribit, quæ innumeris mammis & omnigenorum animalium capitibus circumdata figuratur, quod quaſi communis mater, omnia lacte ſuo nutriat. Poſſet etiam ſic corrigi, ait ipſe, hic locus: κιονάριον ἀπὸ μαρμάρου ἔχον πλεῖστα ἐν τῷ σωματίῳ περιφέρον ἀσεὶ μυρμήκια, id eſt, Statua marmorea plurimis mammis circumdata, quaſi nævulis ſeu verrucis. Nam nævuli ſunt cutis eminentiæ, quas Græci ἀκροχορδόνας vocant. Similiter Gellius lib. 12. cap. 1. *An tu quoque*, inquit, *putas naturam fœminis mammarum ubera, quaſi quoſdam nævulos venuſtiores non liberorum alendorum, ſed pectoris ornandi cauſa dediſſe?* Hæc autem Lambeciana lectio, ſeu potius erratorum caſtigatio nobis etiam arridet; ideo exempli gratia libet hic Naturæ figuram exhibere; quam pridem idem Lambecius ex pyla marmorea antiqua, quæ Romæ reperitur, repræſentavit Biblioth. Cæſ. tom. 2. par. 2. pag. 738. Vide quæ de hac re habet Anonymus noſter num. 43. & ſeqq. necnon noſtras ibidem Notas. Edit. Pariſ. pag. 790.



Digitized by Google

Edit. Pariſ. pag. 791.

265. Θεωμάτων ἔτη εἴδωλων, &c.) Cum totum hoc caput, ſeu Spectaculum quorum non unico laborare mendo, ſed undique, ut ajunt, ſcatere ulceribus animadvertiſſem, a nova interpretatione manum ſubmovendam eſſe duxi, ne & ipſe mirificus chirurgus, τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰώμενος videar; Interpretationem vero Combefiſii, commodo Lectoris conſulens, qualiſcumque ſit in medium attuli, non quod ipſa mihi probetur, ſed ut ad manus, inquam, ſit Lectori. A notis quoque abſtinemus, tum eadem de cauſa, tum etiam, cum res fere nullius momenti ſint, tempus in iis terere ſupervacaneum viſum eſt. Notas ſi placet ac conjecturas Combefiſii, & Lambecii videas. Cæterum de Amaſtriano, ſeu urbis tractu Ἀμαστριανῷ nuncupato, necnon de ſtatuis atque aliis monumentis quæ eodem in loco ſteterunt loquuntur Anonymus noſter, & Codinus, qui a ſtatuis binis marmoreis duorum Amaſtrianorum, vel certe Paphlagonum, ibi defoſſis, locum ſic appellatum perhibent.

267. Γαλιδούχιν) Hic appoſite adferenda ſunt quæ hac de re pereruditus Ducangius adnotavit; loquens de Notis Combefiſianis ad eundem locum: Qui feliciter, inquit, opinor, pro Γαλιδούχια legendum Παλινδούχιν conjecit: ſed quod hac voce intelligi Conſtantinum ipſum Ducam cenſet, non aſſentior; malim enim Pſeudoconſtantinum innui, qui extincto, ac cæſo Duca, rurſum eundem mentitus eſt, ita ut ea ætate Παλινδούκας Δούκας, quaſi redivivus Ducas a vulgo appellaretur. Hanc conjecturam non minime firmant manus æreæ, quæ ad Horreum in Amaſtriano ſtetere, ἐπάνω τὰς ἀψῖδας τοῦ Ἀμαστριανοῦ, ſupra fornicem Amaſtriani, uti a nobis obſervatum ad Alexiadem pag. 38. E. R. Manus quippe iſtæ æreæ videntur fuiſſe Palladucæ, ſeu Pſeudoducæ illius, quæ in rebellionis, & ſumptæ de eo pœnæ memoriam, in Amaſtriano defixæ ſunt: non vero uti nugantur Græculi, quod ſupplicium truncationis manuum de aliquo falſis menſuris vendente ſumptum deſignarent. Addit Anonymus hæc omnia hactenus conſpici ἐν τῷ πυρῷ Ἀρτεμιανῷ, ubi legendum, ἐν τῷ πυρίῳ, ſeu horreo, πυρὸς, frumentum, triticum: nam ad horreum ſtetere manus æreæ. Sed cur Ἀρτεμιανοῦ addatur, haud omnino conſtat, ut de vocis Καβάλλας notione, niſi referatur ad equos, qui in Amaſtriano ſtetere, ita ut de eorum genere fuerint, quos καβάλλας vocabant, καβαλλάρης, nempe ἵππους, uti vocem hanc interpretatur Heſychius; cujuſmodi forte fuerit equus Pſeududucæ, cum in hoſtium manus venit, cujus figura hic expreſſa fuerit. Hæc Ducangius; cujus verba, commodo Lectoris conſulens, hic adtuli. Cæterum vide Lambecii & Combefiſii Notas.

Βασιλεύοντος τοῦ Πρωτοσπάθαρίου, &c.) Videtur deeſſe præpoſitio ὑπό; niſi forte talis fuerit recentioris Græciæ locutio; cum ſæpe in MSS. recentioribus, præpoſitiones omiſſas comperiam, præcipue ὑπό, ſed an Scribarum inſcitia hoc factum neſcitur. Quod autem ait, Bovem illum æneum a Valentiniano Conſtantis Imperatoris Sacri cubiculi Præpoſito conſtructum in Hippodromo eſſe, non convenit cum Cedreno & Zonara, qui Pergamo Bovem illum æneum advectum perhibent.

Ἐως ἄρτι ἐσώζετο) Hæc verba non ad Chronographum referenda puto, ſed ad eum a quo hæc excerpta ſunt. Chronographus quippe multo poſterior Heraclio, a quo conflatus in ſoles Bos ille æneus, ſeu fornax ænea ad inſtar Bovis conſtructa, convincitur ex pluribus ejuſdem Chronographi locis, ut cuilibet facile videre licet.

Καὶ μετὰ τὸ καυθῆναι τὸν υἱὸν Φωκᾶ) Chronicon Alex. & Zonaras Phocæ cadaver crematum in Bove perhibent. Vide noſtras ad Anonymum notas.

Ὑπὸ Ἡρακλείου χωνευθέντα, &c.) His caſtigatiora habet Anonymus noſter; ὑπὸ δὲ Ἡρακλείου ἐχωνεύθη λόγῳ φόλλεων. Vide quæ ibi adnotavimus.

Εἰς ἀποκατάστασιν, &c.) Hæc & quæ ſequuntur mendo non carent; neque ex Anonymo noſtro & Codino reſtitui poſſunt, cum iſtæc in utroque deſiderentur. Interpretationem Combefiſii lectori eahibemus. Vide igitur ejuſdem notas. pag. 792.

Ἐκ τοῦ Μιλίου, &c.) Lambecius legendum putat, ἐκ τοῦ βιβλίου, &c. Sed vide quid Combefiſius dicat. 268.

Οὐδὲν ἄλλο ἐτυμολογεῖται, ἢ μόνον, &c.) Nugas hic nugatur Chronographus cum ait Senatum non aliunde nomen accepiſſe, quam a quodam Senato ejus conditore, cum ex Scriptoribus fide dignis conſtet Senatum ſic appellari, quod in eam domum Senatus & viri delecti deliberatum convenire ſolerent, & ipſe Imperator cum veſtem conſularem ſumebat; ſic Zonaras in Leone M. pag. 41. Edit. Reg. Καὶ κατέκαυσε πρὸς τοῖς ἄλλοις τὸν τε ἐν τῷ Σενάτῳ καλούμενον μέγιστον οἶκον, εἰς ὃν γερουσία καὶ οἱ λογάδες συνερχόμενοι ἐβουλεύοντο, καὶ αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς ὅτε τὴν στολὴν ὑπατικὴν ἀνελάμβανεν, ἔργον περιφανὲς καὶ ὑπέρλαμπρον. Abſumpſit præ cæteris maximam domum, quam Senatum vocant, in quam Senatus & viri delecti deliberatum convenire ſolebant, & ipſe Imperator cum veſtem conſularem ſumebat, opus illuſtre & ſplendidiſſimum. Ita habet ſed diverſis verbis & Cedrenus in eodem Leone. Procopius lib. 1. de Ædif. cap. x. prodit, in ea æde Senatum Romanum ineunte anno conveniſſe, feſtumque ſolemne ex veteri more & inſtituto celebraſſe: Ἔνθα δὴ ξυνιόντα ἔτους ἀρχομένου ἡ Ῥωμαίων βουλὴ πάγκαλόν τινα ἑορτὴν ἄγει, τὰ τῆς πολιτείας ἐργαζομένη ἀεὶ νόμιμα, Anonymus noſter loquens de Senatu ait, in Senatu codicillos aſſervatos eſſe, ibique Patricios eos accepiſſe, ubi Calliſtratus primum dignitatem conſularem ſuſcepit. Sed vide quæ ibi de Senatu, & ejus conditore, ac de Codicillis annotavimus, necnon quæ ibidem paulo ſuperius de Fortuna Urbis in Senatu die Natalis Urbis aſſervata monuimus.

Τρίλιθον ζώδιον, ἤτοι τρικέφαλον) Scilicet, necnon illud trium lapidum opus, id eſt triceps porphyreticum ſimulacrum. Ita fere interpretatur & Combefiſius. Sed quid τρίλιθον proprie ſignificet, nondum viri docti aſſecuti ſunt. Holſtenius triplex lapidum genus hac voce ſignificari putat. Ducangius vero exiſtimat τρίλιθον dici id quod cruſtis triplicis marmoris diſtinctum eſt. Quod autem addit idem Ducangius, forſitan per τρίλιθον intelligi fuſile opus, ſcilicet quod ex triplici lapidum ſeu marmorum genere fuſum ſeu conflatum eſt, cujuſmodi complures columnas Romæ & alibi extitiſſe, ex veterum invento, hodie deperdito, Scaliger in Scaligerianis, Scaligerianæ næniæ. Vide Diarium Italicum Doctiſſimi D. Bernardi de Montfaucon pag. 247.

Ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ) Non quidem ſub Theodoſio Juniore, ſed ſub Arcadio conflagraſſe Senatum eo incendio quod propter Chryſoſtomum excitatum eſt, teſtatur Zoſimus lib. Ἐνέπεσε δὲ τὸ πῦρ καὶ εἰς τὸν οἶκον τὸν τὴν γερουσίαν δέχεσθαι εἰωθότα, πρὸ τῶν Βασιλείων ὄντα, εἰς πᾶν κάλλος καὶ φιλοτιμίας ἐξησκημένον. Irruit ignis & in illam domum, in qua Senatus haberi ſolebat, quæ ante Palatium ſita, & ad omnem elegantiam & magnificentiam elaborata eſt. 269.

Τῷ δρόμῳ τῷ βασιλικῷ) Scilicet, Imperatorio curſore, ſeu ut Combefiſius ad verbum interpretatur, curſu Regio; nam δρόμον βασιλικὸν eadem hic ſignificare, quæ Græcis δρόμον δημόσιον, una cum Lambecio puto.

Ὑπὸ τεσσάρων κιόνων βασταζόμενον) Perperam hæc intelligit ac interpretatur Combefiſius qui τὸν Σενάτου οἶκον ὑπὸ τεσσάρων κιόνων βασταζόμενον, ædem ipſam Senatus putat eſſe; nam vix credatur, Senatus ædem, cum eſſet ampliſſima, & capax totius Senatus novæ Romæ, quatuor tantum columnis ſuffultam fuiſſe: unde τοῦ Σενάτου οἶκον hic interpretatus ſum, Senatus, ſeu Baſilicæ veſtibulum; ſic autem vertendum eſſe etiam ex contextu patet, nam paulo infra ait Statuas Helenæ, Fauſtinæ, &c. igne conſumpta Senatus æde, tranſlatas fuiſſe ad eundem Senatum. Quali autem & quanta magnificentia Senatus poſtmo- 270.

dem a Juſtiniano reædificatus ſit, una cum ipſius porticu, ſeu veſtibulo, reſtatur Procopius lib. 1. de
270. Ædif. cap. x. Ἐξ δὲ ἐπ᾽ αὐτῷ ἑστᾶσι· οἱ μὲν δύο τὸν
Edit. Pariſ. τοῦ Βουλευτηρίου τοῖχον ἐν μέσῳ ἔχοντες, ὃς πρὸς δύοντα
pag. 793. ἥλιον τέτραπται· οἱ δὲ τέσσαρες ὀλίγῳ ἄποθεν. τὸ μὲν ἄλλο λευκοὶ ἅπαντες. μέγεθος δὲ πάντων τῶν ἐν τῇ γῇ κιόνων, οἶμαι, τῇ ποιήσει. στοὰν δὲ ποιοῦσιν οἱ κίονες ὄροφον ἐν θόλῳ ἐλίττουσαν. τὰ δὲ ἄνω τῆς στοᾶς ἅπαντα μαρμάρων μὲν κάλλει διακεκόσμηται τοῖς κίοσι τὸ εἶδος ἴσων. ἀγαλμάτων δὲ πλήθει ὑπερφυῶς ἱστάντων θαυμασίως ἀποτετόρνευται. *Stant pro Senatu columnæ ſex, quarum duæ parietem ejus Soli Occidenti obverſum in medio ſuſtinent; quatuor aliquantulum ab eo diſtant: candidæ omnes, & columnarum quas habet univerſus terrarum orbis, meo quidem judicio, maximæ. Porticum vero efficiunt columnæ, cujus faſtigium in tholi ſeu teſtudinis formam circumvolvitur. Porticus porro pars ſuperior marmore columnis concolori tota alitet, ac magno ſupſtantium ſtatuarum numero mirum in modum diſtincta eſt.*

Φαύσαν θυγατρὸς Μαξιμιανοῦ, &c.) Ita reſtituit poſt Lambecium Combefiſius; perperam quippe in MS. habetur, Φαύσαν θυγατρὸς Διοκλητιανοῦ. Nemo quidem vel mediocriter antiquitatis veterumque Scriptorum peritus, niſi Scholaſticus fuerit, ignorare poteſt, Fauſtam Conſtantini magni uxorem filiam fuiſſe Maximiani Herculii, qui Valeriam Diocletiani filiam uxorem habuit.

Πεπία) Pro ἐκ τῆς Πεπίας, ſcilicet, ex ejus Commentariis. Pepiæ quidem hiſtorici meminit Nicephorus lib. 1. cap. 1.

Ἐν τῷ λεγομένῳ Στρατηγίῳ, ὅπερ λέγεται Μῆλον ἀλωπεκῶν) Apophthegmatis hujus acumen non aſſequor. Interpretationem Combefiſii exhibeo; vide ejuſdem Notas.

272. Καταργυρωθεῖσαι ἑστῶσαι) Perperam in MS. ſejuncta leguntur uti Lambecius edidit, καὶ ταργυρωθεῖσαι, pro quo legendum idem putat καὶ Ναρσοῦ σὺν αὐταῖς ἑστῶσαι. & Combefiſius pro τῷ πάλαι legit ὁ πάλαι. Ego vero nullum errorem ibi deprehendo, & ſic verto: *Quatuor autem in memoratæ portæ lævo latere, ubi etiam crux deſixa, ſub Juſtiniano olim & Beliſario reſtauratæ conſiſtunt.* Scilicet Gorgonum capita.

Λεπτοπρόσωπος ἐνθέρμως κατ᾽ εἶδος πάνυ) Nimirum, *Juſtinus ſenior exiguæ ſtaturæ, vultu admodum conciſato.* Combefiſius κατ᾽ εἶδος omittit, & vertit *Juſtinus ſenior, exili vultu, incitatus animi.*

Ἐκ τῶν ζωναρίων ἐπιγινωσκόμεναι) Scilicet, *quas ex cingulis facile eſt adſtantibus cognoſcere.* Non quidem cum Lambecio inde concludo: Cinctura igitur cognatorum Imperatoris ſtatuæ a reliquis dignoſcebantur; ſed forte quod cingulis ſeu zonis inſcripta erant nomina, ideo ea cingulis, inquit, facile eſt eas adſtantibus cognoſcere; perperam vertit Combefiſius ἐπιγινωσκόμεναι, *ſ*(*i*)*leganter*. Perperam item Combefiſius Zoſtas donatas fuiſſe cingulo putat; nam non a Zona Zoſtæ appellatæ ſunt, ſed quod earum munus eſſet Auguſtam ſuccingere, vel veſtire: unde idem ſonat, quod Latine Ornatrix, & Græce Κοσμήτρια. Qui autem verba Cedreni & Zonaræ ita interpretantur, dum de Theodora loquuntur, mala ſapiunt: Διαδήματι δὲ τοῦ Θεοδώρα κατακοσμηθεῖσα, καὶ ὁ ταύτης μήτηρ Θεοκτίστη, ζωστὴ καὶ πατρικία τετίμηται. *Theodora diademate coronata: ejus quoque mater cingulo donata, ac Patriciæ dignitate aucta.* Loco igitur cingulo donata, interpretor, *Ornatrix Auguſtæ facta, ſeu Zoſtæ dignitate aucta.* Vide Ducangii Gloſſ. med. & inf. Græcitatis.

273. Ἔξω τοῦ χαραγίου) Scilicet, *ac poſtea ejus ſtatuam extra monetariam officinam ſtantem conſpicatus erubuit*, &c. Hoc perperam interpretatur Combefiſius: *Ejuſque ſtatuam ſeorſim erectam, non nummo inciſam, conſpicatus, erubuit*, &c. Nam χαραγὴ hic non pecuniam ſeu monetam ſignatam ſignificat, ſed officinam monetariam. Eodem fere modo quo apud Romanos moneta ſumitur nunc pro moneta hoc eſt pecunia, ſeu nummis; nunc vero pro moneta, ſeu officina monetaria, hoc eſt, pro loco quo cuditur moneta. Quemadmodum in Gallia *la monoye*, & officinam monetariam, & ſignatam pecuniam denotat.

Hinc corrige Ducangii Gloſſ. Med. Græc. v. χαραγή.

Ὅτι μέλανος ἀνθρώπου, &c.) Ita Lambecius reſtituit; corrupte quidem in MS. legitur. Ὅτι μέλαν ἀνθρώπου τῆς πόλεως τεθέαμαι. Cæterum μέλανος ἀνθρώπου, ſcilicet *nigri hominis* hic ſumitur μέλανος pro κακοῦ; quemadmodum apud Latinos *Niger* pro malo accipitur; Horatius: pag. 794.

Hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.

Hac etiam notione apud Juvenalem, & Ciceronem reperitur.

Ἐν τοῖς Πανεάδος) Paneas Ptolomæo Phœniciæ urbs, quæ etiam Cæſarea Philippi dicitur; nota eſt ipſis Geographiæ tyronibus.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου) Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 7. cap. 18.

Καὶ ὁ διακρινόμενος) Hæretici Διακρινόμενοι, ita nuncupati, qui Synodum Chalcedonenſem partim rejecerunt, partim receperunt. Vide quæ de hac re ſupra adnotavimus n. 51. Cæterum quis διακρινόμενος iſte ſit, quem hic laudat Chronographus pluribus docet doctiſſimus P. Lequien in Diſſertatione, quam hic exhibemus. Sic igitur ille. Quem auctor Incertus Demonſtrationum Chronographicarum τὸν Διακρινόμενον, *Hæſitantem*, vel *Segregatum* appellat, hoc eſt Acephalum & Concilio Chalcedonenſi refractarium; hunc alio in loco diſerte *Joannem* nominat: καθὼς Ἰωάννης ὁ διακρινόμενος λέγει. Combefiſius exiſtimavit Joannem iſtum eundem eſſe ac Joannem iſtum eundem Malalam: quia ad Calcem Orationis 3. S. Jo: Damaſceni de imaginibus recitatur fragmentum τῆς χρονογραφίας Ἰωάννου Ἀντιοχείας, τοῦ καὶ Μαλάλα, *Chronographiæ Joannis Antiocheni qui & Malalas dictus eſt*; in quo ſimilia referuntur illis quæ Anonymus demonſtrationum Scriptor de muliere Paneadenſi ejuſque ſtatua ſtrictim narrat. Falſam vero eſſe viri doctiſſimi conjectationem facili negotio deprehendet, quiſquis Malalæ Chronographiam, quæ typis tandem excuſa eſt in Anglia, contulerit cum iis quæ Photius perhibet in Bibliotheca Cod. 41. de hiſtoria Joannis τοῦ διακρινομένου. Teſtatur ibi ſe lectos quinque Scriptoris libros, qui complecterentur res geſtas ab imperio Theodoſii Junioris, & Neſtorianæ Blaſphemiæ exorta, ad uſque Zenonis Imperatoris primordia, & Petri impii ſive Fullonis, ex Antiochena ſede expulſionem primam ἀρχόμενος ἀπὸ τῆς Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλείας, καὶ αὐτῆς τῆς Νεστορίου βλασφημίας καὶ καθαιρέσεως, καὶ κάτεισι μέχρι Ζήνωνος, καὶ καθαιρέσεως Πέτρου τοῦ αἱρετικοῦ, ἐκ τοῦ Ἀντιοχείας θρόνου. Addit Joannem pollicitum eſſe hiſtoriam ſe exporrecturum ad decem libros. Quod quidem eum præſtitiſſe mihi exrra dubium eſt. Nam in ſeptima Synodo generali Act. 5. Col. 370. edit. Labb. excerptum legitur hiſtoriæ Joannis τοῦ διακρινομένου, quo narratur quanto ſtudio Xenaias ſeu Philoxenus impius Præſul Hierapolitanus imagines Chriſti & ſanctorum ſupprimere ſategiſſet. Atqui Xenaias hæc patraverat ſub Anaſtaſio Zenonis ſucceſſore. Quinetiam Theodorus Lector ex eodem auctore narrat, Anaſtaſium Severo Monacho Antiochenam ſedem conceſſiſſe ea lege ut a Synodo Chalcedonenſe proſcribende abſtineret: Severum vero pactis conventis non ſtetiſſe, ſed Synodo anathema ſtatim pronuntiaſſe. Scribebat Theodorus ſub Juſtino I. aut circa Juſtiniani Auguſti initia, fuitque adeo Joanne poſterior. Inſuper Joannes ὁ διακρινόμενος, nequaquam mihi videtur alius eſſe a Joanne Rhetore, quem Evagrius ſparſim citat, & Clariſſ. Valeſius in notis ad cap. 16. lib. 1. Evagrii Antiochenum fuiſſe colligit, proindeque obſervat res Theodoſii Junioris, Marciani, Leonis, & Zenonis principatu geſtas expoſuiſſe. Liberatus Diaconus Breviarii cap. 19. tanquam ex Joanne Rhetore narrat Macedonium Conſtantinopolitanum Antiſtitem, impulſore Severo Monacho, qui Antiochenam Eccleſiam paulo poſt occupavit, deturbatum ab Anaſtaſio fuiſſe velut Neſtorianum, non quod Triſagium hymnum interpolari paſſus non eſſet; ut

vulgo tradunt Scriptores Catholici; ſed quod Evangelia atque epiſtolas Pauli falſaſſet. Ex quibus evincitur Rhetorem ultra Zenonis Imperium hiſtoriam produxiſſe. Enimvero eruditiſſimum Valeſium fugerat, Evagrium lib. 4. c. 5. ſcripſiſſe Joannem Rhetorem hiſtoriam abſolviſſe narrato terræ motu & incendio, quibus Antiochena civitas corruit anno 7. Juſtini Thracis ſeu Senioris. Hic porro Joannes Rhetor, quia iniquiorem ſe præbuit erga Macedonium, quem Orthodoxi ceu virum ſanctum venerati ſunt, ideo cenſeri debet ex caterva eorum, qui, cum Chalcedonenſis Concilii decreta repudiarent, διακρινόμενοι *hæſitantes*, ſive *ſeparati*, audierunt. Quo nomine Acephali ſeu Monophyſitæ vocitantur apud Leontium, Timotheum CP. Photium Cod. 24. & alios quos recenſere longum foret. Quando itaque conſtat Joannem τὸν διακρινόμενον Hiſtoriam non contexuiſſe rerum ab exordio mundi geſtarum, aut ante imperium Theodoſii Junioris, neque ab obitu Juſtini Senioris: Joannem vero Malalam initium dicendi feciſſe a creatione mundi uſque ad exitum ſaltem Juſtiniani Imperatoris: omnino concludendum eſt, non unum utrorumque Annalium auctorem fuiſſe; ſed diverſiſſimos prorſus. Quinimo Malalam Catholicum fuiſſe multa ejus Chronographiæ loca ſignificant. Præterea apud Malalam non habentur, quæ Incertus Demonſtrationum Chronographicarum Scriptor, tanquam ex Joanne Hæſitante accepta refert, ὡς ὁ διακρινόμενος μαρτυρεῖ; puta Julianum Apoſtatam, viſis miraculis quæ circa ſtatuam Paneadenſem fiebant, quæſito myſterio, cum audiſſet ea Dominum Jeſum repræſentari, hanc confregiſſe, plantam quæ inibi naſcebatur incendiſſe, eoque in loco erexiſſe Jovis idolorum ac Veneris, cum hac inſcriptione: *Hæc Deo Jovi omnium inſpectori Julianus Panrodi conſecravit*. Inſuper Marcyrium Epiſcopum, cum Julianum multis objurgaſſet, a Gentilibus juxta templum, ceu diis victimam, crematum fuiſſe. Plura hinc inde alia Anonymus ex Joanne τῷ διακρινομένῳ recitat, quæ fruſtra quæſieris apud Malalam. Quanquam Joannem Malalam multa ab Hæſitante, quemadmodum ab aliis, ſurripuiſſe nullus dubito. Cæterum audiendus Photius non eſt, ubi conjicit Joannem τὸν διακρινόμενον eundem eſſe atque Joannem Ægeatam. Nam ipſemet Cod. 52. fatetur Joannem Ægeatam Neſtorianum fuiſſe, atque adeo Dioſcorianis & Monophyſitis infenſiſſimum: cum e contra ipſo rurſum Photio teſte, ὁ διακρινόμενος in hiſtoria ſua Dioſcorum ejuſque Synodum Epheſinam, quæ vere prædatrix fuit, ceu divinam commendaſſet: ὡς θεῖον ἐκθειάζει, καὶ τὰ τούτων ἐγκωμιάζει. Sed de his plura in Diſſertationibus Damaſcenicis.

Ταύτα Ἰουλιανὸς) Aſterius hanc ſtatuam Jeſu a Maximino confractam fuiſſe narrat.

Ὁμοίως δὲ καὶ τῆς Βερονίκης, &c.) Id eſt, *Similiter Veronicæ ſtatuam confregit; Hæmorroiſſam ſic vocatam prodit idem Hæſitans*. Perperam hæc Combefiſius interpretatur. *Similiter etiam Berenicæ ejus feminæ nomen eſſe, Hæſitans ille prodidit*. Loqui quidem hic Chronographum de ſtatua Hæmorroiſſæ laudata, quam una cum ſtatua Jeſu Julianus confregit, nemo non videt.

Καὶ ἱερεῖα· ἐν οἷς καὶ ναὸν ᾠκοδόμησεν) Hæc omiſit in verſione Combefiſius; ſcilicet, *necnon ſuiipſius, ubi Templum etiam cum hac inſcriptione excitavit*.

278. Γαλλιηνοῦ) Hic & in Notis ad Codinum Lambecius pro Γαλλιηνοῦ legit Γαλλιηνοῦ. Utrobique de Gallieno Imperatore Valeriani filio ſermonem eſſe cenſet. Vide quid de Contariis ſupra ad Anonymum noſtrum adnotavimus.

279. Τῆς τοῦ Σταυροῦ ἐστὶ) Iſtæc ſupplevit Combefiſius; vide ejuſdem Notas.

Οὓς καὶ τιμήσας) Scribendum putat Lambecius ὡς καὶ, vel καθ' ὅν.

280. Στηλίσας, οἱ Κυδυκέλιοι) Pro Κυδυκέλιοι Lambecius legit κυβικουλάριοι; hujus conjecturam & ego ſequor. Vide ejuſdem Notas, necnon Combefiſii.

281. Σωτηρίαν) Moneta Conſtantini Magni, in qua Servator effictus erat; de hac ipſa moneta loquitur forſan Joannes Damaſcenus in Synodica ad Theophil. pag. 112. E. R. quam Conſtantino Magno adſcribit idem Damaſcenus: φαίνεται καὶ ἐξαίρετον καλλώπισμα τῆς εἰς Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν Θεὸν εὐσεβείας ἐγχαράττει τῷ βασιλικῷ ἐν πολιτείᾳ νομίσματι, τὸν οὐρανοφανῆ σημεῖον τοῦ Σωτηρίου σταυροῦ, καὶ θεανδρικὸν Χριστοῦ χαρακτῆρα ἐν αὐτῷ μετὰ τοῦ ἰδίου ἐντυπώσαντο· ἐνδεικνύμενος τὴν τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως αὐθεντίαν πρὸς τὸν ἐπίγειον γεγονυῖαν, &c. *Pietatis in Chriſtum verum Deum noſtrum præcipuum argumentum fuit, quod Imperatorio ac publico numiſmati Salutaris Crucis quod in cælo viderat ſignum, Chriſtique Dei hominis venerandam imaginem, cum ſua ipſius impreſſerit, quo ſcilicet cæleſtis Regis præ terreno majorem potentiam declararet*. At nullus hujuſcemodi nummus reperitur. Vide tom. 2. — Edit. Pariſ. pag. 795. / pag. 796.

Τότε ἐγκαινίζει ἡ πόλις κάλανδαν, &c.) Ita habent Anonymus noſter, Codinus, & quotquot de hac re agunt Scriptores. Perperam quidem hic pro κάλανδαν edidere Lambecius & Combefiſius κάλανδαι. Ceterum cum multa de Encæniis Urbis Conſtantinopoleos ſuperius ad Anonymum noſtrum adnotaverimus, necnon de Fortuna Urbis, ac reliquis ad eandem rem ſpectantibus, ne actum agam, eo Lectorem mittimus.

Στήλην τοῦ υἱοῦ Κάρου) Hic Chronographum loqui putat Lambecius de Flavio Severo, qui una cum Maximino a Gal. Maximiano Cæſar creatus fuit. Sed quid illi cum Caro? Potius quidem de Maxentio Herculii filio, ut ex ſubſequentibus patet, niſi quod loca confundit. 282.

Καὶ Θεῶν Βεγγάμων) Id eſt, Deorum Inferorum, quos opponit Diis μάκαρσι. Ita & Combefiſius interpretatur, cujus non minus ingenioſam quam eruditam adnotationem vide ibidem.

Καὶ Σεβήρου τὸν Ερκουλίου υἱὸν) Pro Σευῆρον legendum eſſe Μαξέντιον τοῦ Ἑρκουλίου nemo non videt; ſed quod geſtum eſt Romæ, Chronographus Byzantii ait, & ſic omnia confundit. Maxentii quippe caput haſtæ infixum in Urbem ad triumphum adlatum, moxque in Africam miſſum prodit Nazarius in Panegyr. Conſtant. Forſan hic confundit Chronographus monumenta Novæ Romæ cum veteris Romæ monumentis, ac locum ubi Maxentius ante commiſſum prælium victimas diis obtulit, denotare vult; quo quidem peracto ſacrificio copias ex Urbe produxit, ac prælium conſeruit. Sic porro Zoſimus habet: Μαξέντιος δὲ ἀναπετάσας αὐτὸ, τοῖς θεοῖς ἱερεῖα προσῆγε, καὶ τῶν ἱεροσκόπων περὶ τῆς τοῦ πολέμου τύχης ἀνεπυνθάνετο, καὶ τὰ Σιβύλλης διηρευνᾶτο· ἐν οἷς εὑρὼν χρησμὸν εἰς ἀνάγκην τὸν ἐπὶ βλάβῃ πράξοντα Ῥωμαίων, οἰκτρῷ θανάτῳ τεθνήξειν, &c.

284. Τιμηθέντες τῷ λαβάρῳ κατακοσμοῦντες) Ita & Lambecius legit, ſcilicet, *Ibidemque Centuriones honore aucti, quod Crucis in labaro geſtandæ prærogativa donati fuerant*. Corrupte quidem in MS. habetur: ἐκεῖσε τῷ Βαλλάριον κατακοσμοῦντες. Pro Βαλλάριον Combefiſius legit καβαλλαρίων, ſicque interpretatur: *Ibidem loci Centuriones honore aucti, quodque aliis ferenda Cruce prælati, hoc nacti ſunt, ut ſuperiori equitibus loco conſiderent*. Sed pluris ſane facio Lambecii conjecturam, quæ Sozomeni auctoritate comprobatur lib. 1. cap. 4. de Conſtantino Magno: ἐκλέξαντα ἄνδρας ἐπιλέκτους ῥώμῃ καὶ ψυχῇ καὶ τρόποις εἰς τοῦτο, οὐ σύμβολον μετασκευάσαι τὸ παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενον Λάβαρον· τιμιώτερον ἦν τοῦτο νομίζεσθαι, τῶν ἄλλων τιμιώτερον. Labarum quidem ita appellatum fuit præſertim ſub Conſtantino Magno vexillum, in quo Chriſti monogramma deſcribi curavit, quod cæteris pretioſius & ſanctius haberi, Imperatorem ſemper præcedere, a militibus adorari, & in præliis a fortioribus exercitus militibus ambiri & ſtipari præcepit, uti referunt Scriptores Eccleſiaſtici. Hos quidem milites eſſe eos plerique putant, quos *Præpoſitos laborum* appellat Codex Theodoſianus. Cæterum de Labaro conſule do-

Google

ctiſſimi Ducangii Diſſert. de Impp. Conſtantin. nummis num. 20. ejuſdem utrumque Gloſſ. item Fullerum libr. 2. Exerc. Sacr. cap. 1. libr. 4. cap. 13.

285. Ἐζήτει ἀδειαν) Scilicet, *ſecuritatem popoſcit*. Ita & Combefiſius legit. In MS. habetur; ἐζήτει πρέσβεις. Cæterum de Senatu, de Codicillis, &

Edit. Pariſ. pag. 797. de loco quo accipiebantur ſupra ad Anooymum noſtrum plura adnotavimus.

Ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, &c.) Anonymus noſter & Codinus multas recenſent ſtatuas, quæ in Hippodromo erectæ erant.

Τῶν Μήδων τοῦ ἀλογίου) Vide Combefiſii Notas.

Αἱ γυναικεῖαι θέρμαι) His nonnihil lucis accedere poteſt ex Anonymo noſtro: *αἱ δὲ γυναικεῖαι θέρμαι καὶ ἀδόκητοι ἀνδριάντες ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, ὁ μὲν μία ἐστὶν Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῶν ἐσομένων αὐτοῦ πράξεων. ὁ δὲ ἕτερος ἐν τῷ πλαίου ὑπάρχει, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ὁ Σκύλλα ἐστὶν, ὁ ἐκ τῆς Χαρύβδεως ἐδίωκε τοὺς ἀνθρώπους. καὶ ἐστιν Ὀδυσσεὺς, ὃν κατέχει ἐκ τῆς κορυφῆς. ἕτεροι δὲ λέγουσιν ὅτι ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα καὶ αἱ ἐσχάται αἰῶνες αἱ οἱ ὁδεύοντες ἐξ ἀδείμωσι.* Similia refert etiam & Codinus pag. 29. E. R.

286. Μετὰ τὴν νίκην Μήδων) In hanc ſtatuam Juſtiniani equeſtram in Hippodromo erectam, ob victoriam de Medis & Scythis partam, habentur duo epigrammata ex libr. iv. Anthol. cap. iv. a nobis hic edita lib. vi.

Τὸ εἴδωλον μᾶλλον τῆς Ἀθηνᾶς) Perperam hæc interpretatur Combefiſius: *Ut autem a pluribus audivi, Minervæ potius Athenis allatum ſimulacrum eſt, magiſque credidi*. Non quidem hic τῆς Ἀθηνᾶς Athenis, ſed Minervæ: ſic igitur interpretatus ſum: *Ut autem ego pluribus narrantibus audivi, ſtatua eſt Minervæ ex Græcia advecta, quod etiam verum arbitror*. Noſtra interpretatio comprobatur ex Anonymo noſtro & Codino.

287. Εἶδον καὶ χρησμοὺς) Vide quæ Anonymus noſter & Codinus habent de ſtatuis in Hippodromo, & aliis monumentis ab Apollonio Tyaneo magice conſecratis. Sed de iſtis næniis ſuperius monuimus Lectorem.

288. Κατὰ μοῖραν) Eudociæ Athenienſis hiſtoriam pluribus referunt Auctor Chronici Alex. pag. 312. E. R. & ſeq. Socrates lib. 7. cap. 21. Evagrius lib. 1. cap. 20. Theophanes pag. 72. E. R. Vide Notas Jacobi Goar ad Theoph. pag. 369. E. R.

Καὶ τῇ τύχῃ ἐξ ἀτυχίας, &c.) Scilicet, *Fortunæ ex infortunio ut ſibi placaretur, ſupplicabant*. Ita ad verbum interpretatus ſum: verum autem ſenſum hunc eſſe puto, *Eudociæ, quæ ex infortunio Fortunam nacta erat, ut ſibi placaretur, ſupplicabant*. Refert quippe Chronicon Alexandrin. Fratres Eudociæ, cum eam imperare Conſtantinopoli intellexiſſent, metu ob injuriam eidem illatam correptos in fugam ſe conjeciſſe; mox illam, data ſecuritate, per nuntios accerſitos ad dignitatem proveniſſe.

Μὴ θαυμάζειν, &c.) Vide Combefiſii notas: Lambecius vero ita legendum putat: *μὴ θαυμάζομεν τῶν ἵππων τοὺς ἐπιβάτας· ἀλλ' εἰδότες*, &c. & paulo poſt ita legit, *ἢ μὴ θαυμάζων ἀμβλυνόντων*.

Κακὸν τῇ βασιλίδι, &c.) Codinus habet: *κακὸν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, ὅτι τῷ ταχεῖ τῆς τύχης τυχεῖν συντρέχει*. Vide Lambecii & Combefiſii Notas.

Καμπὴν δίνην) Ita & Ducangius legendum putat; corrupte quidem in MS. legitur: *καμπὴ δίνην κεκμηκότα*. Lambecius vero ſic emendat: *τὸ γόνυ καμπτὸς, δίνην κεκμηκότα*. Vide ejuſdem Notas necnon Combefiſianas conjecturas.

289. Τοὺς ὅρους τῶν ἵππων) Scilicet, *Pelops equorum metas intuens*. Ita ex contexta videtur interpretandum. Lambecius ad Codinum, & Combefiſius hic interpretantur: *Pelops autem carceres Hippodromi reſpiciens*, &c.

Εὗρε γὰρ Κέρας) Ita ex Codino reſtituimus. In MS. habetur: *εὗρε γὰρ τινα ὁ φιλόσοφος θηλύμορφον ζώδιον*. Vide Lambecii & Combefiſii Notas.

Ἐξ οὗ ὁ Κωνσταντῖνος καὶ ἀνάγραπτοι ἔσονται) Codin. habet; *ὅτι ἐκ τοῦ κεφαλαῖ ἐξ ἀνάγραπτοι ἔσονται*.) Quod Lambecius reddit, omittens vocem præcedentem *ὁ τετραπέρατοι*: *Verſuti pariter atque inexperti ex te procedeat*.

Καὶ λογίους) Vide quæ hic Combefiſius adnotavit. 290.

Ἐπὶ δὲ ἀνδριάντας) Hanc ſtatuam cui aſinus præibat, vulgo nuncupatam fuiſſe Perichytom Codinus prodit pag. 30. E. R. 291.

Παρὰ Ἀγύρου, &c.) Vide quæ ſupra ad Anooymum noſtrum monuimus: necnon Combefiſii, & Lambecii Notas ad Chronographum. pag. 798.

Ἀσκληπιοδώρου) Lambecius pro Ἀσκληπιοδώρου legendum putat Ἀσκληπιοδότου. Aſclepiodotus Philoſophus & Medicus qui Procli diſcipulus fuit, & temporibus Anaſtaſii Dicori floruit. Hujus autem Aſclepiodoti extat hodieque in Bibliotheca Regia Etruriæ liber de re militari, cui titulus eſt, ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΕΧΝΗ ΤΑΚΤΙΚΗ. Diviſus eſt in duodecim capita, & ſic incipit: *Τὰς τακτικὰς παρασκευὰς πρὸς πόλεμον διττὰς εἶναι, χερσαίας τε καὶ ναυτικὰς, περὶ τῆς χερσαίας τὰ νῦν λεκτέον*, &c. Finis autem hic eſt: *αὗται δὲ βραχεῖαι αἱ τῆς ναυτικῆς καθηγήσεις, τοῖς μὲν χρωμένοις ἀσφάλειαν πορίζουσαι, τοῖς δὲ ἐναντίοις κινδύνους ἐπάγουσαι*.

Ἐν ᾗ ποτε ἐδέχετο) Anonymus noſter in Foro Tauri extare inquit Theodoſii magni ſtatuam, quæ primitus argentea fuit, & ad quam legati exterarum gentium excipiebantur. Vide quæ ibi monuimus.

Κλήμης) Clemens hic hiſtoricus, cujus meminit Suidas, auctorque eſt ſcripſiſſe *de Imperatoribus Romanis* & alia.

Ὁ Πεντάκις ὁ λεγόμενος) Statuam hanc Leonis erectam fuiſſe ab Euphemia ejus ſorore germana, quod ibi domum haberet, pluribus narrat Anonymus noſter. Ubi vide quæ obſervavimus. 292.

Τὸ μέγιστον τοῦ Φόρου ζώδιον) De hac ſtatua Juſtiniani in Auguſtione erecta, vide Auguſtionis Pachymerii Deſcriptionem, hic a nobis lib. vi. primum Latine editam; necnon Anonymum noſtrum & Codinum. 293.

Καθὰ φησι Θεοδώρητος, &c.) Hæc ſeries perplexa videtur; exhibemus Combefiſii verſionem; vide ejuſdem Notas.

Καθὰ καὶ Μιλίχιος) Puto legendum pro Μιλήσιος, Mileſius Chronographus, ſcilicet Heſychius Illuſtris Mileſius.

Ἐπὶ πρώτου Φόρου) Vide quæ ſupra ad Anonymum noſtrum de ſtatua Alexandri, de Strategio, & de Foro adnotavimus. 294.

Ὁ λεγόμενος Νεώριον, ὁ καὶ Ἀρκάδιος) Hoc ita legendum ait Lambecius: *τὸ λεγόμενον Νεώριον, ὁ Ἀρκάδιος ἐστοιχείωσε*. Combefiſius vero nihil mutandum cenſet, & Νεώριον pro ipſa ſtatua Arcadii, quæ in eo portu ſtetit, accipit. 295.

Ὃν Κόνων ἐστοιχείωσε) A quodam Conone magicis præſtigiis conſecratum Neorium prodit & Anonymus noſter. Codinus vero ſic habet: *Ὅτι τὸ Νεώριον ὁ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐστοιχείωσε*, &c. quod Lambecius interpretatur: *Neorii ſive Navalis prima fundamenta poſuit Conſtantinus Magnus*, &c. At ἐστοιχείωσε, *magicis præſtigiis conſecravit* ſignificat, non vero *prima fundamenta poſuit*. Sic & Combefiſius. Vide quæ ad Anonymum noſtrum monuimus.

Ἐπὶ Ἰουστίνου, &c.) Ita ex Cod. Colbert. reſtituimus; vide noſtras ad Anonymum notas.

Σεβῆρος καλεῖται) Scilicet, *Zeuxippus Balneum Severus appellatur, quippe a Severo ædificatum eſt*. Ita ad verbum interpretatus ſum; ſed malim cum Ducangio Σεβήρου, nam ita nuncupatum obſervare eſt apud Zonaram in Juſtiniano pag. 71. E. R. *τὸ Σευήρου λουτρὸν, τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον*. Et in Chronico Aleaandrino ad annum v. ejuſdem Juſtiniani: *ἐκάη τὸ βαλανεῖον τοῦ Ἀλεξάνδρου*, *conflagravit Balneum Alexandri*, Severi nempe. Vide quæ ad Anonymum noſtrum hac de re monuimus.

Καὶ τὸ Ἱπποδρόμιον) Unam Hippodromi partem a Severo extructam refert Anonymus noſter. Cedrenus item pag. 252. E. R. *Οὗτος καὶ τὸ Ζεύξιππον λουτρὸν ἔκτισε Βυζαντίοις, καὶ τὸ πρῶτον κτίσμα τοῦ Ἱπποδρόμου παρέδωκε*. *Hic & Zeuxippum, Balneum* 295.

ita nuncupatum, Byzantiis condidit, & Circi prima ædificia. Ita habent & cæteri ſere omnes rerum Byzantinarum Scriptores.

Καὶ Κωνσταντιαναὶ) Variè quidem has Thermas a variis Scriptoribus appellari comperimus. Nam alii Conſtantianas nuncupant, alii vero Conſtantinianas; ſed quia multa ad hujus rei elucidationem
Edit. Pariſ. ſuperius ad Anonymum noſtrum adtulimus, ideo
pag. 799. eo lectorem mittimus. Cæterum perperam Combefiſius vertit, *ædes Conſtantiana*; nam hic non de ædibus, ſeu Palatiis Conſtantianis, ſed de Thermis occurrit ſermo.

Καὶ ὁ λεγόμενος φοῦσσα) Hæc ad verbum interpretatus ſum; ſed forſan pro ὁ λεγόμενος φοῦσσα legendum eſt, καὶ ἐν τῷ λεγομένῳ φούσσῳ στῆλαι πολλαὶ αἱ οὖσαι ἐν Κωνσταντιαναῖς ἐνέπεσον ἀξίαι θαύματος. Scilicet, *Plurimæ ſtatuæ quæ in Thermis Conſtantianis erant, in foſſam deciderant*.

Ὀχετηγὸς ὑπὸ Οὐάλεντος) Vide quæ de Aquæductu a Valente extructo lib. III. adnotavimus.

297. Καθ' ἃ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει, &c.) Non animadvertit Combefiſius hic anachroniſmum: octo quidem ſere annis regnavit Phocas. Vide quæ ad Anonymum monuimus.

Τοῦ λεγομένου Συκαίου) Ita Lambecius & Combefiſius emendant. In MS. quidem τῷ λεγομένῳ Συκαιῶ legitur; ſed vide noſtras ad Anonymum Notas, necnon Lambecianas ad Codinum, & Combefiſii ad Chronographum.

Ἐπὶ Θωμᾶ τοῦ νέου) Interpretatus ſum cum Combefiſio, *recentis memoriæ*, quod non alius hoc nomine in ſede præceſſerit. Vide ejuſdem Combefiſii Notas.

298. Ἐν τοῖς Μαρτινακίου) Ita legendum monet & Lambecius. Perperam in MS. legitur, ἐν τοῖς Μαρτινακίω. Vide quæ de Monaſterio τῶν Μαρτινακίου monuimus ſupra num. 154.

299. Βαλεντινιανοῦ τοῦ νεωτέρου) Scilicet Valentiniani tertii. Is enim ſuſpectam habens Aetii Patricii potentiam, eam dolo interfecit: ipſe vero inſequenti anno ob adulteratas plurimorum uxores a Maximo in Palatium irruente fœdiſſima morte ſublatus eſt.

300. Αἱ κατὰ τὴν σκηνὴν) Delubrum ſeu Oratorium a Joanne Tzimiſce extructum Chriſti Servatoris & Chalces perinde nomine inſigne fuit; allucinatur igitur Lambecius, qui pro κατὰ τὴν σκηνὴν legendum ait ex Codice κατασκηνώσεις. Vide noſtras ad Anonymum Notas.

Ἐν τῇ Χαλκῇ πύλῃ) Anonymus noſter Zenonis & Ariadnes ſtatuas in Chalce prope ambulacrum extitiſſe narrat.

Καὶ αἰσχρὰς τὸ πρότερον) Vide Combefiſii Notas.

301. Καὶ Σοφία ἡ αὐτοῦ γαμετὴ) Puto pro Σοφία ſcribendum eſſe Θεοδώρα, ut optime & Lambecius monuit. Sophiam quippe Juſtini Curopalatæ uxorem fuiſſe nemo ignorat.

Φιλεντινιανοῦ τοῦ πρώην) Vide Combefiſii Notas.

302. Περσέως στήλη) Perperam interpretatur Combefiſius, *Perſei columna*; nam hic στήλη non columnam ſed ſtatuam ſignificat, ut ex contextu liquet.

Θυγατρὸς βασιλικῆς) Scilicet, *regiæ filiæ*. Perperam legitur in MS. & in editis, θυγατρὸς Βασιλίσκου. Andromeda enim non Baſiliſci filia, ſed Cephei Æthiopum regis & Caſſiopes filia fuit. Vide Euripidem in Andromeda, & noſtras ad Anonymum Notas.

303. Ἐκλήθη οὖν Ἰκόνιον) Anonymus noſter Iconium appellatum a Philodoro logiſta ait, διὰ τὸ τὸν Περσέα δεῖξαι τὴν εἰκόνα ἐκεῖσε τῆς Γοργόνος. Stephanus vero de Urbibus ex alia fabula ejuſdem vocis etymologiam ducit; quod ſcilicet extincto per diluvium humano genere, illic primum a Prometheo fictas imagines & ſimulacra, εἰκόνας, quas ſpiritus afflans animaverit. Unde ait, ἐξ οὗ δὴ ἐμφύσημα. Cæterum quem Anonymus noſter, Chronographus ac Codinus Philodoram vocant, Lambecius Philochorum eſſe contendit. Vide ejuſdem ad Codinum Notas. Quæ autem ſequuntur & clauſa repræſentantur corrupta & Combefiſio viſa ſunt, & mihi videntur; neque abſque novi Codicis ope ſanari pag. 780.
poſſunt, niſi hariolando: quæ ars, licet ea uſi ſint paſſim ſuperiori tempore viri doctiſſimi, nunquam mihi placuit, niſi Codicis manu exarati auctoritas accedat, vel contextus ſuadeat.

Δωρὶκ) Pro Δωρία legendum ait Lambecius Δωρικοῖς; ſed vide noſtras ad Anonymum Notas, necnon Combefiſianas ad Chronographum.

Ἐπάνω δὲ τῆς πόρτας τῆς πόλεως, &c.) Ita ex Anonymo noſtro reſtituimus: corrupte quippe in MS. & in editis legitur, ἔνθα ἐτελεύτησεν ὁ αὐτὸς Περσεὺς σὺν τῇ Ἀνδρομέδῃ ἐπάνω τῆς πόρτας τῆς πόλεως. Non quidem ſupra portam diem obierunt, ſed cum Iconii Perſeus & Andromeda vitam exegiſſent, ipſorum ſtatuæ portæ urbis impoſitæ ſunt.

Ἐπὶ Κωνσταντίνου) Has Perſei & Andromedæ ſtatuas tempore Conſtantini advectas, poſtquam abſoluta fuit Eccleſia Antiochenorum, perhibet Anonymus noſter, ac in Magno Balneo Conſtantini prope Tzycaniſterium collocatas ait. Ubi vide quæ hac de re adnotavimus, & quæ de Eccleſia Antiochenorum monuimus.

Ἐν τῷ Κωνσταντιανῷ λουτρῷ) Scilicet, *in Conſtantianis Thermis*. Socrates lib. VI. cap. XVI. habet, ἐν τῷ δημοσίῳ λουτρῷ τῷ ἐν Κωνσταντιαναῖς. 304.

Δορυφορούμενος αὐτὸν τοῦ Ἀετίου) Id eſt, *adſtante ac ſatellitium agente Aetio*. Perperam interpretatur Combefiſius, *cujus Aetii ſatellitis more latus cingit*. Cæterum quod ait Chronographus, Aetii ciſternam conditam eſſe Valente imperante, non cohæret cum eo quod de hac ciſterna ſcribit Marcellinus Comes; ipſe enim Ciſternam Aetii conſtructam ait ſub Theodoſio Juniore anno Chriſti CCCCXXI Euſtathio & Agricola Coſſ. Vide quæ de hac ciſterna ſupra adnotavimus ad Anonymum.

Ἡ λεγομένη Ἄσπαρος, &c.) Subintelligitur κινστέρνα; ὑπὸ Ἄσπαρος; male in MS. & in editis habetur ὑπὲ Ἄσπαρος. De Aſparis ciſterna pluribus loquitur Anonymus noſter nu. 136. ubi ſic habet; 305.
Ἡ δὲ λεγομένη Ἄσπαρος κινστέρνα ὑπὸ Ἄσπαρος καὶ Ἀρδαβουρίου ἐκτίσθη, ἐπὶ τοῦ μεγάλου Λέοντος· καθ' ἣν ἀμφότεροι, πληρωθείσης αὐτῆς, ἀνῃρέθησαν παρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, οἵ τινες ἐβούλοντο μετὰ τοῦ δήμου καταβιβάσαι Λέοντα τῆς βασιλείας, εἰ μὴ ἐξ ἀγχινοίας οὗτος τούτους ἀνεῖλε δόλῳ. ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἄσπαρος ἦν, ὅνπερ εἶχε Βασίλειος ὁ παρακοιμώμενος. *Aſparis Ciſternam Aſpares & Ardaburius extruxere, tempore Leonis Magni. Qua abſoluta, ambo inibi interfecti ſunt ab eodem Imperatore; eo quod conjuratione cum populo inita, Leonem ab Imperio ejicere ſtatuerant; niſi de induſtria eos dolo ſuſtuliſſet Imperator. Cæterum domus Aſparis erat, quam deinde poſſedit Baſilius Accubitor*. Cæterum Ciſterna hæc Aſparis ædificari cœpta eſt anno II. Leonis M. Imperatoris Ricimere & Patricio Coſſ. ut teſtatur Scriptor Chronici Alexandrini, qui ſic habet: τούτῳ δὲ ἔτει ἤρξατο Ἄσπαρ ὁ στρατηλάτης κτίζειν τὴν μεγάλην κινστέρναν πλησίον τοῦ παλαιοῦ τείχους, *hoc anno Aſpar Magiſter Militum cœpit ædificare ciſternam maximam juxta antiquum urbis murum*.

Edit. Pariſ. pag. 801.

ANSELMI BANDURII
R A G U S I N I,
MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS
COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES Conſtantinopolitanas
LIBER SEXTUS.

306. O Πλείσι ἵνοις τῷ Ηρῷῳ, &c.) Sic pro, ἐνίοις ἵνοις ἐν τῷ Ηρῴῳ. De ſepulcris Imperatorum a Juſtiniano conditis ad ædem SS. Apoſtolorum crebra mentio occurrit non ſolum apud Scriptores Originum Conſtantinopolitanarum, verum etiam apud Hiſtoricos Byzantinos. Vide quid infra adnotamus ad catalogum Imperatorum qui in hiſce Herois tumulo mandati ſunt, ubi eorundem ſepulcrorum habetur deſcriptio.

Ἀποθέντων) Perperam ſcribitur in MS. ἀποθυτόντι.

Και τὸν νεκρὸν τ Ιουστινιανοῦ) Corripus libr. III. de Laudibus Juſtini ſcribit, Juſtiniani ſepulcrum auro puro confectum fuiſſe:

Donec Apoſtolici ſubeuntes atria templi,
Inclyta ſacrato poſuiſſent membra ſepulcro,
Quod prius ipſe ſibi puro conſtruxerat auro.

307. Κατεπέτασμα) De Velo ædis Sophianæ pluribus agit Ducangius CP. Chriſtianæ libr. III. cap. 65.

Εὐροιζόντιρον) Sic in MS. ſed fortaſſis pro ἀνορζόντιρον alia vox reponenda eſt.

Πανόχαλκος Ηρα) De hac Junonis ſtatua quæ in Foro Conſtantiniano erecta erat, vide quæ infra adnotamus nu. 359.

O Πάρις Αλέξανδρος) In ſimilem Veneris ſtatuam cui fortaſſis adſtabat Paris, habetur Epigramma in Anthologia lib. IV. & a nobis infra editum num. 405.

308. Οἱ δ' ἔρωτες) Habentur duo Epigrammata a nobis infra edita nu. 408. in ſtatuas Amorum invicem colludentium, quæ quidem videntur ſpectare ad has Conſtantinopolitanas ſtatuas Amorum. Sic de hac ipſa re Cedrenus pag. 323. E. R. Γυμνοί τε ἔρωτες ἵστανται προσγελῶντες ἀλλήλοις ἡμέρως, καὶ τοῖς κάτω παροδεύουσιν ἐμπαίζοντες. ἄλλοι δὲ ὀκλάζοντες ἐμπνέουσιν οἷοι, σάλπιγξι χαλκαῖς ἐμφυσῶντες ἀνέμους. *Stant & nudi Amores, invicem ſibi blande arridentes, & infra tranſeuntibus illudentes. Rurſum alii adoleſcentes ſubſidentes æreis tubis ventos inflant.*

Καὶ τοῖς ἀνέμοις,) Particula καὶ hic redundare videtur.

309. Ἀνεμοδούλιον) Ita proculdubio legendum; nam vox iſta in MS. depravata. De Anemodulio autem, quod Cedrenus Theodoſio Magno adſcribit, pluribus agit Anonymus noſter part. I. n. 47. qui illud ab Heliodoro Aſtronomo, Leone Iſauro imperante, erectum fuiſſe ſcribit; præterea machinam iſtam æream fuiſſe, & Dyrrachio a muliere, quæ illam in dotem acceperat, Conſtantinopolim allatam. Meminit item hujus machinæ quadratæ quæ Anemodulium dicebatur idem Nicetas in Andronico lib. II. cap. VII. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κίονος τὸ χάλκεον μετέωρον τετράπλευρον, ἐν ᾧ γυμνοὶ περιβαλλόμενοι μηλοβολοῦσιν ἀλλήλους οἱ ἔρωτες, ὃ Ἀνεμοδούλιον κέκληται, ἑαυτοῦ εἰκόνα ἵδρυσε χαλκοῦν. *Habuit etiam in animo (Andronicus) æream ſuam ſtatuam ſuper columna in ſublimi æneo Tetrapleuro, ubi nudi Cupidines pomis ſe invicem petunt, quod Anemodulium vocant, erigere.* Vide quæ de Anemodulio ſupra adnotavimus num. 47.

Ἔφιππον ἀνδριάντα) De hac ipſa ſtatua equeſtri loquitur & Anonymus noſter nu. 48. qui eam in medio Fori Tauri atrio ſtetiſſe ait, atque eo ex magna Antiochia allatam fuiſſe. Sic etiam ex eodem & reliqui Originum CP. Scriptores tradunt. Nicetas vero Choniates non ſolum hic de hac ſtatua equeſtri loquitur, verum etiam in Annalibus, ubi agit de Henrico Balduini fratre; cujus quidem verba hic etiam adſcribere, commodo lectoris conſulens, non gravabor, maxime cum & huic loco, & illis quæ de hac re habet Anonymus noſter aliquid inde lucis adferri poſſit: Οὐδὲ μὴν ἕτερον ἀνδρεικέλον ἐκ χαλκοῦ πεποιημένον, ἀλλ' ἐφ' ἵππου κατεσκευασμένον βαῖνον, ἢ πυρὶ παρέδωκαν, οὐδὲ τὸν ὑποπόδιον λαίμαργον χηλὴν τ ἵππου ἀποτεθρηγμένον εἴασαν, ὃς ἐπὶ λίθου λευκοῦ τετραπλεύρου κατὰ τὸν λεγόμενον Ταῦρον χειρὶ ἱστάμενος, ἡρωϊκόν τινα τ ἔχων ἀνδρα, ἢ τὸ εἶδος ἀξιοθέατον, ἐπὶ τῶν νωτων ὀχῶ, μηδ' αὐτὸς ἀπεχων τοῦ ἀγασθαι, ὡς ἐπὶ πᾶσι τ τεχνῖτε ἀκριβώσαντος ἀλεφαίρετος, θαυμάσιον, ἢ τὰ ὦτα ἀνεστῶς ὡς πρὸς σάλπιγγα. τοῦτον οἱ μὲν ἔφασκον εἶναι Πήγασον, ἢ τ ἀναβάτην Βελλεροφόντην. οἱ δέ, τ Ἰησοῦν τ Ναυῆ, ὅστις ὁ ἐπικαθήμενος ἐστιν. ἐδόκει εἶναι τ ἀνδρα τῇ ἀποσκευῇ τοῦ εἰκάσματος πρὸς τ ἀρματηλασίαν ἡλίου, ἢ τ δρόμον τ σελήνης τ δεξιὸν χεῖρα ἐκτείναντα, ὡς ταῖς τ πρώτην χειρὸν καὶ σφαιρικὸν ἐκ χαλκοῦ χῦμα τῷ κοίλῳ τ λαιᾶς χειρὸς κατέχοντα. ἀποσχισθείσης τοίνυν φαστήρσι τοῦ ποδὸς τοῦ ἵππου, ἀνθρωπόμορφον ἀφίεται ἴνδαλμα ὑπορρύμενον, πλεῖστον μᾶλλον ἐκ τ τ Βουλγάρων γενεῶν, ἐν τῷ ἀσφαλτώδει ἐλαιωμένον ὕλῃ, ἢ μολυβδίνῳ παντὶ κατειλημμένον. ὁ γοῦν Λατῖνος ἀπουσιῶν, ὥσπερ ἐν ἐξ παλαιᾶς πρὸς τ ὅλον διαπεσόμενον. ἢ τὸ μὲν τῇ τ ἀργυροκόπῳ χωνείᾳ καθίστατο. Λατῖνοι δ' ἐμποιοῦντες ταυτ' ἐν δειλίᾳ παντάπασι γνώμην, ὡς ἀποφαίνεσθαί τι, καταφρονητικῶς ἔχων εἰς αὐτοῖς. ἀλλὰ μετιόντι πάντα καὶ ἀποτυχόμενοι, μὴ καὶ ἐκπίσωσιν οἷς ἐπεβήσαν πόλεως, εἰς τὸ τοιόνδε τ κινουμάτων ἐκφέρειν καταστρέφειν ἐδοκίμαζον, ἵνα μηδ' εἰκόνων ὑφ' ἀπάντων ἀπορρηθῆναι, ἀλλὰ τὸ ἑκατόν τῷ ἑαυτοῦ συμπίπτοντες, ὁδηγοῖεν μηδ' ἐφ' αὐξάνοντα, πρὸς ὀδμὴν τ ἀρξάμενοι ἀναπίπτοντες. *Unde cum aliis æneis ſtatuis, quæ baſibus erutæ, & in ignem conjectæ ſunt, nec anteriorem ſuſtollentem ungulam equi ænei, qui in albo quadrangulo marmore in Tauro ſtat, virum quendam heroico robore, & ſpectabili vultu tergo vehens, nec ipſe admirationis expers, ob exquiſitum omnium membrorum artificium phaleris undique tectus hinniens, auribus velut ad tubæ clangorem arrectis, impervestigatam reliquerunt. Hunc alii Pegaſum eſſe dicunt, ſeſſorem Bellerophontem: alii Jeſum Navis filium, equo (quiſquis ille ſit) inſidentem: idque ex habitu ſtatuæ conſtare, quod dextra ad curſum Solis & Lunæ extenta, curſum eorum ſiſtat, & globum æneum lævæ manus vola teneat. Proinde malleis equi ungula revulſa, humanam ſubtus imaginem reperiunt, quæ majori ex parte Bulgarum aliquem repræſentabat, clavo tranſfixam & plumbo undique cinctam, non autem Latinum referebat, quemadmodum jamdiu a multis ferebatur. Ea imago fabro argentario conflanda data eſt a Latinis, haud ſane prorſus ex timiditate, ut per eorum contemptum aliquis interpretari queat: ſed quia omnia tentabant, omnia moliebantur, ne urbe quam occuparant, exciderent, ne hujuſmodi quidem rumores,*

pag. 805.

Digitized by Google

qui non ſine cauſa ab omnibus celebrarentur, ſed veriſimilem conjecturam haberent, negligendas putabant, nulla in re negligentes. Sic Græculi nugigeruli; verum ipſe puto, ſtatuam illam equeſtrem Bellerophontis fuiſſe, neque Jeſu filii Navis, ſed cujuſdam ex Imperatoribus Romanis; illo ſiquidem habitu, illaque forma ſtatuas equeſtres Imperatorum Romanorum plerumque formari ſolitas fuiſſe tum ex ſtatuis antiquis docemur: habitus vero ille *pacificatoris habitus* dicitur Antiquariis.

Τὸν πρὸς δύσιν πορείαν, &c.) Cod. Vaticanus, τῆς πρὸς δύσιν πορείαν, ἐξ τῆς χώρας Γαβαών, &c.

Ανεστα χρονων) Cod. Vaticanus, ἄνεστα χρονίων.

310. Καὶ πάντα εἰδοξῶν) Codex Vaticanus, καὶ πάντα εἰδοξῶν, &c.

Edit. Pariſ. pag. 803. Εν τῇ λαιᾷ χειρὶ) Ita emendamus. Perperam legitur in Cod. Anglicano, τῇ δυλαιᾷ χειρί, &c. & in Cod. Vaticano, τῇ δὲ λαιᾷ χειρὶ ἀνδρομικῶν, &c.

Αλλως) Cod. Vaticanus, ἄλλως.

Η καὶ τῶν Βουλγάρων, &c.) Cod. Vaticanus, εἴτ' εἶναι Βουλγάρων ἐστί.

Χαλινοῖς ἐδαλκων) De pede lævo hujus equi loquitur & Anonymus noſter, qui in eo oracula ac præſagia inſcripta fuiſſe ſcribit. Verum nugas nugatur more Græculorum, qui ſæpenumero inſcriptiones, & ſtatuas antiquas, oracula & præſagia rerum futurarum interpretari ſolent. Cæterum de ejuſmodi ſtatuis magice conſecratis plura ſuperius adnotavimus.

311. Κατερριπτο τούτων Ηρακλῆς, &c.) Hæc ſtatua Herculis ænea, quæ in Hippodromo Conſtantinopolitano viſebatur, armis ſpoliata, ac mœſtitiam præ ſe ferens, videtur haud diverſa fuiſſe ab illa, in quam extant Epigrammata duo, alterum Gemini, Philippi alterum a nobis hic edita num. 400. niſi quod iſtæc Lyſimacho tribuatur, illa vero Lyſippo. De Hercule autem æneo Lyſimachi, qui in Hippodromo Conſtantinopolitano erectus erat, loquuntur etiam idem Choniates in Alexio libr. III. nu. IV. Porphyrogenitus libr. II. de Them. cap. III. Præterea Codinus cum de Baſilica nu. 44. Anonymus noſter nu. 79. Chronographus nu. 258. Suidas v. Βασιλική, qui ſimulacrum hoc Herculis prius Roma Conſtantinopolim deductum fuiſſe ſcribunt, Juliano Conſule, & in Baſilica erectum; poſtmodum vero in Hippodromum advectum. Vide quæ de Herculis ſtatua ænea infra monemus nu. 400.

Βρυχηθμόν) Sic reponimus; perperam quippe ſcribitur in Cod. Anglicano, βρυχησμόν, & in Cod. Vaticano, βυχηθμόν.

Γοερόν) Sic Vaticanus Codex; perperam vero Anglicanus, γοερόν.

Τοῖς ἄθλοις) Cod. Vaticanus, τοῖς ἄθλοις.

312. Τῇ ἐν τύχῃ) Sic ex Cod. Vaticano; perperam ſiquidem ſcribitur in Cod. Anglicano, τῇ ἐν τύχῃ.

Τὰς ὤμους πλατεῖς) Perperam legitur in Cod. Vaticano, τοὺς νόμους πλατεῖς, ἡ τρίχα ὅλως. Hic finit fragmentum Nicetæ Choniatæ, *de ſtatuis CP. quas Latini capta urbe in monetam conflavere*, editum a Lambecio in Notis ad Codinum.

313. Τὰς πυγὰς πίων) Sic emendamus. Male ſcribitur in MS τὰς πυγὰς πίων: ut & paulo infra μεγέθος pro μεγέθει.

Τῶν σωφρόνων ἀρετῆς) Sic reſtituimus. In MS legitur, τῆς σωφρόνων ἀρετῆς. Sed fortaſſis aliquis leget, τῆς σωφρόνων ἀρετῆς.

Καὶ τὸν τοῖον ἐφεπόμενον ὄνηλάτην) De hoc ſigno aſini & aſinarii, in Hippodromo Conſtantinopolitano erecto videtur loqui Chronographus noſter numer. 290.

Οὐδὲ μὴν τῆς ὑαίνης, &c.) Id eſt, *neque item abſtinuerunt ab hyæna & a lupa*. Perperam ſiquidem nonnullis ὕαινα dicitur *ſcrofa*, quidquid Athenæus ſcribat; male & nos in verſione expreſſimus ſcrofa pro hyæna. Hyæna quippe animal ferum & crudele diverſum a ſcrofa, de qua Plinius lib. 8. cap. 30. Ariſtoteles, Ovidius lib. 15. Metamor. Cæterum de hyænæ ſigno, quod erectum erat in Hippodromo Conſtantinopolitano loquitur & Anonymus noſter num. 155. qui ait, illud a Conſtantino Magno Conſtantinopolim ex magna Antiochia advectum.

Καὶ τὸ ἀρχαῖον κακὸν τῆς Σκύλλης) De hac ſtatua Scyllæ in Hippodromo loquitur & Anonymus noſter nu. 115. qui navem eidem ſtatuæ proximam fuiſſe ſcribit. 314.

Τὰ ἐκ Τυάνων Απολλωνίου) De ejuſmodi ſtatuis magice conſecratis ab Apollonio Tyaneo pluribus ſupra egimus. 315.

Αυτὸν) Sic reponimus ex contextu. Perperam legebatur in MS. ἑαυτόν.

Εστηλωμένη) Sic emendamus. Male in MS. ἐστηλωμένη. 317.

Οὐ νέμεσις, &c.) Hos tres verſus Homeri corruptos & depravatos ex Iliad. lib. III. ſic emendamus. 320. pag. 804.

Οὐ νέμεσις Τρῶας, καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.
Non eſt indigne ferendum, Troianos & fortes Achivos
Talem propter mulierem longo tempore dolores pati.
Valde enim immortalibus deabus vultu ſimilis eſt.

Fortaſſis ad hanc ſtatuam Helenæ pertinet epigramma illud Arabii Scholaſtici a nobis hic editum num. 401.

Τοῦ Ρουσίου) Non dubito quin hic pro τοῦ Ρουσίου, voce mihi omnino ignota, legendum ſit Εὐρίπου; ſiquidem de Circorum Euripis multa habent, qui de Circis & Amphitheatris ſcripſere. Euripi Hippodromi Conſtantinopolitani meminit Scylitzes in Theophilo pag. 536. E. R. in eoque ſtetiſſe ſtatuam æream tricipitem ait. 322.

Αρμαλαλαίνοι) Sic in MS. ſed corrupte. Scribendum eſt, Αρματηλάται, vel ἁρματηλάται. In ſtatuas autem Athletarum, ſeu potius Aurigarum, quæ erant in Hippodromo Conſtantinopolitano, habentur Epigrammata Chriſtodori Thebani Coptitæ & aliorum, a nobis hic edita lib. VII.

Εκφρασις τοῦ Αὐγουστείου) De Auguſtione ſeu de columna & ſtatua equeſtri Juſtiani loquuntur Anonymus noſter nu. 15. Zonaras pag. 58. E. R. & Cedrenus qui ſubdit, hanc columnam ex tegulis æreis Chalces, cum in ſeditione Victoriatorum conflagraſſet, confectam eſſe: Ο περὶ αὐτὸν τὸν κίονα χαλκὸς ἅπας, κέραμος ἦν τῆς χαλκῆς τῆς εἰσόδου τοῦ Παλατίου Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπικαλύπτων, ὅπερ καὶ μέχρι τοῦ νῦν Χαλκῆ προσαγορεύεται. *Æs autem omne, quod circa columnam eſt, tegula fuit inaurata, ingreſſum Palatii Conſtantini Magni Imperatoris contegens, qui uſque nunc Chalce appellatur.* Cæterum hanc ſtatuam equeſtrem Juſtiniani graphice omnino deſcripſit Procopius lib. I. Ædif. cap. II. ex eoque, quidquid in hanc rem habent cæteri Scriptores, hauſerunt. Quæ Procopii deſcriptio cum ſit longiuſcula, & ejuſdem libri facilis cuique copia, conſulto a nobis omittitur. 325.

Καλλωπιζόμενον) Edit. male καλλωπιζόμενον. 328.

Καὶ τοῖς λίθοις αὐτοῦ) Perperam in Edit. ἐξ τοῖς λίθοις αὐτῷ.

Εν τοῖς βασιλείοις) Perperam Lambecius, ἐν τοῖς βασιλείοις. Situm ac pulchritudinem hujus Eccleſiæ, quam Νέαν ſeu *Novam* tantum Scriptores Byzantini crebro appellant, paucis deſcribit Luithprandus lib. I. cap. II. *Fabricavit autem pretioſo & mirabili opere juxta Palatium, Orientem verſus, Eccleſiam, quam Νέαν, id eſt, Novam vocant, in honore ſummi & cæleſtis militiæ principis Arcangeli Michaelis, qui Græce Ἀρχιστράτηγος appellatur.* Quod vero ait idem Luithprandus de altera ipſius ædis appellatione, Græculorum fabulas ſapit. Sic ille lib. III. cap. VIII. *De æde autem ſacra, quam ædificavit, hoc addi poteſt, quod ipſam Νέαν, hoc eſt, Novam alii vocant: alii vero Ἐννέαν, quod lingua noſtra Novennalem ſonat, appellant, eo quod ibidem Novarum Eccleſiaſticarum machina novem pulſata ictibus ſeu vocibus ſonet.* 334.

Ενδεδυμένην, &c.) Perperam Lambecius, ἐνδεδυμένην καὶ χρυσὸν τι, &c. 335.

Τὸ παμπολύγυμνα) Lambecius male legit, καὶ συμπολύγυμνα. 336.

Διδυ-

Διαδυχθεῖν ἐκπυρωθέντα) Sic Lambecius. Combeſiſius vero, ἀναδυχθεῖν ἐκπυρωθέντα.

Ἐνίοτε γὰρ ἱκανοῖς) Combeſiſius, ἐνίοτε καὶ ἱκανοῖς, &c.

337. Ἐφ' ὕπερ ἡμᾶς, &c.) Lambecius, ἐφ' ὑπὲρ ἡμᾶς, &c.

Κακῷ καμίνῳ) Ita reſtituimus ex contextu. Perperam legitur apud Lambecium & Combeſiſium, κατωπτημένον, &c.

338. Καὶ τῷ μὴ βάλλεσθαι, &c.) Lambecius, καὶ τὸ μὴ βάλλεσθαι, &c.

Ἐγκαυτίζεται σήμερον) Perperam Lambecius, ἐγκαυτιζόμενον, ἐκ τοῖς, &c.

Edit. Pariſ. pag. 805. Ναοὶ ἐν μέσῳ αὐτοῖς, &c.) Ita Combeſiſius. Corrupte apud Lambecium, ναοὶ ἐν μέσοις αὐτοῖς ἀνακτόρων, ἀνεψύχωσε ἄλλο θεῖον καὶ σέβασμα ἀνεγειρόμενον.

339. Προπύλαια) Exteriores hujus templi partes pluribus deſcribit Porphyrogenitus in Avi vita c. LV. cujus quidem verba hic deſcribere libet: Τὰ δὲ ἐκτὸς οἷα, πρὸς ἑσπέραν μὲν καὶ κατ' αὐτὰ τὰ τοῦ ναοῦ προαύλια, φιάλας δύο ἐστήσατο, τὴν μὲν πρὸς νότον, τὴν δὲ πρὸς βορρᾶν, πᾶσαν ἐχούσας καὶ τέχνης ὑπερβολὴν, καὶ ὕλης λαμπροτάτης, καὶ φιλοτιμίας τοῦ ἔργου δημιουργοῦ. ὧν ἡ μὲν πρὸς νότον ἐξ Αἰγυπτίου λίθου, ὃν ἡμεῖς Ῥωμαῖον λέγειν εἰώθαμεν, ἔχει τὴν σύστασιν. περὶ ἣν καὶ δράκοντας ἰδεῖν ἔστιν, οἳ λαξευτοῦ τέχνης ἀγάλματα διεμορφώθησαν. ἐν μέσῳ μὲν κωνοειδὴς καὶ διάτρητος ἀνέστηκε στρόβιλος, πέριξ δὲ κιονίσκοι λευκοί, ἐκ τοῦ ἔνδον ὑπόκενοι, χορῷ χόρευμα ἐοικότες ὑφεστήκασι, στέφανον ἄνωθεν ἔχοντες περιθέοντα, ἀφ' ὧν ἁπάντων κρουνηδὸν τὸ ὕδωρ κατὰ τὸ ἔμβαδον, καὶ τὸ πυθμένα τῆς φιάλης ἄνωθεν ῥέον καταρδεύει τὰ ὑποκείμενα. Ἡ δὲ πρὸς βορρᾶν ἐκ τοῦ Σαγαρίου λεγομένου λίθου, ὃς τῷ παρά τισιν Ὀστρίτῃ καλουμένῳ λίθῳ καθέστηκεν ἐμφερής, ὁ δὲ ἐκ τοῦ κατασκευασθεὶς λευκοῦ λίθου πολύτρητος στρόβιλος καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ μέσον τοῦ πυθμένος προβεβλημένος ἐξέχεται. Τοῦτον δὲ κατὰ τοῦ περιτρέχοντος στεφάνου τῇ φιάλῃ ἐκ χαλκοῦ τῷ τεχνίτῃ διετυπώθησαν ἀλεκτρυόνες, τράγοι τε, καὶ κριοὶ διά τινων σωλήνων καὶ αὐτοὶ πρὸς τὰ ὕδατα ἐξερευγόμενοι, καὶ οἷον ἐξεμοῦντες κατὰ τὸ τῆς φιάλης ὑποκείμενον ἔδαφος. ἔνθα καὶ κύλικες ὁρῶνται περὶ ἃς τότε οἶνος ἀνέβλυζε κάτωθεν τοῖς παριοῦσι ποτίζων, καὶ δεξιούμενος. ἐξιόντι δὲ ὑπὸ τὴν βόρειον πύλην τοῦ ἱεροῦ μακρός τις ἐκδέχεται περίπατος κυλινδροειδὴς, ἐξ ἱστοριῶν γραφικῶν κατηγλαϊσμένος τὴν ὀροφὴν τοὺς μαρτυρικοὺς περιέχων ἄθλους, καὶ τὰ παλαίσματα, τέρπει ἅμα τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὴν ψυχὴν διεγείρων πρὸς τὸν θεῖον καὶ μακάριον ἔρωτα, τῷ τῶν μαρτύρων ἀρετῆς εἰς τοῦτον ἀναγομένους, καὶ οἷον ἐξομοιοῦντας κατὰ τὸ ἐφικτὸν τῶν προμάχων τῇ ἀθλήσει. κατὰ δὲ τὰς πρὸς νότον τε, καὶ τὴν θαλασσίαν πύλας, εἰ ἐξέλθοις πρὸς ἀνατολὰς ποιούμενος τὴν πορείαν θελήσεις, ἄλλον εὑρήσεις ἰσομήκη τοῦ πρὸς βορρᾶν ἐκ τὸν δρόμον δίαυλον, ἄχρι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς καὶ αὐτὸν παρατείνοντα, καθ' ἣν μεθ' ἵππων σφαιρίζειν βασιλεῦσί τε καὶ τοῖς τῶν εὐδαιμόνων παισὶ καθέστηκε συνήθεια. ἣν καὶ αὐτὴν ὁ αὐτὸς ἀοίδιμος βασιλεὺς τὰς πρότερον οἰκίας τυγχανούσας ἐκεῖσε ἐξωνησάμενος, καὶ ἄχρις ἐδάφους καταβαλὼν, καὶ περικαθάρας τὸν τόπον εἰργάσατο, κατὰ τὸ πρὸς θάλασσαν μέρος τῆς τοιαύτης αὐλῆς ἐκ τὰς περισσὰς οἰκίας δειμάμενος, ἃς οἷον ταμιεῖον ἐκ οἰκονομεῖον τοῦ ἁρμοδίως τυγχάνειν τοῦ διωρίσατο. ἡ δὲ τῶν οἰκημάτων ἐξώνησις καὶ κατασκευὴ τῆς αὐλῆς, διὰ τὸ τὸν πρότερον εἰς τὰ τοιαῦτα γυμνάσια ἀνειμένον τοῖς βασιλεῦσιν ἐν τῇ τοῦ θείου ναοῦ παρασυλληφθῆναι οἰκοδομῇ δεόντως ἐγένετο. τὸ δὲ περικλειόμενον μέσον τῶν δύο περιδρόμων χωρίον κατὰ τὸ ἴδιον ναοῦ μέρος παράδεισον ἐξηργάσατο κατὰ ἀνατολὰς καὶ αὐτὸν φυτευθέντα τῆς νέας Ἐδὲμ, καὶ παντοίοις κομῶντα φυτοῖς, καὶ ὕδασιν ἀφθόνοις ὄντα κατάρρυτον, ὃν ὑπὸ τῆς θέσεως Μεσοκήπιον ὀνομάζειν εἰώθαμεν. *Templum exteriore ſui parte quomodo ſe habebat? Occidentem verſus in ipſis templi veſtibulis duæ phialæ ſtabant, una ad auſtrum, altera ad boream, artificium omne, & materiæ ſplendore & auctoris operis magnificentia, ſuperantes. Quæ ad auſtrum, ex lapide Ægyptio (nos Romanum dicere conſuevimus) facta eſt; circa eam aſpiciuntur dracones, a ſtatuario artificioſiſſime fabrefacti. In medio rhombus perforatus, conoque ſimilis, aſſurgit: eum circumeunt columellæ albæ, intus vacuæ, veluti choros ducentes, ſupraque corona redimitæ; ex quibus omnibus, torrentis inſtar, aquæ in pedes & fundum phialæ demittuntur, ſubjectaque omnia, æque atque imber, irrigant. Quæ ad boream, ex ſagario lapide qui oſtritæ, ut alii lapidem vocant, diſſimilis non eſt, facta, ex albo lapide & ipſa rhombum multiforum, in baſis medio eminentem, protendit. Super vero in ambiente corona phialam ex ære ab artifice effictſ ſunt galli gallinacei, hirci, & arietes, per quaſdam fiſtulas, aquarum ſcatebras eructantes, & veluti evomentes in phialæ ſubjacens pavimentum. Ubi & pocula viſuntur in quibus tum vinum ab imo ſcaturiebat, prætereuntes excipiens, potanſque. Exiens templi boreali porta, in longam obambulationem ingrederis, cylindro ſimilem, materiatis effigiebus tecto exornatam, martyrum certamina & luctas præſentantem, ſimul oculos paſcentem, animumque ad divinum beatumque amorem excitantem. Si autem per partes, Notum mareque ſpectantes, exiens, greſſum in Orientem direxeris, aliud æque longitudinis æqualis curſus, ac borealis eſt, ad imperatorium impluvium ſeſe effundens ſpatium offendes; in quo Imperatores, reliquique fortunatorum filii equo aſſidentes, pilam volantem geminare aſſuevere. Impluvium præcelebris Imperator, quæ ibi antea jacebant, ædibus coemptis* pag. 806. *ſoloque æquatis, cæmentiſque egeſtis, perpolivit; & in ejuſdem impluvii parte, quæ ad mare eſt, perpulchras ædes extruxit; quas voluit ut eſſent dicti templi quaſi promptuarium cellaque penuaria: ædium vero emptio, extructioque impluvii, quod in ſimili exercitio deſtinatus Imperatoribus antea locus, divini Templi ædificationi ceſſiſſet, accommode excogitata eſt. Spatium, inter duas ambulationes circumcluſum ad orientalem templi faciem, paradiſum eſſe voluit, in oriente & ipſum plantatum novæ Edem, omnibus plantis luxuriantem, & aquarum copia irriguum, quem a poſitu Meſocepium nuncupamus.* Cæterum quod attinet ad ſitum hujus ædis, eam proxime vetus Tzycaniſterium extitiſſe ſcribit Continuator lib. III. n. XLIII. Ἐξ ὧν δὲ ὑπῆρχε καὶ τὸ παλαιὸν Τζυκανιστήριον, ἐκεῖσε πλησιάζον τυγχάνον, ἔνθα καὶ ἡ Νέα ἐκτίσθη ἐκκλησία, &c. *Ex quo conſpiciebatur vetus Tzycaniſterium, ubi & Nova condita eſt Eccleſia.* Sed vide quæ de Tzycaniſterio ſupra adnotavimus num. 62.

Καὶ τὸ προσαρμόσασθαι, &c.) Lambecius, ἐκ τῷ προσαρμόσασθαι λίαν ἀπηρτίσθαι.

Κροτῶνι) Corrupte Lambecius, κοιῶνι. 340.

Ἀνάντοι) Male Lambecius ἀνάντοι.

Κιονόκρανα) Κιονόκρανον, *Capitellum ſeu capitulum columnæ.* Vide Ducangii Gloſſ. Græc. 341.

Διὰ χρυσῶν περιζώματα) Non equidem mirum tot pretioſis ornamentis refulſiſſe Eccleſiam Novam; quippe ut hanc ædem exornaret Baſilius, cæteras fere expilavit, ut ſcribunt Symeon Magiſter & Leo Grammaticus in eodem Baſilio.

Ἡ θεία τράπεζα σύνθεμα) Sacra menſa hujus ædis fuit adinſtar menſæ ſacræ ædis Sophianæ, nimirum conſtitit ex liquatis vel contuſis pretioſe varii generis lapillis, auro, argento ac reliquis metallis. Sic præter Photium & Porphyrogenitus in Baſilii vita cap. LV. Καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περικεχυμένου ἔχουσι τὸ χρυσίον, καὶ λίθους τιμίους καὶ μαργαρίτας ἐμφερομένους πολυτελῆ τὴν σύμπηξιν καὶ σύστασιν ἔχουσι. *Et ipſæ ſacræ menſæ, omnia ex argento cui ſuperfuſum eſt aurum, & lapidibus pretioſis, margaritis ſuperpoſitis, ampliſſimi pretii compactionem, & conſtructionem habent.*

Ἡ δὲ τοῦ ἐδάφους θέσις) Pavimentum hujus ædis Novæ ſic idem Porphyrogenitus deſcribit citato loco: Αὐτὸ δὲ τὸ ἔδαφος σηρικοῖς ὑφάσμασιν, ἢ Σιδωνίοις ἔργοις ἐστρωμένον δόξει τυγχάνειν ἀπαστράπτον. οὕτω πάσῃ ἐξωραΐσται, καὶ καταποικίλλεται τῇ πολυχρόῳ τῶν ὑποκειμένων ἐκ μαρμάρων πλακῶν, καὶ τῇ τῶν ψηφίδων τὰς πλάκας περικυκλούσας σκουτλώσεως ζώνας, καὶ τῇ τῆς ἁρμονίας ἀκριβείᾳ, καὶ τῷ πανταχοῦ τῆς περιθεούσης ἀναπεπταμένῳ χάριτος. *Pavimentum ipſum ſericis textis, aut Sidonii operis, expanſis aggravescere videbitur. Sic univerſum exornatur, variaturque diverſitate ſubſtratarum tabularum, & marmoribus, & multiformibus eas circumcludentium teſſellarum zonis & exquiſita conjunctione, & in omnibus circumfluentis gratiæ abundantia.* Deinde narrare progreditur idem Scriptor redditus, quos cantoribus ac miniſtris hujus ædis diſtribuendos deſignaverat Baſilius.

Τὰ ὑπόλοιπα, &c.) Combeſiſius, τὰ δὲ λοιπὰ τὰ κατὰ

342. Καὶ ταύτῃ τιμωρεῖν) Sic apud Lambecium & Combefiſium legitur pro καὶ τοῦτο τιμωρεῖν.

343. Καὶ πρῶτον ῥεῖθρον ἴδω) Corrupte apud Lambecium, καὶ πρῶτον ῥεῖθρα δὲ, &c.

Τὰ ἡμισφαίρια) Tectum Eccleſiæ Novæ quinque hemiſphæriis conſtabat, auroque & imaginibus inſtructum erat. Sic Porphyrogenitus citato loco: Ὁ τε γὰρ ὄροφος ἐκ πέντε συμπληρούμενος ἡμισφαιρίων εἴκοσι χρυσῷ καὶ εἰκόνων ὡς ἀστέρων ἐξαστράπτει κάλλεσιν, ἔξωθεν μεταλλοις ἐμπρεπὴς χρυσίῳ χαλκῷ καλυπτόμενος. *Tectum etenim quinque hemiſphæriis conſtans, auro renidet, & imaginibus veluti ſtellarum ſplendoris micat, parte ſui extima ære, auro non abſimili, honeſtatum.*

344. Ναὸς ὕστερον, &c.) Perperam ſcribitur apud Lambecium, λαὸς ὕστερον, &c.

Edit. Pariſ. pag. 807.
346. Καισάρων τὸ ἐγκαλλώπισμα) Leo Philoſophus, Baſilii filius is eſt, quem laudat hic Photius Cæſarem & Cæſarum gloriam. Verum fallitur Combefiſius dum in Notis ad eundem Photii locum hæc ſubdit: *Itaque quem ad calcem laudat Cæſarem, ac Cæſarum gloriam appellat, Imperii ſortium Baſilio adlectum, qui διὰ ψῆφον, εἶτα μὴ μοναρχίαν, μηδ' ἀνθρωπίνας περιδρομάς, Imperium arripiat, &c. Leo eſt, poſteaquam Procerum ſupplicatione liberatus fuerat, depulſa calumnia affectatæ tyrannidis, cujus ipſe Photius cum Santabareno illi auctor extiterat*, &c. Fallitur, inquam, Combefiſius dum putat, hanc orationem habitam fuiſſe a Photio, poſteaquam Procerum ſupplicatione liberatus fuerat Leo, depulſa calumnia affectatæ tyrannidis; quippe id Leoni contigit anno decimo nono Imperii Baſilii, Chriſti 885. & anno ſequenti paulo ante patris obitum liberatus fuit e cuſtodia. Oratio vero illa habita fuit a Photio in Dedicatione Eccleſiæ Novæ quæ contigit anno Imperii Baſilii XIV. Kalendis Maii, ut ſcribunt Symeon Logotheta, Leo Grammaticus ac cæteri illius ævi Scriptores, ideoque antequam Leo affectatæ tyrannidis inſimulatus fuiſſet.

347. Συνεορτάζοντι τὰ ἐγκαινίσματα) Perperam legitur apud Lambecium, συνεορτάζοντα τὰ ἐγκαινίσματα, queamadmodum & paulo infra συνάφωνται pro συνευφραίνονται. Sed id factum puto Librariorum incuria; quod ſane ex ipſo titulo ſatis apparet, ubi perperam legitur ἀφέσει pro ἐκφράσει, ut optime animadvertit & Combefiſius.

348. Ἐν τῷ Ἡρῴῳ τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ Κωνσταντίνου) Templum SS. Apoſtolorum conditum fuiſſe a Conſtantino Magno ſcribit Anonymus noſter nu. 5. necnon nu. 89. ubi ſubjungit, Templum SS. Apoſtolorum extructum fuiſſe a Conſtantino Magno ac matre ejus Helena, forma oblonga, & tecto ligno opertum. Præterea monumentum Imperatorum, in quo & ipſe conditus eſt. His conſona habent Euſebius, Socrates, Sozomenus, Theophanes aliique ex vetuſtioribus; ſolus vero Zonaras diſerte tradit ædem SS. Apoſtolorum, ædificatam a Conſtantino fuiſſe; nam Philoſtorgii verba indicant potius, templum hoc dedicatum fuiſſe a Conſtantio, non vero conditum. Sed qui plura hac de re cupit, conſulat doctiſſimum Ducangium, qui omnia accuratiſſime pro more refert. Cæterum quanta fuerit hujus ædis Conſtantinianæ amplitudo, quæ elegantia, quæve atria ac ædificia eandem ædem ambiebant, aut ei erant adjuncta, pluribus prodit Euſebius lib. IV. de Vita Conſtantini cap. LIX. quæ cum ſint longiuſcula, & liber cuique obvius, conſulto prætereo.

Ἐμπροσθεν κατὰ ἀνατολάς) Nimirum, *in anteriori parte verſus Orientem*; ſeu potius ἔμπροσθεν ſubintelligitur τοῦ ναοῦ, hoc eſt, *ante ipſum templum Orientem verſus*; nam non in ipſo templo, ſed in porticu quam ad id condiderat idem Conſtantinus tumulabantur Imperatores. Joannes Chryſoſtomus adverſus Gentiles, & homil. XXVI. & LX. ἐν τοῖς προθύροις, hoc eſt, in templi veſtibulo Conſtantinum Magnum humatum fuiſſe ſcribit. Zonaras vero quemadmodum ſtructuram templi SS. Apoſtolorum, ita etiam ſepulcra Imperatorum Conſtantio adſcribit, & præcipue ſepulcrum ejus patris, quod in porticu ad id condita a Conſtantio filio, ponit idem Scriptor: ὁ ἐν τῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κατέθετο ἱερῷ, ἐν ᾧ ἔθαψεν μὲν τὸν ταφῇ, ὃς ἐστὶ τῇ στοᾷ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ᾠκοδόμησεν. Manuel Chryſoloras loquens de ſepulcris Imperatorum a Conſtantino Magno conditis, ſubjungit, ſua adhuc ætate non pauca Imperatorum ſepulcra ſupereſſe circa ædem Apoſtolorum: τί γὰρ ὁ τῷ κτίσαντι μὲν καὶ πολιοῦχο βασιλέως τάφος, καὶ οἱ τῶν ἄλλων περὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ πολυανδρίου, ὃ μόνον θαῦμα ἂν ἰδεῖν· πολλοὶ μὲν κύκλῳ σωζόμενοι περὶ τὸν ναὸν τῶν Ἀποστόλων, πολλοὶ δὲ ἤδη ἐξαπολωλότες, καὶ ἄλλοι δὲ ἀλλαχοῦ ἐν πολλοῖς ἐπὶ τῶν προναίων. *Nam Imperatoris, quem conditorem & tutelarem urbs agnoſcit, & ei adjuncta cæterorum Auguſtorum ſepulcra in hoc Imperatorio Cœmeterio, rem vel ſolo aſpectu admirandam, commemorem, quorum non pauca adhuc ſuperſunt circa ædem Apoſtolorum, multa quoque jam interierunt, alia etiam paſſim in templorum Pronais extant?* pag. 808.

Πορφυρᾶ) Sepulcrum Conſtantini Magni ac ejus ſitum deſcribit Euſebius lib. IV. de Vita Conſtantini cap. LX. Δώδεκα δ' οὖν αὐτόθι θήκας ὡσανεὶ στήλας ἱερὰς, ἐπὶ τιμῇ καὶ μνήμῃ τοῦ τῶν Ἀποστόλων ἐγείρας χοροῦ, μέσην ἐτίθει τὴν ἑαυτοῦ αὐτὸς λάρνακα, ἧς ἑκατέρωθεν τῶν Ἀποστόλων ἀνὰ ἓξ διέκειντο. καὶ τοῦτο γοῦν, ὡς ἔφην, σωφρονι λογισμῷ, ἔνθα αὐτῷ τὸ σκῆνος τελευτήσαντι τὸν βίον εὐπρεπῶς μέλλοι διαφυλαχθῆναι, ἐσκόπει. *Loculos igitur duodecim, quaſi ſacras columnas, in Apoſtolorum Chori honorem & memoriam erigens, medium inter ipſos ſepulcrum ſuum ſtatuit, quod utrinque ſeni claudebant Apoſtoli: ſano certe, ut dixi, conſilio præcogitato, quod ubi vitam cum morte commutaſſet, illius corpus ibi digne ac decenter quieſceret.* Cedrenus pag. 296. E. R. ſcribit, corpus Conſtantini Magni depoſitum fuiſſe una cum matre Helena, ἐν λάρνακι πορφυρᾷ, ἤτοι Ῥωμαίᾳ. Cedreno autem ac Scriptori noſtro adſtipulatur Paulus Diaconus lib. XI. Hiſt. Miſc. ſcribens de Conſtantino: *Funus ejus ſepultum eſt in Eccleſia Apoſtolorum in ſepulcro Porphyretico.* At Euſebius, Socrates, Sozomenus aliique tradunt, corpus Conſtantini Magni in theca aurea reconditum fuiſſe, atque a Conſtantio filio in ædem SS. Apoſtolorum illatum. Ab hujus ſepulcro aurea ornamenta a furibus ablata fuiſſe, ſcribit Choniates in Alexio lib. I. extremo. Vide quid Gyllius de ſepulcro Conſtantini Magni narrat libr. IV. cap. 11. Cæterum quid ſentiam de Inſcriptione ſupulcrali Conſtantini Magni, ac explicatione earundem literarum, auctore Gennadio Scholario, quæ in variis Bibliothecis reperitur MS. & a nobis in hoc volumine edita lib. VII. pluribus ibidem monemus. 349.

Μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἑλένης) Prima omnium Helena Auguſta Conſtantini mater in templo SS. Apoſtolorum tumulata fuit, ſi qua fides Euſebio, Cedreno Calliſti, & nonnullis aliis. Sed de his plura viri docti.

Ἐν ᾧ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς, &c.) Sic Græculus noſter. Atqui Scriptores fide digni, tradunt Conſtantinum juniorem, commiſſo ad Aquileiam cum fratre Conſtante prælio, ab eodem fuſum, ac poſtmodum interfectum, illiuſque corpus in Alſam fluvium non longe ab Aquileia projectum. Sic Victor. Epit. Socrates lib. II. cap. V. Zoſimus lib. II. Idatius in Faſtis, Theophanes, cæterique.

Ἐν ᾧ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ μέγας) Corpus Theodoſii Magni ab Arcadio filio Mediolano Conſtantinopolim advectum; atque in templo SS. Apoſtolorum conditum ſcribunt Marcellinus, Socrates lib. V. cap. 1. Cedrenus pagin. 327. E. R. aliique nonnulli ex Scriptoribus.

Ἐν ᾧ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ μικρός) Caput hoc ex Cod. Colbertino reponimus. Theodoſium juniorem in templo Apoſtolorum tumulatum ſcribit & Theodorus Lector pagin. 191. Cedrenus pagin. 343. Idem repetit paulo infra Scriptor noſter, ubi de porticu, quæ ſuo tempore tecto

carebat, ubi tres urnulæ Porphyreticæ depoſitæ erant, una nimirum Arcadii ad meridiem, ſecunda Theodoſii ejus filii ad Septentrionem; tertia Eudoxiæ ad Orientem.

Εν ᾗ ἀπόκειται Ζήνων) Caput etiam hoc ex Cod. Colbert. ſupplemus. Vide quæ de Zenonis ſepulcro narrat Cedrenus pag. 355. E. R.

Ιερακίτου) Seu potius, Ιερακίτης, de quo lapide ſeu gemma ſic Plinius lib. XXXVII. cap. X. *Hieracitis alternat milvinis nigriſque velati plumis*. De quo ſic erud. Harduinus in Notis ad eundem Plinii locum: Hieracitis ab ἱέραξ, quæ vox accipitrem & milvum ſonat. Ιερακίτης λίθος, Aetio, lib. 2. cap. 30. ex MS. Cod. ὑπόχλωρος μὲν ἐστι, ἐπὶ τὸ μέλαν ἐπιστρεφόμενος, ἐπιγραμμένος χροιαῖς ἑτέραις, ὡς ποικίλος εἶναι, ὡς φησὶ Διογένης ἐν τῷ περὶ λίθων. *Lapis ſubviridis ad nigredinem vergens, aliiſque ſubinde alternatis coloribus toto corpore interſtinctus, ut varii coloris dici poſſit*.

Edit. Pariſ. pag. 809. Εν ᾗ ἀπόκειται Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία) Sic Cedrenus: Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς τελευτᾷ, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ Ηρῴῳ τῶν ἁγίων Αποστόλων. *Moritur Marcianus Imperator, & cadaver ejus deponitur in Heroo ſanctorum Apoſtolorum*. Pulcheriæ autem auguſtæ, uxoris Marciani ſtatuam poſitam fuiſſe a Leone M. Imper. in ipſius monumento, ſcribit Chronographus noſter nu. 272. qui etiam ait, feſtum ejuſdem Auguſtæ inſtitutum fuiſſe ab eodem Leone. Cæterum Græci memoriam Pulcheriæ celebrant die X. Septembris, ac rurſus utriuſque feſtum, nimirum Marciani & Pulcheriæ, XVII. Februarii. Vide Marciani columnam pag. 667. tab. XII.

Νικοτιανῇ) In Codice Colbertino pro Νικοτιανῇ legitur Ανακινιανῇ, ubi fortaſſis quiſpiam legeret, *Ananchitis*, de quo lapide ſeu gemma ſic Plinius lib. XXXVII. cap. XI. *Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum*. Cedrenus p. 363. E. R. cadaver Anaſtaſii & Ariadnæ depoſitum fuiſſe ſcribit in templo Apoſtolorum ἐν λάρνακι Ακυντιανῇ: Ετέθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Αποστόλων, ἐν λάρνακι Ακυντιανῇ, μετὰ Αριάδνης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτελευτησάσης. Ad quem Cedreni locum ſic adnotat doctiſſimus Goar. Ακυντιανῇ. Ex Acyntiano marmore *flavo*, ex Acyntio monte ad Chalcedonis littus delato.

Βασίλειος ὁ Μακεδὼν, &c.) Leo Grammaticus, Alexandrum Imperatorem eodem ſepulcro cum patre Baſilio repoſitum fuiſſe ſcribit in eodem Alexandro: ἀπετέθη δὲ Αλέξανδρος ἐν τῷ τάφῳ μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Σαγγαρινῇ) Seu potius Σαγαρινῇ. Sic ex Cod. Colbert. & ex contextu reponimus; nam licet hic in Cod. Reg. legatur Αγαρινῇ, infra ubi loquitur de ſepulcro Conſtantis, filii Conſtantini, filii Heraclii, ac ejuſdem Conſtantis uxoris ſepulcro ſcribitur Σαγγαρινῇ. De lapide autem Sagarino ſeu Sagario ſic Porphyrogenitus in Avi vita c. 84. Edit. Combef. ὁ δὲ πρὸς βορρᾶν ἐκ τοῦ Σαγαρίου λεγομένου λίθου, δς τῷ παρά τισιν Οστρίτῃ καλουμένῳ λίθῳ καθέστηκεν ἐμφερὴς, &c. *Quæ autem ad Aquilonem eſt Sagario ſic nuncupato concinnata lapide, haud abſimili Oſtriti, ut quidam vocant*.

Καὶ Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ) Conſtantinum Porphyrogenitum in æde SS. Apoſtol. ſepultum fuiſſe una cum patre Leone ſcribit & Symeon Magiſter in eodem Conſtantino pag. 496. καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Αποστόλων μετὰ Λέοντος βασιλέως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Sic & Cedrenus pag. 641. E. R.

Η λεγομένη Βασιλική) Conſtantinus igitur eodem in loco quo pater, non vero eadem in urna tumulatus fuit; illius ſiquidem Sangarina fuit, hujus vero alba.

350. Τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς) Nimirum Leonis Imperatoris primæ uxoris quæ quidem a Græcis Sanctorum catalogo adſcripta fuit, cujuſque feſtum colitur die XVI. Decembris. Hujus nomine Eccleſiam conditam fuiſſe a Leone Imperat. non procul ab æde Sanctor. Apoſtol. & in ea corpus ejus depoſitum, ſcribit Symeon Magiſter pag. 463. Καὶ πλησίον τῶν ἁγίων Αποστόλων ἐξωτερικῶν οἰκημάτων Λέων ὁ βασιλεὺς κτίζει ἐκκλησίαν περικαλλῆ εἰς ὄνομα Θεοφανοῦς τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς, καὶ κατατίθησι καὶ ταύτην ἐκεῖ. *Prope etiam Templum ſanctorum Apoſtolorum externis Leo Imperator ædibus, perpulchram Eccleſiam ædificat, prioris ſuæ conjugis Theophanus nomine: cujus & funus in ea deponit*. Similia fere habent Scylitzes, Zonaras, & nonnulli alii ex Scriptoribus Byzantinis. Hujus Auguſtæ elogium ac panegyricum conſcripſit Nicephorus Gregoras, ut ajunt Allatius de Simeon. p. 107 & Lambecius lib. 4. Bibl. Cæſar. p. 61. Vide quæ de Eccleſia S. Theophanonis habet Anonymus noſter num. 100

Καὶ Εὐδοκίας τῆς θυγατρὸς αὐτῆς) Altum eſt apud Scriptores ſilentium de nomine filiæ Theophanis, quæ Scriptori noſtro Eudocia nuncupatur. Eam autem peperiſſe Leoni filiam, quæ ſtatim poſt partum obiit, præter nonnullos alios Scriptores, prodit idem Porphyrogenitus in argumento libelli unionis; quod quidem habetur editum in Jure Gr. Rom. pag. 810. pag. 103. Λέων ὁ σοφώτατος εἶχε μὲν πρώτην γαμετὴν τὴν ἁγίαν Θεοφανώ, μεθ' ἧς καὶ θυγατέρα ἔτεκεν· ἀλλὰ ταχὺ ἐτεθνήκει. *Imperator ille ſapientiſſimus Leo primam quidem uxorem habuit, ſanctam Theophanonem, ex qua filiam procreavit; ſed ea cito rebus humanis exceſſit*. Verum idem Porphyrogenitus de Adm. Imp. cap. 26. ſcribit ſe habuiſſe ſororem nomine Eudociam, dum ait, ſe curaſſe ut Bertæ, Romani filii conjugi, Eudociæ nomen imponeretur, in aviæ & ſororis, quæ eo donabantur, memoriam: μετωνομάσθη δὲ Εὐδοκία, κατὰ τὸ ὄνομα τῆς τε μάμμης καὶ ἀδελφῆς Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου. At, cum nemo ex Scriptoribus, quod ſciam, prodat Leonem Imperat. ex Zoe quarta uxore ſuſcepiſſe alteram prolem præter Conſtantinum, non eſt dubium quin id intelligat Porphyrogenitus de ſua ſorore ex patre, non vero uterina, quam Leo ex Theophanone ſuſcepit, ut tradit Scriptor noſter.

Ζωὴ ἡ δευτέρα γυνὴ Λέοντος) Dum hujus Auguſtæ cadaver humaretur, inventam fuiſſe urnam ejuſmodi literis intus inſculptam, *Filia Babylonis miſera*: & haud procul, extructo templo, titulo ſanctæ Zoes, eam ibi ſepultam fuiſſe, Auctor eſt Symeon Logotheta in eodem Leone pagin. 463. εὑρέθη δὲ λάρνακα εἰς τὸ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς, ἔχουσαν ἔνδοθεν γράμματα κεκολαμμένα, γράφοντα οὕτως, Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος. πλησίον δὲ, τοῦ ναοῦ μικροῦ. ᾠκοδομήκασι ναὸν, τῆς ἁγίας Ζωῆς κατατεθεῖσα αὐτῆς.

Η τρίτη γυνὴ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος) Ea eſt Eudocia ex Themate Obſequiano oriunda, inſignis formæ fœmina, quæ una cum prole maſcula ex fœtu paulo poſt extincta fuit.

Η θυγάτηρ Λέοντος Αννα) Anna Leonis filia quam ex Zoe altera uxore Leo ſuſcepit. Hanc a patre Imperatoria corona donatam ſtatim poſt matris obitum ſcribunt Leo Grammaticus pag. 481. E. R. & Scylitzes pag. 509. E. R.

Εν τῷ αὐτῷ Ηρῴῳ, &c.) Sic in Cod. Regio. In Colbertino deſunt ea quæ uncis incluſa ſunt, & videntur ſuperflua.

Μιχαὴλ ὁ Αμοῤῥαῖος) Idem qui *Balbus*. Caput hoc ex Cod. Colbertino reponimus.

Ο λεγόμενος τὸ καλὸν παιδίον) Corrupte in Cod. Regio, ὁ λεγόμενος, &c. Παιδὶν Græci recentiores pro παιδίον. Nimirum *cognomento bonus ſeu pulcher puer*. 351.

Βασιλείου τοῦ Βουλγαροκτόνου) Hujus cadaver humatum fuit in Templo ſancti Joannis Evangeliſtæ in Hebdomo. Habes inſcriptionem, quæ Baſilii Bulgaroctoni ſepulcro inſculpta erat, a nobis hic editam nu. 317. ubi vide quæ adnotamus.

Ηρῷον τοῦ μεγάλου Ιουστινιανοῦ) Cum ædem Conſtantinianam ſanctor. Apoſtol. funditus demolitus eſſet Juſtinianus, aliam pulchriorem ac elegantiorem in formam crucis ædificavit, in cujus medio ingens telludo aſſurgebat, non abſimilis in alio Sophianæ, niſi quod ædis ſanctor. Apoſtol. teſtudini nullæ ſuberant feneſtræ. Auctor eſt Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 4. ubi forma ac elegantia ædis Juſtinianeæ ſanctorum Apoſtolorum pluribus ab eo-

dem Hiſtorico deſcribuntur. Sic etiam Evagrius lib. iv. cap. xxx. ac Scriptor Actorum S. Lucæ hujus ædis ſtructuram Juſtiniano Imperatori adtribuunt; Zonaras vero, Glycas, Conſtantinus Manaſſes, & nonnulli alii ex recentioribus Scriptoribus eam Theodoræ Auguſtæ adſcribunt. Vide quæ de hujus ædis Juſtinianeæ Encæniis ſupra monuimus nu. 225. Reſtaurata autem hac æde Juſtinianus ſepulcra Imperatorum & Patriarcharum in ea vel ad eam condidit; Evagrius lib. iv. cap. xxx. ἐν ᾧ οἵ τε βασιλεῖς, οἵ τε ἱερώμενοι νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσιν, *in qua & Imperatores & Pontifices debitam ſepulturam conſequuntur*. Debitam, inquit; nam in hac æde humari alios quam Patriarchas

Edit. Pariſ. pag. 811. & eos qui ex Auguſta familia erant, vetant Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Auguſti in

351. in L. vi. Cod. Th. de Sepulcris violatis. Hæc autem Sepulcra varie appellantur a Scriptoribus; alii dicuntur μέγα Ἡρῷον Ἰουστινιανοῦ; alii, οἱ βασιλικοὶ τάφοι; aliis, τὰ βασίλεια τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μνήματα; aliis, τὰ βασιλικὰ μνήματα; aliis, τὰ τῶν βασιλέων κοιμητήρια; aliis, βασιλικὰ πολυάνδρια. Neque ſolius Juſtiniani ſepulcra ita varie a Scriptoribus appellantur, ſed & Ἡρῷον Conſtantini Magni, de quo ſupra.

352. Ἐν ᾧ ἀπόκειται Ἰουστινιανὸς) Juſtiniani ſepulcrum ex auro puro confectum fuiſſe ſcribit Corippus libr. iii. de laudibus Juſtini.

Donec Apoſtolici ſubeuntes atria templi,
Inclyta ſacrato poſuiſſent membra ſepulcro,
Quod prius ipſe ſibi puro conſtruxerat auro.

Ἀπὸ λίθου Ἱεραπολίτου) Codex Colbertinus, Ἱεραπολίτου, ubi perperam legit Ducangius Τετραπολίτου. Hierapolis & Hieropolis urbs, ubi fortaſſis lapis ſic dictus reperiebatur.

Ἡ γυνὴ Ἰουστίνου) Hic videtur loqui Scriptor noſter de Euphemia Juſtini Thracis conjuge; nam infra capite ab hinc tertio loquitur de Sophia Juſtini Junioris uxore. At fallitur idem Scriptor, dum Euphemiæ Auguſtæ corpus humatum fuiſſe ſcribit in æde Apoſtolorum; nam ejus corpus una cum Juſtino conjuge in Monaſterio Auguſtæ in urna praſina depoſitum fuit, ut auctor eſt Cedrenus pag. 366. E. R. καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς Αὐγούστης, ἐν λάρνακι πρασίνῃ, μετὰ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὐφημίας. Sic etiam & Anonymus noſter num. 150. ubi vide quæ de Monaſterio Auguſtæ monuimus.

Ἰουστῖνος ὁ μικρὸς) Corpus Juſtini Junioris una cum Sophia ejus conjuge depoſitum fuiſſe in Heroo Juſtiniani in urna Proconneſia ſcribit & Cedrenus pag. 392. E. R. καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ Ἡρῴῳ Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι Προκοννησίῳ, μετὰ Σοφίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

Προκοννησίου) Sic loco Προκοννησίου, & alibi legitur Προικοννησία.

Δοκιμίου) Sic Cod. Regius. Perperam legitur in Colbertino, Δοκιμιανοῦ; Δοκιμηνὸς quippe marmor ſic appellatum a Docimio urbe Phrygiæ. Stephanus: Δοκίμειον, πόλις Φρυγίας, ὡς Εὐδαίμων· τὸ ἐθνικὸν, Δοκιμεύς, κατὰ τέχνην, κατὰ δὲ τὴν συνήθειαν, Δοκιμηνὸς, ἀφ' οὗ τὰ μάρμαρα ὀνομάζουσι. De marmore Docimino loquitur Continuator Theoph. L. iii. nu. 42. πεντεκαίδεκα κίοσιν ἥδρασται ἐκ λίθου Δοκιμίνου. Idem num. 43. καὶ ὑπὸ τεσσάρων κιόνων ἐρειδόμενον Δοκιμίνων.

Ὀνυχίτου) Vide quæ de lapide ſeu gemma Onychite habet Plinius lib. 37. cap. 6.

Ἐν ᾧ ἀπόκειται Ἡράκλειος) Quæ de cadavere Heraclii narrat Cedrenus pag. 430. E. R. hic exſcribere libet: ἐτέθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς λάρνακα, καὶ ἔμεινεν ἀσκεπὲς ἡμέρας δ'. συνετάφη δὲ αὐτῷ καὶ στέμμα χρυσοῦν, καὶ οὕτως ἐσφραγίσθη. *Corpus ejus in arcam repoſitum per quatuor dies ſine tegmine manſit. Una ſepultura eſt etiam aurea corona, ſicque tectus fuit.* Et paulo infra loquens de Conſtantino Pogonato, Heraclii filio, ſic idem Scriptor: Τινῶν τινὲς λεγόντων, ὅτι τὸ στέμμα, ἐν ᾧ ἐστέφθη, σὺν τῷ πατρὶ συνετάφη· καὶ ἐκέλευσε Καλλινίκῳ κουβικουλαρίῳ, κομίσαι αὐτό. ἀπελθὼν οὖν, καὶ ἀνοίξας, εὗρε τὸ σῶμα διαλυθὲν ὡσεὶ ὕδωρ, τὸ δὲ στέμμα συμπαγὲν τῇ κεφαλῇ. καὶ ἀνέσπασεν αὐτὸ σὺν τῇ κόμῃ, πενθῶν καὶ ὀδυρόμενος, καὶ ἀνήγαγε ταῦτα τῷ Κωνσταντίνῳ. ὁ δὲ ἐκέλευσε τοῦτο παραλυθῆναι, καὶ τιμηθῆναι. ὃ καὶ διετιμήθη λίτρων ο'. *Is a quibuſdam admonitus, coronam, qua ipſe inauguratus fuerat, cum patre eſſe ſepultam: Callinico cubiculario mandat, uti eam ſibi afferat. Abit ille, & ſepulcro recluſo cadaver Heraclii aquæ inſtar diſſipatum reperit, coronamque capiti adhæreſcentem: eam cum crinibus evellit mæſtus atque lamentans, & Conſtantino adfert. Is ſolui ac æſtimari jubet coronam, & æſtimata eſt libris ſeptuaginta.*

Φλαβία ἡ γυνὴ αὐτοῦ) Uxorem Heraclii Flaviam appellat & Iſidorus Pacenſis in Chronico æra 648. Scriptor vero Chronici Alex. eam Fabiam Eudociam vocat, ac mortuam fuiſſe ſcribit die xiii. Augusti, xv. Ind. feria 1. in ſeceſſu Blachernarum, pag. 812. cadaver vero ejus in Æde ſanctor. Apoſtol. conditam: Καὶ τῇ ιγ'. τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῆς αὐτῆς ιε'. Ἰνδικτιῶνος, ἡμέρᾳ πρώτῃ, ἐτελεύτησεν εἰς τὸ πρόκενσον Βλαχερνῶν Εὐδοκία Αὐγούστα, ἡ καὶ Φαβία. καὶ ἐνεχθέντος τοῦ λειψάνου αὐτῆς πλοΐῳ ἐν τῷ παλατίῳ τῆς πόλεως, ἐπὶ τῇ ἐξῆς ἐκηδεύθη, καὶ ἐτάφη εἰς τοὺς Ἀποστόλους. *Et xiii. Auguſti, xv. Indict. feria 1. mortua eſt in ſeceſſu Blachernarum Eudocia Auguſta, Fabia dicta, illiaque funus navigio in Urbis Palatium illatum poſtridie factis exequiis, in Æde Apoſtol. conditum eſt.*

Κωνσταντῖνος ὁ Πωγωνάτος) Hujus cadaver humatum fuiſſe in æde ſanctorum Apoſtolorum ſcribit & Nicephorus CP. καὶ κατατίθεται αὐτοῦ τὸ λείψανον ἐν τοῖς βασιλείοις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μνήμασι.

Ἐν ᾧ ἀπόκειται Φαῦστα) Neſcio cujas ſit iſta Fauſta, cum hic non de Fauſta Auguſta, altera Conſtantini Magni uxore agatur, neque aliam ex Imperatricibus præter hanc ſic appellatam fuiſſe patet ex hiſtoricis. Igitur vel eſt aliqua ex conſanguineis Imperatorum, cujus quidem nomen ſilent Scriptores; vel cum de hujus ſepulcro loquatur Scriptor noſter, poſtquam de Conſtantino Pogonato egiſſet, fortaſſis librarius per errorem loco Anaſtaſiæ quæ erat uxor Conſtantini Pogonati, Fauſtæ nomen inſeruit. Iſtæc damus, cum meliora non ſuppetant.

Σαγγαρινὴ) Seu Σαγαρινή. Vide quæ ſupra de lapide Sangarino ſeu Sagarino adnotavimus. In Codice Colbert. legitur Σαγγαρινή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου. Atqui nullus ex Heraclii nepotibus Conſtantius appellatus fuit; bene tamen Conſtantinus & Conſtans. Capite autem ſequenti ubi in Cod. Regio loquitur de Sepulcro uxoris Conſtantis, filii Conſtantini iii. Cod. Colbert. deſcribit ſepulcrum ipſius Conſtantis ſic: Ἑτέρα λάρναξ ἑκατοντάλιθος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου.

Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου) Is occiſus fuit Syracuſis in Balneo, cui Daphne nomen erat; cadaver vero ejus a Conſtantino Pogonato filio Conſtantinopolim allatum eſt, atque in Templo SS. Apoſtol. juxta patrem ejus repoſitum; auctor Cedrenus p. 346. E. R. καὶ κατασχὼν τὰ ἐκεῖσε, εἰς Κωνσταντινούπολιν ἔρχεται ἀποκομίσας καὶ τὸ νεκρὸν τοῦ ἰδίου πατρός. καὶ τοῦτον μὲν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μετὰ Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κατατίθησι.

Ἑκατοντάλιθος Σαγγαρινὴ) Deeſt in Cod. Colbert. Σαγγαρινή. Quid vero ſignificet Ἑκατοντάλιθος pluribus conatur docere Ducangius in Gloſſ. Græc. v. ἑκατοντάλιθος, cujus verba hic exſcribere libet: *Ut ut ſit, eadem ratione, non aliud fuerit, ἑκατοντάλιθος, quam marmor diſtinctum multis ac variis cruſtis: hic enim centenarius numerus pro multiplici ſumitur: Symeon Theſſalonicenſis in Chron. MS. de Philippico Imp.* ὁ δὲ Θεοδόσιος ἀθλίως ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐξόριστον. ἀνεκομίσθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι παρὰ Λέοντος, καὶ ἐτέθη εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν ἑκατονταλίθῳ λάρνακι, ἣν Κοχλιαρίτην λέγουσι. *Origine, ſeu* Πατρία *Conſtantinopoleos a nobis ex MSS. laudata lib. 4. Conſtantinop. Chriſt. p. 110. E. R. ubi de Sepulcris Imper.* ἑτέρα λάρναξ ἑκατοντάλιθος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου. *Infra*; ἕτερα λάρναξ ἀπὸ λίθου ἑκατονταλίθου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνα ἡ τοῦ Μαυρικίου γυνή. *Quod vero iſtiuſmodi lapidem* Κοχλιαρίτην *vocet Logotheta, id forte cauſæ fuerit,*

quod cruſtæ illæ cochlearum, at aliæ apud Plinium, ovorum & orbium, figuram expreſſerint. Hæc in hanc rem Ducangius; cujus quidem conjectura, neſcio an aliis placuerit, mihi ſane non probatur. Puto ipſe, lapidem hunc ἑξηκοντάλιθον appellatum, eo quod natura ſua multicolor ſit, quemadmodum apud Plinium lib. 37. cap. 10. lapis qui reperiebatur in Troglodytica regione Hexecontalithos dicebatur, eo quod multicolor erat: *Hexecontalithos*, inquit Plinius citato loco, *in parvo magnitudine multicolor, hoc ſibi nomen adoptavit.* Et Solinus iſtæc clarius, c. 31. pag. 58. de Troglodytis: *Tantum lapide*
Edit. Pariſ pag. 813. *uno gloriantur, quem Ἑξηκοντάλιθον nominamus, tam diverſis notis ſparſum, ut ſexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur.* Hæc totidem ferme verbis Marbodeus cap. 37. Albertus pag. 231. Iſidorus lib. 16. Orig. cap. 12. Si alicui hæc conjectura non arridebit potiorem proferat. Cæterum lapis iſte ἑξηκοντάλιθος Σαγγαρινὸ vel Σαγγαρινὸς dicitur Scriptori noſtro, quod fortaſſis in flumine Sangario reperiretur, quod flumen Aſiæ Minoris eſt, teſte Ptolomæo, Arriano, &c.

Η γυνὴ αὐτοῦ) Videlicet uxor Conſtantis, filii Conſtantini III. cujus quidem uxoris nomen a Scriptoribus non eſt proditum, licet Conſtantis tres filii numerentur, nimirum Conſtantinus Pogonatus, Heraclius ac Tiberius. Cæterum in hac urna ex lapide ἑξηκοντάλιθος dicto facta humatum fuiſſe corpus Conſtantis filii Conſtantini III. dicitur in Cod. Colbertino, uti ſupra monuimus.

353. Η γυνὴ τοῦ Κοπρωνύμου) Sic in Cod. Regio: in Cod. vero Colbert. legitur ſic: ἑτέρα λάρναξ Ἱεραπολίτης, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ αὐτοῦ, nimirum uxor Conſtantis filii Conſtantini III. deinde capite ſequenti deſcribit ſepulcrum uxoris Conſtantini Copronymi ſic: ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Προικοννησίου, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ τοῦ Κοπρωνύμου. De qua autem uxore Copronymi loquatur hic Scriptor noſter non liquet; nam Conſtantinum Copronymum ter nuptias iniiſſe tradunt Sciptores; primum quidem, parente adhuc ſuperſtite, cum Irene Chazarorum Chagani filia, ſecundo cum Maria, tertio vero cum Eudocia.

Ἕτερον ὅτι ἡ λάρναξ τοῦ Κοπρωνύμου) Hæc in Cod. Colbertino præcedentibus juncta ſunt, ac diverſa. Sic ibi: ἑτέρον ὅτι ἡ λάρναξ τοῦ Κοπρωνύμου ἐξεβλήθη ἐκ ἐκεῖθεν. ὁ δὲ λίθος τῆς ταφῆς ἐμπρήσθη, καὶ ἐχρημάτισεν εἰς συντρίμματα τῷ παλατίῳ, καὶ ἔβαλον τὰ ὀστᾶ εἰς τὸν Φόρον. Corpus autem Copronymi humatum fuiſſe in æde ſanctorum Apoſtolorum, ac poſtmodum, imperante Michaele Theophili filio, inde amotum & in Foro Amaſtriano crematum eſſe prodit Cedrenus p. 468. E. R. τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ τεθὲν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐν τῇ ἡμέρᾳ Μιχαὴλ υἱοῦ Θεοφίλου, βουλῇ καὶ παραινέσει τοῦ Καίσαρος ἀναχθὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ τῆς Ἀμαστριανῆς, ἐκαύθη. Ubi perperam interpres vertit, βουλῇ καὶ παραινέσει τοῦ Καίσαρος, *juſſa hortatuque ipſius Imperatoris*. Interpretor *Cæſaris*, nimirum Bardæ avunculi Michaelis. Titulus quippe Cæſaris a nemine ex Scriptoribus Byzantinis Imperatori ſeu Auguſto tribuitur; nam Cæſaris titulo donatos fuiſſe primitus Imperii deſignatos Succeſſores manifeſtum eſt; & ne altius rem repetam; ſic Valerius Maximianus a Diocletiano Cæſar creatus fuit; Conſtantius Chlorus, & Gal. Maximianus a Diocletiano & Valer. Maximiano; Severus & Maximinus a Galerio Maximiano: Conſtantinus M. a patre Conſtantio: Conſtantinus Junior, Conſtantius, ac Conſtans a Patre Conſtantino, &c. Sed & omnes Imperatorum filii fere ſemper *Cæſaris* titulo donabantur: quod quidem factum eſt etiam poſterioribus longe ſeculis. Cæterum quod attinet ad ſepulcrum Copronymi videndus Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani pag. 694. ed. 1618.

Ἐκ Προικοννησίου λίθου) Sic ex Cod. Colbertino. In Cod. Reg. legitur: ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου, ἐν ᾗ ἀπόκειται ὁ Ἰουλιανός. Hujus Auguſti cadaver humatum fuiſſe in æde ſanctorum Apoſtolorum ſcribit & Cedrenus pag. 458. Edit. Reg. καὶ ὁ ἄθλιος σὺν τῷ σωματικῷ καὶ τὸν ψυχικὸν θάνατον, νόσῳ δυσεντερικῇ ἁλοὺς. καὶ τίθεται τὸ δύστηνον αὐτοῦ σῶμα ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. *Mortuus eſt ex inteſtinorum morbo, anima cum corpore pereunte: infelix ejus cadaver reconditum eſt in templo ſanctorum Apoſtolorum.*

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννησία) Scilicet, *alia urna Proconneſia*. Sic legendum in textu, cum verbum *Proconneſia* oblitus ſim ibidem interpretari. Caput autem hoc integrum ex Cod. Colbertino reponimus. Cæterum Cedrenus pag. 513. Ed. Reg. ſcribit Michaelis Balbi cadaver humatum fuiſſe in æde Apoſtolorum in urna Praſina Theſſalica: ἐτάφη δὲ ὁ τούτου νεκρὸς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μεγάλῳ Ἡρῴῳ Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι πρασίνῳ Θετταλικῇ. *Cadaver ejus repoſitum eſt in magno Juſtiniani Heroo, ad* ad pag. 814. *Templum Sanctorum Apoſtolorum in urna Praſina Theſſalica.*

Τὸ πρὸς μεσημβρίαν Ἀρκαδίου) Sic habet & Cedrenus pag 334. Edit. Reg. ἐτέθη δὲ σῶμα αὐτοῦ ἐν 354.
eidem Imperatori triremibus Venetis auxillaretur. Alii vero inter quos Sanſovinus advectum referunt an. Chriſti 1248. Alii denique an. 1256 poſt Acconis, quam urbem alii Ptolemaidem vocant, expugnationem; quo olim ex Palæſtinæ Laura, ubi primum tumulatum fuit corpus S. Sabbæ, translatum fuiſſe fertur. De hujus autem urbis expugnatione omnes hiſtoriæ Venetæ ſcriptores locuti ſunt. Num vero illa tempeſtate corpus S. Sabbæ Venetias translatum fuerit, non ſatis conſtat, licet nonnulli ſint qui id ſibi perſuadeant. Nullus tamen dubitat quin corpus prædicti ſancti, quandocunque id contigerit, ab aliquo ex Nobiliſſima Theupolorum familia eo translatum fuerit, atque in Eccleſia S. Antonini, in ſacello ad eandem familiam ſpectante depoſitum, cujus rei fidem facit Epitaphium Ludovici Theupoli ſub ejuſdem ſtatua in hoc ipſo ſacello poſitum.

Edit. Pariſ. pag. 834.

ALOYSIO THEUPOLO D. MARCI PROC. LAURENTII F.
SENAT. AMPLISS. ET INTEGERRIMO, CUM MAJORUM
SUORUM, QUI D. SABÆ CORPORE HANC ECCLESIAM
DONARUNT RELIGIONIS VESTIGIA IMITATURUS HOC
SACELLUM INSTAURARE DECREVISSET, IMMATURA-
QUE MORTE PRÆVENTUS ESSET; UT SINGULARIS EJUS
PIETATIS, VOLUNTATISQUE TESTIMONIUM APPARE-
RET, FRANCIS. F. OB SUAM IN PATREM OBSERVAN.
F. C.
VIX. AN. LXII. MEN. V. DI. I. OBIIT AN. MDXC. DIE
XX. JA.

Epigraphes exſcriptum ab Excellentiſſimo viro Laurentio Theupolo accepimus, qui nuper apud Chriſtianiſſimum Galliæ Regem Ludovicum Magnum, Oratoris pro Sereniſſima Republica officio functus, idem jam munus apud Auguſtiſſimum Romanorum Imperatorem pari laude & prudentia gerit. Is ne ſingulas ejus virtutes ac animi dotes recenſeam, quod omnino longum foret, maxime eſt laudandus a litterarum Litteratorumque amore. Hujus quidem ſi genus ſpectes, vix in Europa præſtantiorem familiam deprehendas: quid enim præclara illa Theupolorum proſapia illuſtrius, quæ ſupremos in Sereniſſima Republicæ Magiſtratus plerumque geſſit, nullis non vel ampliſſimis muneribus exornata fuit, affinitatem cum exteris principibus ſæpe junxit? Cætera ſi proſequi vellem, vix uno volumine complecterer.

371. *Παρακλίδοντες*) *Bandurius*. Sic legendum; perperam in nonnullis MSS. legitur, *παρακλίδοντες*.

Ἐν δὲ τῷ παρὰ τῷ ἁγίῳ Μωκίῳ τοῖς καμαροειδῶς τὸ λεγόμενον Τριζώδιον κάτωθεν, ἐν τῷ, &c.) *Lambecius*. In Cod. Vat. præcedentibus hæc annexa ſunt, & ita concepta: *τότε* (ſc. ſub Leone Iſauro) *καὶ τὸ λεγόμενον Τριζώδιον τὸ εἰς τὰ κάτω κάτωθεν τοῦ ἁγίου Μωκίου ὑπάρχον ἐτύφθη*. *κοῖλα* interpretor *concava*, *ſubterranea*. Pro *τριζώδιον* in aliquot Codd. legitur, *τριόζοδον*. *Τριόζοδον* autem, vel *τριόζοδος* videtur ſignificare locum, unde triplex patet exitus. Compoſitum eſt, ut *τρίοδος*, *τρίχωρον*, *τρίκλινος*, *τριόμβολον*, &c. Confirmat hanc lectionem, quod Codinus addit, in eo loco paganos olim magicas ſuas ſuperſtitiones exercere conſueviſſe: *ἐν ᾧ* inquit (ſc. *τριοζόδῳ*) *καὶ ἀστρονόμουν ποτὲ οἱ Ἕλληνες*. Trinarius enim numerus cæremoniis magicis accommodatus cenſebatur: hinc illa Poetæ:

Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore
Licia circumdo: terque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.

Et iſta:

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.

Eandemque ob cauſam ſacra Hecatæ nocturna in triviis frequentabantur. Dico igitur veriſimile eſſe, illam quoque magnam ſpeluncam ſubterraneam, de qua hic Codinus loquitur, inſtar Trivii ſeu *τριόδου* conſtructam fuiſſe, & propterea nuncupatam *τριόζοδον*. Sed ſi pro *τριζώδιον*, legendum eſt *τριζώδιον*, videtur *τριζώδιον* ſignificare *ſtatuam triformem*: cujuſmodi fuit illud *τρίλιθον ἢ τριμόρφιον ζώδιον πορφυροειδές*, cujus meminit Anonymus Auctor in Collectaneis Antiq. CP. *ζώδια* enim Codinus paſſim vocat ſtatuas, & quaſcumque alias figuras.

Καὶ τύμβοι δὲ πολλοὶ ὑπῆρχον ἐν τῷ τόπῳ) *Lambecius*. Cod. Vat. *ἔνθα καὶ σύμβολα Ἑλλήνων, Ἀμαζόνων ὑπάρχουσι κεχωσμένα, καὶ ἄλλα εἰς ἄλλους τόπους κατεχώσθη*. In aliis aliquot Codd. pro *τύμβοι*, perperam legitur, *τρίμβολοι καὶ τύμβολοι*. Poſteriori autem hoc mendo deceptus Meurſius novum finxit vocabulum *τύμβολον*, quod nec apud Græcos, nec apud Græco barbaros Scriptores reperitur.

Τῷ καλῷ Παρθένῳ) *Bandurius*. Vide quæ de hac ſtatua narrat Chronographus noſter n. 233. & noſtras ibidem Notas. 372. pag. 835.

Ἡρωδιανοῦ στήλη) *Bandurius*. De hac ſtatua Herodiani ab Ardaburio confracta pluribus agit Chronographus noſter num. 241. Vide quid ibi adnotavimus. 373.

Ἀλωπέκιον) *Bandurius*. Vide Anonymum noſtrum n. 48. & noſtras ibidem notas. 375.

Εὐδοξίου πατρικίου) *Bandurius*. Sic Codinus. At Eudoxium Præfectum Prætorio ſub Theodoſio Juniore vixiſſe teſtantur Leges aliquot in Cod. Th. Cæterum Eccleſiæ ſeu Monaſterii S. Philemonis mentio occurrit in Synaxariis die xxii. Januarii, ubi de S. Anaſtaſio Perſa: *τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρείῳ τῷ ὄντι ἔνδον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φιλήμονος ἐν τῷ Στρατηγίῳ*. Ex his ſitum hujus ædis docemur. 376.

Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Ἡρακλείου) *Bandurius*. S. Anaſtaſius Perſa martyrium conſummavit ſub Choſroe Rege Perſarum, Heraclio imperante, an. DCXXVII. 377.

Τὸ λεγόμενα Εὐγενίου) *Bandurius*. De Turre Eugenii loquitur ſupra Anonymus noſter n. 1. Vide quæ de Porta Eugenii infra monemus n. 428.

Ζωτικοῦ πατρικίου) *Bandurius*. S. Zoticum primum Orphanotrophum ſub Conſtantino Magno Roma Conſtantinopolim veniſſe tradunt, primumque conſtruxiſſe Lobotrophium *πέραν τοῦ Βυζαντίου ἐν τῷ ἐμβόλῳ τοῦ τότε καλουμένου Ἐλαιῶνος λεγομένῳ*, eoque extincto, Conſtantium Auguſtum ſuis ſumptibus præclarum Lobotrophium ædificaſſe; quod quidem poſtmodum terræ motu labefactatum Romanus Argyrus Imperator reſtauravit, ut ſcribunt Scylitzes pag. 732. E. R. & Zonaras pag. 185. E. R. Zoticum autem primum Orphanotrophi officium reperiſſe dicitur in L. xxxv. quæ eſt Leonis & Anthemii Cod. de Epiſcopis & clericis. Cæterum vide quæ de S. Zotico habent Menæa die xxxi. Decembris.

Κύτρους πλεκτούμενος καὶ βιαζόμενος τρέχειν) *Lambecius*. Licet in Codicibus ſcriptis ita legatur, non tamen dubito, quin ſcribendum ſit: *πλεκτουμένους καὶ βιαζομένας*, nempe ut referatur ad verba præcedentia, *ἡμιόνους ἀγρίους*. Cæterum de Martyrio S. Zotici vide Græcorum Menologium die xxxi. Decembris. 378.

Τῶν ἁγίων Εὐφημίας τὰ Ὀλυβρίου) *Bandurius*. Vide quæ de hac æde S. Euphemiæ ſupra adnotavimus ad Chronographum noſtrum n. 253. & n. 366.

Τὸ δὲ Ξηροκήπιον) *Lambecius*. *Ξηροκήπιον* ſignificat *hortulum aridum*, ſive *exſiccatum*. In aliquot Codicibus legitur *Ξηρόκηπον*, & *Ξηροκήπιον*. 379.

Ξηροκήπιον) *Bandurius*. *Ξηρόκηπος* dicitur *area aperta ſine pavimento*. Sic Ducangius in Gloſſ. Græc. eodem v. Martyrium SS. xx. Patrum Sabaitarum num. 43. *οἱ δὲ ὡς μάλιστα ἀδυνάτως ὑπάρχοντα, καὶ ἐν*

τῷ Ξηροκήπῳ τ͂ ἀγαπητὸν, ἐξαγαγόντες, αὐτὸν ἔθεσαν. Cæterum in ſubſcriptionibus Concilii Niceni II. Act. 4. occurrit Theodorus Hegumenus τ͂ Ξηροκήπου.

380. *Καὶ ἰάματα πολλὰ ἐγένετο ὑπὸ Θεοῦ ἐκεῖ*) *Bandurius*. Duo in urbe extitiſſe loca cognomine Myrelæi ex iis docemur, ſed imprimis illuſtre fuit Monaſterium illud Myrelæi nuncupatum, quod Romanus Lacapenus ædificavit, vel de novo inſtauravit; in quo & ſepultus fuit una cum Theodora conjuge, ut ſcribit Scylitzes. Sed vide quæ de Myrelæo monuimus ſupra n. 134.

381. *Τὰ Φλωρεντίου καὶ Καλλιστράτου*) *Lambecius*. Utriuſque mentio fit in Menologio die 31. Decembris, in Actis S. Zotici. In Cod. Reg. & aliquot Vaticanis pro Φλωρεντίου legitur Φλώρου. Quæ vero paulo poſt Codinus narrat de Paulo Patriarcha habentur apud Zonaram in Imperio Irenæ & filii ejus Conſtantini.

Τὰ Φλωρεντίου) *Bandurius*. Vide quæ de domo, tractu, ac Gerocomio Florentii habet Anonymus noſter n. 140. Cæterùm Monaſterium hoc quod Codino dicitur Florentii & Calliſtrati, ab aliis Scri- *Edit. Pariſ. pag. 836.* ptoribus Byzantinis, apud quos crebra illius mentio occurrit, appellatur Monaſterium Sanctorum Flori & Lauri & interdum tantum μονὴ τῶν Φλώρου. Quod autem hoc Monaſterium S. Florentii non ſit diverſum a Monaſterio S. Flori patet ex eo quod paulo infra narrat idem Codinus de Paulo Patriarcha, nimirum eum tempore Irenæ Atticæ, depoſita Patriarchali dignitate, in Monaſterium S. Florentii ſeceſſiſſe; ubi habet Theophanes, qui pag. 385. E. R. eadem ſcribit de Paulo Patriarcha, loco S. Florentii τοῦ, ſeu τῶν Φλώρου: *Τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ τῇ λαʹ τῆς ζʹ ἰνδικτ. Παῦλος ὁ ὅσιος καὶ ἁγιώτατος Πατριάρχης ἀσθενήσας, κατέλιπε τὸν θρόνον καὶ κατελθὼν ἐν τῇ μονῇ τ͂ Φλώρου, ἐκεῖσε τὸ μοναδικὸν σχῆμα, χωρὶς εἰδήσεως τ͂ βασιλίσσης. Menſis autem Auguſti die triceſimo primo eadem Indict. 7. Paulus vir religioſus & Patriarcha ſanctiſſimus in morbum incidens throno nuncium remiſit: & ad Flori Monaſterium ſe conferens, ibi, Imperatrice propoſiti ejus inſcia, Monaſticum habitum aſſumpſit.* Hujus autem Monaſterii meminit & Ignatius Diaconus in Vita Sancti Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani cap. 51. Gregorius Monachus in Vita ſancti Baſilii Junioris cap. LVI. qui ædem ſanctorum Flori & Lauri vicinam fuiſſe ædi ſancti Philippi innuit: *Μετακόμισαν αὐτὸ (σῶμα) εἰς τὸ ἑαυτοῦ μοναστήριον, ὃ πλησίον μὲν τῶν ἁγίων Φλώρου καὶ Λαύρου, καὶ τοῦ θείου ναοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Φιλίππου ὑπάρχει. Tranſtulerunt ejus corpus in illius Monaſterium, quod ædi ſanctorum Flori & Lauri, & ædi ſancti Apoſtoli Philippi adjacet.* In hoc autem Monaſterio ſancti Flori Euſtathius auctor Commentariorum in Homerum, quique in Myrenſem Epiſcopum electus, poſtea Theſſalonicenſis fuit Archiepiſcopus, Monachum egit: ſcribit Demetrius Chomatenus in Reſponſis ad Conſtantinum Cabaſilam: *τὸ γὰρ σοφώτατον ἐκεῖνο Εὐστάθιον, τὸν κατὰ Φλῶρον, ὑπάρχοντος τ͂ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ Μαΐστορος τῶν Ῥητόρων, εἰς τὴν Λυκίαν Μυρέων ψηφισθέντος;* &c. Cæterum de SS. Floro & Lauro vide quid Synaxaria ad XVIII. Auguſti.

Τὴν γυναικείαν μονὴν τ͂ Προκοπίας) *Bandurius*. Monaſterium hoc, quod Procopiæ appellat Codinus, Auguſtæ dicitur Anonymo noſtro n. 150. ubi vide quæ monuimus. 383.

Τὴν μονὴν τ͂ ἁγίας Εὐφημίας) *Bandurius*. Vide Anonymum noſtrum n. 98. & n. 150. & noſtras ibidem Notas. 384.

Τὰ Σμαράγδου ἐκτίσθη) *Lambecius*. Cod. Reg. τὰ Σμαράγδου ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἐκτίσθη.

Τὸν ἅγιον Μητροφάνην) *Bandurius*. Primus ſcilicet, ut aiunt, Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui Conſtantino Magno imperante illam Eccleſiam rexit. De eo ſic Menæa ad IV. Junii, quo die illius feſtum Græci celebrant: *ἐν τῷ σεβασμίῳ αὐτοῦ οἴκῳ τῷ ὄντι πλησίον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀκακίου ἐν τῷ Ἑπτασκάλῳ. Celebratur ejus feſtum in veneranda illius æde juxta ſanctum Martyrem Acacium in Heptaſcalo ſita.* Unde apparet ſitus hujus ædis. Vide quæ de Heptaſcalo ſupra obſervamus n. 92. 385.

Παρὰ Τζαΐτζου μαγίστρου) *Lambecius*. In Cod. Reg. additur, καὶ βασιλοπάτορος: quod confirmat Zonaras his verbis: *τὸν πατέρα τῆς Ζωῆς* (ſcilicet τ͂ Τζαΐτζην) *μάγιστρον ἐτίμησε, καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου, μετέπειτα μὲν τοι βασιλοπάτορα, αὐτοῖς τὸ ὄνομα ἐφευρών.*

Digitized by Google

ANSELMI BANDURII
RAGUSINI,
MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS
COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES Conſtantinopolitanas

LIBER SEPTIMUS.

Edit. Pariſ. pag. 837. 386. Αγαθίου Σχολαστικοῦ) *Bandurius*. Celebris ſui ævi Rhetor ac Poeta, itidemque Hiſtoricus qui libros quinque de Imperio & rebus geſtis Juſtiniani Imperatoris conſcripſit. De eo pluribus agit Bonaventura Vulcanius ejus Hiſtoriæ Interpres in Notis ad idem Opus. Vide Gerardum Joannem Voſſium de Hiſt. Græcis p. 270. & de Poetis Græc. pag. 82.

Ὦ ξεῖνε, τί κλαίεις;) *Vincentius*. Agathius Scholaſticus, qui primus hæc epigrammata collegit, hoc epitaphium in memoriam ſuæ ipſius matris conſcripſit. Eſt autem valde modeſtum, & nimis apertum. Itaque plura interpretationis gratia non addemus. Nam de hoc Agathio pleraque etiam in principio admonuimus.

387. Κρυπτομένων φαέων) *Brodæus*. Neque ſolis lumen depingere, neque tuas virtutes exprimere valent pictores & marmorarii. καμάτων. laborum, quos in adminiſtranda republica ſuſtines.

Τῶν ἰουλιανοῦ) *Brodæus*. Tempore Hadriani principis Salvius Julianus Juriſconſultus, patria Mediolanenſis, omnia Prætorum edicta in unum collegit, & ſub congruis titulis poſita interpretatus eſt: cœperuntque tum prætores congeſta ab Juliano edicta ſequi, non autem ipſi nova proponere. Hujus mentio eſt Spartiano, Dioni, & Eutropio. νομοθέτου. in jure peritiſſimus.

Λεοντίου Σχολαστικοῦ) *Bandurius*. Num Leontius iſte Poeta idem ſit ac ille item Scholaſticus, qui ſcripſit de Sectis hæreticorum neſcitur. Erat & alius Leontius Scholaſticus ſub Juſtiniano, quem Referendarium vocat Procopius Hiſt. Arcanæ cap. XVII. de quo item loquitur idem Scriptor lib. 3. de bello Goth. Is ad Theodebertum a Juſtiniano legatus eſt; poſtmodum vero cum aliis ad compilationem Digeſtorum deſtinatus fuit. Conſt. de conf. 9. Hic creditur a nonnullis auctor Epigrammatum. Porticus autem Leontii quæ Conſtantinopoli erat, meminit Chronograph. noſter n. 276. ubi ait ſtetiſſe ſtatuam Valentiniani Junioris ἐν τοῖς ἐμβόλοις Λεοντίου.

Κάλλει ἀρετῆς) *Brodæus*. Omnes probitate antecellis. ὑπατεύων. cai Καλλίνικος nomen eſt. βασιλεῦσι. Conſtantinopolitanum Imperatorem.

Βασιλῆα) Schol. Græc. τῷ βασιλεῖ ἐξελεγχόμενος οὐδ' ἴσως τινὰ τῶν ὑπηκόων ἔχειν σοι, πάντας δὲ σωῖζειν.

388. Ἀντολίην πρῶτον) *Brodæus*. ἀρχῇ. primum in Orientis partibus, id eſt, Palæſtina, Syria, Cilicia, Meſopotamia, Cypro: alterum in regione Colchica magiſtratum geſſit, πορφυρέοις, an nigræ & obſcuræ ob confines Colchis Cimmerios. ζόφος quippe Homero Septentrio eſt. an ſplendidæ provinciæ a ſummis magiſtratibus adminiſtrari ſolitæ. aut πορφυρέην. purpura enim erat inſigne Romanorum magiſtratuum (quanquam hic de Conſtantinopolitanis loquatur) & pro eis a Plinio & Martiale ponitur. Athenæus cenſoribus τὴν περιπόρφυρον, id eſt prætextam attribuit. Polybius eus toga purpurea induit. ὅταν ἀναλαμβάνωσιν ἐσθῆτα. ἐὰν μὲν ὕπατος, ἢ στρατηγὸς ᾖ γεγονώς, περιπορφύρους. ἐὰν δὲ τιμητής, πορφυρᾶς. ἐὰν δὲ καὶ τεθριαμβευκώς ὅταν τοιοῦτον κατειργασμένος διαχρυσους. omnes autem Romanos magiſtratus præter tribunum plebis, prætexta ornari potuiſſe docet ἐν Ῥωμαϊκ. Plutarchus.

Πορφυρὶς) Schol. Græc. ὁ Φοίνικος. Ἐν γὰρ τῇ Τύρῳ αὕτη εὑρίσκεται. ἔστι δὲ ἰχθὺς ἐν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης διαιτώμενος. ὅθεν φασὶ καὶ τὸ πορφύρεον τὸ ἐκβαθὺς μορμύρειν, καὶ λογίζεσθαι δηλοῖ. Ἄλλοι δέ φασιν εἶναι ὄρνιθας τοὺς Φοίνικας. τοῖς δ' ὑπὸ τὴν πορφυρίαν βαφὴν ἐπιγράφοντες Πολυδεύκης ἐν ποιητῇ τῶν ὀνομαστικῶν.

Πὰg. 838. Νεῖλον) *Brodæus*. Νεῖλος. Ægyptus. Ἴβηρ. Hiberi. Δύσις. Occidens. ζώοντα. ſcribe ζώοντα. πολυκαπρίων. calida. σπείρω. ſpargo. ſemino. Ἀγαρηνῶν. Agarenorum. Arabiæ populorum. Dion in Trajano. Mox Arabiam petiit, Agarenoſque rebellantes adortus eſt. David Pſal. 83. eos inter Judæorum hoſtes enumerat. Λογγίνου, is eſt Longinus, quem in Italiam præfectum miſit Juſtinianus, ut Narſetis locum obtineret. Eſt alius Suidæ Longinus. Evagrio lib. tertio, & Dioni Caſſio in vita Trajani. βασιλεῦ. Juſtiniano.

Ζώοντα) Schol. Græc. ξηρὰ καὶ θερμά, παρὰ τὸ ζέω.

389. Λογγίνου) *Bandurius*. Videtur hoc epigramma ſpectare ad Longinum illum, qui a Juſtino Juniore in locum Narſetis miſſus fuerat in Italiam Exarchus, quique Imperatori ſemper fidelem ſe præbuit. Nam tres alii hujus nominis qui a Scriptoribus laudantur, & Zenonis ac Anaſtaſii tempore floruerunt, cum arma contra Imperatorem tulerint, ad neminem eorum hoc epigramma ſpectare poteſt: alter quidem fuit Longinus Zenonis frater Magiſter militum; alter Longinus Exmagiſter; tertius vero Longinus Selinuntius, natione quoque Iſaurus, quem *præcipuum robur tyrannicæ factionis* appellat Evagrius.

Οὐ τρισσαὶ) *Brodæus*. Juxta imaginem tuam collocata. τύχαι. tria fortunarum ſigna. ἄρκιον. par erit. ſufficiet. μοιρῶν. μοιρῶν. ναιόντων. præſentium. ἥρμοσε. placuit. congruit.

Κρίσπον) *Bandurius*. Criſpus hic, cujus liberalitatem ac munificentiam prædicat hoc Crinagoræ epigramma videtur eſſe Criſpus, ſeu, ut alii vocant, Priſcus Patricius & Comes Excubitorum, Imperatoris Phocæ gener. De quo vide quid habet Anonymus noſter n. 153. & noſtras ibidem Notas.

390. Ἐν τοῖς Πλακιδίου) *Bandurius*. Vertimus, *in domo Placidiana*; nam pro ἐν τοῖς Πλακιδίου legendum cum Ducangio puto, ἐν τοῖς Πλακιδίας. Perperam Lubinus hunc titulum ſic interpretatur. *Agathii Scholaſtici in imaginem poſitam in Placidi, ſub illis quæ in novo Scrinio*. Duæ ſiquidem domus Placidiæ Auguſtæ in urbe extiterunt, ut habetur in Veteri Urbis Deſcriptione; altera ſcilicet in prima Regione, altera in decima. Quod vero ex Codice Cæſareo Lambecius præter domum Placidiæ Auguſtæ, Palatium Placidianum in prima Regione extitiſſe tradit, id fortaſſis ſcribæ inſcitia factum puto; licet Ducangius Palatium Placidianum a Galla Placidia Theodoſii Magni uxore extructum fuiſſe putet; domum vero Placidiæ Auguſtæ dictam a Galla Placidia, filia ejuſdem Theodoſii ex Galla Placidia ædificatam arbitretur. At unius domus Placidiæ tantum meminit Scriptor Chronici Alexandrini pag. 304. & 305. qui eam a Galla Placidia Theodoſii Magni filia extructam fuiſſe ſcribit: Εἰσελθοῦσα ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τὸν πατρὸς αὐτῆς Θεοδοσίου, κτίζει

τ' οἶκον σὺν Πλακιδίας. *Illa vero Conſtantinopolim cum patre ſuo Theodoſio profecta, domum Placidiæ dictam condidit.* Verum hic fallitur Scriptor ejuſdem Chronici, dum eam Conſtantinopolim rediiſſe una cum patre ſcribit, nam longe poſt patris obitum remiſſa fuit a fratre Honorio Conſtantinopolim, ubi a Theodoſio Juniore humaniſſime excepta Auguſtæ titulo donatur. Errat item idem Scriptor capite ſequenti, dum Flacillam ma-
Edit. Pariſ. pag. 839. trem Arcadii & Honorii ſecundam Theodoſii conjugem appellat; cum contraria omnino narrent Scriptores omnes quos conſului. Sed qua in domo Placidiana ſeu Placidiæ Auguſtæ extiterit ſtatua Thomæ Curatoris, in quam Agathias Scholaſticus ludit hoc epigrammate, nimirum an in illa quæ erat in prima Regione, an vero in altera, quæ extitit in decima, ut habetur in Veteri Urbis Deſcriptione, Scriptores ſilent. Cæterum Curatorum Placidias ſeu Placidiæ crebra mentio occurrit apud Scriptores, ut videre eſt apud Ducangium CP. Chriſt. lib. II. pag. 129. 130. 141. 142. E. R. & in Notis ejuſdem ad Zonaram pag. 45. & 46. E. R.

Παμβασιλῆϊ) Shol. Græc. κοινῷ τῷ Καίσαρι.

Συνωρίδος) *Brodæus.* Prope binas Imperatorum Imagines. συνωρὶς proprie bigs eſt, αὐτῷ ὄικῳ. non ſolum corpore. κρατεῖν. domini. ὄλβῳ. opibus & auctoritate. τὸ τύπωμα. ſtatua.

Εὐγνώμων τὸ τύπωμα) Schol. Græc. Ἀντὶ τ' ἀναθήματος, καὶ ὁ εἰκὼν εὐγνωμόνων ἀνδρῶν ἐστὶ καὶ οὐκ ἀχαρίστων.

Θεόδωρε ἀρχηγέτα) *Bandurius.* Hoc epigramma ſpectare videtur ad Theodorum Curopalatam, Heraclii Imperatoris fratrem, qui a fratre Auguſto Dux exercitus contra Saracenos miſſus, bellum cum iis per decem annos vario eventu geſſit; tandem in eo prælio, quod ad Gabatam cum Saracenis iniit, anno Chriſti 618. occiſus fuit.

Ῥητῆρες) Brodæus. ῥητῆρες. rethores. γραφίδεσσι. Imaginibus.

Νικήταν) *Bandurius.* Nicetas hic, eſt Nicetas Patricius, filius Gregoræ Patricii qui erat patruus Heraclii Imperatoris. Hunc pater Gregoras cum ingentibus equitum turmis terreſtri itinere in Phocam miſit, interim dum Heraclius Heraclii filius maritimo in eundem contenderet, pacto inter eos inito, ut qui prior perveniſſet, imperium, ſi poſſet, occuparet. Heraclius igitur cum prior perveniſſet Imperator eſt appellatus; Nicetam vero ille tanquam imperii participem ſemper coluit; quin & ſtatuam ejus equeſtrem auratam ſupra columnam in Foro erexit, ut ſcribit S. Nicephorus CP. in Breviar. Hiſt. p. 24. E. R. ὁ δὲ καὶ ταύτῃ τῇ βουλῇ μείζονα οἰκειώσαντες, τὸν ἀνδριάντα κεχρυσωμένον καθίστησι κατὰ ἵππον, ἐπὶ τῷ φόρῳ λεγομένης ἀγορᾶς κίονος, *vel ſemque arctiori jam neceſſitudine conjuncto auratam ſtatuam equeſtrem ſupra columnas poſuit in Foro.* Ad hujus porro ſtatuam videntur ſpectare duo hæc incerti Scriptoris epigrammata; & fortaſſis inſcripta erant baſi ejuſdem ſtatuæ.

Μοσόφοιο) *Brodæus.* Quod Perſas occiſione occiderit.

Οἱ Πράσινοι) *Brodæus.* Praſina factio. ἀνέθηκαν. poſuit.
391.

Πρόκλον) *Bandurius.* Proclus iſte Pauli filius, videtur eſſe ille celeberrimus Quæſtor, qui ſub Juſtino Thrace floruit, quem ab juſtitia & æquitate pluribus laudat Procopius de Bell. Perſico lib. 1. p. 30. & 31. E. R. & Hiſt. Arcanæ cap. VI. Is ſolus, ut ait idem Scriptor, Juſtinum Imperatorem paratiſſimum ad Choſroem Cabadæ Perſarum Regis filium ſibi adoptandum, a ſententia deterruit, ne ad Perſas, inquiens, Romanum Imperium veniret. Reliqua vero paulo infra annotabimus. Ceterum ſubjiciemus hic pro more Joannis Brodæi Scholia, licet ille parum intellexerit hoc epigramma, ut lectori facile conſtabit ex iis, quæ de hoc Proclo dicturi ſumus teſte Procopio.

Παῦλος) *Brodæus.* Παύλου υἱός. τινὶ δίκαια δικάζει. Judicem, aut cauſarum patronum. τέμα πατρός. a ſecretis, non nomenclator. Procopius: Julianus ſecretorum ſcriba erat, quod munus a ſecretis Latini vocant. Quid ſi Silentiarium interpretemur, miniſtrum ad ea quæ ſunt quietis ex eodem Procopio. Silentiarios nunc ſpectabiles, nunc clariſſimos appellat Juſtinianus, proinde in ſummo dignitatis culmine conſtitiſſe non eſt dubium: nam & Suidas de Anaſtaſio ſic inquit, Anaſtaſius Silentiarius poſtea Imperator deſignatus. τέμα. Sophocli *pag. 840.*
in Ajace Maſtigophoro τέμαχα eſt. ἐθηκύνθη τέμα. καὶ υἱέϊ. Proclo. ἢ γενέτῃ. Paulo. ἐν δ' ὑπάτων ῥάβδοισι. Plures geſſit Conſulatus pater quam filius. Lictores qui carnificis officio fungebantur, miniſtri erant Conſulum, Proconſulum & ſimilium: ſed Conſulis duodecim erant, aliorum ſeni tantum; portabantque virgarum faſces ſecuribus alligatos, magiſtratuſque præibant.

Ὀφρ' εἴη τέμα πατρὶ, &c.) *Bandurius.* Eilhardus Lubinus ſic hoc epigramma ſoluta oratione interpretatur:

Proclus ego Pauli, Byzantius, quem in domo
Florentem Juſtitiæ regia rapuit aula,
Ut eſſet ei fidelis fortis regio.
Nunciat vero hoc æs quantam manus ſit certaminum.
Et hæc quidem omnia conſecutus & filio & patri,
In Conſulum vero faſcibus filius ſuperavit patrem.

Alludit fortaſſis hoc carmine Poeta ad id quod de hoc Proclo ſcribit Procopius Hiſt. Arcanæ cap. VI. nimirum quod imperante Juſtino univerſa Romana Reſpublica ab hujus ore penderet. Sic idem Scriptor de Juſtino loquens: ἀναλφάβητος δὲ γραμμάτων ἄπειρος, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος ὤν, ὃ γεγονὸς ἐν Ῥωμαίοις πρότερον οὐπώποτε. εἰωθὸς δὲ γράμματα οἰκεῖα τοῖς βιβλίοις ἐντίθεσθαι τὸν βασιλέα, ὅσα ἂν ἐπαγγέλλοντος αὐτοῦ γίνηται, αὐτός μέντοι οὔτε ἐπαγγέλλειν, οὔτε τοῖς πρασσομένοις ξυνιέναι δυνατὸς ἦν. ἀλλ' ὅσπερ αὐτῷ ἔτυχε παρεδρεύων, τὸ τοῦ Κυαίστωρος ἔχων ἀξίωμα Πρόκλος ὄνομα, αὐτὸς δὲ αὐτογνώμων γνώμῃ ἅπαντα ἔπρασσε. *Adeo litterarum expers erat, & quod dicitur, Analphabetus, at cum ſoleat nominis apices libellis inſere Princeps, cum quid imperat faciendum; ipſe neque imperare, neque compos eſſe poſſet rerum gerendarum; ſed Proclus, qui officio Quæſtoris fungebatur, eique aſſidebat, omnia faceret pro arbitrio.* Cæterum qualis integritatis ac fidei fuerit Proclus iſte, facile videre eſt ex eo quod de ipſo narrat Procopius. De Bell. Perſico lib. 1. pag. 30. & 31. E. R.

Ἐν δ' ὑπάτων, &c.) *Bandurius.* Paulus fuit Conſul una cum Marciano, anno imperii Anaſtaſii Auguſti XXII. Chriſti 512. At quod ait Poeta de Procli Conſulatu, id de Honorario intelligas neceſſe eſt, cum Proclus in Faſtis Conſularibus illius ævi non legatur. Ὕπατοι ſiquidem & crebrius ἀπὸ ὑπάτων, dicebantur illa ætate & ſubſequenti ævo Conſules Codicillares ſeu Honorarii. Plura hujuſce rei habentur exempla apud Scriptores, uti & alibi obſervavimus.

Τεῦχε) Schol. Græc. Τὸν Κρόνον, ὁ τ' Πρίαμον, ὁ Γανυμήδην καὶ Πέρσ.

Βυζαντιὰς Ῥώμη) *Brodæus.* Βυζαντιὰς Ῥώμη. Conſtantinopolis. Steph. μετωνομάσθη δὲ καὶ Κωνσταντινούπολις καὶ νέα Ῥώμη. Sozome. καὶ νέαν Ῥώμην Κωνσταντινούπολιν ὀνόμασε. Is nimirum lib. 4. Roman. πρεσβυτέραν Ῥώμην vocat. Evagrius μεγάλην καὶ πρεσβυτέραν. ἁπλῶς quoque Romam vocari in hiſce libris animadvertis. Paul. Silentiarius. ἄξιον ὦ Ῥώμη. Et alius. σοὶ Ῥώμη γενέτειρα. Juſtiniani quoque milites Ῥωμαῖοι a Procopio appellantur. ἔστησε. ſtatuis. εἰκόνα ἐστήσαντο. poſuit. ὅλον νικῶν. victor. ἴσον ἔσθλον. cum quo certare auderet nemo. δήμου διχοστασίῃ. huic aut illi faventis. 392.

Ἀλλὰ καὶ αὐτὴν) Schol. Græc. Ἰσως κατασκέψας τ' πόλιν τῷ Βυζαντίων τῷ τότε μισητῆς. οἱ πολῖται δὲ ἀλλάγησαν τοῦτο ἐκάλεσαν ὄντα.

Ἴσχειν) *Brodæus.* Ἴσχειν. continere. οὐδός. limen.

393. Κύμβαλα) *Brodæus*. κύμβαλα. quæ pulſant thyades. ἔοικε δὲ τοῦτο βοῶν. videtur hæc proferre. μετὰ τῆς ἐντροπῆς. eſſe enim verecundiam dixit.

Ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ) *Bandurius*. Perperam Lubinus interpretatur hunc titulum: *In columnam Juſtiniani Regis in Hippodromo*. στήλη licet *columnam* ſignificet, *ſimulacrum* item ac *imaginem*, hic proculdubio ſtatuam ſignificat, quæ ſane equeſtris erat, ut patet ex ipſo epigrammate. Cæterum de Hippodromo Conſtantinopolitano, ac de ſtatuis quæ in eo erectæ erant, vide quæ ſupra obſervavimus n. 124. & ſeqq.

Edit. Pariſ. pag. 841.

Μηδοφόνον) *Brodæus*. Juſtinianus per Beliſarium Patricium Perſas aggreſſus eſt, qui tranſgreſſis Romanorum terminis, eorum regiones populabantur; quos Beliſarius magnis prælüs fudit. Paul. Diaconus. σὺς Ῥώμης γενέτην. Conſtantinopoleos conditor Byſas. Claudianus: *quod tertius urbis Conditor, hic Byſas Conſtantinuſque videbunt*. nunc ipſum civitatem intelligit. Juſtino Byzantium a Pauſania Spartano conditum aſſerenti ſuccurrere non poſſum. Aurelianus, ὃς (ut inferius oſtenditur) τριηράρχην καὶ πατέρα βασιλῆος ἐὸν ἀνέθηκεν μέγιστον. vel ipſe Euſtathius. πῶλον ἀέθλων. Cæteras imagines artificio præcellentem: aut cui ſimilis equus, alios facile in certaminibus ſuperaturus ſit. quidam annexie, te alterum victoriam: nec ignoro Juſtinianum Imperatorem a militibus καλλίνικον vocatum; auctoremque habeo Procopium lib. de Bel. Perſ. 2. & de Bello Vandal. 4. στεφανηφόρον. ita enim pingi ac fingi ſolent Victoriæ. Greg. οἱ δ᾽ ἐς νίκας ὑπὲρ κεφαλῆς στεφανηφόρον. Ἐ οἱ. Juſtiniani ſtatuæ mentionem infert Procopius lib. de Ædif. ipſius Juſtin. 1. ac Svidas in voce Ἱππικὸς. μετέωρον. excelſo. ὕψος. ſublime. In alto eſt. Σκυθίαν. Gothorum, Alanorum, Vandalorum. Procopius & Paul. Diaconus. Scythas ab Homero Ἀβίους dictos putat Tzetzes: Ptolemæus. κατέχουσι δὲ ταύτης τῆς Σκυθίας τὰ μὲν ἀρκτικὰ, Ἄβιοι Σκύθαι. Arrianus. ὀλίγαις δὲ ἡμέραις ὕστερον, ἀφικνοῦνται παρ᾽ Ἀλέξανδρον πρέσβεις, παρά τε Σκυθῶν τῶν Ἀβίων καλουμένων, οὓς Ὅμηρος δικαιοτάτους ἀνθρώπους εἶναι ἐν τῇ ποιήσει ἐπῄνεσεν. οἰκοῦσι δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ αὐτόνομοι. Homer. Iliad. ν. γλακτοφάγων Ἀβίων τε. Gloſſulæ. ἔστι δὲ καὶ ἔθνος ἐν Σκυθίᾳ Ἀβίοι, οἱ καὶ Ἀμάξοβιοι καὶ Νομάδες ὀνομάζονται: at Philoſtratus; οἱ δὲ, ἐκ τῶν ἄνωθεν Μυσῶν ξυμμάχων, ὡς Ἄβιοι τε οἱ Ποντικοὶ καλοῦνται, καὶ ἵππων ἀμολγοὶ, ἐκ τὸ γάλα αὐτῶν πίνοντες. Tu conſule Strabonem lib. ζ.

Γενέτης) Schol. Græc. ὁ συμβουλος. καὶ παῖς. ὁ ποιήτης.

Νίκην) Schol. Græc. Νίκας γὰρ καὶ ἐνταῦθα τὰς ἄλλας ἄλλων εἰκόνας.

Πῶλον ἐφεζόμενον) *Bandurius*. Nemo, quod ſciam, ex Scriptoribus meminit hujus ſtatuæ equeſtris Juſtiniani in Hippodromo erectæ; nam Procopius & Svidas, quos laudat ſupra Brodæus, non de hac ſtatua Juſtiniani equeſtri, quæ in Hippodromo poſita erat, ſed de illa quæ in Auguſteone cernebatur, (de qua nos pluribus ſupra obſervavimus) loquuntur: unde facile crediderim, epigramma hoc ac ſequens ſpectare ad ſtatuam Juſtiniani equeſtrem, quæ erat in Auguſteone, titulum vero illum male inſcriptum ab eo qui primum hæc epigrammata in unum collegit; ſive id factum putarim ſcribæ inſcitia.

Τῷ Ἰουστινιανῷ) Schol. Græc. Τὰ μετέωρά φησι, τὰ οὐράνια, μὴ μὲν τὰ ἐν καταισχυνθῆναι ἀποστείλαι ἀναδεῖν, καὶ ἐπὶ τῆ χώρα ἐπιστρατεύσαι τῷ Βυζαντίῳ.

394. Πῶλον) *Brodæus*. πῶλον. Equum. Βασιλῆα prope imaginem collocatam. ἄνακτα. Juſtinianum. Ἀσσυρίων. Perſicarum manubiarum. ἀντολίης. Orientis.

Ζωγράφησαν) Schol. Græc. ἔγνω ὁ κατασκευάσας τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη. ἐν γὰρ ἔπαρχος τῆς βασιλέως Ἰουλιανός, ὡς ἐκ τῶν ἑξῆς δηλοῦται.

Στῆσεν Ἰουλιανὸς) *Bandurius*. Ille fortaſſis Julianus hanc Juſtiniani equeſtrem ſtatuam erexit, qui, ut ſcribit Victor Tunnenſ. urbis Præfecturam geſſit anno trigeſimo nono Juſtiniani. Fuit item Julianus Præfectus Prætorio Coſſ. Lampadio & Oreſte. De Juliano vero fratre Summi, qui fuit Juſtiniano a Secretis; & Legati officio functus eſt apud Homeritas & Æthiopes, necnon apud Choſroem, loquitur Procopius de Bellis pag. 61. 88. & 103. E. R.

Τοῦ αὐτοῦ) *Bandurius*. Perperam hunc titulum præfixit huic epigrammati is qui primum hæc epigrammata in unum collegit, niſi id factum ſit ſcribæ inſcitia; nam non Juſtiniani hæc ſtatua fuit, ſed Juſtini Junioris, ut cum ex ipſo epigrammate liquet ubi legitur Ἰουστῖνος βασιλεὺς, tum etiam magis conſtabit ex iis quæ infra dicturi ſumus. Cæterum Lubinus perperam vertit hunc titulum, *In columnam ejuſdem in portu*. στήλη hic *ſtatuam* non *columnam* ſignificat. pag. 842.

Ἐν τῷ λιμένι) *Bandurius*. Hoc eſt, in Porta Sophiano, qui prius Juliani dicebatur; de quo Porta Sophiæ loquitur Anonymus noſter ſupra n. 125. & 126 qui ſane Scriptor Juſtino Juniori hujus portus ſtructuram attribuit. Vide quæ de eo ibidem adnotavimus.

Θεόδωρος ὕπαρχος) *Bandurius*. Ex his apparet Theodorum Præfectum ſtructuræ Portus Sophiani præfuiſſe, non vero Narſetem Patricium & Præpoſitum ac Troilum Protoveſtiarium, ut ſcribit Anonymus num. 126. Cæterum fallitur Brodæus dum Ἰουστινιανοῦ pro Ἰουστίνου ſcriptum putat: Juſtini enim Junioris hæc ſtatua fuit, ut ſatis apparet ex prædictis.

Ἰουστίνου) *Brodæus*. Ἰουστίνου ἀντὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ ut ſtatim. Ἰουστῖνον καὶ χρόνον. ἑὴν. ſuam γαλήνην. quam non ſolum portubus ac littoribus, verum etiam univerſo terrarum orbi attulit Juſtinianus.

Πετάσας γαλήνην) Schol. Græc. ἐκτείνας, ὑφαπλώσας γαλήνας τῆς θαλάσσης, τοῖς γὰρ βασιλεῦσι γαλήνην ἐκάλουν.

395. Εἰς εἴσοδον τῆς Ἱερείας) *Bandurius*. Hoc eſt, *In veſtibulum Palatii Hierei cognomine*. Perperam hunc titulum interpretatur Lubinus ſic, *In introitum Sacerdotis*. Perperam & Brodæus adnotat; τῆς ἱερείας. *Ita vocatur ædes divæ Mariæ Virginis a Juſtiniano extructa*. Hieriam ſiquidem Palatium, quod inter Palatia Aſiatica celeberrimum fuit, a Juſtiniano Auguſto conditum fuiſſe ſcribit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 11. ubi illius magnitudinem ac elegantiam pluribus commendat. De hoc ipſo Palatio loquitur & Anonymus noſter n. 167. qui a Juſtiniano conditum illud fuiſſe ſcribit, & poſtmodum a Juſtino & Sophia exornatum. Vide noſtras ibidem Notas. Ad hoc vero Palatium ſuburbanum videntur ſpectare tria alia epigrammata a nobis infra edita n. 410. cap. *In Hortos*.

Εἰς στήλην Θεοδοσίου) *Bandurius*. Hoc epigramma ſpectare putat Ducang. ad ſtatuam equeſtrem Theodoſii Magni, quam in Foro Tauri ſupra Cochlidem columnam erectam fuiſſe ait idem Ducangius; ſed fallitur, cum ſtatua illa Theodoſii Magni quæ Cochlidi columnæ inſidebat, non fuerit equeſtris, uti ſupra n. 48. demonſtravimus.

Ἀντολίηθεν) *Brodæus*. ab Oriente. Θεοδόσιε. Theodoſi. Paulus Diaconus lib. 58. πόλον μέσον. ob erectam ſtatuam. alludit interim ſemper ad ſolem. πόλον. cœli ἀγλαΐαν. ſplendidius. ὑπερφανὸν. προδεδομένον, εἱμμένον.

Ὠκεανὸν παρὰ ποσσὶ) *Bandurius*. Hinc fortaſſis, inquit Ducangius, Poeta ait ſtatuam hanc Theodoſii Oceanum & Continentem ſub pedibus habuiſſe, quod in columna cochlide, cui inſidebat ſtatua illa equeſtris, expreſſa erant prælia navalia ac terreſtria. At cum columnæ Cochlidi non inſideret præfata ſtatua, uti paulo ſuperius monuimus, hanc fortaſſis ob cauſam Poeta dixit, ſtatuam Theodoſii Oceanum & Continentem ſub pedibus habuiſſe, nimirum quod in loco eminentiori & fortaſſis declivi nec procul a mari erecta eſſet. Sed hoc eſt divinare. 396.

Κατὰ τὴν καλουμένην Βασιλικὴν) *Bandurius*. De Baſilica loquitur Anonymus noſter n. 78. Vide noſtras ibidem Notas. De hac autem ſtatua quam Byzantii poſuit in Baſilica Calliades Byzantinus dux loquitur & Heſychius Mileſius, ac idem epigramma quod ſtatuæ illius inſcriptum erat, profert: Ἐπὶ δὲ τούτῳ Καλλιάδης στρατηγὸς τοῦ Βυζαντίου ἅμα τε πρὸς

nymus noſter ubi de Porta Sophiano n. 126. Federicus autem Morellus optime interpretatur hoc epigramma, quidquid dicat Ducangius; nam ſi ad ædem ſanctæ Sophiæ ſpectare credidiſſet hoc epi- Edit. Pariſ. pag. 845.
398. gramma, non quidem Auſoniæ Dominam vertiſſet, qui titulus paſſim tribuitur Imperatricibus Romanorum. Ad Palatium autem Sophianum pertinet etiam epigramma Mariani Scholaſtici a nobis infra editum n. 420. Sed vide quæ de Palatiis Sophianis ad Anonymum noſtrum adnotavimus n. 166. Cæterum fallitur Brodæus dum Sophiam Juſtiniani uxorem appellat.

Ιουστινον) *Brodæus*. Ιουστινον. Juſtinianum. ϑεσπέσιον. divinum.

399. Εἰς εἰκόνα Θεοδωρίδος) *Bandurius*. Hoc ac ſequens Pauli Silentiarii epigramma ſpectare putat Ducangius ad ſtatuam Theodoræ Auguſtæ quæ erecta erat ſuper columnam purpuream, de qua loquitur Procopius lib. 1. de Ædif. cap. xi.

Χροιῆς) *Brodæus*. χροιῆς. coloris. φαέθοντίδα. ſolis ſplendorem.

Χρύσεα βόστρυχα) *Brodæus*. Aureos & flavos crines. μέσφιον χαρίζεται. pulchriores quam re vera ſint pingens, pravitates ac vitia abſcondens & deterens. κλέψαι μιν. ἀποκλέψαι.

Χαρίζεται) Schol. Græc. Παρὰ γραφὰς τῷ ἀρχετύπῳ χαρίζεται. αὐτὸ δὲ τοὐναντίον ἡ εἰκὼν ποιεῖ τὸν γραφομένην ἀδοξοτέραν.

Ηρακλες) *Bandurius*. Hoc idem epigramma, quod olim proculdubio baſi ſtatuæ Herculis inſcriptum erat reperitur Venetiis in Palatio Erizzorum lapidi inſculptum, ut ſcribit Sponius Miſcell. Erud. Antiq. pag. 51. Cæterum hæc duo epigrammata in illam ſtatuam Herculis æneam quæ in Hippodromo Conſtantinopolitano erat crederem facta, niſi quod hæc Lyſippi opus dicitur, illa vero Lyſimachi. Vide quæ de Hercule æneo Lyſimachi in Hippodromo Conſtantinopolitano erigebatur, ſcribit Nicetas Choniates in tractatu de ſtatuis Conſtantinopolitanis, a nobis hic edito n. 311. & ſeqq. & noſtras ibidem Notas.

Πτόρϑο.) *Brodæus*. πτόρϑοι. clava. Νεμαίου. Nemæi leonis. τόξων. ſagittarum. ἰοδόχον pharetra. σὸν. tuis. ὁ πτοιούς. amor.

400. Πῇ σοβαρὸν μίμημα) *Bandurius*. Hunc verſum nos emendavimus; Septimius Florens Chriſtianus hujus epigrammatis interpres ſic illum interpretatur

At tumor ille animi, quem quis ſaxa tam ſq; remiſſum?

Qualem hic deſcripſit Poeta ſtatuam hanc Herculis, tali penitus forma fuiſſe illam ejuſdem Herculis in Hippodromo apparet ex Niceta n. 312.

Ο πτοιοῖ) Schol. Græc. ἀντὶ τὸν Ο ἐρῶν ἔρωτα, ὃ εἴδωλον τῇ ἰσοφυΐᾳ τοῦ Ἐρωτα παιδὸς φασὶ τὸ Διὸς ἐπιδόντος, ὡς Σοφοκλῆς Τραχινίαις.

Ηρη) *Brodæus*. Ηρη. Juno. ἰὸν. arcus. ὄζος. clava. ϑρεπτεῖρα. ϑρεπτήρια. ἄχος ἀντήεσσα. Omphales amor, aut Iole. id declarat Ovidiana Dejaniræ ad Herculem epiſtola. καὶ ὁ ξένος, novum atque incredibile. κύκνον. olorem, poſito fulmine. πατρικόν. privavit.

401. Περσεὺς) *Brodæus*. Περσέως Πέρσευ. Perſei geſta Andromedam ſervantia, ex Aſpide Herculis Heſiodiani, Naſonis transformationum libris, Higinii volumine 2. Diodori 4. Lycophronis, Apollunii, Pindari commentariis perſpicua ſunt. ὁ ἀρτεμά. Gorgonis caput. λιϑοδερκέα. quæ quidquid aſpiceret, in lapidem convertebat. κῆτος cetus devictus. ἄϑλον. Andromeda. κασσιέπεια. Hujus crimine, quæ ſe forma Junonem aut Nereidas anteire gloriabatur Andromeda filia nil delinquens balenæ expoſita eſt. ἅλωσαι. placet ἀλαλὰ. nihil enim temere effutiverat filia. ſignificat & ἀλαλα infantem. χαμαὶ Andromeda. ἀϑέλ, conſueta. νάρκα. torpedine diu enim illic ſteterat. ποϑεῖν. caſtigo ποϑεῖν niſi ad γάμον referre malis, aut δίμας ooo τόδε emendandum. ὁ δὲ μνηστήρ. Perſeus. τὸ γέρας. Andromedam.

Σὺ πέδιλα) Schol. Græc. Τοῦ δῶρα ταῦτα ἐδωρήσαντο νύμφαι τῷ Πέρσει ἐπὶ Μέδουσαν ὁρμωμένῳ. περὶ δὲ τοῦ δώρου τούτου μέμνηται Παυσανίας ἐν Λακεδαίμονι, ἔνϑα διηγεῖται περὶ τοῦ ἀγάλματος τοῦ χαλκιοίκου, ὅτι πολυίχνο Αϑηνᾶς. αἱ Γοργόνες ἐργάζεται αὐτὴ ἐπιχώριος.

Καρδιὴ) *Brodæus*. Καρδίς. hujus pater. ἀπ' ὀφϑαλμῶν. oculorum judicio. Νηρέων γείτονα. e vicino mari emerſit. κάμε. hoc fecit. βλεφάρων καὶ πραπίδων. oculorum & mentis. pag. 846.

Η ζωγράφος ἀείδετο πέτρας) *Bandurius*. Fortaſſis hoc epigramma Arabii Scholaſtici pertinet ad ſtatuam illam Andromedæ, quæ Iconio Conſtantinopolim una cum Perſei ſtatua advecta fuit, tempore Conſtantini Magni; quæ quidem ſtatuæ in magno Balneo Conſtantini prope Tzycaniſterium erectæ fuere, ut ſcribit Anonymus noſter n. 63. ubi vide quæ hac de re monuimus.

Εἰς εἰκόνα Ελένης) *Bandurius*. Epigramma hoc Arabii Scholaſtici ad illam fortaſſis Helenæ ſtatuam ſpectat, quam graphice deſcripſit Nicetas Choniates in tractatu de ſtatuis Conſtantinopolitanis, a nobis hic edito, num. 317. & ſeqq. 402.

Ηι πάντα, &c.) *Brodæus*. Ηι πάντα βότης. Paris paſtor. ξεῖνον ζῶσα. quippe quem Menelaus domi ſuſceperat.

Εἰς Σκύλλαν χαλκῆν) *Bandurius*. Anonymus noſter n. 115. inter ſtatuas quæ Conſtantinopoli in Hippodromo erectæ erant, Scyllæ ſtatuam enumerat. Nicetas item Choniates in laudato opere de ſtatuis CP. n. 314. unde crediderim hoc epigramma inſcriptum fuiſſe baſi prædictæ ſtatuæ, quæ in Hippodromo viſebatur.

Εργαστο) *Brodæus*. ἐμμεμαυῖα. εἴσω. putaſſet. νῆες. naves.

Εἰς ἄγαλμα Αφροδίτης τῆς ἐν Κνίδῳ) *Bandurius*. Hæc ſtatua Veneris Gnidiæ, opus Praxitelis, in quam facta ſunt hæc epigrammata, deſcribitur a Cedreno p. 322. E. R. qui eam ſteti ſſe Conſtantinopoli in Lauſi Palatio ait. De hac autem ſtatua Veneris præter Scriptores veteres conſulendus etiam Conſtantinus Porphyrogenitus lib. 1. de Themat. c. xiv. Cæterum hæc ipſa ſtatua poſtmodum Conſtantinopoli Romam advecta fuit; deinum Florentiam, ubi in Regio Gazophylacio, veluti artis ſtatuariæ prodigium, aſſervatur. Ad hæc epigrammata in Venerem Brodæi tantum Notas apponere viſum eſt; & quidem brevitatis gratia paſſim abſque ejus nomine; ſicubi vero placuit aliquid addere, noſtrum nomen præmittimus. 403.

Κύπρις) *Brodæus*. Venerem e cœlo delapſam.

χορεῖα. Venere caret. εἰς Κνίδον ἐρχομένη. Venerem Gnidiam marmoream Euploiam a Gnidus nuncupatam, quam Praxiteles fecit, magni æſtimat Lucian. in Amoribus, eam omnium illius ſtatuarum pulcherrimam appellans, ut cui, amore captus Macareus Perinthius cum delituiſſet noctu cohæſit. Nec me fugit id Sami contigiſſe ab Athenæo literis eſſe proditum, qui volumine 13. Gnidiæ Veneris ſimulacro effingendo Phrynes amicæ corporis venuſtatem quaſi exemplar imitatum eſſe Praxitelem contexuit. Valer. Maximus. Vulcani conjugem Praxiteles in marmore quaſi ſpirantem in templo Gnidiorum collocavit, propter pulchritudinem operis a libidinoſo cujuſdam complexu parum tutam.

Ο σίδηρος) Praxitelis.

Κυπρογενὴς) A Paride 404.

Τὰν Κύπριν) Gnidiam.

Οὗτος) Praxiteles.

Συμβατέτη) Juno. τὸ Φρύγα. Paridem.

Αυτοὶ) Solus. δέξατο aſpexit. ἀρχῆτα. primas partes. παντοπτήσαν. omnibus conſpicuam ὁ τεχνίτης. 405.

Φασὶ) *Bandurius*. Primos hos quatuor verſus nos interpretati ſumus; nam Janus Cornarius qui Latinum fecerat hoc epigramma ſic illos vertit:

Quā videas Venerem Gnidiorum aſpreta tenentem,
Urit, adhuc dices, num Deus ipſa lapis? pag. 847.
Et deſideriam videas ſi Theſpiadarum
Hicclne, ajes, ignis, unde adamas caleat?

Αδρων) *Brodæus*. Suſpiciens. ὁ δ' ἐνὶ Θεσπιάδαις. Marmoreum Cupidinem a Praxitele factum. non is tamen eſt quem adamavit Alcidamas Rhodius. πῦρ ἀδάμαντι βαλεῖ. Adamantem omnium duriſſimum lapidem inflammabit. Heſychius, in voc. ... 406.

Digitized by Google

ξέσμα, perpolivit. μὴ δισσῇ. ſi uno hæc in loco poſita ſint.

Ἀφρογενοῦς Παφίης) Veneris Gnidiæ non Paphiæ, cujus ſimulacrum non eſt effigie humana ſed continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exurgens. inquit Tacitus. Maximus Tyrius. Venus a Paphiis colitur: cujus inſigne nulli rei magis aſſimile, quam albæ Pyramidi. at materia Pyramidis omnino ignota. Ἀτθίδα δερκόμενος. tres Athenis Minervas affabre factas Ariſtides perhibet. ἡ Ἀθήνησιν Ἀθηνᾶ, λέγω ταῦτα μὲν ἡ ἐλεφαντίνη· ταῦτα δ᾽ ἡ ἐν βουλῇ ἡ χαλκῆ. καὶ τὸ ἔτι γε ἡ βουλὴ ἡ λημνία. ἅπαντα ταῦτα. ὑπερβολὴν μὲν ἀρετῇ τῇ δημιουργῶν, τοῖς δὲ θεαταῖς ἡδονὴν ἔχει. Phidiæ Minerva auro & ebore conſtabat, ut teſtis eſt Plinius. Auri pondus refert Thucydides lib. 2. utrumque enarrat Ariſtophanis in pace ſcholiaſtes hoc verſu. φαῖτα μὲν γὰρ αὐτῆς ἦρξε Φειδίας. Plato in Hippia majore, quænam hujus ſigni membra ærea, quænam rurſum eburnea eſſent edocuit. Lucianus in imaginibus Lemniam omnibus Phidiæ operibus anteponit, cui & nomen ſuum adſcripſiſſe Phidiam refert. ab his qui eam dicarant nomen ſortitam credit in Attic. Pauſanias; nonnulli a loco qui eſt in arce Athenienſium Λίμναι nuncupato. unde & Dionyſius Λιμναῖος. Demoſthenes, κατὰ Νεαίρας. καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἔγραψαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου παρὰ τὸν βωμὸν ἐν Λίμναις. Iſæus. τὴν μὲν μίαν μισθοφοροῦσαν παρὰ τοῦ ἐν Λίμναις Διονύσου. Λίμναι χωρίον τῆς Ἀττικῆς nominat Ariſtophanis expoſitor. Ego Limnas in confiniis Meſſeniæ & Laconiæ naſciſcor, a quo Limnitis Diana, Tacit. quarto annalium, non Limenitis. Confirmat Strabo libro octavo. tametſi hæc in ejus hymno Callimachus, καὶ μὲν ἀγυιαῖς ἔσῃ καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος. Eſt etiam Diana Limnatis Artemidoro & Pauſaniæ Æream & Elephantinam Minervam ſignat Ovidius 4. de Ponto. *Arcis ut Actææ vel eburnea vel ærea cuſtos, Bellica Phidiaca ſtat dea facta manu.* Plinius Minervæ a Phidia elaboratæ in Parthenone aſtantis meminit, necnon Strabo lib. 8'. καὶ ὁ Παρθενὼν ὃν ἐποίησεν Ἰκτῖνος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον ἡ Ἀθηνᾶ. τὸ τε βοῶσαι, alta voce proſeres. οἱ βοῶντες. ac ſtatim βουκόλος δὲ ὁ Πάρις, bubulcus agreſti ingenio adoleſcens ac imperitus pulcritudinis æſtimator, formarumque judex. παρέδραμεν. præteriit.

Ἀρχῇ) Impers. τὰν δ᾽ ἐπὶ κλαρωτίδας. Elephantinam aut Limniam.

407. Ἄρεος ἔντεα ταῦτα) Ex Plutarchi teſtimonio Venerem armatam a Lacedæmoniis cultam ante oſtendimus, quæ ab ipſis auctore Pauſania Morpho cognominatur, ejus ſimulacrum in Laconicis depingente. ἐνδέδυσαι. induiſti. ὁ δὲ λελοιπας. ſi Martem Deum, bellique præſidem armis ſpoliaſti ac domuiſti. ἀνδρείοις. quos nuda facile ſubjuges de Marte triumphans.

Τὰν Κνιδίαν) Gnidiam aut Atticam. Παλλάς. Ipſa Minerva artium inventrix.

408. Εἰς ἀγάλματα ἐρώτων) *Bandurius*. Num hæc epigrammata εἰς ἀγάλματα ἐρώτων pertineant ad ſtatuas illas Amorum quæ Conſtantinopoli in Anemodulio erectæ erant, affirmare non auſit Ducangius. Vide quæ de illis habet Choniates in tractatu de Statuis CP. n. 308.

Νήπια) *Brodæus*. νήπια. pueri. σύμπαντα: ſcepta. κύμβαλα δὲ πλαταγῇ. Bacchus Ariadnam amavit. Jupiter ſeacentes. Mars Venerem. Apollo Daphnen. Neptunus Amymonen. Hercules Iolen. Luna, id eſt Artemis, Endymionem. Mercurius Penelopen. Ἄλλο δὲ τρίαιναν. Neptuni dei maris tridentem, fuſcinam. καὶ πόλον. deos cœlites.

Κοσμοῦνται) *Brodæus*. κοσμοῦνται. ornantur. ὅπλον. ὅπλα. enſem. clypeum. λαμπάδ᾽ Ἀρτέμιδος. quædam Dianæ ſimulacra (quale Segeſtanæ fuiſſe apud Ciceronem legimus) faces præferentia enumerat Pauſanias. Idem autem Dianæ & Lunæ numen, nec aliam ab Hecate tædas ſemper geſtante priſci exiſtimaverunt. id fulcit Stephanus in voce Αἰθιόπιον. Cleomedes. αὐτὸ τὸ ἠλίου ἢ σελήνης φῶς ἔχει. mox ſubjicit. φανερὸν δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐπὶ διέδου δᾳδων τοῖς εἰς τὰ ἀρτεμίσια ἰοῦσι. quæ ſi non placent, his certe acquieſces, quod Dianam facibus pictores & poetæ inſigniunt, quoniam a Jove, ut cecinit Callimachus in ejus hymno, φωσφορίην petierit, eamque a patre ſit conſecuta, nam ſtatim aſſuit. τοῦ δ᾽ ἔνεμεν τοίην αὐτοὶ δὲ φλογεῖ δᾶες πάϊς. οὐκ ἄχθει. οὐ νέμεσις. non moleſtum ſit hominibus. δαίμονες. dii. οἷς. ἔρως.

Edit. Pariſ. pag. 848.

Εἰς ἄγαλμα νυμφαῖς) *Bandurius*. Plura in urbe Conſtantinopolitana Nymphæa ſeu receptacula aquarum extitere; ſed in his præcipuum fuit illud quod Valens extruxit ſeu potius ſub Valente Præfectus urbi Clearchus, ut ſcribit Socrates lib. IV. cap. VIII. ubi quod Νυμφαῖον Cedrenus & Zonaras appellant, ille Τδρεῖον vocat: Τοῦ ὑδραγωγίου καταχθέντος εἰς τὴν πόλιν, Κλέαρχος ὕπαρχος Τδρεῖον μέγιστον κατεσκεύασεν ἐν τῇ τοῦ Θεοδοσίου ἀγορᾷ καλουμένῃ, ὃ ἐφ᾽ ᾧ ἑορτὴν ἱλαρὰν ἦγεν ἡ πόλις. Sed num huic Nymphæo inſcriptum fuerit hoc epigramma ex Scriptoribus non liquet. 409.

Ἄφθιτα) *Brodæus*. ἄφθιτα. nullis caloribus exſiccata.

Εἰς κῆπον παράλιον) *Bandurius*. Hæc tria epigrammata *in hortum prope mare* ſpectare ad Palatium Heræum, a Juſtiniano extructum, putat Alemannus in Notis ad Hiſt. Arcan. Procopii pag. 148. E. R. iiſque maximam lucem affert id quod de hoc Palatio & portu narrat idem Procopius de Ædif. lib. I. cap extremo; quæ quidem cum ſint longiuſcula non exſcribo.

Χθονὸς ὕδωρ) *Brodæus*. χθονὸς ὕδωρ, νῶτον παράλιον. ἀπλωτα, corrige πλωτά. χέρσῳ νῶτα. Homericum illud reſpicit. νῶτα θαλάσσης. βυθόν. mare. ἐν πηγαῖς. fontibus. χεύματα τηθύων. mare circumfluum. 410.

Ἐριδμαίνουσι) *Brodæus*. ἐριδμαίνουσι contendunt. τίνος πλέον. quatum potiſſimum eſt hic locus.

Εἶξον) *Brodæus*. Ego caſtigandum exiſtimo ξεῖνον ἐμόν. & κλίτας non κλῖτας: nec κλίται: obliteror. δενδρίτιδες. quæ arboribus præſunt. συνθεσίην. conventionem. pactam. κυανοχαίτου. Neptunus. 411.

Κλίται) Schol Græc. ἄλσος καὶ τέμενος. ὅπου καὶ Λυκόφρων.

Φρίνα) *Brodæus*. Φρίνα, hominum ἀγριώτερον. quibus durior eſt. ἄλλος Ἀγχίσης. nam ab altera Venere amabitur. in eum ſenſum ἄλλος Ἄδωνις prolatum eſt. ἀμφιβόητον. celebre.

Εἰς τὸν ἐν Ἱπποδρόμῳ τετράπλευρον κίονα) *Bandurius*. Duo epigrammata adſcripta leguntur baſi illius Obeliſci, qui etiamnum in medio Hippodromo Conſtantinopolitano extat; alterum quidem Latinum in latere ſtylobatæ Orientali; quod a nobis editum eſt infra n. 523. ubi vide quæ de eo adnotamus; alterum vero hoc Græcum, quod in latere ipſius ſtylobatæ Occidentali inſculptum videtur, ut refert Jacobus Sponius in Itinerario, ubi deſcriptum habetur hoc idem epigramma. Sed dubito quin ab eo ſit diligenter lectum, cum ibi pro C. ſemper habeatur S. Latinum. Obeliſcus autem hic factus eſt ex Thebaico lapide, ut ſcribit Gyllius lib. II. cap. XI. Vide quæ de hoc obeliſco habet Anonymus noſter ſupra n. 75. & noſtras ibidem Notas; necnon n. 205. ubi de Hippodromo. 412.

Θευδόσιος) *Bandurius*. Theodoſius Magnus, non vero Junior, ut perperam ſcribit Anonymus noſter n. 75. erigi curavit hunc Obeliſcum, Indict. 6. Valentiniano Auguſto IV. & Neoterio Coſſ. ut auctor eſt Marcellinus Comes. Proclo autem curante, id actum eſt, non Architecto, ut perperam adnotat Brodæus, ſed Præfecto urbi: Proclus enim Patricius eo ipſo anno, quo Obeliſcus erectus eſt, & ſuperiore, urbis Præfecturam obtinebat, ut patet ex L. 5. Cod. Theod. de Agentibus in rebus & L. 3. de Tut. & Curat. C. eod. tit. pag. 849.

Πρόκλῳ) *Brodæus*. Proclo Architecto. καὶ τόσον. tam inauditæ magnitudinis & ponderis. ἔστη. erectus eſt. ἠελίοις. diebus 32.

Εἰς τὰ λουτρὰ Μαρίας) *Bandurius*. Hoc eſt, ut ſcribit Ducangius, *in Balneas Mariæ*, Stilichonis ſcilicet filiæ, primæ Honorii Auguſti conjugis, quæ quidem fuerint ex binis Honorianis Thermis; nam Thermæ Honorianæ ab Honorio Auguſto ædificatæ, aliæ in Regione 413.

quinta, aliæ in decima tertia ſtatuuntur in veteri Urbis Deſcriptione. De his Thermis Honorianis vide quæ habet Ducangius CP. Chriſt. lib. 2. pag. 93. E. R.

Παρακείμενον τῷ τῶ Ζευξίππου) *Bandurius*. De Balneo Zeuxippi pluribus egimus ſupra in Notis ad Anonymum noſtrum n. 65 & infra n. 438. ubi de ſtatuis quæ in eodem Balneo Zeuxippi erectæ erant. Cæterum putat Ducangius ad hoc ipſum Balneum ſpectare & illud aliud epigramma ejuſdem Leontii a nobis infra editum n. 415. quod incipit: Δειματό με ξυνοῖο, &c.

Ζεύξιππι) *Brodæus*. Procopius. πρὶν βαλανεῖον, ὁ Ζεύξιππος, αὐτομεγάλας τοιε, τοῦτο δὲ ἔργα τῶ βασιλέως τυγχάνει ὄντα. Socrates in Eccleſ. hiſt. φρύγεσιν εἰς τὸ λοτρὸν τὸ δημόσιον, ᾧ ἐπώνυμον Ζεύξιππος. Hoc in ſecunda urbis Regione fuit. ἐρωτύλος. puer, infantulus. vox eſt ab ἔρω & τύλος. pudendum, compoſita. amarorculus.

414. Οὐ ψαύσατε μύδου) *Brodæus*. Ulyſſis commilitones. Odyſſ. 9. deguſtato loti fructu, Quintiliano, guſtu cujuſdam graminis deliniti ad naves redire ægre ferunt. De loto habes apud Herodot. Theophra. Strab. Athen. Plin. Dioſc. incolarum erga peregrinos hoſpites humanitatem intellexiſſe nobis tantum Dionyſius in ſitu orbis videtur, cum ait φιλοξείνου γεγαῶτες, ſuos foris in tranſitu commendant homo Afer. per lotum voluptatem deſignaſſe Homerum cenſet Maximus Tyrius φερτέρων. veterum Poetarum.

Ψεῦδος) *Brodæus*. Sententiam. ἰναχίου χθονός. Argivis. Amymones fontis aut Lernæ. Argis coli Junonem nemo neſcit, cum tamen hæc civitas Ἄργος δίψιον ſit nuncupata. aliam ea bis quæ Junoni ſacræ ſunt aptius forte nominaſſet. ἐπιδιψίδιον. propter aquas iſtas.

Εν δὲ λοετροῖς γυναῖκες, καὶ ἄνδρες) *Bandurius*. De his Balneis, in quibus una lavabantur viri ac mulieres mentionem facit & Palladius in Vita Chryſoſtomi cap. XIII. quæ quidem ἀνδρεῖα ἀνδρογυναῖα λουτρά, *communia virorum ac mulierum lavacra parum pudica* appellat idem ſcriptor. Vide quid de iis duplicibus ſeu mixtis balneis habent Caſaubonus ad Spartianum, Philander ad Vitruvii lib. v. c. x. & Jacobus Gothofredus ad L. III. Cod. Th. de Cuſtodia reorum. Cæterum habetur Bononiæ Vetus Inſcriptio, quæ ſpectare videtur ad ejuſmodi Balnea: IN. HUJUS. BALNEI. LAVATIONE. HS. CCCC. NOMIN. C. AVIASI. T. F. SENECÆ. F. SUI. T. AVIASIUS. SERVANDUS. PATER. TESTAMENT. LEGAVIT. UT. EX. REDITU. EJUS. SUMMÆ. IN. PERPETUUM. VIRI. ET. IMPUBERES. UTRIUSQUE. SEXUS. GRATIS. LAVENTUR.

Ερωτος) *Brodæus*. ἔρωτος. τῆς ἀφροδισίου. τὴν μεγάλην. quam homines plerumque frænare nequeunt. ἐλίγο. In janua balnearum proſtans. μειλιχιώτερον. ſuavior. homines quoque adverſis in rebus plus aliquando timor quam ipſe rei eventus ſollicitat. Cicero: *Sed plane animus qui dubiis rebus forſitan fuerit infirmior, deſperatis confirmatus eſt multum*. Xenophon. λέγεται σὺ ἔργ ὡς ὁ φόβος τῆ ἐγγὺς κακῶν μᾶλλον καλάζει τοὺς ἀνθρώπους. ἴδειν τοῦτο λέγειν. Ex Homero. & Virg. Georg. I. *Thetis emat omnibus undis*; manifeſtum eſt matrimonia olim quædam, per coemptionem quandam fieri ſolita. decipiuntur itaque qui illud emat pro accipiat ea Feſto ἀπλῶς exponunt. Hoc delebat No.

Edit. Pariſ. pag. 850. Marcellinus in opuſculo de doctorum indagine.

Τῷ δημοσίῳ ἐν Βυζαντίῳ) *Bandurius*. Hoc item

415. epigramma Leontii Scholaſtici pertinere putat Ducangius ad parvum illud Balneum, quod erat proxime Zeuxippi Balneum; in quod extat Diſticho ejuſdem Leontii a nobis ſupra editum num. 413. nam δημοσία voce Zeuxippus intelligitur, uti pluribus obſervavimus ſupra ad Anonymum noſtrum ubi de Zeuxippi Balneo.

Κρατῖνος) Svidas. πολυμήχανος [illegible]. Athenienſibus. δημοβόρος. mordacas. ἐθόωσεν. acuit. fecit.

Ὀπλοτέρης κώμου) novæ Comœdiæ princeps Me-
471. nander. fuit autem vetus, media & nova Comœdia. docent hoc innumeri: quorum præter Solinum complures in Sicilia, Athenæi dipuos. ἐν ληναίῳ Ἀττικῷ, Euſtratius a Suſarione Megarenſi inventem cenſeot. ἀθρόντιο. furtivi & violenti concubitus.

Ἀδρόντια κεῖνος) Schol. Græc. τὰ μὴ ὄντα γάμου.

Ἀμφιτρύων) Amphitryonem Jovis & Alcmenæ filium Somniorum & oſtentorum divinationes inveniſſe perhibent: licet vatem neget fuiſſe Christodorus. ἀπερρώγασιν: nam Daphne virgo in laurum verſa eſt. ταφίους νίκας. hac lege Amphitryoni nupſit Alcmena, ut mortem fratrum a Telebois cæſorum

Edit. Pariſ. pag. 864. ulciſceretur. hiſtoriam perſequuntur, Apollonii & Lycophronis ſcholiaſtæ, Apollodorus lib. 2. ac Heſiodus in ſcuto Herculis, qui Plauto in amphitryone lucem afferunt. hinc ſuperacis tripodem Apollini Iſmenio ſuſpendiſſe narrat Herodotus. Teleboidea vero & Taphias inſulas eaſdem eſſe Plin. lib. 4. cap. 12. Strabo lib. 10. & Heſiodi eo quem ſignavimus loco gloſſographi fatentur. habitarunt & Caprearum ſcopulum Teleboæ, auctore Annal. 4. Tacito. Stat. in Sylvis. *diter Capreæ, virides reſultans Teleboa*. in vulgatis codicibus Taurubulæ corrupte legitur. Virg. *Teleboum Capreas dum regna teneret*. Adi lib. 2. Apollodorum. ἀμφοτέρων. quæ Herculem peperit.

Σπαρτιάτης) Bellum quod inter ſe geſſerunt Athenienſes & Lacedæmonii. ἀμαρτίη. quod perdidit & delevit Græciam.

Ὠγυγίων) Antiquorum eb Ogygio vel Ogyge ve-
472. tuſto Thebarum rege. ἀπείρων δυάς. Aſia & Europa.

473. Ἀχαιμενίδαο) Perſæ. μούνα κοίρανε. Cyrnobaſim conſcripſie. M. Tullius in lib. de divin. Xenophonti eo ſuſenii ſequeretur ea Cyrum. Epicurum abrada. πλατωνίδος. maluiſſem Socraticæ dicere. nam quemadmodum fuerint inter ſe enimati Plato & Xenophon, ex Athenæi 11. & Laertio pertritum eſt, tametſi libentius Gellium lib. 14. cap. 3. audiendum cenſeam.

Ἀλκμαίων) Alcmæonem ex Amphiarao enixa eſt Eriphile, qui patris mandato obſequens in matrem ſceleratam impie animadvertit. Thucid. lib. 2. ὁ Ἀλκμαίων ὁ μάντις ἔλω. Nos vel Alcmæonis Athenienſis ſtatuam fuiſſe auguramur, qui Olympia ſuorum civium primus biga vicit, atteſtante Iſocrate, vel Alcmæonis Crotonienſis, cujus vitam perſtringit Laertius, quem Stobæus & Ariſtoteles advocent Ἀλκμαίωνα. Ego in hoc, Chriſtodoro non adhæreo. magnum ſiquidem eſt inter Alcmanem & Alcmæonem diſcrimen, tametſi Pindarus Ἀλκμᾶν pro Ἀλκμαίων extrita ſyllaba detruncet.

474. Αὐσονίων) Romanorum. [illegible] μαχαίρας.

Iſaurica gens Chriſtodori ætate ob crebras excurſiones & latrocinia quibus finitimos agros depopulabatur, infeſtamque provinciam reddebat, ob idque Conſtantinopolitanis Imperatoribus moleſta, gloriam aliquam perinde ac bellicoſa eſſet, conſecuta eſt. Indicat Ammianus Marcell. Sozomenus: Iſauri quoque latrones maxima multitudine, quo vitio ſemper videntur laboraſſe. Strab. [illegible] Ἰσαυρικὴ κώμας δύο ἔχουσα ὁμωνύμους. ἣ μὲν παλαιὰ καλουμένη οἰκουμένη. ὑπήκοοι δὲ ἦσαν ταύτας, καὶ ἄλλας κώμας συχνάς. λῃστῶν δ᾽ ἅπασαι κατοικίαι. Dion. Ἴσαυροί τε γὰρ ἐκ λῃστῶν ἀρξάμενοι. inde juriſconſultis Iſaurus latro eſt. Conſtantius Hermenopulus. ὁ διάταξις βούλεται τοὺς λῃστὰς καὶ τοὺς ἰσαύρους, id eſt prædones & graſſatores. nunc per Iſauros, Armeni, Cappadoces, Cilices piratæ, Iberi, Paphlagones, Albani intelliguntur. de quibus triumphavit Pompeius. ταύρου. Tauri montis. Stephenus in verbo ταῦρος, & Arrianus lib. 5. & 8. ταῦρον δὲ ὁ καλούμενος. (ait Dionyſius) [illegible] ταυρόφρονες. [illegible] ἴθυνε γαίης. Ab Anaſtaſio junto prælio Iſauros debellatos in Eclogis Theodori legimus.

Μίλητος) Meletus fluvii.

Βιργίλλιος) Qui Virgilium per, i, enuntiant, ut 475.
Græci omnes, non Vergilium, hoc Epigramma in medio afferunt; in quorum ſententiam magis inclinat animus, quam Politiani. πατρίην ἠχώ. lingua latina.

Πορφύριος) Quatuor fuerunt agitatorum factiones. 476.
Veneta aut Cærulea, Albata aut Alba, Roſea raſſata rubra vel rubeus, Praſina quæ & viridis & virens. Domitianus ad has quatuor, alias aureti purpuratique panni addidit. Alciatus, Pomponius Lætus & Domitius, horum ludorum præmium mappam fuiſſe exiſtimant; a quibus valde diſſentio. Cur porro nullam hic mappæ fieri mentionem mirum videri non debeat? Tranquillus in Nero. Claud. Sed & in prætura mercede palmarum aurigarios fraudaverat. Quid? quod Coracis aurigæ capiti ut victoris pag. 865.
Coronam imponit Ammianus Marcellinus lib. 14. Quid? quod Circenſibus ſignum dari per mappam ſolitum. quod tali caſu (verba Caſſiodori lib. variarum tertio) fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem ut aſſolet avidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam qua tergendis manibus utebatur, juſſit abjici per feneſtram. hinc tractum eſt, ut oſtenſa mappa certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum. Martialis l. 12. *Cretatam Prætor cum vellet mittere mappam*. Qui autem dimittendi verbum ad præmium pertinere queat? Rurſum Tranquil. in Nerone. aliquo ſervo mittente mappam. χάλκειον. filium ἄνακ. Conſtantinopolitanus Imperator. ἤγειρε. ſtatuam ejus erigit. [illegible]. victoriæ præmiis. τοῦτον τοῖς ἄλλοις. in hoc eliis eotum ſimilem quod æream imaginem haberet. placet omnino μὴ iterum aſſumere, aut οὐ τὸν non νῦτον ſcribere.

Ἀνακτορέου θώκου) Ubi ſedebat Imperator. ἐλαύνοι. equos ac curſum impellebat. ἐτέων. annorum ſenum agitatorum qui multos annos populum delectarint. ἐπὶ νίκαις. cum toties alios vicerit.

Ἀνακτορέοιο θώκου) Schol. Græc. βασιλικοῦ θρόνου.

Ἐνδυμίωνα σελήνη) Figmenti cauſam omnibus no-
477. ri detegit lib. 2. Plinius. Aphrodiſæus. καθάπερ ὁ πρῶτος εὑρὼν Ἐνδυμίων τὸν δρόμον τῆς σελήνης, ἀγρυπνεῖν ταῖς νυξίν, καὶ προσέχων αὐτοῖς τῷ δρόμῳ, καὶ ζητῶν τὰς κινήσεις, ταῖς ἡμέραις ἐκαθεύδεν. μυθεύουσιν οὖν τὴν σελήνην ποθήσασα ταύτον καὶ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν καθεύδοντα, καὶ ἀπὸ [illegible] ἑαυτῆς [illegible] τῷ φιλοσόφῳ. Artemidorus Endymionem ἀστρολογίᾳ μάλιστα πάντων ἀνθρώπων προσέχοντα καὶ νύκτωρ ἐξηγρυπνοῦντα, δόξαι τῇ σελήνῃ συνεῖναι καὶ νυμφικῶς teſtatur. Lucianus περὶ ἀστρολογίας. καὶ Ἐνδυμίων μὲν τοὺς δρόμους τῆς σελήνης διετάξατο. φαέθων δὲ τοῦ ἠελίου δρόμον ὑπεκρίνατο. Alie Theocriti Scholiaſtes Idyll. 3. φιλαστρ. amavit in Latmo & Aſelenia montibus. Apollon. 4. Argonaut. commentarius. καὶ ἐμμεμαώς. ſuæ quoque Venetæ parcis. κρατί. caput. ὁ μογέων. facile, nullo labore. ὑφιστάμενον. adverſario nunquam præeunte, ſed tantum a tergo ſequente.

Ηἰδεῖν) Scribe Ηἰδὴν. γέρας. ſtatuam. ἄλλοι πο-λιοὶ. ſenibus. ſupra. αἱ δ᾽ ἑτέρων γέρας ἄλλο. κρείσσονες. præſtantiores. te ſæpius victorem. ἀντιπάλων δῆμοι. contrariæ factiones. ᾗ σε. cui te.

478. Οἱ νίκας παῖδες) Ut plurimum victores. οἷς νίκησε. quibus vicerat. οἷς ἔλαβεν. quibus victi fuerant adverſarii aurigatores.

Παυσαμένοις) Rude donatis & exautoratis. ἀεθλεύοντι δ᾽ ἐν μέτρῳ. adhuc in ſtadio decurrenti. γέρας. imaginem. οἷς. ſuos victores. ἀντιπάλων. aut a ſe victorum. In hoc ſumma Porphyrii dexteritas oſtenditur.

479. Αἱ πάντων φῦλον) Sectarum. ἀεὶ τὶ δ᾽ ἐθλεύοντα. adhuc artem exercentem, non ſenio confectum, nec poſt obitum ut cæteros. δῆμος. mea Veneta factio. οἱ δ᾽ ἑτέρη μοι. Ruſſati. Praſini. νίκην. victoriam. μήτι. nunquid. χρυσωνεῖς. victores agitatore Porphyrio. ἔσαξα χρυσοτέρους. nam victis prius a me eqais vici.

Νίκην) Schol. Græc. νίκας. ὅτε καὶ ἵππους. τὸ μὲ δοκεῖν τοῖς ἵπποις νικᾶν.

480. Τέχνης) aurigandi. καὶ νίκην ἐοῦσ᾽ ἀμαυρωμένην. a Porphyrio non recedentem. Homeri ἐτεραλκέα νίκην intuetur.

Κοίρανος Αὐσονίων.) Imperator Conſtantinopolitanus Venetis faveos, ſuoſque judicans.

Χρώμασι) Denominatis a colore. 4. factionibus. καὶ πέπλοις. pannis. χρύσεον καὶ χάλκεον. inaurata æreaque ſtatua illuſtris.

Ἄναξ) Imperator.

481. Ῥώμη) Conſtantinopolis. καρήνῳ. in capite. δῆμος. factionem. gregem. ἀντιπάλους, ſibi oppoſitos quadrigarios. καὶ ἑταίρους. ſui panni.

482. Τυχὼς ὀφθαλμοὺς) Illud reſpicit. δὶς καὶ δεκάκις ὀφθαλμοὺς. Heſiodus. πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς. ἕκαστα ὄμμα. nec alio ſpectat.

Edit. Pariſ. pag. 866. Μητρόων) Ζωτικὸν. ſupra. ζωτικὸν ἱππότην. ξείνων. novorum & inauditorum. βοώντων. elamante & obſecrante populo. διαβόσας. nam jam ſenex artem deſierat.

483. Ηνιόχων, καὶ ἄριστον) Dixit enim τροχαλὰς μάστιγας, καὶ ἄεισε δὲ.

Πρώτα) Primas. ſamper victor.

Ἔργα) Peritiam & victorias. Καλλιόπαν. Calliopam agitatorem. διπλοῦν ὄνομα τοῦτο. ſiquidem Porphyrius & agitatoris, & fortis militis gloriam nomenque invenit. Id apertius oſtendunt ſequentia epigrammata, ἥρων αὐτῶν. Porphyrius. ἀρετῆς, virtutis bellicæ.

484. Ἀκμῇ) Mucro, bellum in quo Imperator regem quempiam ſadit. πολεμαχῶ. in Hippodromo. πολύμητις. prudens.

485. Τυράννους) Pro eo depugnantes. ἀντιμαχήσας. cum Athenodoro rege dimicans. ἄναξ. forte Anaſtaſius Imperator αὐτοτύραννος. importunus tyrannus. Ῥώμης. Conſtantinopoleos. Αὐσονίης. Conſtantinopolitani imperii. ἔλαβεν. effulſit. τοῖς μέν. praſinis.

Ἀντιβίων) Aliarum factionum. ἀντιόχους. agitatores. δῆμος ἐν ἀμφοτέροις. Veneto & praſino potentiſſimis ſectis, in quas diviſus Byzantinus populus ſeditione orta magnas turbas concitavit, uti narrat Procopius.

486. Καὶ πάντων) Omnes, non τούτων. ἀγῶνας. Porphyrii. γέρας. ſtatuæ honos. τοσσατίων. tantorum. μεμερισμένα. cum verbi cauſa quis quoniam decies vicerit, ſtatua ſit donatus, & alius atque identidem alias, quot ſtatuas meruit Porphyrius plures unus quam ſimul omnes victorias adeptus? μεμερισμένα. aliis contributi ſigillatim honores, poſitæque ſtatuæ. τηλίκον nullo in honora.

Εἰ νέμεσιν) Quæ omne quod immoderatum eſt atque inſolens punit. ἀγάλματα. tibi ſtatuæ vice ſunt cives univerſi. περισσόν. omne enim cum hac fama tua collatum aurum, inutile cenſendam.

487. Ἄξια) Præmia quæ victoriæ tuæ merentur. μείζονα. quam ut compenſari queant. μέρος πρασίνων. Praſinorum factioni. ἀντιθαλέων. qui tecum certare audeant.

Πρόφρων χρόνου) Quod diu populo inſervierint. ἀγλαΐην. ſplendidam imaginem in munus.

Οἱ δ᾽ ἐπὶ νίκαις) Schol. Græc. οἱ ἄλλοι ἔργοις. οἱ μὲν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγῶσιν. 488.

Ἐτέων δυνάμει) Non canos ſans ſed victorias prædicans. κέντορας ἱπποδαμάντων. Sic apud Homerum. κέντορες ἵππων ῥυμᾶσι κομόωντες. Imperatoris juſſu.

Ἀλκῇ) Robore. ἐν σοφίῃ. equorum agitandorum peritia. σὸς δῆμος. factio tua. 489.

Σοφίης) τέχνης.

Ἐσμοὶ σεφάνων) Quia ſæpenumero viceris. παρέτραπεν. decepit, fefellit. ἵππειον γένος. os equi. ἄθλα νικῶν. ſtatuæ honorem. 490.

Πτόλις) Byzantium. ἐστήσατο πάρος. ante, σοὶ καμάτων γέρας.

Ὧ) Cui. φρένες. conſilium & prudentia. 491.

Δμήτορα) Omnes tibi ſubſervientes & cedentes.

Ἄξιον) Nihil ſane.

Πλήττο κατηφείης) Triſte & mœſtum erat. τοῖς ἐριδῶσι. cives pro colore ac panno amice contendentes. 492.

Κουρίζων) Adoleſcens.

Οἶκτον) Deeſt alterum τ᾽. μετὰ πότμον. poſt obitum tuum. 493.

Τύπον) εἰκόνα.

Εἰκὼ) Statuam. 494.

Σὺ δρόμον) Solis curſum ſuperat. ὧν γὰρ αἰνεῖται. iterum vides ἀπωλέτων non ὀλωλότων. mori eos non putat Christodorus, quorum laus perennis eſt. 495.

Σποτέρην γενεὴν) Patrem Fauſtinum & Uranium ſiguat. ὡς ἐπὶ χώρῃ. ut non inferiore aut minus honorato in loco poſita eſſet Conſtantini ſtatua.

Γείτονα μὲν γενεῇ.) Patri vicinam. εἴκελος. ἅδουσαν ἐπηγοροῦσαν. Placet omnino ἄδευ. ἱδρύσατο.

Οὐδ᾽ ἀνὴρ) Nec vir viros, nec adoleſcens adoleſcentes, tibi cedentes tantum. εὗρεν. invenisti. ἀλλ᾽ ἔτι κουρίζων. &c. ἤλικας. adoleſcentes. ἡβῶντας. Jam adultæ ætatis. pag. 86. 496.

Πόθῳ) Civitatis deſiderio. σῆς ἐνοίης. ſuæ erga te benevolentiæ. ἑ. ipſum Conſtantinum. λήθη. oblivio.

Μιν) Ipſum. ἐν δοιοῖς πέπλοις. cæruleam & viridem pannum intelligit. εἰς μίαν ἀγρυπνίαν. uno die. 497.

Ἕστατι) Sedent. 498.

Τοῖον γέρας) Statuam.

Εἰσέτι ζώοντος) Ante obitum.

Οὐρανίου νίκην) Uranio non certante.

Φαυστιάδῃ) Conſtantino Fauſtini filio. πελοποννησιάδην. qui Oenomaum Myrtili aurigæ perfidia vicit. Diodorus lib. 5. & Pindari gloſſematarius. ἐν αἰεὶ τὸ ὅμοιον. Homeri verſus eſt Odyſſ. ρ. quem explicat περὶ φιλίας Plato. 499.

Τὸν ὁμοῖον) Schol. Græc. Εἰς τὸν ὅμοιον παρὰ τῷ παρ᾽ Ὁμήρῳ, ἀπὸ Μελανθίου εἰς τὸν Εὔμαιον καὶ Ὀδυσσέα ῥηθέν. Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει. καὶ Ἀεὶ γὰρ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. 500.

Νίκαιαν) Nicææ natus eſt. ὁπλοτέρην Ῥώμην. novam Romam.

Βουλὴ) Senatus. Τυρίης πόληος. Tyros Phœniciæ eſt civitas. ἄνθεον. florebat. inerat. ἀντιπάλων. qui amabant adverſarios. 501.

Οἱ τέκνα ἀνεθήκαντο ἀμφὶς ἐφέλκοντες) Schol. Græc. γράφεται καὶ. Οἱ τέκνα σεφανοῦ ἀνεθήκαντο ἀμφὶς. ἀνάγκη δὲ δὲ ὅπως ἀναγνώσκειν βουλομένα αὐτὶ ἀμφὶ τεθεῖναι ἀμφὶς, ἢ παρέμπλεο τι ἄλλο τρόπον, τὸ μέτρον ἄλλως ὑφίσταται μὴ δυνάμενον.

Ηνιόχων ὁπόταν) Quoties alii certarunt. id eſt, palmam ſemper retulit.

Ἐπάρθη) Porphyrii ſtatua. Galen. τῶν μὲν ἀρχαίων καὶ τῶν ἡνιόχων εἰκόνας τοσαῦται ταῖς τῶν θεῶν ἀγάλμασι συνέδρους. Lucian. in Nigrino. καὶ τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα.

Ἴουλον) Primam habens barbam. βαιὸν. δόμα. 502.

Τὰ δὲ ὑπὸ) Structuræ. στέγη. στήριγμα. ſubſtentaculum. retinaculum.

Ηττηθεὶς) Nunquam victus eſt.

Λευκὸν) δῆμος. πέπλον. albatæ factionis. τοὺς τρεῖς tres alios pannos. 503.

Δράκων) Mercurii Necropompi caduceus in quo duos dracones invicem complexos inſculpebant. aut Pluto ἀπὸ τοῦ δέρκειν, ἢ διὰ τὸ φυλακτικὸν καὶ ἄγρυπνον. diaſpiter Lactantio, qui Gellio & Varroni eſt Jupiter. quid Plutarchus. εἰπὲ 504.

θριάμβους ἀγαγεῖν καλῶς τε ἐ παρδάκου καὶ λόντως. Χαίρων magis arrideret, *ἔθα*. periit.

Χειρ) Excuſſoris manus. *οἰκτείλα*. cum in vivis eſſet. *φωνὴν*. *δέμα*. ruſſati panni. ut ſupra *λευκὸ*. *τὸ νεῦμα*. curret ſignum ſi ei innuas.

505. *Εἰς τὸ ναὸν τῆς ἁγίας Ἀνδρέα, &c.*) *Bandurius*. Hoc Epigramma Heroelegiacum ac duo alia Iambica huic ſubjuncta, auctore Maximo Planude Monacho, viro inter Græcos recentiores celeberrimo, ſpectant ad ædem Sancti Andreæ *τῆ Κρίσεως*, vel *ἐν Κρίσει*, qui vir Sanctus ſub Copronymo multa ob cultum ſacrarum Imaginum paſſus a tyranno eſt, & in urbe mortuus, ut monet Ducangius in Notis ad Zonaram pag. 35. E. R. qui hos verſus Græce tantum ex Codice Thuanæo ibidem edidit. Hos autem eoſdem verſus Maximi Planudis poſtmodum ex Codice Colbertino num. 358. emendatos exhibet Græce etiam tantum doctiſſimus Joannes Boivio in Notis ad Gregoram pag. 754. Unde nos ſic a viro docto caſtigatos exſcripſimus, & commodo Lectoris conſulentes Latinos fecimus.

506. *Ἀμφοτέρων τε λόγων*) Theodoram hanc Protoveſtiariam fuiſſe *φιλόλογον*, hoc eſt, *eruditam* ſcribit Gregoras pag. 509. E. R. Eandemque fuiſſe *φιλόβιβλον* declarat Epiſtola Nicephori Chumni, quam ex Codice Regio 2964. edidit Joannes Boivin in Notis ad Gregoram pag. 754. E R. & altera ejuſdem Chumni epiſtola, quæ habetur in eodem Cod. Regio fol. 380. v. laudata ab eodem Boivinio.

Edit. Pariſ. pag. 868.

507. *Ραούλαινα*) Raulænam gentem, a ſui primordio, ex Francis ortam pluribus docet Ducangius in Notis ad Alexiadem pag. 239. E. R. Quod vero attinet ad ſtemma hujus Theodoræ conſulendæ ſunt Familiæ Byzantinæ Ducangii, Opus dignum tanto viro.

512. *Εἰς τὸ ἐν Βλαχέρναις ναόν*) De templo Blacherniano Deiparæ loquitur Anonymus noſter parte ſecunda, ubi vide quæ de eo adnotavimus. Hos autem verſus Iambicos, quos ex Codice Regio primus Ducangius Græce tantum edidit in Notis ad Zonaram, ſpectare ait idem Scriptor ad Victoriam illam, quam contra Avares reportarunt Cives Conſtantinopolitani, dum Heraclius in expeditione contra Perſas moraretur. De qua quidem Victoria conſulendi S. Nicephorus C P. in Heraclio pag. 32. editionis Petavianæ, Zonaras lib. XIV. num. 16. aliique qui Heraclii res memoriæ prodiderunt. Cæterum Georgii Piſidis, cui hos Iambos attribuit Ducangius, Hiſtoriam MS. de Imperio Heraclii aſſervari ajunt Toloſæ in Bibliotheca RR. Patrum Societatis Jeſu. Vide quæ de eodem Scriptore habet Allatius in Diatriba de Georgiis pag. 308. & ſeqq.

514. *Εἰς τὸν χαλκοῦν ἵππον, &c.*) In Hippodromo Conſtantinopolitano ſupra cancellos ſtetiſſe quatuor equos inauratos, qui a Theodoſio Juniore ex Chio advecti fuere, ſcribit Anonymus noſter n. 214. ubi vide quæ obſervavimus.

Λοχοῖς) Ita Zonaras, Cedrenus vero *λοχείοις* habet. Ex ipſo autem Zonara hoc Mauricii Epitaphium exſcripſimus, verſionem vero antiquam ac venuſtam ex Epigrammatum veterum collectione Pithæana hic inſerere placuit. In æde autem ſancti Mamantis conditum fuiſſe corpus Mauricii Imperatoris, ac ejus uxoris & liberorum fatentur unanimi conſenſu omnes Scriptores. Vide quæ de Mauricii ſepulcro ſupra n. 354. adnotavimus.

515. *Ρώμη*) Cedrenus, *Ρώμης*.

Ἐκλιπὼν) Cedrenus, *ἐκκλαίεις*.

517. *Ἐν μέσῳ γῆς Ἑβδόμου*) Hoc Epitaphium, quod ſepulchro Baſilii Bulgaroctoni, quod in æde Sancti Joannis Evangeliſtæ in Hebdomo viſebatur, inſcriptum erat, Ducangius ex Codice Regio num. 3530. edidit Græce tantum in Notis ad Zonaram pag. 509. E. R. Baſilium vero Bulgaroctonum in Hebdomo tumulatum fuiſſe teſtantur Scylitzes, Joel, Glycas, & Pachymeres qui poſtremus lib. 11. cap. XXI. hujus Epitaphii meminit ſcribens cadaver Baſilii Michaele Palæologo imperante repertum fuiſſe in Hebdomo, quo tempore templum ipſum deſtructum erat, ac in ſtabulum armentorum mutatum; unde ejus juſſu Baſilii cadaver Selybriam translatum & in Monaſterio Salvatoris magno cum honore repoſitum eſt. Sic ille loquens de æde ſancti Joannis Evangeliſtæ in Hebdomo. *Ἦσαν δ' οὗτοι οἱ περὶ τὸν Ἰωαννοπόλεως Δημήτριον καὶ Λογοθέτην τότε τῶν οἰκειακῶν, εὑρόντες αὐτοῦ κατὰ γωνίαν ἑστάμενον ἀνδρὸς πάλαι τεθνεῶτος λείψανον ὁλόκληρον, ἐς τὸ πᾶν ὁλομελὲς, γυμνὸν ἐκ ποδῶν ἐκ κεφαλῆς. εἶχε δὲ καὶ ἐπὶ στόματος καλάμην ποιμενικῇ σύριγγι, οἱ χλεύην τινὲς ἄνω ποιοῦντες, οἱ ἐμελῳδοῦμεν ἅμα. οἱ δ' ἰδόντες, ἐθαύμαζον μὲν τὴν τοῦ λειψάνου ὁλομέλειαν· διηπόρουν δὲ, ὅτου ἂν εἴη ὁ ταῦτα ἐκεῖνος, καὶ ἵνα εἰς σῶμα συνεστάμενον χοῦ, ὁρῶσιν ἐκ δεξιῶν τὸ κενὸν, καὶ ἐπ' αὐτοῦ γεγραμμένους στίχους δηλοῦντας τὸν κείμενον. ἦν δὲ ὡς ἔδειξε τὰ γράμματα, ὁ Βουλγαροκτόνος Βασίλειος. οἱ δ' ὑποστρέψαντες σφίσι τὸ θεαθὲν τῷ βασιλεῖ προσανέθεντο, οἰκτίζεται αὐτίκα ὁ βασιλεὺς, καὶ πέμψας σηρικὰ χρυσοῦφῆ πέπλα, ἔτι δὲ ἐξαποστείλας τοὺς ὑπουργοὺς οὐκ ὀλίγους ἀρχοντικοῖς πολλῇ τιμῇ καὶ δορυφορίᾳ, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, ἀνακομίζεται ἐν δόξῃ τιμίᾳ πρὸς τὸν Γαλατᾶν τὸ λείψανον, ἔπειτα προστάττει τῷ ἀδελφῷ Σεβαστοκράτορι ἐνθέναι τῷ σωτῆρι σκηνῇ τῇ δῆμα, πέπλοις τε χρυσοῖς ἐπ' ἀκαμάτῳ ὄντι ἐχούσῃ τὰς ὅσαι τρεφοῦσι θέντα, τιμῶν τοῖς προσοῦσιν· ἕως ἐκεῖθεν ἀναχωροῦντας αὐτὸν εἰς Σηλυβρίαν ἐντίμως, καὶ λαμπρῶς μετακομίσαντας, ἐν τῇ τοῦ Σωτῆρος καταθεῖναι μονῇ.*

Ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ μεγάλου Λογοθέτου) Gregoras Theodorum Metochitam magnum Logothetam mortuum non ſolum Monodia, quæ habetur lib. X. pag. 291. Hiſtoriæ ejuſdem Gregoræ proſequutus eſt, ſed etiam hoc Epitaphio; quod quidem ex Codice Regio 2541. in Notis ad ejuſdem Gregoræ Hiſtoriam Græce tantum edidit Joannes Boivio; nos vero illud Latinum fecimus, & in gratiam illorum qui linguæ Græcæ expertes ſunt, hic inter alias inſcriptiones iterum cudere libet. Sequentia vero quæ ad hoc Epigramma ſpectant ex ejuſdem doctiſſimi viri Notis exſcripſimus: Scripſerat credo, *ὤλετο πανσοφίη*. Nam, *ὤλετε σοφίε πάσα*, eſt nimis inconditum. Cætera, quanquam & ipſa minima modulata, non corrigo; cum ſciam illius temporis Poetas pleroſque legum metricarum ignaros prorſus fuiſſe: cui quidem rei argumento ſunt Poemata ipſius Metochitæ, viri quidem docti, ſed verſificatoris peſſimi, cujus ſepulcro nefas fuit bonum Epigramma inſcribi. Cæterum vide quæ de Theodoro Metochita paſſim habet Gregoras, & doctiſſimus Boivinius in Notis ad eundem. Pag. 869. 519.

Τρωθέντα τὸν σταυρὸν) Leo Iſaurus una cum filio Conſtantino Copronymo dejecta imagine Salvatoris quæ ſupra Chalces portas æreas ſtabat a Conſtantino Magno ibi poſita, ut ſcribunt Joannes Damaſcenus in Synodica ad Theophilum pag. 553. E. R. & incertus auctor poſt Theophanem pag. 438. E. R. in ejus locum Crucem ſubſtituit, cui verſus hi, quos Latinos fecimus, adſcripti fuere. At poſtmodum reſtituta ſacrarum imaginum adoratione, rurſum Salvatoris imaginem opere muſivo ſupra portas Chalces adornari curavit Irene Athenienſis, ac ſupra eam hanc inſcriptionem poſuit, ut habet Auctor incertus poſt Theophanem pag. 438. E. R. 519.
Ἣν καθεῖλε πρῴην Λέων ὁ δεσπότης, ἐνταῦθα ἀνεστήλωσεν Εἰρήνη. Quam ſuſtulit quondam Leo Imperator, hic reſtituit Irene. Vide quæ de Chalce, ac Cruce quæ ſupra ejuſdem portas ſtabat, ad Anonymum noſtrum obſervavimus. Cæterum Iconomachos illius ævi Crucem dumtaxat coluiſſe, imaginem vero Salvatoris evertiſſe ac conculcaſſe, præter quam ex Operibus S. Nicephori, docemur etiam ex ipſorum Iconomachorum Iambis a Gretsero in horto S. Crucis part. 2. editis.

Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν) Hanc inſcriptionem quam in orbe ſacræ menſæ ædis Sophianæ poſuerat Juſtinianus exhibet Cedrenus ad annum XXXII. ejuſdem Auguſti, ubi idem Scriptor ſacram hanc menſam graphice deſcribit. Sed vide quæ de ſacra menſa ædis Sophianæ lib. IV. ad Anonymum noſtrum adnotavimus. 520.

Καὶ Θεοδώρα) Hinc apparet, (nam loquitur Cedrenus loco paulo ante citato de ſecunda ſacra men-

ſa quam poſt caſum Hemiſphærii, qui accidit anno imperii Juſtiniani xxxii. quo contrita ac comminuta fuit prima illa ſacra menſa, ædificaverat ex eadem materia idem Auguſtus Juſtinianum ſecundæ huic ſacræ menſæ eandem Inſcriptionem poſuiſſe, quæ erat in priori; nam Theodora Auguſta, cujus hic mentio occurrit, mortem obiit anno imperii ejuſdem Auguſti xxi. ut ſcribit Theophanes, & conſequenter longe ante Hemiſphærii caſum.

521. Τὸν νεκρωθέντα) Verſus hi inſcripti erant baſi Coloſſi ſtructilis, qui in medio Hippodromo Conſtantinopolitano erectus erat. Docent autem hi verſus Coloſſum hunc renovatum fuiſſe a Conſtantino Porphyrogenito, Romani parente. Cæterum Coloſſus ipſe, qui altior Obeliſco dicitur, pluribus a Petro Gyllio lib. II. cap. XII. deſcribitur.

Κρεῖττον) Ita Douza; Gyllius vero & Gruterus, Κρειττον.

Θαυμάζει) Perperam Gruterus, Θεωργίας.

522. Σοὶ Χριστὲ) Verſus hos inſcriptos fuiſſe columnæ illi porphyreticæ, quam in Foro Conſtantinus Magnus erexerat, cuique ſtatuam ſuam impoſuerat, auctor eſt Cedrenus in Theodoſio magno pag. 321. E. R. Sed vide quæ de hac columna Porphyretica, & ſtatua Conſtantini Magni eidem impoſita ſupra ad Anonymum noſtrum adnotavimus. *Edit. Pariſ. pag. 870.*

Σοὶ νῦν) Verſus iſte pede uno claudicat.

523. Poſt fata tyranni) Hi verſus inſcripti fuere Portæ Aureæ, cum inſtaurata ac exornata eſſet a Theodoſio Magno, *poſt fata tyranni*, hoc eſt, poſt fuſum ac debellatum Maximum tyrannum. Tres ſiquidem Tyrannos, nimirum Maximum, Eugenium ac Arbogaſtem ſuſtuliſſe Theodoſium Magnum fatentur Scriptores, qui illius geſta memoriæ prodiderunt.

Conſtruit auro) Hinc apparet cur Porta hæc, quæ alias *Μέση* dicebatur, quod mediam urbem interſecaret, Χρυσῆ, ſeu *Aurea* nuncupetur: quod auro ſcilicet vel aureis potius ornamentis inſtructa eſſet. Sed vide quæ de Porta Aurea ſupra lib. I. adnotamus.

524. Difficilis quondam, &c.) Hoc epigramma inſcriptum legitur in latere Orientali ſtylobatæ illius Obeliſci qui etiamnum in medio Hippodromo Conſtantinopolitano extat. Alterum vero Græcum Epigramma, quod in latere Occidentali ſtylobatæ ejuſdem Obeliſci legitur, habetur a nobis editum ſupra n. 415. ubi vide quæ adnotavimus. Latinum vero hoc Epigramma ex Chriſtophoro Bondelmontio exſcripſimus. Idem habetur etiam editum apud Gyllium lib. II. cap. XI. & apud Gruterum pag. 186. 6. 7. niſi quod pro *Theodoſio* Gruterus legit *Theudoſio* & pro *domitaſque* Gyllius *duobuſque*, & idem Gyllius pro *ſuperas* legit *ſublimes*; Gruterus vero, *rurſus ſum*. Meminit autem utriuſque Epigrammatis Franciſcus Philelphus lib. 6. Epiſtolar. eaque ineptis verſibus ſcripta ait: *Legi*, inquit, *ad Hippodromum Conſtantinopoli in marmoreis quibuſdam lapidibus ſub pulcherrimo illo Obeliſco Verſus quoſdam ad partem anteriorem Obeliſci Latinos, ad poſteriorem Græcos, & utroſque breviter, & item utroſque admodum ineptos.* Cæterum vide quæ de hoc Obeliſco ſupra adnotavimus n. 75. & 115.

Omnia Theudoſio) Alii Theodoſio. Vide quæ de Theodoſio Magno & Proclo Præfecto Urbi ſupra ad Epigramma Græcum monemur n. 412.

Πύργοι Θεόφιλε) Has ſeptem Inſcriptiones, quæ ſeptem turribus Conſtantinopoli inſculptæ leguntur, ex Georgii Welheri Angli Itinerario exſcripſimus. Ex his porro docemur qui fuerint illi qui has turres condidere, ſeu potius inſtauravere.

526. Εὐσεβοῦς βασιλέως) Ita emendamus; perperam in editis εὐσεβεῖς βασιλεῖς.

Αἰχμαλώτων) Sic profecto hanc Inſcriptionem legit prædictus Welherus in ſuo Itinerario Anglice ſcripto. Ducangius vero in Notis ad Chronicon Alexandrinum loco Ἔτει vocis corrupte ſcribendum ait Ἰνδικτ.: quod etiam mihi arridet; Nicetas ſiquidem Choniates Manuelem ſeu Emanuelem I. filium Joannis Comneni fuiſſe prodit. Anni vero notam corruptam ac depravatam reſtituit doctiſſimus Montfauconius noſter Palæographiæ Græc. lib. II. pag. 147. *Annum vero*, inquit ille, *ſic certo reſtituas*, ,ςχοβ ΝΙς. nam Sponius notam numeralem I cum N conjunxit ut M faceret. Cæterum idem Montfauconius hanc ipſam Inſcriptionem ex Sponio exſcripſit, ubi ſic legitur: Ἀνενεώθη ἐπὶ Μανουὴλ τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως Ῥωμαίων ὑπὸ ... καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων τοῦ Κομνηνοῦ ἐν ἔτει ,ςχοβ ΜΒ. Ubi legas, loquit vir doctiſſimus, βασιλέως Πορφυρογεννήτου, & *forte aliam vocem interponas.* Sicque eam interpretatus eſt: *Inſtauratum eſt ſub Manuele Chriſti amante Porphyrogenito Romanorum Imperatore Comneno, anno 6672. (Chriſti 1164.) Ind. 12.*

Ὁ σοὶ δηλώσας, &c.) Sic hos etiam verſus reſtituit idem Montfauconius noſter loco citato; qui ſubjungit legi etiam poſſe in primo verſu, θραυσμοὺς μακρῷ τῷ χρόνῳ. Nam, inquit ille, iſtis temporibus Græci in Jambis, licet breves & longas parum curarent, numerum tamen ſyllabarum ſervabant. Cæterum iidem verſus ſic mendoſe leguntur apud Welherum: ἐν τοῖς θαλάσσαις θραυσμοὺς μακρῷ χρόνῳ κλυδωνι ... ἐγείρας ... πύργον ἐκ βάθρων Βασίλειος ... ἄναξ. 527. *pag. 871.*

Τὸ θεῖον ἔργον) Hanc inſcriptionem columnæ Porphyreticæ exaratam ſcribit Welherus pag. 190. Itinerarii CP. Anglice editi; ubi formam ejuſdem columnæ Porphyreticæ exhibuit; quam quidem ex eo & nos hic repræſentari curavimus p. 667. tab. XV.

Ἀνενεώθη, &c.) Hanc item Inſcriptionem reſtituit Montfauconius noſter, ἐν ἔτει ,ςϡπα. Et pro ἀνενεώθη legendum proculdubio eſt, ἀνενεώθη.

528. Παλαιολόγου) Hanc etiam Inſcriptionem Sponius exhibet in ſuo Itinerario. At profecto oſcitanter hic adjecit idem Sponius, Joanne Palæologo Imperante captam fuiſſe a Turcis Conſtantinopolim, ut optime monuit & Montfauconius loco ſuperius citato.

529. Ἀπὸ κτίσεως, &c.) Hæc Inſcriptio corrupta ac depravata ſic reſtituenda eſt: Ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςτμβ. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ ωλδ. &c. nimirum a Creatione mundi anno 6342. a Chriſto anno 834. &c. quo etiam modo in verſione noſtra habetur. Cæterum ſtat etiamnum Navale ſeu, ut vulgo dicitur, Arſenale ad littus Propontidis haud longe a Porta Leonis cognominata.

536. Ἀπὸ τοῦ καιροῦ) Hæc Matthæus Cigala Cyprius, cujus Nova Variarum Hiſtoriarum Synopſis Græce tantum edita fuit Venetiis apud Antonium Julianum 1637. in 4°. & in fine ejuſdem habetur Gennadii Scholarii, Patriarchæ Conſtantinopolitani Expoſitio Vaticinii ſupradicti. Quod quidem Vaticinium cum expoſitione Gennadiana habetur etiam editum in fine Chronici Dorothei Monembaſiæ Metropolitæ, Venetiis apud Joannem Petrum Pinellium eodem anno. Verum in utraque editione ubi legitur μετὰ τῶν πρακτόρων, ſcribendum eſſe puto πρωτοκτητόρων, quo etiam modo in verſione expreſſimus. Πρωτοκτήτωρ quippe Græcis recentioribus *primus poſſeſſor* dicitur. Leges Cypriorum MSS. ἐὰν ὁ πρωτοκτήτωρ ... τοῦ ... οὐδὲ ... πρωτοκτήτορων, &c. Nonnulli ea amicis loco ... ſcribendum putant πρακτόρων, hoc eſt *exactorum*. Quid vero intelligat Gennadius Scholarius per illa verba præcedentia: τὸ ξανθὸν γένος facile ex aliis Scriptoribus docemur. Sic Leo Imperator Oraculo de reſtitutione Conſtantinopoleos, quod primum edidit Leunclavius in fine Conſtantini Manaſſis Annalium, & deinde Lambecius poſt Oracula ejuſdem Leonis in calce Codini de Originibus CP.

Ἀλλά σε πυρίκαυστον καὶ ξανθὸν γένος
Πᾶσαν τεφρώσει καὶ τὸ σὸν λύσει κράτος.
Sed te peruſtam ab igne, te flavum genus
Totam incinerabit, & regnum evertet tuum.

Ubi Lambecius hæc adnotat. Antiquus, inquit ille, Interpres Oraculorum Leonis hæc ita vertit: *Sed te igalis ſummus flavum genus.* Videtur ergo, ſubjungit idem Lambecius, in codice ejus pro πυρίκαυστον ſcriptum fuiſſe πῦρ ὕστατον. Illi vero, quos hic Leo igneum & flavum genus hominum appellat,

videotur eſſe Latini, qui duce Balduino Comite Flandrenſium anno Chriſti 1203. (1204. ſcribeodum) fugato Alexio Angelo Comneno, Conſtantinopolim ceperunt, & integros quinquaginta annos occuparunt. Iidem ſimiliter ξανθοὶ vocantur in antiqua Græca Oraculorum Leonis Paraphraſi: φονοῦντε τὸ πλῆθος καὶ τὸ ξανθὸν ταῖς μηχαναῖς. Huculque Lambecius prædicto loco. Et quidem non ab re; ξανθοὶ ſiquidem dicuntur Græcis *Franci* ſive *Alemanni*. Sic Pachymeres lib. 1. cap. 18. τὸ ξανθὸν καὶ ἀρειμάνιον γένος *Flava & bellicoſa gens*. Danielis Viſiones ex Cod. Reg. 1845. καὶ κρατάιον ἐπὶ τὸ Επτάλοφον τὸ ξανθὸν γένος ἐξ αἰωνίου, &c. Leonis Sapientis Ænigmata MSS. cum explicatione lingua Græca vulgati in Cod. Colbertino 5104. Βασιλεῖς τῶν Αλημανῶν ἄρχεται εἰς τὴν νέαν Ρώμην, ... τὸ λέγουν οἱ Φράγκοι τὸ γένος τὸ ξανθὸν γένος τῆς Ρώμης. Et infra ὅταν τὸ ξανθὸν τὸ γένος ... τὸν κόσμον. Vide Mauricii Strategic. lib. 3. cap. 5 lib. 4 cap. 1. lib. 11. cap. 4. Ξανθοὶ vero dicuntur Græcis Franci, Alemanni, ac alii Septentrionales populi ob capillorum colorem, Priſcus Rhetor in Legat. pag. 40. ſcribit, ſe Romæ Regis Francorum filium vidiſſe, legationem obeuntem, μήπω ἴουλα ἀρχόμενον, ξανθὰς τὴν κόμην ταῖς αὐτοῦ περικεχυμένην διὰ μέγεθος ὤμοις. Et

Edit. Pariſ. pag. 872.

Iidem ſane populi *Flavi* dicuntur Scriptoribus Latinis, Claudianus in Rufinum lib. 2. de Gallis:

Inde truces flavo comitantur vertice Galli.

Idem Claudianus de Bello Getico, de Sicambris:

Agmina quinetiam flavis objecta Sicambris.

Flavos Britones appellat Auctor libri de Diſciplina Scholarium cap. 2. Sanctus quoque Hieronymus Ep. 7. ad Lætam, *Getarum rutilum & flavum* dixit. Cæterum quod attinet ad hujus epitaphii ſeu Vaticinii veritatem, nemo eſt eruditus qui illud ceu commentum recentiorum Græculorum non reſpiciat: qualecumque tamen illud Vaticinium ſit, in variis nihilominus Bibliothecis reperitur MS. una cum expoſitione Gennadii Sbolarii Patriarchæ Conſtantinopolitani, licet non ſemper ſub eodem titulo; nam in Bibliotheca Cæſ. lib. v. habetur cum hoc titulo: Χρησμοὶ Σολομῶντος καὶ ἑτέρων σοφῶν. Ταῦτα τὰ γράμματα εὑρέθησαν ἐν λίθῳ μαρμαρίνῳ τῷ τάφου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ἐξηγηθῇ δὲ ταῦτα ὁ μέγας Πατριάρχης Σχολάριος. Ipſum autem Vaticinium cum Gennadiana Interpretatione interlineari in nonnullis diverſum apparet a noſtro, uti ex hujuſce initio, quod ibidem refert Lambecius, manifeſtum deprehenditur.

Τ Π Τ Τ ΙΔ Η Β Α Τ Ι Μ Α ΟΚΑ Μ ΑΜ ΜΑ
τῷ πρώτῳ τῆς Ἰνδίκτου ἡ βασιλεία τοῦ Ισμαὴλ, ὁ καλούμενος Μωάμεθ, μέλλει
ΔΑΝΤ ΠΣ ΓΝ Τ Π Λ ΟΛΓ Τ ΠΤ ΛΦ Κ ΤΣ
... γένος τῶν Παλαιολόγων. τὴν Επτάλοφον κρατήσει, &c.

Meminit quoque hujus Vaticinii & Expoſitionis Gennadianæ Leo Allatius in Diatriba de Georgiis pag. 404. qui docet hoc idem Vaticinium reperiri in Bibliotheca Vaticana, Scoriaci Regia VII ζ 1. Bavarica Cod. 193. & in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 140. In uno ex dictis Codicibus cum hoc titulo legi illud Vaticinium ſcribit idem Allatius citato loco. Χρησμὸς εὑρεθεὶς ἐν Βυζαντίῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως εἰς μίαν κολώνην μαρμαρίνην διὰ ψηφίων γεγραμμένος, ὃν ἐξηγήσατο. ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι ταῦτα τὰ γράμματα εὑρέθησαν γεγραμμένα ἐν μαρμάρῳ τοῦ τάφου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ ἐξήγησε ταῦτα ὁ ἐν ἁγίοις Πατριάρχης Σχολάριος. Hoc eſt: *Oraculum Byzantii repertum in columna marmorea muſivo deſcriptum, quod explanavit. Alii dicunt prædictas litteras inciſas fuiſſe in marmore ſepulcrali Magni Conſtantini, eaſque expoſuiſſe ſanctum Patriarcham Scholarium.* Deinde ſubjungit idem Allatius. Vaticinium hoc ipſe primo Variorum antiquorum Tomo, in Antiquitatum CP. Auctario a me procurato cum aliis ejuſdem Leonis, Methodii Patarenſis, Theophili Romani, Danielis Monachi, & aliorum Vaticiniis connexui. Verum hoc Allatii opus cui titulus *Varia Antiqua* nondum editum fuit, imo nec in Catalogo Allatiano librorum ineditorum reperitur; idcirco puto, virum illum de re litteraria optime meritum, antequam hoc opus abſolviſſet, morte præventum.

Digitized by Google

Edit. Pariſ. pag. 873.

ANSELMI BANDURII
RAGUSINI,
MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS
COMMENTARIORUM IN ANTIQUITATES
Conſtantinopolitanas

LIBER OCTAVUS.

537. ETH τῆς Επισκοπῆς Κωνσταντινουπόλεως) Catalogum hunc Epiſcoporum ac Patriarcharum Conſtantinopolitanorum excerpſimus ex Chronographia Compendiaria S. Nicephori Patriarchæ CP. quæ habetur in Codice Regio n. 2508. diverſa ab illa, quam una cum Georgii Syncelli Chronographia edidit doctiſſimus vir P. Jacobus Goar. Sed de hac Nicephori Chronographia pluribus loquemur in Editione Operum Sancti Nicephori CP. cui propediem manum admovebimus.

Πολύκαρπος ἔτη ιζ΄.) Ita habet & Editio Latina Miſcellæ præmiſſa; Editio vero P. Goar omnino diverſa: δ΄. Πολύκαρπος ἔτη ιζ΄. ε΄. Ελευθέριος ἔτη ζ΄. ϛ΄. Φῆλιξ ἔτη ε΄. ζ΄. Πολύκαρπος ἔτη ιζ΄. η΄. Αθηνόδωρος ἔτη δ΄. ὅτε ἤρξατο οἰκεῖν χτίσαι εἰς τοποθεσίᾳ λεγομένῃ Ελαία, ἐπὶ τοῖς ... ἐποίησεν. Θ΄... ι ... ια΄... Sic mutila ibi leguntur, deinde: ιβ΄. Εὐζώϊος ἔτη ι΄.

Ολύμπιος ἔτη γ΄. μῆνας ϛ΄) Sic etiam Miſcella & Contius. Goar vero: Αλύπιος ἔτη ιγ΄. tantum.

538. Περτίναξ ἔτη ιθ΄.) Sic & Goar; Miſcella vero & Contius addunt: *menſibus decem, diebus quinque.*

Κυριλλιανὸς ἔτη ιϛ΄.) P. Goar editio habet, Κυριλλιανός, &c.

Τίτος ἔτη λ΄. μῆνας ϛ΄.) Goar: Τίτος ἔτη λε΄. &c. *Titus annis triginta quinque*, &c.

Δομέτιος ὁ ἀδελφὸς Πρόβου τοῦ βασιλέως ἔτη κδ΄. μῆνας ϛ΄.) Nimirum, *Dometius frater Probi Imperatoris annis 24. menſibus 6.* Et ita legendum ſupra in verſione; nam ibi librarii incuria legitur *annis 14.* pro 24. Et ita habent Miſcella & Contius; Goar vero: ἔτη κα΄. &c. At legendum eſſe, ἔτη κδ΄. præter Codicem Regium, Miſcellam & Contium ſuadent duo Codices MSS. Bibliothecæ Cæſ. quos laudat Lambecius Commentar. de eadem Bibliothec. Tom. 8. pag. 215. Et eandem lectionem confirmat Em. Card. Baronius Annal. Eccl. Tom. III. A. C. 314. n. 94. 95. & 96. Cæterum Dometius qui Nicephoro dicitur frater Probi Imperatoris in Actis S. Adriani Martyris, filii Imperatoris Probi dicitur filius ejuſdem Auguſti. Sic ipſa Acta quæ citat Lambecius ex Codice Cæſ. paulo ſuperius laudato loco: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Αδριανοῦ, ἐπὶ Λικινίου μαρτυρήσαντος. Οὗτος ὁ ἅγιος Μάρτυς Αδριανός, ὁ ἐπὶ Λικινίου μαρτυρήσας, υἱὸς ὑπῆρχε Πρόβου τοῦ βασιλεύσαντος Ρώμης. ὅτι Πρόβος δύο ἔσχεν υἱούς, αὐτόν τε τὸν Αδριανὸν καὶ Δομέτιον. οἵτινες μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτῶν γεγόνασι Χριστιανοί, καταλιπόντες τὴν πολιτείαν Ρωμαίων. ὁ δὲ Δομέτιος καὶ χειροτονίας Επισκόπου ἠξιώθη ἐν τῷ Βυζαντίῳ μετὰ τελευτὴν Τίτου Επισκόπου αὐτῆς τῆς Βυζαντίων πόλεως. ὅτι Δομέτιος καὶ αὐτὸς δύο υἱοὺς ἔσχε, Μητροφάνην τε καὶ Πρόβον. &c. *Eodem die (vigeſimo ſexto Auguſti) Martyrium S. Martyris Adriani, qui ſub Licinio martyrium conſummavit. Hic S. Martyr Adrianus, qui ſub Licinio Martyrium paſſus eſt, filius fuit Probi Imperatoris Romani. Hic enim Probus duos habuit filios, illum nempe ipſum Adrianum, & Dometium: qui poſt patris ſui interitum facti Chriſtiani, Rempublicam* pag. 874. *Romanam deſeruerunt; eorumque unus nempe Dometius, etiam Epiſcopalem dignitatem Byzantii nactus eſt poſt obitum Titi, qui ejuſdem Byzantinæ Urbis Epiſcopus fuerat. Habuit autem hic quoque Dometius duos filios, Metrophanem & Probum*, &c. Eadem habent Menæa eodem die. At Martyrologium Romanum Dometium ſeu Domitium fratrem fuiſſe Probi Imperatoris ait, ut Nicephorus noſter. Sic ibi legitur: *Nicomediæ paſſio S. Adriani, filii Probi Cæſaris; qui Licinio perſecutionem in Chriſtianos commotam exprobrans, ab eodem juſſus eſt occidi: cujus corpus Domitius Byzantii Epiſcopus, ejus patruus, Argyropoli ſepelivit.* Sed quod ſcribitur in Actis Græcis S. Adriani Martyris de poſteris Probi Imperatoris, comprobatur ex Flavio Vopiſco, niſi quod ipſe utpote Scriptor Ethnicus ait eos rem Romanam fugiſſe, *vel odio invidiæ vel timore*; cum id actum ab iis amore potius religionis Chriſtianæ nemo dubitet. Sic Vopiſcus in Probi vita cap. 24. *Poſteri Probi, vel odio invidiæ vel timore Romanam rem fugerunt; & in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium, atque in his regionibus, larem locaverunt. Sane quod præterire non potui; cum imago Probi in Veronenſi ita fulmine icta eſſet, ut ejus prætexta colores mutaret, aruſpices reſponderunt, hujus Familiæ poſteros tantæ in Senatu claritudinis fore, ut omnes ſummis honoribus fungerentur. Sed adhuc neminem vidimus. Poſteri autem videntur æternitatem habere.*

Αλέξανδρος, &c.) Goar: Αλέξανδρος ἦρξατο ἔτη λη΄. ὁ συναποβιώσας ἔτη κγ΄. Miſcella vero & Contius: *annis 63.*

Παῦλος ὁ ὁμολογητής, &c.) Goar: Παῦλος ὁ ὁμολογητὴς ἔτη γ΄. ἐκβληθεὶς ὑπὸ Κωνσταντίου. 539.

Μακεδόνιος, &c. ἔτη ι΄.) Miſcella, ao. 12. Goar, ἔτη β΄.

Εὐδόξιος, &c. ἔτη ι΄.) Goar, ἔτη ι.

Δημόφιλος ἔτη ιβ΄. μῆνας ϛ΄.) Goar: Δημόφιλος Αρειανός, ὁ πρότερον Βεροίας τῆς Θρᾴκης, ἔτη ια΄. μῆνας ϛ΄.

Μάξιμος Πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως ἔτη β΄. μῆνας ϛ΄.) Goar, Μαξιμιανὸς habet. Scaliger perperam μῆνας ι΄. 540.

Ανατόλιος, &c. ἔτη η΄ μῆνας γ΄.) Goar: Ανατόλιος, &c. ἔτη η΄. μῆνας η΄. 541.

Γεννάδιος Πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως ἔτη ιγ΄. μῆνας β΄.) Nimirum, *Gennadius Presbyter CP. annis 13. menſibus 2.* Et ſic legendum ſupra in verſione, ubi librarii incuria legitur menſibus 3. pro 2.

Ακάκιος, &c. ἔτη ιζ΄. μῆνας ϛ΄.) Sic etiam Miſcella & Contius habent. Goar vero, Ακάκιος, &c. ἔτη ζ΄. μῆνας ϛ΄. 542.

Εὐφήμιος Πρεσβύτερος, &c. ἔτη ϛ΄. μῆνας ϛ΄.) Sic etiam Miſcella & Contius; at Scaliger expunxit *menſes ſex* qui ibi numerantur. Goar: Εὐφήμιος, &c. ἔτη ϛ΄. μῆνας γ΄.

Τιμόθεος, &c. ἔτη ϛ΄.) Addit de ſuo Scaliger μῆνας ϛ΄.

Ιωάννης ὁ Καππαδόκης, &c. ἔτη β΄. μῆνας ι.) Goar: Ιωάννης, ἔτος ἕν, μῆνας ι.

Ανθιμος, &c. μῆνας ι΄. Sic etiam Miſcella & Contius. Goar vero: Ανθιμος μῆνας γ΄.

Ιωάννης πρεσβύτερος, &c. ἔτη ιβ΄ μῆνας ζ΄.) Nimirum, *Joannes Presbyter*, &c. *annis 12. menſibus 7.* Et ita legendum ſupra in verſione; nam librarii incuria ibi legitur, menſibus 6. pro 7. Sic etiam Miſcella & Contius habent. Goar: Ιωάννης, &c. ἔτη ιβ΄. μῆνας ζ΄.

543. Σέργιος, &c. ἔτη κθ´. μῆνας ζ´. ἡμέρας κα´.) Goar: Σέργιος, &c. ἔτη κθ´. ἡμέρας κα´. Miſcella & Contius: *annis* 8. *menſibus* 7. *diebus* 21.

544. Πέτρος, &c. ἔτη β´. μῆνας ζ´.) Sic & Goar; Miſcella vero & Contius: *annis* 12.

Κωνσταντῖνος Διάκων, &c. ἔτος α´. μῆνας ια´. ἡμέρας ζ´.) Miſcella & Contius: *menſibus* 2. Goar, μῆνας ε´.

Γεώργιος, &c. ἔτη β´. μῆνας γ´. Goar: ἔτη γ´. μῆνας γ´. Sic etiam Miſcella & Contius.

Edit. Pariſ. pag. 875. Θεόδωρος πάλιν, &c. ἔτος α´. μῆνας ι´.) Sic etiam Miſcella & Contius; Goar vero: ἔτος α´. μῆνας γ´.

545. Γερμανὸς ἐπίσκοπος, &c. Goar ἔτη α´.

Αναστάσιος Πρεσβύτερος, &c. ἔτη κδ´.) Sic etiam Miſcella & Contius; Goar vero: ἔτη κα´.

Νικήτας πρεσβύτερος, &c. ἔτη ιγ´. μῆνας δ´.) Sic etiam Miſcella & Contius; Goar vero: ἔτη ιε´. tantum.

Παῦλος ὁ Κύπριος, &c. ἔτε ε´. μῆνας ς´.) Sic etiam habent Miſcella, & Contius; Goar vero: ἔτε ε´. μῆνας α´.

Ταράσιος, &c. ἔτος... ἡμέρας β´.) Nimirum, *Taraſius*, &c. *anno* ... *diebus* 2. Et ita legendum ſupra in verſione; ubi librarii incuria legitur *menſibus* pro *diebus* Goar: Ταράσιος, &c. ἔτε κα´. ἡμέρας β´.. Cæterum hunc S. Nicephori CP. catalogum conferſe placuit cum altero edito a doctiſſimo Patre Goar, necnon cum Miſcella & Contio; nam catalogos illos, qui hic a nobis editi ſeperiuntur, invicem conferre ſupervacaneum eſſe duximus; cum id liceat cuilibet lectori.

546. Νικηφόρου Καλλίστου, &c.) Catalogus iſte Patriarcharum CP. a Nicephoro Calliſti conſcriptus nunc primum in lucem prodit a nobis Latine factus, & Notis Chronologicis ac hiſtoricis illuſtratus. Extat autem hic in Codice MS. Biblioth. Regiæ n. 3502. adeo exeſo ac detrito charactere conſcriptus, ut non abſque magna difficultate legi poſſit; imo pagina prima nonnulla verba penitus deleta comparent; quæ quidem ex aliis catalogis ſupplemus, & ut ab aliis diſtinguerentur uncis incluſimus. Cæterum laudati Codicis Regii, in quo multa ac varia Opuſcula continentur, hic integrum Indicem accuratiſſime a doctiſſimo Joanne Boivinio concinnatum exhibemus; exiſtimantes id non ingratum fore lectoribus. Sic igitur habet.

Codex MS. n. 3502.

COLLECTANEA OMNIS GENERIS.

Frivola. { Initio aſſuta ſunt folia duo membranacea, in quibus præter Jambos de balnei utilitate, & alia quædam non legibilia, occurrit Paſchalion ad cyclos a Solis & Lunæ accommodatum.

Sequuntur folia xiv. chartacea, in quibus continentur

Chronologica. { Nicephori Calliſti Xanthopuli Series Chronologica Epiſcoporum ac Patriarcharum CP., a S. Andrea ad Athanaſium qui Andronico Seniore Imperante CP. Eccleſiam rexit. fol. 5.
In ἀναστροφαλαίων, quæ ad calcem rubris litteris ſcripta eſt, fit mentio Joannis Sozopolitani, qui Athanaſio ſucceſſit: ibidemque Annus Mundi ponitur 6800. qui fuit Chriſti 1392.

Diagramma exhibens octo Ventorum poſitiones ac nomina Italica & Græca. fol. 8

Aliud Diagramma exhibens duodecim Ventorum poſitiones & nomina Græca tantum. Ibid.

Inſcriptio quæ docet librum hunc Galliarum Regi donatum eſſe ab Antonio Eparcho. [b] Ibid.

Index. { Index Græcus Capitum LXXV. quæ toto reliquo volumine continentur. fol. 9.
In quo indice, quamquam uberrimo, multa omiſſa ſunt. Editus eſt a Stephano.
Le Moyne Variorum Sacrorum Tomo 1. pag. 517. non admodum accurate.

Sequitur novus ordo foliorum ac numerorum; & *pag.* 876. inde primitus Codex incipiebat.

Miſcellaneorum omnis generis Capita. LXXV.

Philoſophica & Theologica. {
I. Præfatio tractatus ſequentis, ſeu accurata diviſio facultatum animæ. Initium, τῆς ψυχῆς δυνάμεων. fol. 1. Obſerva Jambos in marg. infer.
II. Tractatus de Anima rationali, de hominis formatione, de paradiſo, de Adamo inde expulſo, de ſimilitudine ejus cum Deo, & de pœnis inferni. Init. ἐκ ταύτης τῆς ... fol. 5. ℣.
}

Jatrica. {
III. * Galenus de pulſibus ad Antonium Philoſophum. Init. σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι. fol. 19.
Theophilus Jatroſophiſta de excrementis a fol. 22. ad f. 27. ℣. Irrepſerunt in medium textum duæ ..., quarum 1. de excrementis ſic incipit, ... fol. 22. ℣. 11. de urinis ſic, ... fol. 23.
Theophanis [c] de diæta ad Conſt. Porph. Imp. non totus liber, ſed tantummodo breve fragmentum. fol. 27. ℣.
Confectiones oxypororum, ſalium, aliorumque remediorum ex Galeno, Jamblico, Manethone Pollete, Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino; &c. fol. 28. & fol. 29.
Obſervantiunculæ Iatricæ, quid ſint, Tecolithus, ..., ..., & ſal Ammoniacum; de Pæonia; quot ſint Medicinæ ſpecies; de emplaſtro Perſarum, & aliis malagmatis, ſeu unguentis emollientibus. fol. 29. & fol. 30.
Pſelli Hypertimi Opus Iatricum[*], ſeu de re Medicinali Libri duo, verſibus Jambicis lib. 1. fol. 32. lib. 11. fol. 33. ℣.
Quænam capiti noxia ſint. fol. 42. ℣. ..., ſeu ſuffitio capiti utilis. Ib.
}

Obſervatiunculæ. {
Analecta parvi momenti, de viſu & auditu, de Phantaſia, &c. fol. 43.
}

Miſcellanea. {
De Evangeliſtis Marco, Matthæo & Luca verſus inconditi. Quatuor Evangeliſtarum cum quatuor Cherubinorum formis, ab Ezechiele viſis, collatio; itidem Hiſtorica quædam de iiſdem, & de Editionibus ſingulorum Evangeliorum. De litteris Alphabeti, & earum inventoribus; de ſcientiis ex Ægypto in Græciam invectis; de uſu æris antiquiſſimo; Jambi de SS. Petro & Paulo; Jambi ad Deiparam. fol. 43 ℣.
Quatuor Evangeliſtarum cum quatuor ... (ventis cardinalibus) & cum quatuor Cherubinorum formis collatio. De iiſdem ſingulis ſingula Epigrammata, Heroico verſu. De iiſdem univerſis Jambi Manuelis Phile: Dodecaſtichon cujus init. ... τοῖς ..., &c. Rationarium breve annorum quibus B. Virgo inter homines vixit: numerantur anni 59. fol. 44.
}

Poetica. {
De Juda proditore & de diffiſis ejus viſceribus teſtimonium Apollinarii ex Papia; de Epiſtolis ſeptem Catholicis Monoſtica Heroica, non accurata: item Jambica de XIV. Paulinis; De libro Apoſtolorum Jambi quindecim. Ibid. fol. ℣.
Verſus Heroici, Elegiaci & Jambici, pleriqu e claudicantes de Evangeliis, & Pauli aliorumque Apoſtolorum Epiſtolis. fol 45.
Series Imperatorum CP. a Conſtantino I. ad Conſtantinum ultimum Jambico metro vulgari & triviali. Ib. fol. ℣. Vide Opera Theodori Prodromi.
Monoſticha jambica Alphabetica, ſeu gnomæ ... ἄνευ τοῦ Θεοῦ ..., &c. fol. 46. ℣.
IV. * Stichera ..., quibus continentur χαιρετισμοὶ ad Deiparam. Init. χαῖρε ... fol. 50. Obſerva ſticherorum rationem; tonorum octo diſtinctionem, & litterarum ordinem Alphabeticum.
Canon paracleticus Acroſtichicus ad Deiparam, cum cathiſmate, contacio, Oeco & aliis appendicibus. fol. 54. Acroſtichis eſt, ... pag. 877.
Tetraſtichon Heroelegiacum de templo Deiparæ. fol. 56.
}

a vide Cod. 3140. fol. 130.
b Videtur eſſe ipſius Antonii Eparchi Chirographum.
* Frivola quædam non legibilia. fol. 18. ℣.
c Jatroſophiſta. Ducang. in aliis Codicibus autoris nomen deeſt. Ducang.
* Pharmaca ... atramento decolore deſcripta fol. 47. ℣.
Græco-barbara quædam non legibilia fol. 48. ℣. & fol. 49.

V. Joan-

V. Joannis Geometræ peſſimi Poetæ χαιρετισμοί,[a] ſeu hymni quatuor Elegiaci in laudem Deiparæ. Ib.

Acceſſerunt Epigrammata duo Jambica ejuſdem auctoris, unum Hexaſtichon ad calcem hymni tertii, alterum diſtichon ad calcem hymni quarti.

De dormitione Virginis Deiparæ; De Euſtratio & quatuor Martyribus ſociis; de aſſumptione Salvatoris; de hominis neſcio cujus mortui oſſibus in Aſiam revehendis, de S. Theodoro Therone, de inventione capitis Joannis Baptiſtæ, de Chriſto dormiente in Cymba, de ſepulto eunucho, Epigrammata jambica, & heroelegiaca, pleraque inſulſa & incondita. fol. 61. pag. 1. & 2.

Incerti[b] lamentatio elegiaca κατανυκτική ad animum. fol 61. ℣.

Initium. Ψυχὴ τάλαν τί πάσχεις.

Hexaſtichon & tetraſtichon, eodem verſuum genere, eodem initio, eodemque auctore. fol. 65.

Poetica. De Salutatione Paſchali; de eo qui latus Chriſti lancea perforavit; de ingreſſu B. Virginis in Sancta Sanctorum, de transfiguratione Domini; de amore puro ac Cœleſti; ex Anthologia, ni fallor: init. τὰ τοι πάθεν ἰασῶν: adverſus præpoſteram libidinem, ex Antholog. καλὸν μὲν τυχόδαμον; de vitæ humanæ miſera conditione; εἰς τὰ ταυλίον, ſeu de ludi a Palamede inventi convenientia cum vita humana. Horum Epigrammatum uni ſubnectitur hæc ſententia· ὁ κόσμος σκηνή· ὁ βίος πάροδος· ἦλθες· εἶδες· ἀπῆλθες. Epigrammata jambica & Elegiaca fol. 65. ℣.

Epigrammata jambica, heroica & heroelegiaca XVII. 1. 2. 3. De S. Demetrio: 4. de S. Panteleemonis Sarcophago: 5 & 6. de bono Latrone: 7. de dormitione Deiparæ: 8. de pretioſa ejus Zona: 9. & 10. de pretioſo ejuſdem veſtimento: 11. de Verbo incarnato: 12. de Secta Philoſophorum: 13. de duabus Muſis præſtantiſſimis: 14. & 15. de præferenda vanis Philoſophorum argumentationibus Trinitatis cognitione: 16. de Ceryci ſtatua in Vineto erecta: 17. de argentea vini amphora, Epigramma τὰ πρωτασηκρήτις[c] (Leonis Baſali.) fol. 63.

Epigrammata XVIII. iambica non contemnenda: 1. de Chriſti paſſione, morte, &c. 2. de (Michaelis) Archangeli imagine aurea ſimul & argentea: 3. de imagine Deiparæ Jeſum geſtantis: 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. de imagine in qua depicta erat Angelica Salutatio; & de Myſterio ipſo Annuntiationis: 11. de Chriſti nativitate: 12. de pannis infantis Jeſu: 13 ad (Michaelem) cœleſtis militiæ ἀρχιστράτηγον: 14. de Deipara, Angelis, Paulo & Apoſtolis aureum ἀνάθημα (donarium) Chriſto offerentibus: 15. de aureis Joannis Baptiſtæ, & Joannis Evangeliſtæ ſimulacris a Joanne (Geometra fortaſſe,) poſitis: 16. de Libro Gregorii Nazianzeni: 17. & 18. de eodem libro, ut opinor, vel de Pſalterio. fol. 63. ℣.

Nomocanonici. VI. De ſeptem Synodis Oecumenicis. Init. χαῖ γνώσκειν πάντα Χριστιανόν. fol. 64.

Fidei profeſſio juxta illas Synodos. fol. 69.

VII. Epiphanius Cypri ad Diodorum Tyri (Epiſcopum) de XII. lapidibus. fol. 70.

Ed Pariſ. pag. 878. De iiſdem brevius fol. 72.

De iiſdem quatenus duodecim tribus Iſrael deſignant. Ibid. fol. ℣.

De Adamante[d] lapide quem Sacerdos geſtabat, cum ingrediebatur in ſancta Sanctorum, & de variis ejus coloribus varia indicantibus. Ibid.

Philologica Sacra. De nardo piſtica. fol. 73.

Chronologia myſtica latens in nominibus Moſis & Chriſti; item in voce σαμφὶ. Ibid.

Refutatio eorum qui contendunt Chriſtum natum eſſe anno Mundi 5500. & argumenta quibus probatur eum natum eſſe anno 5506. Ib. fol. ℣.

VIII. Baſilius Monachus & Presbyter Lauræ id eſt, Monaſterii Malinæ[e] de inſtitutione aſcetica. fol. 74.

Dioſcori Thebaidis Monachi ſententia de ſomniis immundis. fol. 76.

Aſcetica. De cautione adhibenda in confitendis carnis peccatis, ex S. Anaſtaſio. Ibid.

Quid ſignificent hæ voces, φθορὰ, διαφθορὰ, καταφθορὰ; De rebus facilibus ac ſponte procedentibus dicta proverbialia; item de rebus impoſſibilibus; quid ſignificent Latina hæc, brevium, brevio, brevitas. Ibid.

IX. Heraclii Imperatoris rationarium aſtronomicum ac Menologicum, quo duodecim Zodiaci ſigna per ſingulorum menſium dies diſtribuuntur. Deſunt quinque menſes. fol. 76. ℣.

Monoſticha Iambica de XII. Zodiaci ſignis. f. 77. ℣.

Alia de duodecim Menſibus. Ibid.

X. de Climatibus VII. de inſula Thule; de Cimmeria regione inhabitabili; quænam ſit in illis regionibus dierum ac noctium ratio per diverſa anni tempora. deeſt initium. fol. 78.

De XII. ventis. Ibid.

XI. Menſes Romanorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Hellenum, Athenienſium, & Macedonum. Nota Macedonum menſibus eadem eſſe nomina ac ſignis Zodiaci. fol. 79.

Quota die & hora per ſingulos menſes ſol ingrediatur unumquodque Zodiaci ſignum. Ib. fol ℣.

Aſtronomica Menologica, Geographica De diebus ſeptem ex quibus conſtat hebdomada. Ib.

De inveniendo Lunæ die per calculum paſtoralem (τῶν ἐπῶν ποιμενικῶν); Quomodo inveniatur Lunæ ἐπάκτας, id eſt, initium.

Quare rami palmarum dicantur βαΐα. Obſerva Etymologiam Hebraicam commentitiam. fol. 80.

Paradigma indicans in quam Hebdomadæ diem incidant ſingulæ Neomeniæ per annos ſingulos ex quibus conſtat cyclus ſolaris. fol. 80. ℣. & f. 81.

De Biſſexto, nominis ratio Etymologica. Item de Nonis, Idibus & Kalendis. f. 81. ℣. & f. 85.

De Neomeniis ſeu Kalendis, & cur is dies feſtus eſſet Hebræis, Græcis & Romanis. Obſerva rationes Phyſicas; item auctores laudatos, Dercyllum & Calliſthenem Sybaritam. fol. 85.

Calculus, ſeu Methodus, ad inveniendum biſſextum; obſerva errorem calculi. Item Methodus ad inveniendum qua hebdomadæ die quilibet menſis incœpturus ſit. fol. 83.

De inveniendo Paſchatis die in ſingulis annis Cycli ſolaris. Duplex Methodus: item Paradigma[f] eodem pertinens. Ibid. fol. ℣.

XII. Empedoclis ſphæra, ſeu verſus XCI. heroici de VII. Planetis. fol. 84.

Duodecim Zodiaci portionum, quæ Ζώδια vocantur, Notitia[g]; qua continentur nomina Menſium Græca & Ægyptiaca, numerus τῶν λεπτῶν[h], ex quibus ſingulæ Zodiaci portiones conſtant; dies & hora, quibus ſol ingreditur in unumquodque ſignum; ac denique quid quoque menſe maxime noxium vel ſalubre ſit. Ibid. *pag. 879*

XIII. Septem ſapientum Apophtegmata, ex Plutarchi Sympoſio. 1. de Rege. fol. 86. 2. de optimo genere Reipublicæ. Ibid. fol. ℣. 3. de domo ſeu familia. fol. 87. 4. de problemate Amaſidia. Ibid. *Ethica.*

Iambi, de Atlantis cœlum ſuſtinentis allegoria; de rebus facilibus ac ſponte procedentibus dicta παροιμιακά.[i] fol. 88.

XIV. Excerpta ex Philonis libris de pœnitentia, de Mundi creatione, &c. fol. 88. ℣. De locutionibus quibuſdam Philonianis. fol. 91. ℣. De accentu verborum εἰμὶ, φημὶ, λαλῶ, οἶδα, ex Scholiaſte Luciani. Ibid

XV. Ex Pollucis Onomaſtico, Dictiones quæ pertinent ad animalium voces, ſtercora, impetus, conflictus & coitus. fol 95. & ſeqq.

a. Singula diſticha incipiunt a verbo, χαῖρε
b. Joannis Geometræ, ut opinor.
c. Πρωτασηκρήτις.
d. Auctore eodem Epiphanio.

e. Τῆς Μαλαίνου eſt nomen Monaſterii.
f. Paſchalion.
g. Τοπογραφία. deſcriptio.
h. Des minutes.
i. Vide & ſupra fol. 76.

Digitized by Google

Aliæ dictiones annotatæ, ex Plutarcho, ea Ariſtophane Grammatico,(τ̃ Ἀριστοφάνους τ̃ περὶ λέξεων διαλαβόντος. Tran a .... Polluce, ſol. 93. 94. & 95.

Grammatica & Philologica.

Unde dicta ſint Παξαμάτια b: de hac phraſi, ὑπεργρέφειν τοὺς ὀφθαλμούς. De nomine Δαίμων, genium maleficum ſignificante, etiam apud veteres Græcos. De vocis ... ſignificatione. ſol 95 ỿ.

Excerpta Geographica, Hiſtorica, Phyſica, &c. ex Suida, & aliis. Ibid. & ſol. ſequenti.

XVI. De ſeptem Romæ collibus. ſol. 98. Cur torcularium Epiſtomia c Leonum capitibus ſimilia effingantur. Ibid. Choſroæ Perſarum Regis Vaticinium, ex hiſtoria Simocattæ. Ibid. fol. ỿ. Teſtimonium Joſephi de Jeſu Chriſto. Ibid. Item de Joanne Baptiſta. ſol. 99. De albis merulis; item Aquilis, Apris, Urſis, Leporibus & Cervis, ex Pauſania. Ibid. De Tragicæ Poeſeos inventione ac progreſſu. Ibid. f. ỿ. De aliquot urbium nominibus antiquis in nova mutatis. Ibid.

XVII. Dictiones peregrinæ aut vulgares obſervatæ in Philoſtrati ſcriptis, in vitis Sophiſtarum, Herodæ, Ariſtoclis, Philagri, Hadriani, Rufi, & aliorum. ſol. 99. ỿ.

XVIII. Excerpta ex Syneſio, Æliano, Joanne Philadelphienſi, Plutarcho, Paulo Apoſtolo, Philone, Sophocle, Pythagora, Orpheo; in quibus partim dictiones notandæ, partim alia ſcitu digna occurrunt, de Atticis tribunalibus, de Dea Nemeſi, de Arione, ſeu de Divinæ juſtitiæ oculis, de Deo, &c. ſol. 100.

Inſcriptio commentitia, digitis Chriſti, in monte Oliveti, ſaxo inſculpta. Commentitio charactere. ſol. 101. ỿ.

Arithmetica myſtica ſeu Cabaliſtica; in litteris xxiv. Alphabeti Græci d; item in aliquot dictionibus e & in verſibus Homericis ἰσοψήφοις. ſol. 101. ỿ. & ſol. 102.

De ſigno conſummationis ſeculi quædam non legibilia. ſol. 102.

De variis periodis ſeu annorum Cyclis, quibus revolutis, Terra, Aquæ, Cœlum, Aſtra, Sol, Luna, & Indictio renovantur. Ibid. ſol ỿ.

Aſtronomica.

De periodo Annorum 532. (quæ Victoriana vulgo dicitur) Ibid. Quota die per ſingulos menſes Sol in ſingula Zodiaci ſigna ingrediatur. Ibid.

XIX. De Cœlo, Terra, Sole, Luna, Aſtris, anno, diebus, & menſibus. ſol. 103. Obſerva in eo capite Epiſtolam Theodori ad Theophilum, & paradigma Horologicum, ſeu rationem inveniendi horam diei ex menſura umbræ corporum humanorum.

Ed. Pariſ. pag. 880.

De Aſtrorum ortu & obitu, & de aeris mutationibus, quæ inde prænoſcuntur. ſol. 111. ỿ.

De diebus nefaſtis, ſive infauſtis. ſol. 112. De diebus ad navigationem aptis. Ibid. ſol. ỿ.

Sophoclis verſus f de Deo. Ibid. De eodem verſus Pythagoræ. ſol. 113.

Epilogus pertinens ad ea quæ ſupra de Solis & Lunæ Cyclis dicta ſunt. Ibid.

XX. De Hippodromio. ſol. 113. Agitur in hoc capite de ludorum Equeſtrium, Olympicorum & Circenſium inſtitutione, ac celebratione: item de CP. Hippodromi conſtructione.

XXI. De varia menſurarum magnitudine. ſol. 114. *

De menſuris, ponderibus ac monetis, Hebraicis, Romanis, Atticis. Ibid. ſol. ỿ.

De hominis ætatibus variis. Ibid. & ſol. 115. Ex Onomaſtico incerto dictiones pauculæ. Ibid. De Inventoribus artium & aliarum rerum. Ibid. De ſeptem hominis ætatibus, ex Hippocrate. Ibid. De quatuor hominis ætatibus, ex Pythagora. Ibid. ſol. ỿ. Ex S. Maximo de triginta argenteis, quos Judas accepit. Ibid. De arboribus ſemper virentibus. Ibid. De Plantarum nominibus quatuor generalibus. Ibid. ſol. 115. ỿ.

Philologica.

XXII. Deſideratur. Ejus Titulus eſt in indice Græco, περὶ τῶν δ΄. στοιχείων· πυρὸς, ἀέρος, γῆς, ὕδατος τοῦ ἁγίου Μαξίμου. καὶ περὶ τῶν αἰσθήσεων τ̃ ἀνθρώπου. καὶ τῶν ... ψυχῆς, ... καὶ τοῦ ... περὶ ψυχῆς ... καὶ περὶ τῶν δ΄. ἀρετῶν.

XXIII. Brevis & clara fidei Chriſtianæ expoſitio. ſol. 117.

Initium eſt: ὀφείλομεν πιστεύειν ὡς ἐβαπτίσθημεν. Præfixum eſt ſol. 116. paradigma in quo ſummatim proponuntur ea quæ de Trinitatis Myſterio a Theologis tradita ſunt.

XXIV. De Incarnationis myſterio. ſol. 118. De eodem ibid. ſol. ỿ.

XXV. De differentiis Unionis, ſeu de variis modis, quibus res uniuntur. ſol. 119.

De vocibus φθορὰ καταφθορὰ, & ἀφθαρσία. Ibid. item ſupra ſol. 76.

XXVI. De generatione Filii, & de proceſſione Spiritus ſancti. ſol. 119.

Breves Dei deſcriptiones, auctore Baſilio Magno. Ibid. ſol. ỿ. Sanctæ Trinitatis proprietates eodem, ut videtur, auctore. Ibid. Stylianus de proprietatibus S. Trinitatis. Ibid.

Theologica.

Summa totius de Trinitate doctrinæ. ſol. 121. Confer cum paradigmate ſol. 116.

XXVII. Expoſitio Fidei, quam dictante Joanne Evangeliſta, præſente & hortante Virgine Deipara ſcripſit Gregorius Thaumaturgus. ſol. 121. ỿ.

Ejuſdem dogmata Theologica ex alio libro. Ibid.

XXVIII. Quot modis accipiantur in Scriptura ſacra φύσις, οὐσία, ὑπόστασις, πρόσωπον, ἀρχή. ſol. 122. ỿ.

XXIX. Andreas Cretenſis de Sanctorum Imaginum adoratione, de imaginibus non manufactis, de Edeſſena, de Dioſpolitana, de iis quas pinxit S. Lucas. ſol. 124.

De Apoſtolorum & B. Virginis Baptiſmate, ex S. Sophronio: item de cognatis, & affinibus totaque Jeſu Chriſti familia. Ibid. ſol. ỿ.

XXX. Gregorius Nyſſenus de Confeſſione. ſol. 125.

XXXI. Herodianus de Notis Numeralibus antiquis. ſol. 126.

Quinam in quaque arte excelluerint. Recenſentur quidam minus noti: Pappianus Legiſlator: Ancylus ...: Eurydamus ...: Evander ...: & ...: Apelles Botaniſta. Ibid. ſol. ỿ.

pag. 881.

XXXII. Joannis Geometræ verſus inconditi & immodulati ad Chriſtum, ſol. 127. ad omnes Sanctos. Orat ut ſibi B. Virginem propitiam reddant. ſol. 128. ad Trinitatem. Ibid. ſol. ỿ. ad Virginem Deiparam. ſol. 129. ỿ.

XXXIII. Ejuſdem hymnus ad Deiparam quater alphabeticus. ſol. 131.

XXXIV. Poemata & Epigrammata XLVIII. Joannis Geometræ, & aliorum. 1. ad Chriſtum & ejus Matrem. ſol. 132. ỿ. 2. De ſeipſo. Ibid. 3. & 4. ad Chriſtum. ſol. 132. 5. 6. 7. 8. de Concupiſcentia carnis. Ibid. ſol ỿ. 9. de Vitæ humanæ miſeriis. Ibid. 10. de negotiis cogentibus relinquere amœnitates ruris. Ibid. 11. Chriſti verba ad Matrem e vivis ſublatam. ſol. 133. 12. & 13. de ſancta Mar. .... Ibid. 14. & 15. de (Paulo) Stephani perſecutore. 16. de ruris amœnitatibus. Ibid. 17. de Angelis, Chriſto, Deipara, & Præcurſore, diſtichon auctore Petro, ſi auctor Epigrammatis de ſeipſo loquitur. Ibid. 18. de Chriſto, Elegans, Ὁ μητρὸς ἐκτὸς πατρὸς ἀρχαῖον τέκνον·

Ὁ πατρὸς ἐκτὸς μητρὸς ἐγχρόνον βρέφος.

a. Trat.

b. Genus obſonii cujus inventor Paxamus,

c. Κρουνοὶ, fontes.

d. Quæ in tres ogdoades ita dividuntur, ut unaquæque ogdoas efficiat numerum 1333. Omnes autem ſimul ſumptæ efficiunt vel numerum 3999. ſi litteræ ipſæ ſolæ computentur; vel numerum 10000. ſi nominum integrorum ALPHA, BETA, GAMMA, &c. ratio habeatur. Nota nomen litteræ (ο) eſſe οὖ litteram autem (ω) eſſe ὦ.

e. Exemplo ſint Θεὸς, ἅγιος, ἀγαθὸς, in quibus ſingulis invenitur numerus 284. Item hæ duæ Κοσμᾶς: λύχνος, quæ ſingulæ efficiunt numerum 331. unde hic verſus de Coſma Melodo. Κοσμᾶς λύχνος, ... ψηφίζομαι.

f. Eoſdem habes ſupra ſol. 101.

*. In infima margine obſervatiuncula de Sabbathi itinere.

Poemata & Epigrammata.

Ibid. 19. 20. 21. 22. & 23. de Dormitione Deiparæ. Ibid. 24. de Imagine Virginis matris. Ibid. fol. ꝟ. 25. 26. 27. 28. 29. de Baptiſmo Chriſti. Ibid. 30. 31. 32. 33. [a] 34. 35. 36. de arco aureo Templi Salvatoris. Ibid. & fol. 134. 37. de Deo. Ibid. 38. de S. Panteleemonis ſarcophago. Ibid. 39. Querela elegans, [b] de ſeculo inîquo & perverſo. Ibid. 40. de ſubſcriptione Imperiali τῶν κατασιδήρων. Ibid. 41. de Porphyrio Philoſopho. Ibid. fol. ꝟ. 42. de ſubſtantia καθ᾽ ἑαυτὴν. Ibid. 43. Definitio τῶν ὄντων, ſeu de 10 Categoriis. Ibid. 44. 45. de Simplicio. Ibid. 46. de Archyta, Platone & Ariſtotele. Ibid. 47. de quinque vocibus & 10. Categoriis, vel potius de vanis Philoſophorum rixis Jambi xx. Ibid. 48. de Gregorio Nazianzeno. Ibid. fol. 134. ꝟ.

Epigrammata XLI. excerpta ex Anthologia. Obſerva 24. 25. 30. 31. 38. 39. obſ.

[c] 1. ἀνθρώπους μὲν ἴσως
2. μήποτε τὸν παρεόντα
3. ἀῤῥύτων ἀτόμων
4. γῆς ἐπέβην γυμνὸς
5. σκηνὴ πᾶς ὁ βίος
6. εἰ τὸ φέρον σε
7. δακρυχέων γενόμην
8. μήτε βαθυπλούτοιο
9. οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν
10. Δίδυμοι μύρονται
11. ὦ μοι μέλαν γῆν.
12. τὸ ἄργυρον τορεία.
13. Δύσδαιμον πρῶτον μὲν
14. Θάπτοι παιδὸς μέλλε
15. Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν
16. ὑβρίζεις· τί τὸ δαίμον;
17. ὅλως ἀνθρώποις σιγ.
18. τὴν φωνὴν ἵστησι.
19. αἰπὺ πόθεν σὺ μέτρον
20. Δαφνίδα καὶ Νιόβην
21. ὠγαθέ. καὶ μὴν σοὶ
22. εἴ με φιλεῖς, ἔργῳ
23. παῖδά τι κατάπληκτα
24. Θεῖρε μὲν, πολέμου
25. ἀγροὶ εἰς πόμενοι
26. ὑπὸ Μέλητος Ὅμηρε
27. τίς δώσει παλάμαις
28. κλῖνε αὔχενα γαῖρ.
29. αὐτὸς ὁ τὸ δολιόν
30. ὦ καὶ σοι πτέρυγα
31. πλάσμασι εἰς ἀνέμους
32. οἱ μὲν γηράσκει τὸ καλὸν
33. ὑπνώεις ἐπὶ πολλοῖ
34. εἴω αἴτεσαξα ..., obſcur.
35. πρὶν Ἀσκληπιάδη
36. μέζον μειλιχίῳ
37. ὦ ψοῖς Ταντάλε ... monoſtich.
38. εἰμὶ μέθυ τὸ γλύμμα
39. τὰς τρεῖς μοι χάριτας ... an editum?
40. ταῦτά σοι, ὦ βασιλεῦ Μιδείατοι

Ed Pariſ. pag. 882.

41. τηρῶ σοι τὸ φίλημα. Verſus duo poſtremi videntur ad aliud argumentum pertinere.

In Mæandrum fluvium, Jambi. A. B. fol. 137. ꝟ.

Chriſtiana compunctio, Jambico verſu. πάντα δεινὰ πάλιν δίκαια, &c. Ibid.

Diſtichon Ænigmaticum mutilum, ac claudicans. ὕδατος ἐκγενόμην fol. 138.

Theodori Prodromi verſus Heroelegiaci xvrss. ſeu querela hominis naufragi, cujus manus ambæ a piſcibus devoratæ erant. ξεῖνε τί σοῦ με δέδορκας; Ibid.

Ejuſdem Epigrammata duo Ænigmatica de Iride. Ibid.

Diſtichon Jambicum εἰς τὸ ὑπαπαντὴν. Initium eſt, εἶδες γέρον βρέφος με. Ibid. fol. ꝟ.

De thuribulo vitreo, &c. Epigrammata Jambica. Item Lazari ſuſcitati proſopopœa. Ibid.

XXXV. Ænigmata Jambica, auctore Baſilio Magiomita. [d] fol. 138. ꝟ.

XXXVI. Catonis Romani ſententiarum Libri IV. e Latino ſermone in Græcum a Maximo Planude, & ſcholiis illuſtrati. fol. 140. ꝟ.

Poemata & Epigrammata.

XXXVII. Sapientiſſimi Protaſecretis, [e] (Leonis Baralli [f]) Jambi de ſecundo Chriſti adventu fol. 147.

Ejuſdem Jambi ἐπιτύμβιοι, Tumulo ejus inſcribendi. ſeu Epitaphia tria. Ibid.

XXXVIII. Manuelis Phile Jambi, ſcripti in templo Salvatoris Chriſti [g] fol. 148.

Ejuſdem de eadem re alii Jambi. Ibid.

Ejuſdem Poema Jambicum de Animalium proprietate, ad Michaelem Palæologum juniorem. Ibid.

Ejuſdem Jambica duodecim Epigrammata de duodecim menſibus. fol. 162.

Sapientiſſimi Protaſecretis [h] Jambi Gnomici Alphabetici. Ibid.

Ejuſdem, ut videtur, alii Jambi Gnomici Alphabetici. Ibid.

XXXIX. Georgii Piſidæ Jambi accurati, a Morello editi de vita humana, & in ſuperbos. 162.

Præfixum eſt programma, ad Chriſtum.

Ejuſdem verſus de eadem re inediti. Initium, ἄνδρες ἐγρηγορήκοτες. fol. 165.

Ejuſdem Jambi de templo Blachernenſi. Init. εἰ οὐρανὸν ἐν γῇ. fol. 166.

Ejuſdem de eodem alii Jambi. Initium, ἔδει γενέσθαι. Ibid.

Alii non invenuſti de Imagine Salvatoris non manufacta; de Davide; de Joanne Evangeliſta; de horologio; de Legum ſynopſi, eodem, ut videtur, auctore. Ibid.

XL. Proclus Platonicus de Epiſtolari [i] charactere. fol 166. ꝟ.

Theodori Prodromi Jambi de annulo, in quo inſculpti erant Amantes duo, &c. fol. 180.

XLI. Quæſtiones & ſolutiones ex Alexandri (Aphrodiſienſis) Phyſicis. fol. 181.

De (Ebeno [k] & de ejus virtute medicinali. fol. 183.

XLII. Orationis Dominicæ brevis expoſitio. Ibid. fol. ꝟ.

XLIII. Diſſertatio brevis Theologica, in qua quæritur quid ſit φύσις, quid ὑπόστασις, &c. & qualis debeat eſſe fides noſtra. fol. 184.

De diſtinctione duplici, Reali ſcilicet, & per mentem, in Deo, & increatura: ſubſiſtentiæ definitio: quid differant τὰ περί τι, & τὰ εἰς πρός τι: definitiones tres regni cœlorum. fol. 186.

XLIV. Sententiæ breves ſapientium. fol. 186. ꝟ. *

Septem ſapientium dicta. fol. 187. **

XLV. Novem Sapientum Apophtegmata, ſeu reſponſa ad quæſtiones ab Alexandro Magno propoſitas. fol. 188. ꝟ. pag. 883.

XLVI. Sancti Maximi in illud Apoſtoli, νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη. fol. 189.

De 10. plagis Ægypti: de nomine Φόρμ. Θείμ. Φοινίχ. De voce Hebraica, Abdi. Ibid. Excerpta Gnomica ex Siracb, Androcyde, Xenophonte, Demoſthene, Nilo, Nicoſtrato, Æſopo, Homero, Heſiodo & Anonymis. Ibid. fol. ꝟ.

a. 30. 31. & 33. ingenioſiſſima ſunt.
b. Nota.
c. 1. Antol. libro cap. 38.

d. Majumita.
e. Πρωτασηκρῆτα, Primi a Secretis.
f. Vide Indicem Græcum.
g. Χριστὸ Θεῷ ναῷ τῷ Ἀργυρῷ.
h. Primi a Secretis. (Leonis Botali.)
i. Vide Codicem 3722.
k. Vide Dioſcor. lib. 1. cap. 130.
*. In margine ſcripta ſunt quædam de Alphabeti Græci inventoribus.
** In margine hæc leguntur: σημειῶσαι ὅτι Δικαίαρχος τέσσαρας λέγει γενέσθαι τελείως σοφούς, Θαλῆν, Βίαντα, Πίττακον, Σόλωνα.

XLVII. Septem Sapientum Dicta, verſibus Heroelegiacis a ſol. 189. ℣. & ſol. 190. in infimis marginibus.

Quid diſſetant τρίχθα & τρίοδον. ſol. 190.

XLVIII. Tetraſticon Jambicum, non accuratum de XIV. Pauli Epiſtolis. ſol. 190.

Excerpta Gnomica ex Nilo, Sirach, Salomone, Secundo. Ibid.

Commentariorum Theophylacti in XIV. Pauli Epiſtolas Epilogas, verſibus inconditis. Ibid ſol ℣. Jambica inſcriptio tumuli, cui proxima erat Deiparæ Effigies. Ibid. Septem Sapientum, patria, nomen, apophtegma, verſibus Heroicis. Ibid. In amicos δυσμενεῖς (quorum probatio difficilis eſt) Jambi. ſol. 191. Septem Sapientum, nomen, Pater, Patria, apophtegma, ſoluta oratione. Præfixum eſt Diſtichon heroelegiacum. Ibid

Poematia & Epigrammata.

Heracliti ſententia de vita humana, verſibus Elegiacis, πάντα γελᾶν βιοτὰν ... Ibid. Democriti contraria ſententia. παντοίων βιότου &c. Ibid. [a]

XLIX. Aurea verba Pythagoræ. Ibid. fol. ℣.

L. In divitem avarum Epigramma εἰ μὲν ζῇς ἐλεοῦ. Vide Anthologiam. ſol. 192.

Epigrammata ex varii argumenti, Ibid.

1. τί δ᾽ ἀστεροβλέπω
2. αἱ ζῶα ...
3. Χρεῖα τῶν ...
4. ὁ τῆς προφήτης
5. σύ, σῶτερ, αἱ φερομένας
6. ἐλευθερῶσαι πάντας
7. σὺ χρυσόχειρον
8. δεινὸς ἱερεὺς
9. αἱ ἰδίαν τὸ φέρειν

Gnomæ ex Ariſtotele, Democrito, Clitarcho, Demonacte, Platone, Phocylide, Hippocrate, & Anonymis. Ibid. [b]

LI. Poema Gnomicum Phocylidæ. Init. μήτε γαμοκλοπέειν. Ibid. ſol. ℣. Præfixum eſt hoc diſtichon. Ταῦτα δίκης ὁσίοισι Θεοῦ βουλεύματα φαίνει Φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος ὄλβια δῶρα.

LII. De diurno Phænomenôn ortu & obitu, & quæ orbis regiones cuique Zodiaci ſigno ſubjaceant. ſol. 194.

De Menſuris & ponderibus. Ibid. ſol. ℣.

LIII. Ex S. Maximo de triginta argenteis quos Judas accepit. Ibid. Vide & ſupra.

Ex S. Epiphanio Cypri, de ponderibus & menſuris. Ibid.

De vocibus, *denarius*, *alabaſtrum*, τρυβλίον, *Corbana*, *Golgotha*, *Beelzebul*, μόδιον. Ibid.

Epigrammata ſex quibus continentur Problemata Arithmetica. ſol. 195. Primum. 5. & 6. reperiuntur in Anthol. lib. 1. cap. 1. εἰς μαθήματα.

1. Πολλάκις ἐγὼ χρυσῷ
2. Ὄλβιε Πυθαγόρη
3. ἓξ μνῶν, ἓξ φιάλας
4. ἔχω τὸν ἕξιν
5. ἄμφω μὲν ἡμεῖς
6. Χάλκεός εἰμι λέων

De duodecim ventis: de quinque Zonis; & alia quædam Coſmographica. Ibid.

De circuitu Ponti Euxini, Paludis Mæotidis; item ſitus Terræ. Citatur Eratoſthenes. ſol. 195. ℣

Edit. Pariſ. pag. 884. Epigrammata VII. Jambica [d] 1. de cruce aurea. 2. de Michaele Archangelo. 3. de tabella in qua tres Trinitatis defenſores depicti erant. 4.

547. de Joanne Evangeliſta. 5. de SS. Quadraginta. 6. de Chriſto. 7. Inſcriptiones breves librorum ſacrorum, Pſalterii, quatuor Evangeliorum, &c. Ibid.

LIV. Quæſtionum Medicinalium ſolutiones, auctore Pſello ſol. 196. Præfixum eſt hoc programma, τῶν ἰατρικῶν σοι ... Idem de Urinis. Ibid. ſol. ℣. Idem de pulſibus. ſol. 198. Idem de febribus. ſol. 199.

LV. Apophtegmata ſingula ſingulorum Sanctorum Patrum; Jeremiæ Prophetæ, Baſilii M. Chryſoſtomi, Gregorii Nazianzeni, Athanaſii, Gregorii Nyſſeni, Cyrilli, Sabæ, Euthymii, Pauli Thebani, Antonii, Arſenii, Ephræmi, Pachomii, Joannicii, Theodoſii Cœnobiarchæ, Joannis Climaci, Iſidori Pelusiotæ, Maximi, Joannis Damaſceni, Nili, Studitæ, Joſephi Aſceræ, Theophanis, Theodori Grapti, Nicolai, Gregorii Thaumaturgi ſol. 201.

Gnomica Adeſpota. Ibid. ſol. ℣.

De præſcientia divina, an ſit cauſa eorum quæ fiunt. Ibid. ex S. Athanaſio.

De triplici animæ ſtatu, κατάστασιν; quo differant θυσία, δῶρα, ὁλοκαυτώματα; de duplici voluntate, & quis ſit uſus harum vocum συγχώρησις, παραχώρησις, & συμπάθεια: Animi facultas deliberativa trutinæ comparata; de peccatis voluntariis, & involuntariis. Ibid.

LVI. Diviſiones ac ſubdiviſiones trium animæ facultatum, λογικοῦ. θυμικοῦ. ἐπιθυμητικοῦ. ſol. 202. De vocibus plura ſignificantibus αἰχμή, πίλος, ἀγορά, θώραξ, ἴνδαλμα, ὄρος, λόγος, αἰών. Ibid. De orationis particulis quinque privativis α. νη, νω, νο, & ου. Ibid. De ſeptem epitaticis, α, δα, ζα. λα, βο, ἀρι, ἐρι; omiſſum eſt, βρι. Ibid. De adverbiis loci. Ibid. De vocibus, ἐχθρός, πολέμιος, δυσμενής. Ibid. Definitiones vocum, ὄκνος, ἔκπληξις, αἰδώς, αἰσχύνη, ἀγωνία. Ibid. ſol. ℣. De ὅτι & διότι. Ibid Quinam proprie Aſſyrii vocentur. Ibid. De voce ΑΓΚΥΡΑ. Ἄγκυρα, urbs. ἄγκυρα, anchora. Ibid.

LVII. De Verborum Syntaxi, ſeu Verborum, quatenus conſtruuntur cum Genit. Dat. vel Accuſativo, Lexicon Alphabeticum. ſol. 202. ℣.

De libris a Macario Magnete ſcriptis. ſol. 205.

LVIII. Magni Emeſeni Iatroſophiſtæ Liber de Urinis. Ibid. Phlegmatis purgativa. 208.

De Animalibus quæ veneno aut morſu nocent, &c. Ibid. ſol. ℣. Pharmaca quæ flavam bilem expellunt. Ibid. [*]

LIX. De corporis humani partibus ἰσχυώνια τοῦ ... [*] ſol. 209.

Parabolæ aliquot Iatricæ. Ibid.

LX. Pſellus de Nominibus minus uſitatis, quæ ad morbos vel ad Medicinam pertinent. ſol. 210.

LXI. Fidei expoſitio brevis per Interrogata & reſponſa, auctore Baſilio Magno. ſol. 211. ℣.

Periphraſes & allegoricæ Definitiones mulieris, quatenus malorum omnium maximum eſt. Ibid. De mulierum malitia, ex Sententiis Menandri Alphabeticis. ſol. 212. ℣.

LXII. Ignatii ad Amicum calamitoſum Poema Jambicum de Adamo. Continetur hoc Poemate Dialogus Serpentis, Evæ, & Adami non inelegans. Initium eſt, αἰγαίοις, ἄθλα, καὶ τὰ λ. ſol. 213. ℣.

LXIII. Hippocratis ad Ptolemæum [f] Regem Epiſtola, indicans quid toto anno obſervandum ei eſſet ut bene valeret. Init. ἐπιμελούμενος τῆς σῆς ὑγιείας. ſol. 215. [*]

Calculus brevis aſtronomicus, pertinens ad Menologium. ſol 216. pag. 835.

LXIV. Galenus de Iſchiadibus, podagra, & articulari morbo, ex Andromacho. Peluſiota, Hera, Aſclepiade, &c. ſol. 216. ℣.

Precatio hominis, pro aliis orantis. ſol. 218. ℣.

a. Δι᾽ ἔρωτα. In indice Græco.
a. In marg. οἱ δ᾽ ἄνθρωποι αἰσχροὶ ... ζῶα τίκτει.
b. Obſerva margines.
c. Titulus Græcus plura pollicetur.
d. Joannis Geometræ, ut opinor. Vide Epigramma 5.

*. In marg. neſcio quæ ...
e. An eſt nomen proprium?
f. Alexandrum ſcilicet, Macedoniæ Regem, qui regnare cœpit anno Periodi Jul. 4386. vel hæc Epiſtola non eſt Hippocratis.
*. Index Græcus hoc loco pollicetur Methodum Oniroeriticam, quæ non extat.

LXV. Pſalmorum argumenta Iambica, pleraque diſticha. Unum eſt Heroelegiacum, nempe, Pſalmi 77. fol. 219. & ſeqq. Acceſſerunt quædam ex Typico & Euchologio. fol. 219. & fol. 221. Item Monoſtichon de Oratione Manaſſæ; Diſtichon de iis qui deſinunt peccare, & Monoſtichon de Cantico Ezechiæ. fol. 221.

Epilogus Iambicus totius Pſalterii τέλος κρείττονα, &c. fol. 221. ỳ. Pſalterium vocat τριπλοῦν, ob tres πεντηκοντάδας: πεντεπλοῦν, quia in quinque libros dividi ſolet: unde fol. ſeq. vocatur ἀλλ᾽ πεντάτευχον.

Iambi duodecim elegantes de excellentia libri (Pſalmorum.) Ibid.

Canticorum 20. argumenta Iambica. Ibid. Diſtichon ad B. Virginem. Ibid. Tetraſtichon de Davidis lyra. Ibid. Gregorii Nazianzeni triſtichon: ἀλγεινῶ τοῖς ἐστιν, &c. Ibid.

De cruce Iambi XIV. minio ſcripti. Ibid.

De Pſalmis in V. libros diviſis tetraſtichon Iambicum. fol. 222. Verſus Heroici & Heroelegiaci, quibus continentur inſcriptiones Pſalterii totius; item Tituli quorumdam Pſalmorum; item aliquot initia, ex Apollinari; item Inſcriptio Pſalmorum Aſaphi: item Pſalmi 89. qui Moſi tribuitur. fol. eod. 222.

Verſus VIII. Heroici de Pſalterio, rubris litteris ſcripti. Ibid.

De Chryſographia, ſeu de præparatione auri liquidi, ad uſum pictorum & Calligraphorum. fol. 222. ỳ.

LXVI. Pſellus, de litteris aſpiratis, tenuibus, ac mediis. fol. 223. Item de liquidis. fol. 224. Item de vocalibus, ο, ω, ι, ε.

LXVII. (Idem.) de Lapidum virtutibus. Ibid.

De paradoxis, ſeu Mirabilibus lectionibus Libellus ejuſdem Pſelli, ubi multa ex Africani Ceſtis excerpta [b] fol. 226.

De hominis ſemine genitali, eodem, ut videtur, [c] auctore. fol. 228. ỳ.

De tabula Geographica, ex Strabone. fol. 230.

LXVIII. De Angelorum ordinibus & Claſſibus variis, &c. fol. 232. Eodem Pſello auctore. Vide Indicem Græcum.

LXIX. Excerpta ex Joannis Antiocheni opere Chronologico, quod ex libris Moſis, Africani, Euſebii, Pappi, Didymi & aliorum conflaviſſe ſe teſtatur. Liber I. fol. 234. * Liber II. fol. 237. ỳ.

LXX. Pſelli oratio de Salutatione Angelica, ſeu de Annuntiatione. περὶ χαιρετισμοῦ. Ἀρχὴ μὲν τῶ ὄντων Θεοῦ. fol. 240.

De Paradiſo; quid lignum vitæ fuerit? quid lignum ſcientiæ? fol. 244. ỳ.

De Agricultura. περὶ γεωργικῶν. fol. 245.

Collectio dictionum utilium ex Luciano. f. 246. ỳ

De vocibus ἀρίζηλος, ἔνδοξος, & αὐτόξενος. Ibid.

a. Vide Indicem Græcum.

b. Vide teſtimonia Auctorum de Africano, in Editione Regia Mathematicorum veterum.

c. Vide Indicem Græcum.

Diſcrimen κοινῶν & ἡμιτόνων: de verbo πειραῖναι: de Laconibus ſeipſos flagellantibus, dum Myſteriis initiarentur. Ibid. De verbis δρυπτακίζεσθαι & κοττίζειν. fol. 247. De Cynægiro: de Arſacidarum origine: de vocibus γραφὰ & ζωγραφεῖα: item ἐννοεῖ & ἐννοίζειν: de inimicitiis Ariſtidæ & Themiſtoclis, ſeu Ariſtidæ Apophtegma: de vocibus ἀκμὴν, & ἀνακῶς: de ὅτι relativo: de locutione τί σοι, φροντὶς σοι: de voce πατριώτης pro πολίτης: de vocibus μεῖραξ, & μειράκιον: de verbis ξυγγινέσθαι, & ὁμιλεῖν, ubi & de voce ὁμιλία. fol. 247. (Grammatica & Philologica. — Ed. Pariſ. p. 886.)

LXXI. Dictiones excerptæ ex libris VIII. Herodoti. fol. 247. ỳ.

Grammaticæ Obſervationes promiſcuæ. fol. 249. ỳ. Titulus Græcus præfixus convenit tantum initio hujus capitis. Obſerva & hos titulos, τί ἐστι διάλογος δεῖξαι. f. 250. περὶ ῥημάτων. Ibid. περὶ συντάξεως τῶν ῥημάτων. Ibid. περὶ τῆς καθόλου τῶν ὀνομάτων συντάξεως. Ibid. fol. ỳ. περὶ τὸ ἐάν, ἢ ἄν, καὶ κἄν, καὶ ὅταν. περὶ τὸ εἰ, &c. fol. 250. ỳ.

LXXII. Lexicon Grammaticum, nullo ordine. fol. 251. (Grammatica & Philologica.)

Gloſſarium alphabeticum dictionum, quæ inſunt Canonibus ſeu Cantibus ſacris Nativitatis, Luminum, & Pentecoſtes. fol. 253. ỳ.

Sapientiſſimi Protaſecretis [d], Epiſtola ad Theodorum Metochitam, Magnum Logothetam. Initium, μετωχετάσαι καὶ τὸ ὕδωρ. fol. 254.

LXXIII. De Syntaxi quatuor Partium Orationis; Nominis, verbi, præpoſitionis & adverbii, verſus Politici, auctore Pſello, ut opinor. Initium: ἡ σύνταξις ἡ τῶν μερῶν τοῦ λόγου. fol. 255.

Lexicon alphabeticum dictionum ſono ac pronuntiatione affinium. Habetur tantummodo initium. fol. 261.

LXXIV. Mœridis Atticiſtæ Lexicon Atticarum, & Hellenicarum vocum. fol. 261. Obſerva infimas margines foliis 261. 262. 263. 264. 267.

LXXV. Excerpta ex Capitibus S. Maximi. fol. 269. Diadochi Epiſcopi Photices Epiroticæ. fol. 271. ỳ. Heſychii Presbyteri. fol. 273. ỳ. Philothei Monachi. f. 275. ỳ. Symeonis Theologi. fol. 276.

Foliis duobus poſtremis, quæ Membranacea ſunt, continentur Pſalmus I. & II. Davidis, & alia quædam parvi momenti, eaque via legibilia, in marginibus. fol. 277. & 278. (Sacra.)

Codex Chartaceus, bonæ notæ, in 12. litteris minutioribus ſcriptus, quem Galliæ Regi Chriſtianiſſimo [e] ab Antonio Eparcho donatum eſſe ſupra obſervatum eſt. Indicem ejus Græcum Latine vertit &, ut jam dixi, edidit Stephanus Le Moyne, Variorum ſacrorum Tomo I. Pag. 557. Sed hic quem damus accuratior eſt, & longe uberior.

*. Obſerva notam Marginalem.

d. Leonis Bardi. Vide ſupra.

e. An Henrico II.?

NOMINA AUCTORUM

quorum Scripta vel Sententiæ in hac Notitia indicantur.

A

ÆLianus
Æſopus
Africanus
Alexander Aphrodiſ.
S. Anaſtaſius
Andreas Creteoſis
Androcydes
Andromachus
Antonius
Apollinarius
Ariſtophanes Grammaticus
Ariſtoteles
Arſenius
Aſclepiades
S. Athanaſius

B

Baſilius Magiomita
Baſilius Magnus
Baſilius Malini Monachus

C

Calliſthenes Sybarita

Edit. Pariſ. pag. 887.

Cato Romanus
Chryſoſtomus
Clitarchus
Cyrillus Archiep. Alexand.

D

Democritus
Demonax
Demoſthenes
Dercyllus
Diadochus Photices
Didymus
Dioſcorus Theban. Monachus

E

Empedocles
Ephraimus
Epiphanius Cypri
Euſebius
Euthymius

G

Galenus
Georgius Piſides
Gregorius Nazianzenus
Gregorius Nyſſenus
Gregorius Thaumaturgus

H

Heraclitus
Heraclius Imperator
Heras
Herodianus
Heſiodus
Heſychius Presbyter
Hippocrates
Homerus

I

Iamblichus
Ieremias Propheta
Ignatius Poeta
Ioannes Antiochenus
—— Climachus
—— Damaſcenus
—— Geometra
—— Philadelphienſis
Ioannicius
Ioſeph Aſceta
Iſidorus Peluſiota

L

Leo Barali
Lucianus

M

Macarius Magnes
Magnus Emeſenus
Manethon
Manuel Phile
S. Maximus
Maximus Planudes
Mœris Atticiſta

N

Nicephorus Call. Xanth.
Nicoſtratus
Nicolaus

P

Pachomius
Papias
Peppius
Paulus Apoſtolus
Paulus Thebaeus
Pauſanias
Peluſiota Medicus
Philon Judæus
Philoſtratus
Philotheus Monachus
Phocylides
Plato
Plutarchus
Polles
Pollux
Proclus
Pſellus
Pythagores

S

Sabas
Salomon
Secundus
Simocatta
Sirach, vel potius filius Sirach
Sophocles
Strabo
Stylianus
Symeon Theologus
Syneſius

T

Theodorus Πρόδρομος
—— Graptus
—— Prodromus
—— Studita
Theodoſius Cœnobiarcha
Theophanes Medicus
Theophilus Medicus

X

Xenophon

pag. 888. Ἀνδρέας ὁ ἁγιώτατος) Complures ex Epiſcopis Byzantinis, qui a Græculis numerantur, uſque ad Metrophanem fictitios eſſe cenſeo. Rem autem ita maniſeſtam auctoritate Scriptorum comprobare neque neceſſarium eſſe exiſtimamus, neque modo per varias occupationes licet; ſufficiat tantum hic monere, tres Epiſcopos Conſtantinopolitanos ante Metrophanem, nominibus aliis, referri a Cedreno, qui pag. 256. E. R. ſcribit, primum Byſantii Epiſcopum fuiſſe Philadelphum, imperante Antonino Caracalla: Ἐπὶ τούτου πρῶτος ἐπίσκοπος κατέστη Βυζαντίου Φιλάδελφος, ἔτη τρία· πρὸ τούτου τῆς ἐκκλησίας ἦν πρεσβύτερός τις. *Eo tempore primus Byzantii Epiſcopus conſtitutus eſt Philadelphus, & annos tres præfuit; ante enim per oſtennlam Eccleſiæ præfuit quidam presbyter.* Eadem habet & Symeon Magiſter ac Logotheta in Chronico MS. qui præterea tradit, tertio anno Gordiani creatum fuiſſe ſecundum Epiſcopum Byzantii Eugenium qui illam ſedem adminiſtravit annis viginti quinque: Τῷ δὲ τρίτῳ ἔτει Γορδιανοῦ δεύτερος ἐπίσκοπος Βυζαντίου γίγνεται Εὐγένιος, ἔτη κε΄. Ubi Cedrenus pag. 257. E. R. ſic habet tantum: καὶ Εὐγένιος γίγνεται ἐπίσκοπος Βυζαντίου, ἔτη κε΄. Deinde de Rufino tertio Byzantii Epiſcopo ſic tradit laudatus Logotheta: Εἶτα βασιλεύει Νουμεριανὸς Δὲξ τυγχάνων Μυσίας. ἐπὶ τούτου μαρτυρεῖ ὁ ἅγιος Γεώργιος, καὶ ὁ ἅγιος Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ. τῆς δὲ ἐν Βυζαντίῳ ἐκκλησίας προΐσταται Ῥουφῖνος ἔτη θ΄. *Deinde imperat Numerianus Dux Myſiæ. Sub eo Sanctus Georgius ac Sanctus Babylas martyrium paſſi ſunt Antiocheæ. Rufinus autem præfuit Eccleſiæ Byzantinæ annis novem.* Eadem habet & Cedren. pag. 264. E. R. niſi quod Rufini nullam mentionem facit. At quod ſcribunt de Martyrio ſancti Babylæ falſa ſunt, ſiquidem ſanctus Babylas ſub Decio Martyrium ante obierat.

Κυριλλιανός) Scribitur ſupra rubris litteris Κυριλλιανός. 549.

Μητροφάνης) Quæ ſcribit hic Nicephorus Calliſti 550.
de Metrophane, nimirum eum in Epiſcopatu vixiſſe annos decem, Synodo Nicænæ interfuiſſe, ac primum Patriarcham Conſtantinopolitanum extitiſſe, admodum ſunt controverſa. Reverendiſſimus Petrus de Marca lib. 5. de Concordia cap. 3. & ibidem doctiſſimus Baluzius in Obſervatione quam ſubjungit, Metrophanem Nicænæ Synodi tempore adhuc in vivis fuiſſe conantur oſtendere; idque Euſebii auctoritate, qui lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 7. recenſens Provincias, ex quibus Epiſcopi ad eam Synodum venere, inquit: Αὐτῶν τε Σπανῶν ὁ πάνυ βοώμενος, εἷς ἦν ταῖς πολλοῖς ἅμα συνεδρεύων. τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως, ὁ μὲν προεστὼς ὑστέρει διὰ γῆρας. πρεσβύτεροι δ' αὐτοῦ παρόντες, τὴν αὐτοῦ τάξιν ἐπλήρουν. *Ab ipſa quoque Hiſpania vir ille multo omnium ſermone celebratus, una cum reliquis aliis conſedit. Aberat quidem Regiæ urbis antiſtes ob ſenilem ætatem ſed præſto erant Presbyteri, qui vices ejus implerent.* Hunc Euſebii locum iiſdem omnino verbis citat Socrates lib. 1. c. 5. Verba illa autem Euſebii: τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως, ὁ μὲν προεστὼς ὑστέρει διὰ γῆρας. *Aberat qui-*

dem Regiæ urbis Antiſtes ob ſenilem ætatem non intelligenda eſſe de Romano Pontifice, qui tum erat Sanctus Silveſter, aſſerunt; idque conantur demonſtrare ex Actis Concilii Nicæni collectis a Gelaſio Cyziceno, quæ habentur edita Tom. 2. Concil. qui quidem Scriptor, ſe illæc ex tertio libro Euſebii de Vita Conſtantini ad verbum exſcripſiſſe fatetur: *Ipſe ex Hiſpanis valde celebratus Oſius, obtinens locum magnæ Romæ Epiſcopi Silveſtri, cum Presbyteris Romæ Vitone & Vincentio, cum plurimis aliis conſidebat. Urbis autem illius quæ nunc imperat, Epiſcopus, Metrophanes nomine, propter ſenectutem non adfuit; ipſius vero Presbyteri qui aderant, locum ejus ſupplevere; quorum unum erat Alexander, qui urbis Epiſcopatum poſt Metrophanem adeptus eſt.* Eadem hæc Acta Synodi Nicænæ a Gelaſio Cyziceno interpolata ſe perlegiſſe teſtatur Photius in Bibliotheca Codice 88. ubi nonnulla ex iis excerpta habentur; quæ quidem eadem adſtruunt: Ἀλέξανδρος δὲ, inquit, ὅστε πρεσβυτέρου ἀξίωμα εἶχεν, ὡς προείρηται αὐτῷ τὸ Κωνσταντινουπόλεως

Edit. Pariſ. pag. 889. Μητροφάνους παρεῖναι. ἐκεῖνος γὰρ ἐβούλετο διάδοχον γενέσθαι, ὅτι αὐτῷ ὁ χρόνος τοῦ βίου ὑπὲρ τὰ ἑαυτοῦ ἑξήκοντα ἔτη. Excerpta Vitarum Metrophanis & Alexandri Patriarcharum CP. quæ habentur apud Photium in Bibliotheca Codice 256. id ipſum affirmant. At non ſolum prædicti Scriptores laudata Euſebii verba ad Epiſcopum Conſtantinopolitanum referunt, cum idem ſentiant Nicetas Choniates in Panoplia & Epiphanius Scholaſticus. Hinc factum eſt ut Reverendiſſimus Petrus de Marca, Baluzius ac Pagius verba illa Euſebii ad Epiſcopum Byzantinum ſpectare crederent; licet Valeſius in Notis Euſebianis laudatos Scriptores redarguat, inquiens in nullo modo intelligi poſſe de Epiſcopo Byzantino, cum nondum tempore Synodi Nicænæ dedicata eſſet Conſtantinopolis, ac Regiæ urbis vocabulo decorata. Sed huic argumento præſto occurrit Baluzius inquiens, Euſebium libros illos de Vita Conſtantini non ſcripſiſſe, niſi poſt hujus Imperatoris mortem, adeoque diu poſt dedicatam Conſtantinopolim, quæ ideo poſt hujus Imperatoris mortem, adeoque diu poſt dedicatam Conſtantinopolim, quæ ideo poſt Conſtantini obitum urbis Regiæ vocabulo decorari potuit, habita ratione, non ipſius rei, ſed temporis, quo iſta ſcribebat Euſebius. Nam, inquit Baluzius, Euſebius non loquitur ſimpliciter de urbe Regia, ſed de urbe quæ tunc regnabat, βασιλευούσης, ad differentiam Romæ, quam infra lib. 4. de Vita Conſtantini cap. 69. βασιλίδα πόλιν conſtanter vocat in duobus locis, nunquam βασιλεύουσαν. Quare ut verus & genuinus Euſebii ſenſus retineatur, ſic Latine verti debet hic locus: *Epiſcopus urbis illius, penes quam Imperium eſt.* Sic Baluzius reſpondet ad Valeſii Euſebianas Notas. Atqui Euſebius in Vita Conſtantini Romam veterem paſſim appellat πόλιν βασιλεύουσαν; ſic lib. 1. cap. 26. ubi loquitur de urbe Roma vindicata a Maxentii tyrannide, τὴν Ῥωμαίων ἀρχῆς βασιλεύουσαν πόλιν: cap. 33. ubi loquitur de tyrannide quam Romæ Maxentius exercebat: Καὶ γὰρ δὴ τοῖς ἐπ' ἐκείνῃ ἀφαρπάσας τῇ βασιλευούσῃ πόλει: cap. 39. loquens de adventu Conſtantini in urbem Romam, εἰσήλαυνεν ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν. Et cap. 4. ubi narrat, Conſtantinum Magnum in media Urbe Roma erexiſſe Crucis trophæum, μέσῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει. Verum non hæc tantum argumenta adferunt, qui verba illa Euſebii ad Romanum Pontificem ſpectare putant; nam doctiſſimus noſtrique amantiſſimus Abbas de Longuerue in eruditiſſimis Epiſtolis, quas ad Pagium ſcripſit, primum in dubium revocare videtur Acta illa Synodi Nicænæ a Gelaſio Cyziceno collecta; necnon Excerpta Vitarum Metrophanis & Alexandri Patriarcharum CP. quæ habentur apud Photium Codice 256. quæ profecto idem adſtruunt, deinde vero ad comprobandum verba illa Euſebii ſpectare ad Romanum Pontificem laudat idem vir doctiſſimus Sozomenum, qui eadem verba intellexit de Pontifice Romano, niſi quod perperam ille loco ſancti Silveſtri Julium repoſuit: Theodoretum item qui lib. 1. cap. VII. verba Euſebii de Romano Pontifice intelligit, ὁ δὲ τῆς Ῥώμης ἐπι-σκοπος ἀπελείφθη βαδίζειν: & paulo poſt Silveſtrum Romæ tunc ſediſſe ait; & c. IV. ejuſdem libri refert Theodoretus epiſtolam quam ſcripſit Alexander Alexandrinus ad Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum de naſcente hæreſi Ariana, & Ario quem nuper communione privaverat; hoc titulo: Τῷ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Et ut nemo dubitet hanc Epiſtolam Alexandri Alexandrini Epiſcopi ſcriptam fuiſſe ad Alexandrum Conſtantinopolitanum, ſeu potius Byzantinum Epiſcopum, idem Theodoretus cap. III. ejuſdem libri, tradit, ante Concilium Nicænum, imo cum primum ſuam hæreſim Arius divulgare cœpit, ſediſſe Romæ Silveſtrum, Vitalem & Philogonium Antiochiæ, Macarium Hieroſolymis, Alexandrum Conſtantinopoli, & Alexandrum Alexandriæ: τῆς δὲ Κωνσταντίνου πόλεως κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν καιρὸν Ἀλέξανδρος τὰς ἱερατικὰς ἐξεῖχε λειτουργίας, ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λαμπρυνόμενος. τότε τοίνυν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος, & Quæ vero pag. 830. hac de re habet Pagius parvi omnino momenti ſunt; nam ille ad confirmandam ſuam ſententiam unum tantum Theodoreti locum laudat, nimirum Epiſtolam *Alexandri Epiſcopi Alexandrini ad Alexandrum Epiſcopum.* Et hunc quidem Alexandrum Epiſcopum ad quem ſcripta fuit epiſtola, fruſtra conatus aſſerere, non eſſe Conſtantinopolitanum Antiſtitem, uti ex iis quæ paulo ſuperius diximus facile eſt cuilibet cognoſcere. Vide quid de Metrophane ſcribit Em. Cardinalis Baronius, qui tempora ipſius ſedis intra triennium coarctat.

Ἀλέξανδρος) Alexandrum annos XXIII. in Epiſcopatu Conſtantinopolitano ſediſſe tradunt Socrates, Sozomenus, Theophanes, uterque Nicephorus & Zonaras; mortem vero obiiſſe anno Chriſti 340. affirmat Em. Baronius; at ſi vera ſunt, quæ ſuperius ex Theodoreto diximus, pluſquam XXIII. annis ſedem CP. adminiſtravit Alexander, vel certe annus ipſius obitus non bene a Baronio conſignatus.

Παῦλος) Paulus in Epiſcopatu Conſtantinopolitano Alexandro ſucceſſit, tempore Conſtantii Auguſti, non vero Conſtantini Magni, ut fruſtra conatur oſtendere Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Socratem & Sozomenum. Ante Epiſcopalem dignitatem acceptam a Conſtantino in exilium pellitur Paulus. Vide Pagium ad annum Chriſti 340. XI. & ſeq. Sed annus quo Paulus Alexandro in Epiſcopatu CP. ſucceſſerit perperam mihi videtur conſignatus cum a Baronio tum a Pagio.

Τότε ἐξωθεῖται) Ita ſane Paulum Epiſcopatu tantum dejectum a Conſtantio prima vice, non vero in exilium miſſum teſtatur & Socrates lib. 2. cap. 7. Sed Baronius confundit exilium a Conſtantino Magno Paulo irrogatum, quod illi accidit ante Epiſcopalem dignitatem acceptam, cum ejus depoſitione ab Epiſcopatu, quæ Conſtantio imperante accidit.

Εὐσέβιος ὁ Ἀρειανὸς, &c. ἔτη ιβ΄.) Vide quid de hujus Epiſcopatus annis ſcribunt Baronius & Pagius.

Παῦλος ὁ Παῦλος, &c.) Poſt Euſebii mortem Catholici Paulum reſtituunt, Euſebiani vero Macedonium. Quæ quidem res ingentem tumultum in urbe regia excitavit, ut prodit Socrates; quippe Hermogenis magiſtri militum ab Imperatore miſſi, ut Paulum expelleret, domus incenſa, ipſeque pedibus tractus ac miſere truncatus, in mare a populo præcipitatur. Cujus quidem facinoris nuncium cum ad Conſtantium Auguſtum delatum eſſet, ſtatim ille Conſtantinopolim venit, ut ſcribit Libanius in Baſilico. Et ſontes quidem ab illo caſtigatos eſſe ait, neminem tamen morte affectum; cum Senatus urbis CP pro reis apud ipſum interceſſiſſe. Tunc etiam Singaram relegatum fuiſſe a Conſtantino Paulum, & aliquanto poſt inde Emeſam tranſlatum, ſcribit Athanaſius.

Ἐκεῖσέ τε ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ἀναιρεῖται) De morte Pauli vide Sulpitium cap. 2. Socratem lib. II. cap. 651.

ar. Theodoretum lib. 5. cap. 5. Sozomenum lib. 4. cap. e. Mors autem S. Pauli cujus feſtum Græci die VI. Septembris colunt, Latini die VII. Junii, a Baronio conſignatur anno Ch 351.

Μακεδόνιος, &c. ἔτη ε'.) Anni quinque quos in Epiſcopatu CP. ſediſſe Macedonium ſcribit Nicephorus, neſcio unde numerandi, nimirum an e quo primum poſt Euſebii mortem occupaverit illam ſedem, an vero e morte Pauli; quippe Scriptor Chronici Alexandrini Macedonium propter multa crimina exauctoratum fuiſſe ait, Coſſ. Conſtentio Auguſto XII. & Juliano Cæſare III. anno Chriſti 360. Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ περιτίῳ ιε'. καθιερώθη ἡ μεγάλη Ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως. Μακεδόνιος Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπος καθῃρέθη ἐπὶ πολλοῖς ἰδίοις αὐτοῦ ἐγκλήμασι, καὶ κατέστη ἀντ' αὐτοῦ Εὐδόξιος τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος, &c. *Hoc anno, menſe Peritio, die XV. Magna Eccleſia Conſtantinopoleos* Edit. Pariſ. pag. 891. *dedicata eſt. Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus propter multa ipſius propria crimina exauctoratus eſt, & in locum ejus ſurrogatus Eudoxius*, &c. Ex quo quidem Chronici Alexandrini loco, apparet Macedonium pleſquam quinque annos Epiſcopatum CP. occupaſſe.

Εὐδόξιος, &c. ἔτη ζ'.) Scribitur hic ſupra rubris literis, ἐν' ἑκάστῳ. Eudoxius autem plus fortaſſis quam ſeptem annos ſedem CP. rexit; verum non annos *novemdecim*, ut legitur apud Socratem; quod quidem mendum librarii eſſe, docet Valeſius in Notis ad eundem. Alioquin Socrates ſecum ipſe pugnaret; quippe idem Scriptor lib. 2. cap. 42. Eudoxium in Concilio CP. anno CCCLX. inchoato, ſequentique continuato, ſubſtitutum fuiſſe in locum Macedonii depoſiti ſcribit, mortem vero obiiſſe Coſſ. Valentiniano Aug. III. & Valente Aug. III. tradit idem Socrates lib. 4. cap. 14. necnon Philoſtorgius lib. 9. cap 8. Sozomenus vero lib. 6. cap. 13 Eudoxium obiiſſe ait, quando Valens Antiochiam tendens, paulalum Nicomediæ ſubſtitit. Cæterum Theophanes annis decem obtinuiſſe Eudoxium ſedem CP. ſcribit.

Δημόφιλος, &c. ἔτη ιβ'. μῆνας ε'.) Id eſt, *Demophilus*, &c. *ſedit annis* 12. *menſibus* 5. Et ita legendum ſupra in verſione, ubi librarii incuria legitur *ſub Valente*; quod quidem in ſcriptis noſtris ad marginem tantum reperitur, & in MS. legitur ſupra rubris literis, ἐπὶ Οὐάλεντι, & infra, ἐπὶ Οὐάλεντος. Cæterum de Demophilo ab Arianis in locum Eudoxii ſubrogato legendus eſt Philoſtorgius lib. IX. cap. X. & XIV.

Εὐάγριος Ὀρθόδοξος, &c. ἔτη ε'.) Theophanes ad annum V. Valentiniani Auguſti Evagrium ſtatim poſt Eudoxii mortem a parva manu Orthodoxorum electum fuiſſe ſcribit; quo quidem tempore Ariani ſibi Demophilum præfecerunt: verum Evagrius ſtatim e Valente ſede pellitur, Demophilus vero in ea confirmatur, ut narrat ibidem laudatus Scriptor. Τούτῳ τῷ χρόνῳ Εὐδοξίου τελευτήσαντος Δημόφιλον Ἀρειανοὶ προβάλλονται ἐπίσκοπον. οἱ δὲ ὀρθόδοξοι Εὐάγριόν τινα, ὃν ἐχειροτόνησεν Εὐστάθιος ὁ ἱερὸς Ἀντιοχείας λαθραίως διάγων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπανελθὼν ἐκ τῆς ἐξορίας ἐπὶ Ἰοβιανοῦ. μὴ εἰδὼς δὲ αὐτὸν ζῶντα ἐν τῇ πόλει ἐκρύπτετο. ὁ δὲ Οὐάλης ἀκούσας Εὐαγρίου χειροτονίαν ἀπὸ Μαρκιανουπόλεως Εὐστάθιον μὲν τὸν ἱερὸν εἰς Κύζικον ἐξώρισεν. Εὐάγριον δὲ τῆς πόλεως ἐκβαλὼν, Δημοφίλῳ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκε τῷ Ἀρειανῷ. *Hoc anno, mortuo Eudoxio, Demophilum Epiſcopum ſibi præfecerunt Ariani, Evagrium quendam ex adverſo elegerunt Orthodoxi. Hunc Euſtathius ſacer Antiochiæ Præſul Conſtantinopoli clam degens conſecravit, reverſus nimirum ab exilio Joviani Principis edicto, quem cum vivum non offendiſſet, occulte morabatur in urbe. Audita Evagrii ordinatione Valens Marcianopoli moram trahens ſacrum Euſtathium relegavit Cyzicum, expulſoque Conſtantinopoli Evagrio, Eccleſias Demophilo Ariano commendavit.*

Γρηγόριος ὁ Ναζιανζηνὸς, &c. ἔτη ιβ'.) Ita habent
552. S. Nicephori catalogus, Menæa die XXX. Januarii in memoria trium Sanctorum Eccleſiæ Doctorum; Amphilochius in Vita Sancti Baſilii de Gregorio Nazianzeno loquens; & Gregorius Presbyter in Encomio, quo texit Vitam Gregorii. At Theophanes ſanctum Gregorium Nazianzenum duobus tantum annis ſedem CP. adminiſtraſſe ſcribit: Cedrenus Gregorium decennium & paulo amplius Conſtantinopoli moratum eſſe tradit. Certum tamen eſt Gregorium non amplius quam triennio Conſtantinopoli commoratum; & Epiſcopatum Conſtantinopolitanum paucis tantum hebdomadis adminiſtraſſe; in eadem quippe Synodo & renuntiatus fuit Epiſcopus & exauctoratus; & anno Chriſti 381. III. Kalend. Aug. quo Theodoſius dedit legem 3. Codicis Theodoſiani *De Fide Catholica*, jam Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus erat, & Concilium Conſtantinopolitanum jam finitum, uti patet ex eadem Lege.

Ἰωάννης Πρεσβύτερος Ἀντιοχείας, &c. ἔτη ε'. μῆνας ε'.) S. Jo. Chryſoſtomus bis e throno pellitur; pag. 89e. primum in Synodo ad Quercum, anno Chriſti 403. deinde in Synodo Conſtantinopolitana anno 404. quod quidem accidit feſto Paſchæ die appropinquante, & poſt duos menſes in exilium pellitur Chryſoſtomus. Vide Socratem lib. 6. cap. 18. Cæterum multa de ſancto Joanne Chryſoſtomo ac ejus Epiſcopatu dicenda eſſent, niſi ſedulo omnia examinaſſet Pagius; unde eo lectorem remittere eſt animus.

Ἀρσάκιος, &c. ἔτη β'.) Duobus annis ſediſſe in Epiſcopatu Conſtantinopolitano Arſacium ſcribit & Theophanes. Verum Arſacius ordinatus fuit die XXVI. menſis Junii, in quem Dominica incidebat; quo quidem die ordinationes Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum fieri ſolitæ erant. Quare in Chronico Alexandrino, ut docet Pagius, loco ἡμέρᾳ δευτέρᾳ legendum ἡμέρᾳ πρώτῃ, id eſt, *feria prima*, quæ hoc anno cum die XXVI. Junii concurrit. Arſacius vero moritur anno ſequenti Chriſti 405. die tertio Idus Novembris, ut ſcribit Socrates lib. 6. cap. 20. Unde, ſi Socrates non fallitur, Arſacius ſediſſe videtur annum unum, menſes quatuor, dies ſeptemdecim. Verum Palladius, cui potior fides adhibenda quam Socrati, utpote tunc viventi & de rebus Chryſoſtomi optime edocto, ſcribit in Dialogo Arſacium ſediſſe annum & menſes duos, *διαρκέσας δὲ τὸ ζῆν ἑαυτῷ δεκατέσσαρας, ἀπέθανεν, ille cum ad quatuordecim menſes vitam ſuam protendiſſet mortuus eſt.*

Ἀττικὸς, &c. ἔτη κ'.) Atticus Coſſ. Arcadio Aug. VI. & Anicio Probo Chriſti anno 406. electus 553. fuit in Arſacii locum ut ſcribit Socrates lib. 6. cap. 20. Sozomenus vero lib. 8. cap. 27. quarto poſt Arſacii mortem menſe ordinatum fuiſſe Atticum tradit. Verum error irrepſit in numerum illum apud Socratem lib. 7. cap 25. ubi ait, Atticum anno Epiſcopatus ſui primo & viceſimo, die ſexto Idus Octobris, mortem obiiſſe Coſſ. Theodoſio XI. & Valentiniano Cæſare I. nam horum Conſulatus hic annus cedit in annum Chriſti 425. unde ſi Atticus, ut ait Socrates ſuperius citato loco, ordinatus eſt anno Chriſti 406. viceſimum certe Sedis annum non abſolvit.

Σισίννιος, &c. ἔτη α'. μῆνας ε'.) In Chronographia Compendiaria ſancti Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani & in Tabulis Theophanis anni duo Siſinnio attribuuntur. At Socrates lib. 7. cap. 26. aſſerit, ordinatum fuiſſe Siſinnium pridie Kalendas Martii, Conſulatu proxime ſequente, qui fuit Theodoſii XII. & Valentiniani Junioris Aug. II. quo quidem anno dies ultimus Februarii in Dominicam incidebat, qua ordinationes Epiſcoporum fieri ſolitæ erant. Mortem autem obiit Siſinnius, ut narrat idem Socrates paulo ſuperius laudato loco, Coſſ. Hierio & Ardaburio anno Chriſti 427. die XX. Kal. Januarii.

Νεστόριος, &c. ἔτη γ'. μῆνας β'.) Neſtorius ordinatur Epiſcopus Conſtantinopolitanus Coſſ. Felice & Tauro anno Chriſti 428. quarto Idus Aprilis, ut ſcribit Socrates lib. 7. cap. 29. At Libera-

beratus Diaconus cap. 4. ſui Breviarii, ordinationem Neſtorii peractam fuiſſe ait Kalendis Aprilis. Quod quidem vero ſimilius eſt, nam dies Dominica hujus anni, qua ordinationes Epiſcoporum CP. fieri ſolitæ erant, incidebat in Kalendas Aprilis, ſeu diem primam ejuſdem menſis, uti optime docet Pagius contra Baronium & Garnerium, qui Socratis errori adſtipulantur. Neſtorius deponitur anno Chriſti 431. & in ejus locum Maximianus conſecratur, ut infra videre eſt.

Μαξιμιανὸς, &c. ἔτη β΄. μῆνας ε΄.) Sanctus Nicephorus CP. Maximianum ſediſſe ſcribit, ἔτη β΄. μῆνας ε΄. annis 2. menſibus 5. Ita habet & Socrates lib. 7 cap. 40. At videtur ſecum ipſe pugnare Socrates; nam Maximianus electus fuit E- Edit. Pariſ. pag. 893.
piſcopus elapſo quatuor menſium ſpatio a Neſtorii depoſitione, ut ait idem Scriptor lib. 7. cap. 35. Τετραμήνου δὲ διαδραμόντος χρόνου μετὰ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν προχειρίζεται πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν Μαξιμιανός ὄνομα, ἀσκητικὸς μὲν τὸν βίον· ἐν τοῖς πρεσβυτέροις δὲ καὶ αὐτὸς ἐτέτακτο. *Elapſo igitur quatuor menſium ſpatio a depoſitione Neſtorii, Maximianus eligitur Epiſcopus: vir Monaſticam quidem vitam degens: in Presbyterorum tamen ordinem ipſe quoque cooptatus*. Quod quidem accidit die xxv. Octobris Coſſ. Baſſo & Antiocho, anno Chriſti 431. ut narrat laudatus Scriptor cap. 37. ejuſdem libri: Μαξιμιανοῦ τοίνυν προχειρισθέντος εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Ἀντιόχου, περὶ τὴν εἰκάδα πέμπτην τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς τὰ τῆς ἐκκλησίας ἡσύχαζε πράγματα. *Cum Maximianus ad Epiſcopatum CP. evectus fuiſſet, Baſſo & Antiocho Conſulibus, die octavo Calendas Novembris, Eccleſiarum tumultus quievere*. Moritur autem Maximianus Coſſ. Areobindo & Aſpare anno Chriſti 434. pridie Idus Aprilis, &c. ut prodit idem Socrates cap. 40. ejuſdem libri. Unde apparet Maximianum in Epiſcopatu CP. vixiſſe annis duobus, menſibus quinque, & aliquot etiam diebus; quod quidem non animadvertit Valeſius in Notis ad eundem Socratem, neque Pagius qui rem ex profeſſo, ut ajunt, tractat.

Πρόκλος, &c. ἔτη ιβ΄. μῆνας γ΄.) Proclus antequam Maximiani corpus ſepulturæ mandaretur, ab Epiſcopis qui aderant juſſu Theodoſii Junioris in Epiſcopali throno collocatur, ut narrat Socrates lib. 7. cap. 40. loquens de morte Maximiani, ubi etiam hujus præproperæ electionis cauſam exponit. Τότε δὲ, inquit, καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, σοφῶς τὸ πρᾶγμα προνοήσας. ἵνα γὰρ μὴ πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ᾖ καὶ ταραχὴν τῇ ἐκκλησίᾳ κινοίη, μὴ μελλήσας, ἀλλ' ἔτι κειμένου τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ, τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις ἐνθρονίσαι τὸν Πρόκλον ἐπέτρεψε. τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἐπισταλέντα τὰ Ῥωμαίου Κελεστίνου ἐπιστολαὶ παροῦσαι ἐγένοντο σύμψηφοι. &c. *Quo quidem tempore Imperator Theodoſius prudenter huic negotio proſpexit. Etenim ne rurſus de eligendo Epiſcopo ambigeretur, eaque res tumultum in Eccleſia excitaret; abſque ulla cunctatione, nondum depoſito Maximiani corpore, Epiſcopis qui aderant mandavit, ut Proclum in Epiſcopali ſolio collocarent. Id enim Cœleſtini quoque Epiſcopi Romani litteræ tunc exhibitæ confirmabant*, &c. Hoc quidem accidit, ut tradit idem Scriptor paulo ſuperius citato loco, Areobindo & Aſpare Coſſ. anno Chriſti 434. pridie Idus Aprilis. Moritur autem Proclus die xxiv. Octobris ut habetur in Menologio Græcorum ad eumdem diem; anno Chriſti 446. ut nemo dubitat. Igitur ſedit in Epiſcopatu CP. Proclus, non annus tantum 12. & menſes tres, ſeu annos undecim ut idem Nicephorus Calliſti ſcribit in Hiſt. lib. 14. cap. 47. ſed annos tredecim & menſes aliquot, ut certum eſt ex prædictis.

Ἐν τῷ ἱερατείῳ) *In ſacris adytis* interpretatus ſum. At ἱερατεῖον quænam pars fuerit Eccleſiæ omnino incertum eſt, ut ait Ducangius. Dionyſius Areopag. de Hierarch. cap. 3. diſerte diſtingit θυσιαστήριον ἀπὸ τοῦ ἱερατείου, ita ut θυσιαστήριον ſit quod Græci vulgo Βῆμα, Latini *Presbyterium*, vocant: ἱερατεῖον vero, *Navis Eccleſiæ*, nam prima ſecula *Chorum*, qualis eſt hodie, non agnovere, ut obſervavimus, inquit Ducangius, in noſtra Conſtantinop. Chriſt. lib. 3. num. 77. Dionyſius igitur loco laudato, ubi duos ſtatuit demortuorum ordines, ſic ait: Συναγαγὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης τὸν ἱερὸν χορὸν, εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγεγόνει τάξεως ὁ κεκοιμημένος, ὑποπρὸ τῶν θείων θυσιαστηρίων κατακλίνας αὐτὸν, ἀπάρχεται τῆς πρὸς θεὸν εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας· εἰ δὲ τοῖς εὐαγέσι μοναχοῖς, ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατειλέγετο, παρὰ τὸ τίμιον ἱερατεῖον αὐτὸν κατακλίνει πρὸ τῶν ἱερατικῶν εἰσόδων. Quæ poſtrema verba de portis Templi intelligenda ſunt. Nam Pachymeres in Paraphraſi non omnino ſenſum Dionyſii percepit, ut nec Allatius in Diſſert. De Narthece: is enim eſt, ut dicat cadaver Monachi aut Fidelis in inferiori ναοῦ parte verſus Portas Templi collocari: ut Presbyteri ante portas Bematis. Ea notione forte ἱερατεῖον uſurpavit Theophanes anno 14. Zenonis: Οἱ δὲ τοῦ Διὸς μοναχοὶ τῇ κυριακῇ εἰς τὸ ἱερατεῖον εἰσέδραμον Ακακίου τοῦ ἐπισκό- pag. 894.
που. Tametſi fatendum ἱερατεῖον interdum pro ipſo Bemate accipi. Cum igitur ἱερατεῖον ſit proprie ναὸς ipſe, in quo ἱερὸς λαὸς conſiſtebat, inde ἱερατεῖον, dicta *plebs*, ſeu *populus Epiſcopo ſubditus*, qui ſcilicet ἐν ἱερατείῳ Eccleſiæ conſiſtit, &c.

Φλαβιανὸς, &c. ἔτος α΄. μῆνας ι.) Ita habent S. Nicephorus in ſua Chronographia necnon Menæa ad diem xvi. Februarii, quo Græci S. Flaviani Procli ſucceſſoris memoriam celebrant. Theophanis tabulæ, & Zonaras in Theodoſio Juniore, per biennium ſediſſe Flavianum in Epiſcopatu CP. oſtendunt. At cum Flavianus in exilium miſſus ſit anno Chriſti 449. quo & mortuus eſt, ut ſcribit Marcellinus, putat Pagius Flavianum non ante annum Chriſti 447. ſedem CP. obtinuiſſe. Vide laudatum Pagium ad ann. Chriſti 446. n. viii. & ſeqq. & ad ann. Chriſti 449. num. xiv.

Ἀνατόλιος, &c. ἔτη ϛ΄. μῆνας η΄.) De Anatolio vide Baronium ad an. Chriſti 458. num. xxxi. & ſeqq. necnon Pagium ad eundem annum n. vii. & ſeqq.

Γεννάδιος, &c. ἔτη ... μῆνας γ΄.) S. Nicephorus in Chronographia Gennadium ſediſſe in Epiſcopatu Conſtantinopolitano ſcribit ἔτη ιγ΄. μῆνας β΄. *annos tredecim menſes duos*. Unde numerus annorum ſupplendus eſt, qui in catalogo Nicephori Calliſti a blattis & tineis exeſus comparet. Tabulæ Theophanis & Zonaras Gennadio numero rotundo annos xiii. adſcribunt. Optime igitur mors Gennadii qui Anatolio in Epiſcopatu Conſtantinopolitano anno Chriſti 458. ſucceſſerat, aſſignatur a Baronio anno Chriſti 471. 554.

Ἀκάκιος, &c. ἔτη ... μῆνας ...) Perperam Acacius in hoc catalogo Nicephori Calliſti bis repetitus eſt, nimirum ante & poſt Phravitam, ut apparet ex Chronographia S. Nicephori CP. & ex tabulis Theophanis; necnon ex aliis Scriptoribus. Sed id ſcribæ inſcitia factum puto, qui pro uno Acacio duos effingit; Acacius ſiquidem poſt Gennadium ad CP. thronum evectus fuit anno Chriſti 471. in epiſcopatu vixit annis 17. menſibus 9. ut habet uterque Nicephorus. Moritur Acacius, ut ſcribit Theophanes, anno Incarn. ſecundum Alex. cccclxxxi. qui Kal. Sept. anni Chriſti 489. inchoatur. His adſtipulatur Victor Tunnenſis qui Acacii obitum Euſebio Conſule contigiſſe ſcribit, nimirum anno Chriſti 489. *Acacius*, inquit laudatus Scriptor, *CP. Epiſcopus ſub damnatione moritur: & pro eo Flavianus Epiſcopus ordinatur, cui tertio promotionis ſuæ menſe mortuo Euphemius Synodi Chalcedonenſis decretorum Cuſtos in Epiſcopatu ſuccedit*. Sed quem *Flavianum* Tunnenſis appellat, Nicephorus *Fravitam* vocat. Cæterum Acacius depoſitus fuit primum a Syn. Epheſina quæ Baſiliſco imperante coacta fuit; deinde a Felice Papa.

Damnatus autem fuit non ut Hæreticus, ſed ut Hæreticorum fautor.

Φραύιτας, &c. μῆνας γ΄. ἡμέρας ιζ΄.) *Phravitam* hunc appellat & Sanctus Nicephorus in Chronographia. atque eum tres menſes & dies xvii. in Conſtantinopolitano throno ſediſſe ait. Theophanes *Phravitam* vocat, eique menſes tres Epiſcopatus CP. attribuit. *Flavitam* eum nuncupat Nicephorus Calliſti lib. 6. cap. 13. ita habet & Zonaras qui ei menſes tres cum ſemiſſe attribuit. Victor vero Tunnenſis paulo ſuperius citato loco *Flavianum* eum appellat, atque eum *tertio promotionis ſuæ menſe* mortem obiiſſe narrat. Quod quidem accidit, ut habet idem Scriptor, Euſebio Conſule an. Chriſti 489.

Εὐφήμιον, &c. ἔτη ς΄. ἄμηνα) Theophanis Tabulæ Euphemium annos ſeptem in trono Conſtantinopolitano ſediſſe oſtendunt. Neque enim, ut ſecum pugnans ait Pagius, Euphemius epiſcopatum CP. ſuſcepit anno Chriſti 490. ſed 489. ut patet ex paulo ſuperius laudato Victoris Tunnenſis loco. In exilium vero pellitur ab Anaſtaſio Imperatore Euphemius anno v i. ejuſdem Auguſti, Chriſti 496. ut tradit Theophanes, non vero anno v. imperii Anaſtaſii ut habet Cedrenus. Rem pluribus refert idem Theophanes citato loco. Τούτῳ τῷ ἔτει Εὐφήμιον εἰς Εὐχάϊτα ἐξόριστον ἀπέστειλεν. ὁ δὲ λόγον ᾔτησε διὰ Μακεδονίου λαβεῖν, ἀνεπιβούλευτος μεῖναι ἐν τῇ ἀπαγωγῇ. εἰσελθὼν δὲ Μακεδόνιος δοῦναι τὸν λόγον, εἰσερχόμενος ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ πρὸς τὸν Εὐφήμιον ἀφελεῖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ ὠμοφόριον τῷ Ἀρχιδιακόνῳ, προσέταξε, καὶ οὕτως ἰδιώτης πρὸς Εὐφήμιον εἰσῆλθε, δανεισάμενός τε χρήματα δέδωκεν Εὐφημίῳ, ὡς παρὰ πολλοῖς ἐπαινεθῆναι κατ' ἀμφοτέρους. ἀσκητικὸς γὰρ ἦν καὶ ἱερὸς, ὡς ἀπὸ Γενναδίου τραφεὶς, οὗ καὶ ἀδελφιδοῦς ὑπῆρχεν. *Hoc anno Anaſtaſius Euphemium Euchaitam exulem miſit. Ille fidem ſibi dari per Macedonium poſtulavit, ut inſidiarum ſecurus, dum deduceretur, in itinere maneret. Macedonius fidem obſtringere permiſſus, Euphemium in Baptiſterio adiit, Archidiacono a ſuis humeris pallium auferre prius juſſo: atque privato Sacerdotis habitu Euphemium conveniens, pecunias mutuo ab aliis acceptas elargitus eſt illi: adeout ex utroque capite non minimam a pleriſque laudem reportaret. Virtutem quippe pietatiſque jura, tanquam a Gennadio, cujus nepos erat, educatus colebat.*

Edit. Pariſ. pag. 395.

555. Μακεδόνιος, &c. ἔτη ις΄. μῆνας ζ΄.) Macedonius anno vi. imperii Anaſtaſii Chriſti 496. Sedem CP. ſuſcepit; pellitur vero in exilium ab eodem Auguſto Coſſ. Secundino & Felice, anno Chriſti 511. ut ſcribit Marcellinus in Chronico, unde fallitur hic Nicephorus Calliſti dum ei annos ſexdecim & menſes ſeptem attribuit; melius Theophanes in Tabulis qui ei annos ſexdecim utrimque incompletos adſcribit. Quod vero dicitur in Chronographia Sancti Nicephori Macedonium ſex tantum annos Eccleſiam CP. rexiſſe, id factum puto ſcribæ incuria qui numerum denarium omiſit.

Τιμόθεος, &c. ἔτη ς΄. ἄμηνα, ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου) Theophanes ſex tantum annos Timotheo attribuit, quemadmodum & S. Nicephorus in Chronographia. Timotheus ſiquidem, ejecto Macedonio, invaſit Epiſcopatum CP. ſub finem anni Chriſti 511. uti ſupra monuimus. Moritur autem Timotheus, ut ſcribit Theophanes, anno Incarnat. ſecundum Alex. 510. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti 517. inchoatur. Victor Tunnenſis hujus mortem contigiſſe tradit die quinta menſis Aprilis: *Timotheus*, inquit, *Conſtantinopolitanus Epiſcopus obtrectator Synodi Chalcedonenſis v. die menſis Aprilis occubuit, & Joanni Cappadoci in cella propria, atque Presbytero Epiſcopatum tradidit.* Sic legendum, non vero *Joannes Cappadox*. Cæterum fallitur hic Nicephorus Calliſti dum Timotheum ſub Juſtiniano Magno vixiſſe ait; nam Anaſtaſio adhuc regnante obiit Timotheus.

Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης, &c. ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἔτη α΄. μῆνας ι΄.) Ita habet & S. Nicephorus in Chronographia ex editione R. P. Goar. At in noſtra Joanni Cappadoci anni quatuor, & menſes decem attribuuntur. Tabulæ Theophanis Joannem Cappadocem ſediſſe in Epiſcopatu CP. annis 2. oſtendunt. Verum Joannes ſedit annum unum menſes decem, & aliquot dies, quos Nicephorus neglexit; nam ordinatur Epiſcopus CP. Joannes anno Chriſti 518. non vero 517. ut ex Victore Tunnenſi ſcribit Baronius; idque accidit die xvii. menſis Aprilis. Moritur autem Joannes anno Chriſti 520. & in ejus locum Epiphanius ejuſdem Eccleſiæ Presbyter & Syncellus ordinatur die xxv. menſis Februarii. Quod quidem accidit anno Juſtini Thracis tertio, non vero ſecundo ut habet Theophanes, Chriſti ſcilicet 520. Perperam igitur hic Nicephorus Calliſti Joannem ſub Juſtiniano vixiſſe ſcribit. Fallitur & Baronius qui Joanni Cappadoci annos tres attribuit. Cæterum Joannes hic Cappadox primus fuit, ut ajunt, qui titulum Patriarchæ Oecumenici auſus eſt uſurpare.

Ἐπιφάνιος, &c. ἔτη ις΄. μῆνας γ΄.) Sic etiam Sanctus Nicephorus in Chronographia & Theophanes Epiphanio Epiſcopo Conſtantinopolitano annos ſexdecim & menſes tres attribuunt. Hæc laudatus Theophanes anno x. Juſtiniani, Chriſti 536.: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἐπιφανίου ἐπισκόπου τελευτήσαντος μηνὶ Ἰουνίῳ ε΄. ἰνδ. ιε΄. ἐπισκοπεύσαντος ἔτη ις΄, καὶ μῆνας γ΄. Ἄνθιμος αἱρετικὸς ἐπίσκοπος Τραπεζοῦντος μετετέθη ἐν ΚΠ. *Hoc anno Epiphanio Præſule menſis Junii die quinto, Indictione decima quinta, poſt Epiſcopatus annos ſexdecim, & menſes tres vivis erepto, Hæreticus Anthimus Trapezuntinus Epiſcopus in ſedem Conſtantinopolitanam translatus eſt.* At Theophanes ſecum ipſe pugnare videtur, nam anno ii. Juſtini Thracis Epiphanium thronum Conſtantinopolitanum conſcendiſſe ſcribit die xxv. Februarii anni Chriſti 520. unde non annos xvi. ſed xvii & menſes tres Epiphanium ſediſſe dicendum erit. Verum Pagius mendi arguit Theophanem ex aliis monumentis, & ſic Epiphanii obitum contigiſſe ait anno Chriſti 535. menſis Junii die v. Indictione xiii. poſt Epiſcopatus annos xv. & menſes iii. Vide Pagium eodem anno n. ix. pag. 896.

Ἄνθιμος, &c. μῆνας ι΄.) Sanctus item Nicephorus in Chronographia & Theophanes anno x. imperii Juſtiniani Anthimo menſes decem aſſignant: qui quidem Scriptor ſecundus Anthimum hæreticum ab Agapeto Papa, dum Conſtantinopoli eſſet, e ſede dejectum ſcribit. Fallitur autem laudatus Theophanes, ut monet Pagius, dum hæc anno x. Juſtiniani narrat; nam Anthimius ſedem Conſtantinopolitanam occupat menſe Junio anni Chriſti 535. deponitur vero menſe Martio anni ſequentis, unde decem illi menſes Sedis Anthimi utrimque incompleti fuere.

Μηνᾶς, &c. ἔτη ις΄. μῆνας ς΄.) Menas ordinatus eſt Epiſcopus CP. die xiii. menſis Martii anni Chriſti 536. Moritur autem menſe Auguſto anni Chriſti 552. uti pluribus oſtendit Pagius n. xviii. eodem loco; unde menſes illi ſex utrimque incompleti fuere. 556.

Ἐν τῷ ἱερατείῳ) Ita habet & Theophanes, ubi ipſius interpres vertit *in ſacris adytis*; quomodo & nos ſupra n. 553. hanc vocem interpretati ſumus; ſed quid ἱερατεῖον ſignificet pluribus ibi expoſuimus.

Εὐτύχιος, &c. ἔτη ιβ΄. μῆνας ι΄.) Eutychio Tabulæ Theophanis ante depoſitionem annos tredecim aſſignant; Sanctus Nicephorus in Chronographia annos duodecim & menſes duos eidem attribuit; Euſtathius vero in hujus ſancti Patriarchæ vita cap. 4. annos tantum duodecim eidem adſcribit. Verum Eutychius menſe Auguſto anni Chriſti 552. non vero anni 553. ut perperam credidit Baronius, ordinatus fuit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ut aperte oſtendit Theophanes, qui Eutychium eo ipſo die, quo Menæ cadaver in ſa-

cris adytis expoſitum jaceret, in ejus locum ſuffectum fuiſſe ſcribit. Pellitur vero e ſede Eutychius a Juſtiniano, quod ejus impio edicto ſubſcribere nollet die XXII. Januarii anni 565. ut ſcribit Ixudarus Euſtathius; unde optime ſcribit Nicephorus Calliſti Eutychium ante perſecutionem ſediſſe annos XII. & menſes quinque. Fallitur autem Baronius, ut obſervat Pagius, dum Edictum illud Juſtiniani anno Chriſti 563. conſignat, & exilium Eutychii in annum ſequentem congerit. Nam edictum Juſtiniani, ut ſcribit Pagius, initio anni 565. emiſſum eſſe ex Theophane cum Euſtathio collato magis confirmatur. Hic enim capit. 5. teſtatur Eutychium e Palatio in Monaſterium quoddam ab Ætherio deportatum fuiſſe; qua in loco, poſtquam diem unum moratus eſſet, collocarunt eum in alio Monaſterio prope Calchedonem. Poſt diem octavum Conventus Epiſcoporum convocatus, & Eutychius ad cauſam dicendam citatus; cumque comparere recuſaſſet, in inſulam Principis dictam, quæ in Aſtaceno ſinu Propontidis ſita, tranſlatus eſt, ubi tres hebdomadas ſub militari cuſtodia egit, indeque Amaſeam Helenopoati Metropolim, in quo primum Monachus, ac dein Archimandrita fuerat. Vide Theophanem ad annum XXXVIII. imperii Juſtiniani.

Ἰωάννης Σχολαστικὸς, &c. μεθ' ἡμέρας γ'. ἔτη ιβ'.
Edit.Pariſ. pag.897. μῆνας ε'.) Joannes Scholaſticus ordinatur Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ut ſcribit Theophanes ad annum 38. Juſtiniani die XII. menſis Aprilis, in quam anno Chriſti 565. Dominica cadebat: nam ibi laudatus Theophanes loquitur de depoſitione Eutychii (quæ, ut paulo ſuperius diximus ex Euſtathio, contigit die XXII. Januarii ejuſdem anni) occaſione ordinationis Joannis. Moritur autem Joannes, ut ſcribit idem Theophanes, die trigeſimo primo menſis Auguſti, Indictione decima, hoc eſt, anni Chriſti 577. ex quibus apparet Joannem ſediſſe annos XII. & menſes quinque, utrimque incompletos. Cæterum in Tabulis Theophanis recte Joanni anni XII. aſſignantur, neglectis ſcilicet menſibus.

Εὐτύχιος ἔτη δ'. μῆνας ε'.) Eutychius Patriarcha haud diu poſt Joannis Scholaſtici mortem in Sedem Conſtantinopolitanam reſtituitur, hoc eſt, die tertia menſis Octobris, ut ſcribit Euſtathius in hujus ſancti Patriarchæ Vita, anni Chriſti 577. non vero 578. ut putat Baronius. Quod confirmatur ex Theophane, qui anno Incarnat. ſecundum Alex. 570. qui Kalendis Septembris anni Chriſti 577. inchoatur, ait: Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ἰνδικτιῶνι ια' Εὐτύχιος ἀνέλαβε τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως. *Hoc anno menſe Octobri, Indictione undecima, Eutychius thronum Conſtantinopolitanum ſecundo accepit.* Moritur autem Eutychius die ſexta menſis Aprilis anni Chriſti 582. ut ſcribit idem Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. 574. Kalendis Septembris ſuperioris Chriſti anno inchoato: Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ἀπριλίῳ ς'. ἰνδικτιῶνι ιε'. ἐτελεύτησεν Εὐτύχιος ὁ Πατριάρχης, καὶ ἐχειροτονήθη μετὰ ἕξ ἡμέρας Ἰωάννης διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὁ Νηστευτής. *Hoc anno, die ſexto Aprilis, Indictione decima quinta, Eutychius Patriarcha diem ultimum obiit: & poſt dies ſex Joannes magnæ Eccleſiæ Diaconus, qui Jejunator dictus, conſecratus eſt.* Quod patet etiam ex Euſtathio in ejus Vita cap. 10. Unde apparet Eutychium ſecundo Eccleſiam Conſtantinopolitanam rexiſſe annis quatuor, menſibus ſex, & diebus aliquot.

Ἰωάννης Διάκονος, &c. ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ Μαυρικίου ἔτη ιγ'. μῆνας ε'.) Joannes Jejunator conſecratus eſt Epiſcopus Conſtantinopolitanus poſt dies ſex a morte Eutychii, quæ accidit die ſexta menſis Aprilis anni Chriſti 582. ut ſcribit Theophanes paulo ſuperius citato loco; igitur ordinatio Joannis accidit die duodecima Aprilis ejuſdem anni, in quam illo anno Dominica incidebat. Moritur autem Joannes anno Chriſti 595. ut patet tum ex utroque Nicephoro qui eidem annos tredecim, & menſes quinque aſſignant, tum etiam ex Menologio Baſilii Imp. ad diem ſecundum menſis Septembris, cujus pars in Tomo VI. Italiæ ſacræ extat; ubi eidem Joanni anni quoque tredecim, & menſes quinque attribuuntur. Cur autem hujus Patriarchæ mortem Baronius anno ſequenti conſignaverit pluribus docet Pagius, qui, ut mihi videtur, nodum egregie ſolvit. Cæterum non abs re Patriarcha iſte a pluribus reprehenditur tamquam ambitioſus, eo quod Synodum Conſtantinopoli celebraverit, ut Oecumenici titulum Synodali judicio ſibi confirmaret.

Ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας . . . ἐπὶ δὲ βασιλείας Τιβερίου) 557.
Sic locus hic mutilus ex Theophanis paulo ſuperius citato loco reſtituendus eſt; ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας ἕξ, &c. nimirum Joannes *conſecratus eſt poſt dies ſex* a morte Eutychii.

Τελευτᾷ δὲ τῷ ιδ'. ἔτει τῆς Μαυρικίου βασιλείας) Hinc manifeſto liquet Joannem mortem obiiſſe anno Chriſti 595. cum annus quartus decimus imperii Mauricii huic anno Chriſti reſpondeat.

Κυριακὸς, &c. ἔτη ια'.) Cyriaco Patriarchæ undecim etiam annos aſſignant Theophanes & S. Nicephorus in Chronographia; electus enim ille fuit Epiſcopus CP. anno Chriſti 595. non vero an. 594. nempe ſub Indictione XII. ut perperam tradit Scriptor Chronici Alexandrini; qui tamen Scriptor optime Cyriaci mortem conſignat ano. IV. poſt Conſulatum Phocæ Aug. II. Indict. IX. hoc eſt, anno pag.898.
Chriſti 606. Τούτῳ, inquit, τῷ ἔτει, τελευτᾷ Κυριακὸς Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως. μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ, κατὰ Ῥωμαίους, Ὀκτωβρίῳ κθ'. ἡμέρᾳ ζ'. καὶ ἐκηδεύθη τῇ τριακοστῇ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, ἡμέρᾳ πρώτῃ, καὶ ἀπετέθη τὸ αὐτοῦ λείψανον πρὸς συνήθειαν εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους. *Hoc anno, Cyriacus Patriarcha CP. moritur menſe Hyperberetæo, ſecundum Romanos, Octobri, die XXIX. feria VII. illiuſque funus curatum eſt XXX. ejuſdem menſis, feria I. & depoſitum eſt corpus illius juxta morem receptum in æde Sanctorum Apoſtolorum.* Quod vero hic ait Scriptor Chronici Alexandrini, Cyriaci corpus depoſitum fuiſſe juxta morem receptum in æde Sanctorum Apoſtolorum, id verum eſſe oſtendit Evagrius lib. IV. cap. XXX. ubi loquitur de æde Sanctorum Apoſtolorum condita vel inſtaurata a Juſtiniano: ἐν ᾧ οἵ τε βασιλεῖς, οἵ τε ἱερώμενοι νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι, in qua & Imperatores & Pontifices debitam ſepulturam conſequuntur. Hujus autem conſuetudinis ſeu potius ſanctionis hanc cauſam reddit Sozomenus lib. II. cap. ult. Ἀπὸ τούτου δὲ, αὐτὸν τοῦτο ἔθος γεγένηται καὶ οἱ μετὰ ταῦτα τελευτήσαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλεῖς Χριστιανοὶ κεῖνται, οὐ μόνον δὲ ἀλλ' ἐπίσκοποι, ὡς καὶ ἡ ἱερωσύνη ὁμότιμος τῇ βασιλείᾳ ἐστὶ, μᾶλλον μὲν δὴ ἐν τοῖς ἱεροῖς τόποις καὶ τὰ πρῶτα ἔχουσι. *Ab eo igitur tanquam ex hujus rei auctore conſuetudine ducta, Imperatores Chriſtiani poſt mortem Conſtantinopoli ſepeliuntur, atque etiam ipſi Epiſcopi: quippe cum dignitas ſacerdotalis, imperii dignitati par ſit, imo vero in locis ſacris primas partes obtineat.* Id autem factum eſſe a tempore Conſtantini Magni docet Socrates lib. I. cap. XXVI. de Conſtantino: Ἀποτεθεὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων, ἣν δι' αὐτὸ τοῦτο πεποίηκεν, ὅπως ἂν οἱ βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῶν Ἀποστόλων λειψάνων μὴ ἀπολιμπάνοιντο. *In Eccleſia Apoſtolorum deponitur, quam idcirco ædificaverat, ut & Imperatores & Pontifices Apoſtolicis non deſtituerentur reliquiis.* Poſtmodum vero Patriarchas Conſtantinopolitanos paſſim humatos fuiſſe in æde Sanctorum Apoſtolorum legimus. Reliquos autem quos aut Patriarchalis, aut Auguſtalis dignitas non ornaſſet, in laudata æde Sanctorum Apoſtolorum ſepeliri vetant Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Auguſti in L. VI. Cod. Theo. de Sepulcris violatis. Sed vide quæ lib. VI. de Sepulcris Imperatorum adnotavimus.

Θωμᾶς Διάκονος, &c. ἔτη γ'. μῆνας β'.) Idem Nicephorus Calliſti lib. 18. cap. 44. huic Patriarchæ annos tres & menſes duos attribuit. Huic con-

Digitized by Google

ſentiunt Menologium Baſilii Imperatoris; Vetuſtum Sinaxarium MS. Collegii Pariſienſis Ludovici Magni, & Menæa excuſa, ac MSS. ut videre eſt apud Bollandum ad diem xx. Martii, quo S. Thomæ Feſtum occurrit. At S. Nicephorus in Chronographia Thomæ annos tres & menſes quinque aſſignat; ſed perperam; quippe Thomas ordinatus fuit Epiſcopus CP. die xxiii. Januarii anni Chriſti 607. ut habetur in Chronico Alexandrino: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Αὐδυναίῳ, κατὰ Ῥωμαίους κγ'. Ἰαννουαρίῳ, γέγονε πατριάρχης ἐν Κωνσταντινουπόλει Θωμᾶς ἀπὸ Διακόνων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ ἐπάνω τῶν χειροτονιῶν. *Hoc anno, menſe Audynæo, ſecundum Romanos xxiii. Januarii, dictus eſt Patriarcha CP. Thomas Ex-Diacono magnæ Eccleſiæ, & Sacellarius Patriarchæ, ac Ordinationibus Præpoſitus*: unde fallitur Theophanes, qui anno Incarn. ſecundum Alex. 598. Kalendis Septembris ſuperioris Chriſti anni inchoato, prodit Thomam menſis Octobris die undecimo in locum Cyriaci ſuffectum eſſe. Moritur autem Thomas Indictione xiii. anno ſcilicet Chriſti 610 die xx. menſis Martii, qui incidebat in feriam ſextam, & die xxii. ejuſdem menſis, quæ erat Dominica ſepelitur, ut narrat idem Scriptor Chronici Alexandrini: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Δύστρῳ, κατὰ Ῥωμαίους, Μαρτίῳ κ'. ἡμέρᾳ ς'. τελευτᾷ Θωμᾶς Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἐκηδεύθη τῇ κβ'. τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρᾳ α'. Cæterum ab hoc Thoma extructum fuiſſe Triclinium illud, quod Thomaites dicebatur, auctor eſt Nicephorus Calliſti lib. 18. cap. 44. Sed vide quæ de hoc Triclinio habet Ducangius lib. ii. n. viii.

Edit. Pariſ. pag. 899.

Σέργιος Διάκονος, &c. τῆς ἐν.... καὶ φύλαξ τοῦ λιμένος στοιχείων, &c. ἔτη κη'. μῆνας ζ'.) Locus hic mutilus ſuppleri aliquo modo poteſt ex Chronico Alexandrino, ubi ſic de Sergio habetur, Σέργιος Διάκονος τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Πτωχοτρόφος, Φύλαξ λιμένος. Quod ſic interpretatur Ducangius: *Sergius, Magnæ Eccleſiæ CP. Diaconus, & Ptochiorum Præfectus, Cuſtos Portus*. Sed perperam ibi in Notis monet laudatus Ducangius: *Alius, ni fallor, a Sergio, quem Diaconum duntaxat indigitant Scriptores*. Sergius autem hic licet eſſet Magnæ Eccleſiæ Diaconus, tamen a Syris & Jacobitis generis originem traxit, ut teſtatur idem Nicephorus Calliſti lib. 18. cap. 44. Quid vero ſignificet Πτωχεῖον, vide Ducangii Gloſſ. Græc. eodem v. Quod autem attinet ad hujus Sedis tempus, eum ſediſſe in Epiſcopatu CP. annis 29. oſtendunt Tabulæ Theophanis; Sanctus vero Nicephorus in Chronographia ex editione doctiſſimi P. Goar eidem aſſignat annos xxviii. dies xxi. ex noſtra editione annos xxviii. menſes vii. dies xxi. Certum tamen eſt ex Chronico Alexandrino, Sergium ſucceſſiſſe S. Thomæ die octavo Aprilis, Indictione xiii. hoc eſt, anno Chriſti 610. qui dies illo anno in Sabbatum Sanctum incidebat. Sed ibi in eodem Chronico pro die octavo Aprilis ſcribendum eſſe die xviii. docet Petavius in Notis ad Nicephorum, ubi de morte Sergii agitur; cujus quidem integra verba, quæ ad hujus Patriarchæ Sedis annos ſpectant, hic exſcribere poſt verba S. Nicephori libet: Κατὰ δὲ τὴν δωδεκάτην Ἰνδικτιῶνα ἐτελεύτα Σέργιος ὁ τοῦ Βυζαντίου πρόεδρος, &c. *Indictione duodecima Sergius Conſtantinopolitanus Patriarcha moritur*. Ubi iſtæc monet Petavius: Indictio hæc A. iↄcxxxviii. inchoata eſt, Heraclii xxix. Quata A. iↄcxxxix. ejus obitus notatur in Magnis Annalibus, cum ſediſſet A. xxviii. dies xxi. ut eſt in Chronico Nicephori: ſed falſo. Nam ab eo conſtat Heraclium eſſe coronatum. Ergo ejus initium in Annalibus notatur A. C. iↄcviii. Indict. xi. Phocæ vi. adeo ut xxxii. annos ei Eccleſiæ præfuerit. Verum Theophanes xxix. ſediſſe tantum aſſerit. Qua ratione Anno Chriſti iↄcx. Epiſcopatum iniit, Phocæ Imperatoris ultimo. Ultimus vero ejus annus incurrit in iↄcxxxviii. Indict. xi. Heraclii xxviii. Alexandrinum Chronicon pag. 875. Annum illum, quo Sergius Patriarcha creatus eſt, multiplici charactere deſignat. Siquidem Martii xx. feria vi. mortuum eſſe refert Thomam illius anteceſſorem: qui xxii. menſis ejuſdem ſepultus eſt, Dominica die. Poſtea vero Aprilis viii. Indict. xiii. Sabbato magno Sergium creatum Pontificem. Subjicit & alium feriæ Characterem, Octobris iii. Indiction. xiv. Sabbatum fuiſſe, de quo ſupra diſputatum eſt. Annus ille proculdubio Chriſti eſt iↄcx. Cyclo Solis iii. Lit. Dom. D. Ideo Martii xx. feria. vi. & xxii. Dominica. Cyclus Lunæ iii. Terminus Paſchalis xiii. Aprilis. Cyclus Solis Conſtantinopolitanus xxvi. Concurrentes, ſive Epactæ Solis iii. quæ cum Regularibus diei dant feriam ii. Quare Paſcha Aprilis xix. & Sabbatum magnum xviii. ejuſdem. Unde in Chronico pro viii. reſcribendum xviii. Ex hac obſervatione ſuperiorum Patriarcharum ſeriem iiſdem in Annalibus corrigas. Veluti cum Thomæ primus Annus comparatur cum A. iↄcvi. Phocæ iv. In quo ſuffragatores quidem, quod ad Phocæ annum attinet, habent Theophanem ac Cedrenum, ſed utrumque errore lapſum. Nam cum Theophanes Thomæ tres annos tribuat, & A. iv. Phocæ primum illius numeret, Sergii primum duobus Annis accommodat, vii. & viii. Longe melius in Alexandrino Chronico Cyriacus e vivis exceſſiſſe dicitur Octobris xxix. die Sabbati, curatumque illius funus poſtridie Domin. fuit hic An. iↄcvi. Cyc. Solis xxvii. Lit. Dom. B. Indict. x. Phocæ iv. pene abſoluto. Sequenti Anno iↄcvii. Phocæ v. Indiction. x. poſt Coſ. Phocæ Ann. iv. Januarii xxiii. creatus ait Thomas. Sedit itaque Ann. iii. *pag. 900.*
Nicephor. in Chron. tribuit Ann. iii. M. v. Sed interregni ſpatium complexus eſt. At vero corrigendum rurſus Chronicon, dum Phocæ v. quo creatus eſt Thomas Indiction. x. notat poſt Conſulatum Phocæ iii. Siquidem Phocæ primus inchoatur, ex eodem Chronico, Indiction. vi. Novemb. xxv. Dominica, cum die xxiii. feria vi. inauguratus eſſet a Cyriaco. Annus eſt Chriſti iↄcii. Cyclo Solis xxiii. Lit. Dom. G. Anno iↄciii. Indiction. vi. Phocas Conſulatum iniit. Ergo Anno iↄciv. Phocæ ii. Indiction. viii. numerari cœpit poſt ejus Conſulatum i. Anno deinde iↄcv. Phocæ iii. Indict. viii. Annus fuit poſt Conſulatum ii. Itaque Ann. iↄcvi. Phocæ iv. Indiction. ix. eſt ab ejus Conſulatu iii. Annus vero iↄcvii. Phocæ v. Indiction. x. poſt ejus Conſulatum ordine iv. eſt. Male igitur in Græco, Indiction. ix. & x. bis iteratur τὸ γ'. Hæc paulo accuratius a nobis excuſſa ſunt, ut & illorum temporum hiſtoriæ, & luculentiſſimo Chronico aliqua ex parte conſuleretur. Sic Petavius. Unde apparet optime S. Nicephorum Sergio tribuiſſe annos 28. menſes 7. dies 21. Vide quid poſt Petavium habet Pagius ad annum Chriſti 639. num. viii.

Πύῤῥος Πρεσβύτερος, &c. ἔτη β'. μῆνας δ'. ἡμέρας δ'.) Idem temporis ſpatium Pyrrho aſſignat & Sanctus Nicephorus in Chronographia. At vero Theophanes annos tres eidem attribuit. Certum eſt enim Pyrrhum Sergio ſucceſſiſſe Anno Heraclii xxx Chriſti 639. menſe Januario, ſed qua die non liquet. Pellitur autem e ſede Pyrrhus anno ab Heraclii morte altero, ac in ipſius locum Paulus inſtituitur Menſe Octobri, Indictione xv. ut habent Theophanes & Cedrenus: quibus adſtipulatur & Sanctus Nicephorus in Breviario Hiſtorico. Igitur Anno Chriſti 641. eodem quo Heracleonas obiit ejectus eſt Pyrrhus, non vero anno 642. ut perperam habetur in Annalibus; ſiquidem Indictio xv. iniit anno 641. menſe Septembri. Vide Petavii eruditiſſimas Notas ad Sancti Nicephori Breviarium Hiſtoricum; quas ſæpe Pagius ad verbum, ut ajunt, exſcripſit. Cæterum quod ait hic Nicephorus Calliſti, Pyrrhum a Philippico & Gordia conſtitutum fuiſſe temporis ratio non admittit.

Google

558. Παῦλος Πρεσβύτερος, &c. καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, ἔτη ιβ΄. ἡμέρας κς΄.) Totidem annos totidemque dies Paulo attribuit & Sanctus Nicephorus in Chronographia. Verum Zonaras & Theophanes tam in Chronico quam in tabulis eidem inſertis Paulo annos duodecim aſſignant. Sic idem Theophanes in Chronico: ΚΠ. ἐπίσκοπος Παῦλος ἔτη ιβ΄. *Epiſcopatum Conſtantinopolitanum annos duodecim Paulus obtinuit*. At cum Paulus iſte ordinatus ſit menſe Octobri Indictione xv. hoc eſt, anno Chriſti 641. uti ſupra demonſtravimus; obieritque inter diem decimum nonum menſis Decembris anni ſexcenteſimi quinquageſimi quarti, & diem xiii. menſis Martii anni inſequentis, neceſſe eſt, eum ſediſſe annos tredecim, & menſes aliquot, uti pluribus docet Pagius ad annum Chriſti 651. Cæterum ἐπὶ τῶν φυλακῶν interpretatus ſum *ſuper cuſtodias* ſequutus veterem Interpretem Concilii Conſtantinopolitani ſub Mena, Act. 3. Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος Ἐκκλησιέκδικος, καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, ubi vetus Interpres. *Eccleſiæ advocatus, & ſuper cuſtodias*. Unde apparet φυλακαῖς ſeu *carceribus* præfuiſſe Eccleſiæ Officialem, qui ἐπὶ τῶν φυλακῶν dicebatur.

Πύῤῥος ἀνεκλήθη, &c. μῆνας δ΄. ἡμέρας κγ΄.) Pyrrho poſtquam reſtitutus eſt in ſedem CP. menſes item quatuor ac dies xxiii. attribuit & Sanctus Nicephorus in Chronographia, necnon Theophanes in Chronico ad annum Incarnat. ſecundum Alex. 645. qui Kalend. Septembris anni Chriſti 652. inchoatur. Quare Pyrrhi mortem biennio anticipat, quemadmodum Baronius triennio. Ex dictis, inquit Pagius, liquet mortem Pyrrhi contigiſſe anno ſexcenteſimo quinquageſimo quinto.

Edit. Pariſ. pag. 901. Τὰ ὅλα ἔτη αὐτοῦ, &c. ἔτη γ΄. μῆνες ιε΄, ἡμέρας β΄.) Fallitur hic Nicephorus in computandis annis totius temporis Epiſcopatus Pyrrhi, niſi Librarius loco ἡμέρας λβ΄. qui numerus optime quadrat per errorem ſcripſerit ἡμέρας β΄. omiſſo λ.

Πέτρος Λαϊκοῦ, &c. καὶ Περιοδευτής, Θρᾴκης, καὶ Γενικόμ. τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἔτη ιβ΄. μῆνας δ΄.) Petrus hic qui eadem hæreſi infectus fuit, ſubſtituitur in locum Pyrrhi eodem anno Chriſti 655. Hunc mortem obiiſſe ſcribit Zonaras poſt annos Sedis duodecim; totidemque anni in Tabulis Theophani inſertis eidem tribuuntur. In Chronographia Sancti Nicephori perperam ei anni duo & menſes ſeptem aſſignantur. Hinc etiam deceptus Baronius annos duos eidem tribuit. At Pagius Petrum ultra annos undecim & menſes ſeptem vitam in Epiſcopatu Conſtantinopolitano protrahere non potuiſſe ſcribit; diemque ultimum obiiſſe anno Chriſti 666. Taraſius quippe in Actione 11. Sextæ Synodi Generalis de Monothelitarum hæreſi loquens: *A Petro*, inquit, *uſque ad Sextam Synodum non plures anni tranſierant quam quindecim; quinque intermedio eo tempore Pontifices fuerunt, Thomas, & Joannes, & Conſtantinus a prædictis hæreticis fuerant ordinati: nec propterea reprobati ſunt*. Quare cum prædicta Synodus Sexta anno Chriſti 680. celebrata fuerit, & ex annis quibus Petri Succeſſores uſque ad Sextam Synodum, prout ipſemet S. Nicephorus ſcribit, ſederunt, manifeſto conſtat Petrum non ante annum ſexcenteſimum ſexageſimum ſextum extinctum fuiſſe. Cæterum Περιοδευτὴς hoc eſt, *Viſitator, Luſtrator, Circitor* ſeu ut Ducangius, *Circator* Dignitas eſt hodie in Majoribus Eccleſiis, cujus munus deſcribit Catalogus Allatianus: ὁ Περιοδευτὴς περιπατεῖ καὶ παιδεύομεν τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει. Ea dignitas eſt ex Ordine Presbyterorum, ut ſcribit Joannes Epiſcopus Citri in Reſponſis ad Gabaſilam pag. 328. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ὀφφίκια, ἅπερ μάλιστα τοῖς ἱερεῦσιν ἁρμόζουσιν. ὁ ἐπὶ τῶν κατηχουμένων, ὁ Ὀρφανοτρόφος, οἱ τέσσαρες ἔκδικοι, ὁ ἄρχων τῶν φώτων, ὁ κανστρήσιος, καὶ ὁ περιοδευτής. Vide quæ de hac dignitate habent Ducangius & Meurſius in Gloſſ. Græc. eodem v.

559. Θωμᾶς Διάκονος, &c. ἔτη β΄. μῆνας ζ΄.) Poſtquam igitur Eccleſia Conſtantinopolitana orbata eſſet paſtore menſibus ſex diebus ſedecim in locum Petri defuncti eligitur Thomas; ſed cum menſis, quo obierat Petrus a Scriptoribus non indicetur, nom Thomas electus fuerit anno Chriſti 666. quo Petrus defunctus dicitur, vel ſequenti, neſcitur. Thomam vero e vivis exceſſiſſe putat Pagius anno tantum ſexcenteſimo ſexageſimo octavo, vel ſequenti. Huic annos tres aſſignant Theophani inſertæ Tabulæ. Zonaras in Conſtante Aug. & Sanctus Nicephorus in Chronographia idem temporis ſpatium eidem attribuunt, quod Nicephorus Calliſti. Cæterum Thomæ apologiam contra Baronium adornare conatus eſt Pagius.

Ἰωάννης Πρεσβύτερος καὶ Πρωτέκδικος, &c. ἔτη ε΄. μῆνας ....) Sanctus Nicephorus in Chronographia huic Joanni annos quinque & menſes novem aſſignat. Tabulæ inſertæ Theophani eidem annos ſex attribuunt. At Joannes, ut putat Pagius, ſucceſſit Thomæ in Epiſcopatu Conſtantinopolitano anno Chriſti 668. vel ſequenti. Moritur, ut idem ſcribit, anno Chriſti 674. aut circiter. Cæterum Πρωτέκδικος dicitur *Primus Defenſor Eccleſiæ*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. v. Ἔκδικοι.

Κωνσταντῖνος Καγκελλάριος, &c. ἔτη α΄. μῆνας ια΄. ἡμέρας ζ΄.) Perperam hic Nicephorus Calliſti huic Conſtantino annos octo, menſes undecim, & dies ſeptem adſcribit; nam in Tabulis Theophani inſertis eidem aſſignantur anni duo. Sanctus Nicephorus in Chronographia ex editione R. P. Goar eidem attribuit annum unum, menſes octo, & dies ſeptem: Conſtantinus quippe Sedem Conſtantinopolitanam anno Chriſti 674. accepit: moritur vero anno 676. ut pluribus docet Pagius.

Θεόδωρος Πρεσβύτερος, &c. ἔτη β΄.) Huic Theodoro in Tabulis Theophanis anni duo aſſignantur, quemadmodum & in Chronographia ſancti Nicephori, niſi quod ibidem menſes inſuper tres eidem attribuuntur. At Baronius, qui annos decem Petro uni e Deceſſoribus Theodori ademerat, loco *annos duos*, *annos duodecim* legendum contendit, & ſic annos duodecim ſediſſe Theodorum aſſerit; ſed falli hac in re Doctiſſimum Cardinalem oſtendit Pagius: qui etiam ſcribit Theodorum thronum Conſtantinopolitanum nactum fuiſſe anno Chriſti 676. & ab eadem ſede dejectum anno 678. Cæterum qua de cauſa Theodorus Patriarchatu ſpoliatus fuerit, non ſatis liquet, licet Baronius id factum putet ob hæreſis cauſam.

Γεώργιος Πρεσβύτερος, &c. ἔτη ς΄. μῆνας γ΄.) Perperam huic Theodoro tribuuntur anni tres totidemque menſes in Chronographia ſancti Nicephori ex editione R. P. Goar, & in noſtra anni duo menſes tres. Potior fides habenda hac in re Theophani qui ad annum xvii. Conſtantini Pogonati loquens de Georgio ait, annum Patriarchatus ejus tertium numeratum fuiſſe, cum ageretur ſancta Oecumenica Synodus, additque eidem poſt Synodum alios tres in dignitate exactos eſſe: Πατριαρχοῦντος ἐν τῇ ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ συνόδῳ Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου ἔτος ἄγοντος τῆς πατριαρχίας γ΄. καὶ μετὰ τὴν σύνοδον πατριαρχήσαντος ἄλλα ἔτη γ΄. *Patriarcham nimirum agente in ſancta Oecumenica Synodo Georgio, cujus Patriarchatus annus tertius numerabatur: cuique poſt Synodum alii tres in dignitate exacti ſunt*. In Tabulis Theophani inſertis anni etiam ſex Georgio attribuuntur. Georgius igitur anno Chriſti 678. Patriarchatum ſuſcepit. Moritur autem, ſeu, ut ſcribit hic Nicephorus Calliſti, e ſede pellitur, anno 683.

Καὶ ὁ Θεόδωρος πάλιν, &c. ἔτος α΄. μῆνας ι΄.) Theodoro reſtituto Nicephorus in Chronographia tam ex editione Scaligeriana quam R. P. Goar annum unum & menſes tres aſſignat; at in noſtra editione annus unus & menſes decem eidem attribuuntur; & ita habuit exemplar, quo uſus eſt Baronius. Verum hac in re potius fides habenda Theophani qui cum in Tabulis tum ad xvii. Conſtantini Pogonati Theodoro reſtituto annus, pag. 902.

tres adſcribit. Igitur Theodorus reſtitutus fuit poſt Georgium anno Chriſti 683. & pervenit uſque ad annum 686. Fallitur itaque hic Nicephorus Calliſti dum Theodori totum Epiſcopatus tempus annis tribus & menſibus aliquot coarctat, ut ex prædictis liquet.

Παῦλος ἀπὸ Λαϊκῶν, &c. ἔτη ζ'. μῆνας η'.) Totidem anni totidemque menſes Paulo attribuuntur & in Chronographia ſancti Nicephori. At Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum XVII. Conſtantini Pogonati eidem annos ſeptem aſſignat. Igitur Paulus qui Theodoro ſucceſſit anno Chriſti 686. mortem obiit anno 693. Cæterum quod dicitur Paulus ex Laico a Secretis electus, id etiam confirmat Agatho in ſua Peroratione, ubi ſcribit, ſe cum eodem Paulo tum Laico & Imperatorio a Secretis, univerſa in Sexta Synodo mota, quæſitaque ordine affectatum eſſe, ſeque Actorum Sextæ Synodi Scribam extitiſſe.

Καλλίνικος Πρεσβύτερος, &c. ἔτη ιβ'.) Huic Patriarchæ tam Nicephorus in Chronographia, quam Theophanes in Tabulis annos duodecim aſſignat. Succeſſit quippe Paulo anno IX. Juſtiniani II. Chriſti 693. Pellitur e ſede Callinicus ac orbatus oculis Romam relegatur anno I. Juſtiniani Rhinotmeti ſecundo imperantis, hoc eſt, anno Chriſti 705. Cæterum non Callinicus Patriarcha, ut putavit Baronius, ſed Paulus Synodo Trullanæ præfuit, uti pluribus oſtendit Pagius.

Κῦρος Πρεσβύτερος, &c. ἔτη ϛ'.) Theophanes anno I. Juſtiniani Rhinotmeti ſecundo imperantis, nimirum Chriſti 705. Cyrum in locum Callinici ſuffectum fuiſſe ſcribit: *Καὶ ἀντ' αὐτοῦ Κῦρον ἐν τῇ νήσῳ Ἀμάστριδι ἐγκλειστον ὄντα, ὡς προμηνύσαντα αὐτῷ τὴν*
Edit. Pariſ. pag. 903. *δευτέραν βασιλείαν ἀντικατέστησε πατριάρχην. Et in ejus locum Cyrum quendam in Amaſtridis inſula Monachum Incluſum, quod imperii ſecundo gerendi vaticinium edidiſſet ſufficit.* Huic Patriarchæ tam in Chronographia ſancti Nicephori, quam in Tabulis Theophanis anni ſex aſſignantur. At perperam idem Theophanes ad annum XVI. Conſtantini Pogonati annos duos eidem Patriarchæ attribuit. Pellitur autem a Philippico e ſede Cyrus ſtatim primo imperii ipſius anno; cujus quidem initium alii numerant a die 13. Auguſti, alii a menſe Decembri anni Chriſti 711. Cæterum Baronius huic Patriarchæ titulum Confeſſionis adſcribit, & Bollandus ad diem VIII. Januarii eum inter Sanctos collocat, quod Græci eodem die in Menæis eum celebrent tanquam religionis cauſa extorrem.

560. *Ἰωάννης Διάκονος, &c. ἔτη γ'. μῆνας....*) Huic Patriarchæ tam in Chronographia Sancti Nicephori quam in Tabulis Theophani inſertis anni tantum tres aſſignantur. Idem habet laudatus Theophanes in Chronico ad annum XVII. Conſtantini Pogonati, ubi ſic legitur: *Μετὰ δὲ ἔτη γ'. τελευτήσαντος Ἰωάννου, μετετέθη Γερμανὸς ἀπὸ Κυζίκου, &c. Poſt annos tres vero mortuo Joanne, Germanus Cyzico tranſlatus eſt, &c.* At ſi initium primi anni imperii Philippici ſumendum eſt a die 13. Auguſti anni Chriſti 711. ut nonnulli putant; anni quatuor optime videntur attribui huic Patriarchæ a Nicephoro Calliſti; ſiquidem Philippicus, uti ſupra diximus, ipſo ſui imperii initio, dejecto e ſede Cyro, Joannem quendam, ut ſcribit Theophanes, improbitatis ac pravæ opinionis conſortem in ejus locum ſubſtituit: *Κῦρον δὲ τὸν Πατριάρχην ἐξώθησεν τῆς ἐκκλησίας, καὶ Ἰωάννην τὸν αὐτοῦ συμφρονοῦντα καὶ συναιρετικὸν προεβάλετο. Cyro vero Patriarcha ſede ab eo dejecto, Joannem quendam improbitatis & pravæ opinionis conſortem in ejus locum promovit.* Germanus e Cyzicena Metropoli transfertur atque in locum Joannis ſubſtituitur anno II. Artemii, Indictione decima tertia, menſis Aug. die undecimo, hoc eſt, anno Chr. 715. ut tradit laudatus Theophanes ad eundem Artemii annum: *Τῷ δ' αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἀρτεμίου, τοῦ καὶ Ἀναστασίου, ιγ'. ἰνδικτ. μηνὶ Αὐγούστῳ ια'. μετετέθη Γερμανὸς ἀπὸ τῆς μητροπόλεως Κυζίκου εἰς ΚΠ. Eodem porro ſecundo anno imperii Artemii, qui etiam Anaſtaſius, Indictione decima tertia, menſis Auguſti die undecimo, e Cyzicena Metropoli CP. Germanus tranſlatus eſt.* Cæterum fallitur Baronius, uti optime monet & Pagius, dum Joannem hunc depoſitum fuiſſe ait, teſte Theophane, cum Theophanes contraria ſcribat ad annum XVI. Conſtantini Pogonati; quem quidem Theophanis locum paulo ſuperius proponimus. Zonaras Joannem poſt triennium exauctoratum fuiſſe narrat; verum cum nemo alius, quod ſciam, hujus depoſitionis meminerit, potior proculdubio hac in re fides habenda Theophani.

Γερμανὸς ὁ μέγας, &c. ἔτη ιε'.) Theophanes ad annum XVII. Conſtantini Pogonati & in Tabulis Germano Patriarchæ annos quindecim aſſignat. At idem Theophanes ad annum XII. Leonis Iſaurici eidem annos quatuordecim, menſes quinque, & dies tres attribuit. De hujus Patriarchæ ſedis tempore ſic ſcribit Pagius: Quare cum Epiſcopus Conſtantinopolitanus die XI. menſis Auguſti anni Chriſti 715. conſecratus fuerit Germanus, ut patet ex Theophanis capite præcedenti laudato loco, liquet Baronium Sancti Germani ordinationem in annum 714. perperam contuliſſe; ſic enim non annos quatuordecim, ſed quindecim integros cum aliquot menſium Appendice Pontificatum tenuiſſet. Liquet ſecundo, loco horum verborum, *dies tres*, legendum eſſe cum Anaſtaſio, Auctore Miſcellæ, & Cedreno, *dies ſeptem*. Sic Pagius. At perperam, nam melius legendum *dies tres*: ſiquidem a die XI. menſis Auguſti, anni Chriſti 715. quo Germanus conſecratus fuit Epiſcopus Conſtantinopolitanus ad diem XXII. anni Chriſti 730. quo Anaſtaſius in ejus locum ſuffectus eſt, intercedunt anni quatuordecim menſes quinque & dies tres. pag. 904.

Ἀναστάσιος Πρεσβύτερος, &c. ἔτη κδ'.) Huic impiiſſimo Anaſtaſio annos viginti quatuor aſſignat & Theophanes non ſolum in Tabulis, ſed etiam ad annum XVII. Conſtantini Pogonati. Eundem annorum numerum ipſi attribuit Sanctus Nicephorus in Chronographia ex noſtra editione; at ex editione R. P. Goar anni XX. perperam eidem adſcribuntur; ſiquidem Anaſtaſius die viceſima ſecunda menſis Januarii anni Chriſti 730. in locum Germani depoſiti ſubſtituitur, ut ſcribit Theophanes ad annum XIII. Leonis Iſauri: *Τῇ δὲ κβ'. τοῦ αὐτοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς χειροτονοῦσιν Ἀναστάσιον τὸν ψευδώνυμον μαθητὴν καὶ Σύγκελλον τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Γερμανοῦ συνθέμενον τῇ Λέοντος ἀσεβείᾳ διὰ φιλαρχίαν κοσμικὴν πατριάρχην ΚΠ. ψευδεπίσκοπος. Die autem viceſima ſecunda ejuſdem menſis Januarii Anaſtaſium falſi nominis virum, ipſius Beati Germani diſcipulum, & Syncellum in ejus locum ſuffecerunt, qui videlicet Dominii ſecularis ambitione motus, cum Leonis impietati aſſentiret, falſus Conſtantinopolitanus Epiſcopus creatus eſt.* Et quidem legendum eſſe, *τῇ δὲ κβ'.* non vero ut in textu editionis Regiæ habetur, *τῇ δὲ ζ'.* ſuadent Codex Barberinus, Miſcella, & Anaſtaſius; & quidem dies viceſima ſecunda menſis Januarii hoc anno cum Dominica concurrebat; qua ordinationes Epiſcoporum fieri ſolitæ erant, ut ſupra ſæpe monuimus. Moritur ſacrilegus Anaſtaſius anno XIII. imperii Conſtantini Copronymi, Chriſti 753. ut narrat Theophanes eodem loco: *Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀναστάσιος ὁ ἀνίερος τοῦ θρόνου τῆς ΚΠ. ἐγκαθήμενος, ἐθανάτωσε τῇ ψυχῇ σὺν τῷ σώματι εἰντέρου πάθει τῷ λεγομένῳ χορδαψός, κομίσας τὰ ἐπίχειρα τῆς εἰς Θεὸν ὕβρεως, καὶ τοῦ διδασκάλου ἐκείνου ... Hoc anno Anaſtaſius ſacrilegus throni Conſtantinopolitani Antiſtes anima ſimul & corpore mortuus eſt infeliciſſimo morbo, qui Chordapſus dicitur, proprium ſtercus per os evomens, dignamque perſolvit ultionem ſuarum in Deum ac præceptorem injuriarum.* De morte Anaſtaſii vide Breviarium Hiſtoricum Sancti Nicephori Patriarchæ CP. in editione Petaviana pag. 43.

Κωνσταντῖνος μοναχὸς, &c. ἔτη ιβ'.) Huic Patriarchæ annos duodecim aſſignant Sanctus Nicephorus in Chronographia, & Theophanes cum Tabulis, tum ad annum XVII. Conſtantini Pogonati. Verum Pagius qui exiſtimavit ſtatim poſt mortem A- 561.

naſtaſii ſuffectum fuiſſe in ejus locum Conſtantinum, hoc eſt, anno Chriſti 753. nec animadvertit poſt mortem Anaſtaſii aliquot menſibus Eccleſiam Conſtantinopolitanam orbatam fuiſſe paſtore, hoc modo ratiocinatur: Conſtantinus Monachus & Epiſcopus Syllæi Patriarcha Conſtantinopolitanus ab Imperatore renunciatus fuerat anno Chriſti 753. Menſis vero Auguſti die triceſimo Indictione quarta, hoc eſt, anno Chriſti 766. Imperatorem, ut ſcribit Theophanes, Conſtantino Patriarchæ ejuſdem ſententiæ conſorte accuſatores ſubornaſſe, ipſum poſtea in exilium miſiſſe, & in ejus locum menſis Novembris die decimo ſexto quintæ Indictionis Nicetam conſecratum fuiſſe; ideoque Conſtantinus ſedit annos XIII. non vero XII. ut legitur in Chronico Nicephori & in Tabulis Theophanis. At ſi Pagius non tantum Theophanis verſionem, ſed ipſum textum Græcum legiſſet, animadvertiſſet procul dubio interpretem omiſiſſe in verſione numerum Indictionis, qui ſane in textu Græco ſeptenarius reperitur; inſuper ex eodem Theophanis loco, nimirum ad annum XIII. Conſtantini Copronymi intelligere facile potuit Pagius, & Anaſtaſium obiiſſe hoc ipſo anno, & Conciliabulum indictum fuiſſe, ac celebrari cœptum a menſis Februarii die decimo, Indictione ſeptima, hoc eſt, anno Chriſti 754. & ſub finem illius Conciliabuli die octavo menſis Aug. ejuſdem anni, Conſtantinum hunc renunciatum fuiſſe ab Imper. Patriarcham. Sic ibi laudatus Theophanes, poſtquam de Anaſtaſii morte loquutus eſſet, ſubjungit: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων τριακοσίων τριάκοντα ὀκτὼ ἐπισκόπων συνέλεξεν ἐν τῷ τῆς Ἱερείας παλατίῳ, ὧν ἐξῆρχε Θεοδόσιος ὁ Ἐφέσου, υἱὸς Ἀψιμάρου, καὶ Πάστιλας ὁ Πέργης· οἱ καθ' ἑαυτοὺς τὰ δόξαντα δογματίσαντες, μηδενὸς παρόντος ἐκ τῶν καθολικῶν θρόνων, Ῥώμης φημί, Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων, ἀπὸ δεκάτης τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς ἀρξάμενοι, διήρκεσαν ἕως ὀγδόης Αὐγούστου τῆς αὐτῆς ζ. ἰνδικτιῶνος· καθ' ἣν ἐν Βλαχέρναις ἐλθόντες ἐν τῷ Θεοτόκου ναῷ, ἀνῆλθε Κωνσταντῖνος ἐν τῷ ἄμβωνι· ὁ τοῦ Κωνσταντίνου μοναχὸς ἐπίσκοπος γενόμενος τοῦ Συλλαίου, καὶ ἐκβοήσας ἐν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Κωνσταντίνῳ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ πολλὰ τὰ ἔτη. καὶ τῇ κζ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ ἀνιέρῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, καὶ ἐξεφώνησαν τὴν ἑαυτῶν κακόδοξον αἵρεσιν ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, ἀναθεματίσαντες Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον, καὶ Γεώργιον τὸν Κύπριον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσορρόαν Δαμασκηνὸν τὸν Μανσοὺρ, ἄνδρας ἁγίους καὶ αἰδεσίμους διδασκάλους. *Eodem etiam anno impius Conſtantinus adverſus ſanctas & venerandas Imagines illegitimum trecentorum triginta & octo Epiſcoporum in Hieriæ Palatio coegit conciliabulum, cujus Præſes extitit Theodoſius Epheſi Epiſcopus Apſimari filius, & Paſtillas Pergenſis Antiſtes. Iſti privatas ſuas ſententias privata authoritate ſancientes, nullo Catholicarum ſedium, Romæ, dico, Alexandriæ, Antiochiæ, & Hieroſolymorum præſente a menſis Februarii die decimo facto initio, ad Auguſti diem octavum cœptis inſtiterunt eadem Indictione ſeptima; qua ad Blachernas convenientibus illis Deiparæ adverſariis, Conſtantinus Conſtantinum Monachum, qui Syllæi Epiſcopus fuerat, manu tenens, conſcendit ambonem; & clara elataque voce votis conceptis bene precatus, Conſtantino, inquit, Oecumenico Patriarchæ multi anni. Et viceſimo ſeptimo menſis Auguſti, Imperator in forum progreſſus cum ſacrilego Conſtantino & reliquis Epiſcopis, qui omnes pravam ſuam hæreſim coram univerſo populo promulgaverunt; & ſanctiſſimum Germanum, Georgium Cyprium, Joannem Chryſorrhoam Damaſcenum Manſuris filium, viros ſanctos, & venerandos Doctores anathemate ferire auſi ſunt.* Eadem fere narrat & ſanctus Nicephorus in Breviario Hiſtorico, poſtquam de morte Anaſtaſii Patriarchæ diſſeruiſſet pag. 203. editionis Petavianæ. At idem Nicephorus in Opere MS. cui titulus: *Liber Antirrheticus, cujus duæ partes. Prima. Refutatio & everſio decreti illegitimi & pſeudonymi, quod promulgatum eſt ab iis qui Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam deſeruerunt, & alienæ ſententiæ ſe accommodarunt ad evertendam Divini Verbi Incarnationem. Pars altera. Refutatio teſtimoniorum quæ Iconomachi contra imagines protulerunt.* Hoc, inquam, in Opere parte prima cap. II. laudatus Nicephorus expreſſe tradit, Concilium Copronymianum acephalum fuiſſe; habitum enim eſſe Conſtantinopolitana Sede vacante, nec creatum eſſe novum Patriarcham niſi ſub finem Concilii. Sic ibi ille loquens de Epiſcopis qui illi conciliabulo interfuere, de Conſtantino Copronymo, necnon de Concilio Copronymiano: Οὗτοι δὴ οὖν οἱ τῆς ἱερᾶς χώρας καὶ παντὸς ἱερατικοῦ καὶ χριστιανικοῦ λόγου μακρὰν, ὃ κατὰ τῶν ἁγίων φέρουσι ψῆφον, ἡγεμόνα καὶ διδάσκαλον τῆς ἀσεβείας ἔχοντες τὸν ἐπ' ἀσεβείᾳ βεβοημένον μετὰ τὴν ἐνδοθεῖσαν αὐτῷ παρανόμως Θεοῦ ἐξουσίαν· τοῦτο τοίνυν τὸ ἄθεον ἐργαστήριον ἀκέφαλον ταῖς ἀληθείαις καὶ ἄχρηστον καὶ ἀπαράδοτον, ἵνα τοῖς αὐτῶν ἐκείνων λόγοις χρησώμεθα, δικαίως ἂν καλοῖτο. ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς βασιλίδος πόλεως θρόνος ἐχήρευε. ἐπεὶ τοῦτο τῷ παντοίως ἐνέτυχεν. καὶ γάρ ὅτι πολλὰ τῆς παρ' αὐτοῖς συνόδου πραχθέντων ἀναγορεύει καὶ ἀρχιερατεύει ὁ Μαμωνᾶς, τὸν ἐπώνυμον Κωνσταντῖνον, τὸν δύστηνον ὄντως καὶ ταλαίπωρον, ἀθέσμως καὶ ἀνόμως, ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, τῆς βασιλίδος ἐπίσκοπον. ὅθεν καὶ τῷ τῶν Ῥωμαίων ἱεράρχῃ, πλείστας ὅσας ὕβρεις κατεῖχε. πολλάκις παρ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ κακοδοξίᾳ ἐλεγχόμενος. *Hi igitur a ſacris locis omnique Sacerdotali ac Chriſtiano ſtatu procul diſſiti, in Sanctos ſententiam ferunt, impietatis ſuæ ducem ac magiſtrum nacti impietate celebrem, poſtquam permittente Deo imperium adeptus eſt. Itaque impia hæc officina vere capitis expers, inutilis ac traditione deſtituta (ut ipſorum verbis utamur) merito vocaretur. Quandoquidem & Sedes Conſtantinopolitana tunc temporis vacavit. Nam ſub finem eorum quæ ipſi impie moliti ſunt, Mamonas, cognominem ſibi Conſtantinum, infelicem ſane ac miſerrimum, nefarie ac impie Epiſcopum Conſtantinopolitanum renuntiat ac creat, in animæ ac corporis ſui exitium. Unde & a Romano Antiſtite plurimas contumelias retulit: ſæpenumero ab ipſo ob pravam doctrinam reprehenſus.* Sic Sanctus Nicephorus in laudato Opere MS. ubi quamplurima alia ignota habentur ſpectantia ad Concilium Copronymianum. Sed quia propediem prædictum Opus Sancti Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani, una cum aliis omnibus ejuſdem Sancti Operibus tum editis cum ineditis typis mandabimus, duobus in folio tomis, ideo hic plura exſcribere neceſſarium eſſe non duximus. Satis quidem ſuperque quiſpiam ex propoſitis intelliget, per plures menſes vacaſſe tunc Sedem Conſtantinopolitanam, & non niſi ſub finem Concilii Copronymiani Conſtantinum ab Imperatore Copronymo nuntiatum fuiſſe Patriarcham. Quod quidem accipit, ut ſcribit Theophanes, die octavo menſis Auguſti, Indictione ſeptima, nimirum anno Chriſti 754. uti paulo ſuperius demonſtravimus, non vero anno 753. ut perperam Pagius exiſtimavit. Reſtat modo ut videamus quo anno Conſtantinus e ſede dejectus fuerit: quod quidem ipſe Theophanes facile præſtabit dum ſcribit ad annum XXV. Conſtantini Copronymi, die triceſimo menſis Auguſti, Indictione quarta, hoc eſt, anno Chriſti 766. Imperatorem Conſtantino Patriarchæ ejuſdem ſententiæ conſorti accuſatores ſubornaſſe, ipſum primum in Hieriam, tum in Principum Inſulam exulem deportari ſanxiſſe. Unde liquet Conſtantinum ſedem Conſtantinopolitanam obtinuiſſe annis duodecim, & diebus octo. Cæterum de hujus ſacrilegi Conſtantini miſerrima morte legendus Theophanes ad annum XXVII. ejuſdem Auguſti.

Νικήτας Σκλαβῖνος εὐνοῦχος, &c. . . . . . μῆνας δ'.] Hic pro Σκλαβῖνος, cum ſit repetitio omnino inutilis, legendum puto Σκλάβος vel Σθλάβος, aut ὁ ἀπὸ Σκλάβων, ut habetur apud Theophanem, vel ὁ ἀπὸ Σθλάβων, ut legitur in aliis Catalogis Patr. Conſtantinop. nam Nicetas iſte Eunuchus a Scla-

vis originem ducebat. Numerus autem annorum Sedis hujus Patriarchæ, cum locus ſit mutilus in Codice Regio, ſuppiendus eſt ex Chronographia Sancti Nicephori, & ex Theophane. Huic porro Patriarchæ laudatus Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum XVII. Conſtantini Pogonati annos quatuordecim aſſignat. Sanctus vero Nicephorus ex editione R. P. Goar annos quindecim eidem adſcribit; ex noſtra vero editione annos tredecim & menſes quatuor. At certum eſt ex Theophane anno XXVI. Conſtantini Copronymi Nicetam Eunuchum conſecratum fuiſſe Patriarcham Conſtantinopolitanum die decimo ſexto menſis Novembris, Indictione quinta, hoc eſt, anni Chriſti 766. Τῇ δὲ ἑκκαιδεκάτῃ Νοεμβρίου μηνὸς τῆς αὐτῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος ψήφῳ τοῦ βασιλέως χειροτονεῖται Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος ἀθέσμως Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως. *Cæterum menſis Novembris die decimo ſexto ejuſdem quintæ Indictionis Nicetas a Sclavis originem ducens Eunuchus, præter fas Canonum Conſtantinopolitanus Patriarcha Imperatoris ſuffragio conſecratur.* Fallitur ergo Sanctus Nicephorus dum ait in Breviario Hiſtorico pag. 230. editionis Petavianæ, & Conſtantini depoſitionem, & Nicetæ electionem contigiſſe Auguſto menſe, Indictione quarta: quippe Conſtantinus deponitur, uti ſupra ex Theophane diximus, die triceſimo menſis Auguſti, Indictione quarta; Nicetas vero conſecratur, uti hic demonſtravimus, die decimo ſexto menſis Novembris, Indictione quinta. Moritur autem Nicetas Eunuchus, ut ſcribit Theophanes ad annum V. Leonis, die ſexto eodemque Dominico menſis Februarii, Indictione tertia, nimirum anni Chriſti 780. Τῇ δὲ ἕκτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς τῆς γ΄. ἰνδικτιῶνος ἡμέρᾳ κυριακῇ τῆς Τυροφάγου τέθνηκε Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος Πατριάρχης ΚΠ. *Menſis autem Februarii die ſexto eoque Dominico Indictione tertia, die Dominica qua ante quadrageſimam ultimo caſeum comedendi fit poteſtas, Nicetas genere Sclavus, Eunuchus, Conſtantinopolitanus Patriarcha diem extremum obiit.* Hinc igitur manifeſto liquet Nicetam hunc Eccleſiam Conſtantinopolitanam rexiſſe annis tredecim, menſibus quatuor, utrimque incompletis, ut habetur in Chronographia Sancti Nicephori ex noſtra editione, ubi eidem anni tredecim & menſes quatuor aſſignantur. Perperam itaque in eadem Chronographia ex editione R. P. Goar huic anni quindecim attribuuntur.

Edit. Pariſ. pag. 907.

Παῦλος ὁ Κύπριος, &c. ἔτη ε΄.) Huic Patriarchæ annos quinque aſſignat & Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum XVII. Conſtantini Pogonati. S. Niceph. vero in Chronographia ex noſtra editione annos quinque, menſes ſex eidem attribuit: ex editione R. P. Goar annos quinque & menſes octo. Verum Pagius ibidem loco *annos* V. legendum ait *annos* IV. A ſexto enim, inquit, die Februarii anni Chriſti 780. quo ejus Deceſſor vivere deſiit, ad menſem Septembrem præſentis Chriſti anni, elapſi ſunt anni quatuor, & menſes octo, utrimque incompleti. Sic Pagius. Cæterum Theophanes ad annum V. Leonis poſtquam de morte Nicetæ Eunuchi, quæ contigit die ſexto menſis Februarii, Indictione tertia, anno Chriſti 780. loquutus eſſet, ſecunda, inquit, jejuniorum Dominica Paulus Cyprius vel invitus Patriarcha Conſtantinopolitanus inſtituitur: Καὶ τῇ δευτέρᾳ κυριακῇ τῶν νηστειῶν Παῦλος ὁ τίμιος ἀναγνώστης ὑπάρχων Κύπριος τῷ γένει λόγῳ καὶ πράξει διαλάμπων, μετὰ πολλὴν παραίτησιν διὰ τὴν κρατοῦσαν αἵρεσιν, βίᾳ πολλῇ, χειροτονεῖται Πατριάρχης ΚΠ. *Secunda vero jejuniorum Dominica Paulus Venerabilis Lector, Cyprius natione, doctrina & virtute præſtans, quamvis ob hæreſim, quæ tunc obtinebat, multum reluctaret, imo vim omnino paſſus Conſtantinopolitanus Patriarcha inſtituitur.* Idem Theophanes ad annum IV. Conſtantini filii Irenes Pauli mortem indicat inquiens die triceſimo primo menſis Auguſti Indictione ſeptima, hoc eſt, anno Chriſti 784. Paulum Cyprium, cum in morbum incidiſſet, inſcia Irene Imperatrice, throno nuncium remiſiſſe, & in Flori Monaſterio monaſticum habitum aſſumpſiſſe, & haud diu poſt ad Deum migraſſe.

Ταράσιος, &c. ἔτη κα΄.) Taraſio Patriarchæ annum unum & viginti aſſignat & Theophanes: ſic etiam habet & Sanctus Nicephorus in Chronographia, niſi quod eidem inſuper dies duos attribuit. At Taraſium anno uno & viginti, menſibus duobus, non vero diebus adminiſtraſſe Eccleſiam Conſtantinopolitanam colligitur ex eodem Theophane: quippe Taraſius renuntiatus fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus, ut ſcribit laudatus Theophanes ad annum V. Conſtantini filii Irenes, die quinto ſupra viceſimum menſis Decembris, Indictione octava, hoc eſt, anno Chriſti 784. Moritur autem Taraſius ut tradit idem Scriptor ad annum IV. Nicephori, die viceſimo quinto menſis Februarii, Indictione decima quarta, videlicet anno Chriſti 806. Ignatius item Diaconus in Taraſii Vita cap. XI. ait eum e vita migraſſe hac ipſa die Februarii, poſtquam viginti & duos annos Pontificalem Cathedram decoraſſet.

Νικηφόρος, &c. ἔτη θ΄.) Theophanes ad annum XVII. Conſtantini Pogonati Nicephoro annos octo aſſignat; at in Tabulis ipſius anni novem eidem attribuuntur. Ignatius vero Diaconus in Vita ſancti Nicephori, ei annos novem, uno menſe demto adſcribit: quem quidem numerum optime quadrare ſcribit Pagius ad annum Chriſti 814. ſiquidem ut tradit Theophanes ad annum VI. Nicephori Imperatoris, Sanctus Nicephorus electus fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus menſis Aprilis die duodecima magna Paſchatis Dominica, Indictione decima quarta, nimirum anno Chriſti 806. Dignitate autem motus eſt Nicephorus & in exilium miſſus, ut ſcribunt Theophanes Presbyter in Oratione de Tranſlatione ejus reliquiarum & Ignatius Diaconus in ipſius Vita, die XIII. Martii anni Chriſti 815. Sed quia de hujus Sancti Patriarchæ annis ac ſcriptis pluribus acturi ſumus in Præfatione ad ejuſdem Opera, quæ propediem typis mandabimus & quorum Conſpectum paucis ab hinc annis edidimus, ideo hic pauca, quæ diximus, ſufficiant.

Θεόδοτος ὁ Μελισσηνὸς, &c. ἔτη ς΄.) Statim ac ejectus fuit in exilium Sanctus Nicephorus, in ejus locum ſufficitur Theodotus pſeudo-Patriarcha ut ſcribit Ignatius Diaconus in Vita ſancti Nicephori num. LXXIII. Hunc Caſſiteram cognominatum ait Leo Grammaticus in Leone Armeno pag. 446. E. R. Sed eum pluribus deſcribit Anonymus Continuator Theophanis pag. 441. E. R. qui etiam tradit, ordinationem ejus factam Paſchatis Feſto; Paſcha autem incidebat anno Chriſti 815. in diem primum menſis Aprilis. Moritur autem impius Theodotus anno Chriſti 821. ut apparet ex Symeone Logotheta, qui in Michaele Balbo pag. 412. antequam Theophili inaugurationem narraſſet quæ contigit anno Chriſti 821. eo tempore, inquit, ſummum Sacerdotium Antonius Sylæi tenebat. Igitur Zonaras qui Theodoto annos ſex optime aſſignat, perperam ejuſdem mortem tardius differt. *pag. 908.* 562.

Ἀντώνιος ἐπίσκοπος Συλαίου, &c. ἔτη ιγ΄.) Huic Patriarchæ annos tredecim & Zonaras adſcribit. In Appendice ad Chronographiam ſancti Nicephori anni duodecim eidem aſſignantur. Et hic quidem numerus optime quadrare videtur ſi anni duodecim utrimque incompleti dicantur; Antonius quippe, uti capite præcedenti diximus, Pontificatum iniit anno Chriſti 821. Moritur autem anno 832. cum Joannes ſeu Jannes qui ei in Pontificatu ſucceſſit ordinatus fuerit menſis Aprilis viceſima prima, die Dominica, ut ſcribit Continuator Conſtantini Porphyrogeniti, ejuſdem anni. Cæterum falluntur Curopalata & Cedrenus qui Antonii Patriarchæ nullam mentionem faciunt;

cinnt ; cujur quidem præter alios Scriptores meminit & Theophanes Presbyter in Oratione de Translatione reliquiarum S. Nicephori ; Nicetas item in Vita S. Ignatii Patriarchæ CP. ubi Antonium hunc cognominatum fuiſſe Byrſodepſam tradit.

Ἰωάννης ὁ καὶ Ἰαννῆς μάντις, &c. ἔτη ϛ'. μῆνας γ'.) Zonaras pag. 153. perperam Joanni annos tantum ſex attribuit. Melius autem in Appendice ad Chronographiam ſancti Nicephori huic Patriarchæ anni novem aſſignantur. Jannes porro, ut tradit Continuator Conſtantini Porphyrogeniti, ordinatus fuit, menſis Aprilis viceſima prima, die Dominica, hoc eſt, anni Chriſti 832. Fallitur igitur Baronius qui initium Pontificatus Joannis anno 835. conſignat, uti optime monet Pagius. Pellitur autem e ſede Joannes cum in hæreſi eſſet obſtinatus paulo poſt mortem Theophili, hoc eſt, anno Chriſti 642. uti apparet ea Continuatore Conſtantini Porphyrogeniti, & ea infra dicendis ; unde etiam liquet Joannem annos decem incompictos ſediſſe. Cæterum de hoc Joanne ſeu Janne Patriarcha pluribus agit laudatus Scriptor Anonymus pag. 96.

Μεθόδιος, &c. ἔτη δ'. μῆνας β'.) In Appendice ad Chronographiam ſancti Nicephori Methodio anni quatuor & menſes trea aſſignantur ; verum Pagius Methodium ſediſſe ait annis quatuor, menſibus quatuor & viginti ſex diebus, die emortuali excluſo ; quippe a die XIX. Februatii in quam Dominica incidebat anno Chriſti 842. & qua Methodium ordinatum fuiſſe apparet ex Continuatore Conſtantini Porphyrogeniti, ad diem XIV. Janii, qua Methodius obiiſſe dicitur in Vita ſancti Joannicii Abbatis apud Surium ad diem IV. Novembris, hoc eſt, anno Chriſti 846. ut ſcribit laudatus Pagius, intercedunt anni quatuor, menſes quatuor, & viginti ſex dies, die emortuali excluſo.

Ἰγνάτιος, &c. ἔτη ιά.) In Appendice ad Chronographiam ſancti Nicephori Ignatio anni undecim & menſes quinque aſſignantur. Auctor Libelli Synodici, qui eo tempore vivebat, annos undecim, menſes quatuor, dies viginti eidem attribuit. Nicolaus vero Papa in Epiſtola II. ad Imperatorem Michaelem ait, Ignatium per duodecim fere annos Regiæ urbis innocue Sacerdotium egiſſe. Certum tamen eſt,
Edit. Pariſ pag. 909. ut ſcribit Pagius, Ignatium anno Chriſti 846. die quarto menſis Julii, in quam Dominica incidebat, ordinatum fuiſſe ; & eundem poſtmodum e ſede pulſum anno 857. die vigeſima tertia menſis Novembris. Unde liquet Auctorem Libelli Synodici optime Ignatio annos undecim, menſes quatuor, & dies viginti aſſignaſſe ; & eodem anno Theodoram ea Aula, & Ignatium e Sede CP. ejectos fuiſſe, uti laudatus Pagius pluribus demonſtrat.

Φώτιος, &c. ἔτη δ'.) Photius, ut ſcribit Nicetas in Vita Sancti Ignatii Patriarchæ CP. hactenus Laicus, ordinatus fuit a Gregorio Asbeſta Syracuſano Archiepiſcopo, qui ab aliquot annis a Sancto Ignatio dignitate ob improbitatem motus erat ; & quidem Photius hunc in modum, ut idem ſcribit, ordinatur : Primo die Monachus ex Laico, altero Lector, tertio Subdiaconus, quarto Diaconus, quinto Presbyter, ſexto denique, Decembris die XXV. Natali Chriſti ſacro, anni ſcilicet Chriſti 857. Epiſcopus conſecratur. Pellitur autem e ſede Photius a Baſilio Macedone & in Monaſterium Scepen relegatur poſtero die quam renunciatus erat Imperator idem Baſilius, ut ſcribit laudatus Nicetas, hoc eſt, die viceſima quinta menſis Septembris anni Chriſti 867. Igitur Photius ſedit annis novem & menſibus novem.

Ἰγνάτιος πάλιν ἔτη ιά.) S. Ignatius in Sedem reſtituitur, ut ſcribit Nicetas Paphlago in ipſius Vita, die XXIII. menſis Novembris, anni ſcilicet Chriſti 867. cum per annos undecim utrimque incompletos abſque Epiſcopatu vixiſſet. Moritur autem Ignatius ut ſcribit idem Nicetas die XXIII. menſis Octobris, anni Chriſti ſcilicet 877. ut ait Pagius. Itaque Ignatius præfuit iterum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ annis novem menſibus undecim.

Φώτιος πάλιν ἐπὶ Λέοντος τὸ αὐτὸ ἔτη δ'.) Photius, mortuo Ignatio, iterum Sedem Conſtantinopolitanam occupat, nondum toto triduo elapſo a morte Ignatii, ut ſcribit Nicetas in ejus Vita, die ſcilicet viceſima ſexta menſis Octobris anni Chriſti 877. Pellitur autem e Sede Photius a Leone Philoſopho, ut ſcribit Leo Grammaticus, & in Armeniacorum Monaſterium, Bordi dictum, relegatur anno Chriſti 886. ut conſtabit ex iis quæ dicturi ſumus de Stephano qui ei in Patriarchatu ſucceſſit.

Στέφανος ὁ ἀδελφὸς Λέοντος ἐπὶ τὸ ἔτη γ'.) Stephanus Baſilii Macedonis filius poſt patris obitum, a Leone Philoſopho Fratre Patriarcha renunciatur, qui, ut ſcribit Leo Grammaticus, imminentibus Chriſti Natalitiis, Patriarcha conſecratus eſt a Theophane primæ poſt Patriarcham ſedis Epiſcopo, anno ſcilicet Chriſti 886. Georgius item Monachus Stephanum ante Chriſti Natalem Patriarcham ordinatum fuiſſe tradit. Perperam autem hujus Patriarchæ Sedis tempus intra triennium concludunt Nicephorus Calliſti, & Cedrenus ; ſiquidem Stephanus thronum CP. tenuit annis ſex, menſibus quinque ; ut produnt Leo Grammaticus, Continuator Anonymus Theophanis, Symeon Logotheta, & Georgius Monachus ; qui ſane menſe Majo anni octingenteſimi nonageſimi tertii ad Deum migravit, ut oſtendit Pagius ad annum Chriſti 888. quo anno perperam Stephani mors a Baronio conſignatur.

Ἀντώνιος ὁ Καυλέας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτη β'.) Sanctum Antonium Cauleam renunciatum fuiſſe Patriarcham menſe Majo anni Chriſti octingenteſimi nonageſimi tertii ; fatis vero functum anno 895. pluribus oſtendit Pagius ad annum Chriſti 890. Cæterum hujus ſancti Patriarchæ memoria colitur cum a Græcis tum a Latinis die XII. menſis Februarii ; & in Actis Bollandianis ad eandem diem Februarii recitatur, *Nicephori beatiſſimi Philoſophi & Oratoris Oratio funebris ſeu Vita encomio contexta, magni inter Dei Pontifices & admirabilis inter Patriarchas Antonii*. In hac quidem oratione Antonius ab egregias ipſius virtutes, præſertim liberalitatem in pauperes valde celebratur. *pag. 910.*

Νικόλαος ὁ ἀπὸ Μυστικῶν ἔτη ιά.) Huic Patriarchæ annos undecim & Zonaras aſſignat ; Nicolaus quippe Myſticus ordinatur Patriarcha CP. anno Chriſti 895. ut ſcribit Symeon Logotheta, qui Antonii mortem & hujus ordinationem cum anno Leonis decimo copulat. Pellitur autem Nicolaus in exilium a Leone quod ejus quartas nuptias improbaret, ac propterea eundem Eccleſiæ liminibus excluderet, anno Chriſti 906. uti plurium Scriptorum auctoritate docet Pagius.

Εὐθύμιος, &c. ἔτη ε'. ἥμισυ) Euthymius Syncellus vir religioſus ac pius, eodem tempore quo in 563.
exilium miſſus fuit Nicolaus, renunciatur a Leone Imperatore Patriarcha Conſtantinopolitanus. Pellitur vero poſtmodum in exilium Euthymius ab Alexandro ipſo imperii ejus initio, anno ſcilicet Chriſti 911. uti ex dicendis parebit.

Νικόλαος αὖθις, &c. ἔτη ιγ'.) Alexander Imperator ipſo imperii initio, pulſo e Sede CP. Eutymio, Nicolaum Myſticum in eandem reſtituit anno Chriſti 911. ut ſcribunt Incertus Continuator Theophanis pag. 233. Symeon Logotheta pag. 471. & Georgius Monachus pag. 563. Verum in Epiſtola ad Papam Romanum, quam Latine Baronius edidit ad annum 912. Nicolaus ipſe teſtatur reſtitutum ſe fuiſſe ab ipſomet Leone : *Ille vero (Leo) antequam e vita mi-*

gratet, *agnovit flebiliter errorem ſuum*, *veniamque a Deo petiit*, *me inter primos hortatore*, *& deprecatore* (*aderam enim tunc forte ab exilio revocatus*, *ab eaque Eccleſiæ gubernationi reſtitutus*) &c. Sed huic difficultati præſto occurrit Pagius inquiens : Sed Auctores iſti cum Nicolao conciliari poſſunt, licet fatendum ſit, eos ſubobſcurius locutos. Georgius enim Monachus in Leone num. XLIV. refert, hunc Imperatorem cœliaco morbo ægrotantem, *Alexandrum fratrem ſuum imperii clavo* præfeciſſe. Quare vivente adhuc Leone Alexandri opera Nicolaus ex exilio revocatus eſt, & gubernationi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ reſtitutus. Georgius Monachus in Alexandro num. I. de hoc Imperatore ſcribit : *Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis*, *dejecto Euthymio Patriarcha*; *eundemque Nicolaum in Patriarchalem Sedem denuo reſtituit*. *Habitoque in Magnaura Concilio*, *adductoque Euthymio e Steno*, *Agathique Monaſterio*, *ſedens ipſe Alexander cum Nicolao Patriarcha*, *depoſitionem ipſius peregere*. Narratis injuriis tunc Euthymio illatis, ſubdit : *Rurſuſque ad Agathi relegatus eſt*, καὶ πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθοῦ. Ex his verbis apparet, *Euthymium* bis in exilium actum. Primo vivente Leone, quod Georgius manifeſte ſupponit, cum ait mortuo Leone adductum eſſe Euthymium *ex Steno*, *Agathique Monaſterio*, & relata ſolenni ejus depoſitione ſubjungit, *rurſuſque ad Agathi relegatus eſt*. Sic Pagius : qui proculdubio egregie fallitur, dum ita locum Georgii Monachi intelligit, cum ille omnino diverſa dicat. Laudatus quippe Scriptor mortuo Leone Nicolaum ex Galacrenis adductum eſſe tradit, non vero Euthymium ex Steno; cum tunc primum poſtquam reſtitutus fuit Nicolaus, Euthymius in Stenum relegatus fuerit; quem quidem poſtmodum coacto in Magnaura Concilio ex Steno adductum coram omnibus depoſuit; ac innumeris injuriis eidem illatis rurſus ad Agathi Monaſterium ablegavit. Sic Georgius : Ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος ὁ υἱὸς Βασιλείου, ἔτος ἕν, ἡμέρας κθ΄. σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῷ Λέοντος. ἀποστείλας δὲ ἤγαγε Νικόλαον ἐκ Γαλακρηνῶν, καταγαγὼν Εὐθύμιον Πατριάρχην, καὶ ἐνθρονίζει τὸ δεύτερον αὐτὸν Νικόλαον Πατριάρχην. ποιήσας δὲ σιλέντιον ὁ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Μαγναύρᾳ, ἀγαγὼν Εὐθύμιον ἐκ τοῦ Στενοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀγαθοῦ, καὶ συγκαθίσας ἅμα Νικολάῳ Πατριάρχῃ, ἐποιήσατο τὴν κατ᾽ αὐτοῦ καθαίρεσιν, ἀτίμως ἀποτίλλοντες τὰ ἱεροπρεπῆ, καὶ ἀξιαγάστου ἀνδρὸς, τὴν τιμίαν αὐτοῦ γενειάδα, καὶ ἄλλας τινὰς ὕβρεις καὶ ποινὰς αὐτῷ ἐπιφέροντες, ἃς ἡσύχως καὶ πρᾴως ὑπέμεινεν ὁ τίμιος καὶ ἱερὸς ἀνήρ. καὶ ὑπεξωρίσθη πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθοῦ, ἔνθα καὶ τελευτήσας κατετέθη ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ ἐν τῇ πόλει εἰς τὰ Ψαμαθίου. *Imperavit Alexander Baſilii filius annum unum, dies viginti novem cum Conſtantino Leonis filio. Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthymio Patriarcha; eundemque Nicolaum in Patriarchalem Sedem denuo reſtituit. Habitoque in Magnaura Concilio, adductoque Euthymio ex Steno, Agathique Monaſterio, ſedens ipſe Alexander cum Nicolao Patriarcha, depoſitionem ipſius peregere, indignis modis vellentes ſacri viri, ac decori, digneque ſuſpiciendi, venerabilem barbam, aliaſque quaſdam injurias ac pœnas illi inferentes, quas vir venerabilis ac ſacer ſedata, ac ſilentia, placideque ferebat, Rurſuſque ad Agathi relegatus eſt; ubi & vita functus, depoſitus eſt in ſuo Monaſterio in Urbe ad Pſamathii ædes*. Ita & Incertus Continuator Theophanis pag. 233. E. R. necnon Symeon Logotheta pag. 471. niſi quod hic ſecundus addit ſtatim id factum ab Alexandro : εὐθὺς Ἀλέξανδρος ἀνακαλεσάμενος, &c. hoc eſt, ſtatim poſt Leonis obitum, vel ſtatim ac una cum Conſtantino poſt Leonis mortem imperare cœpit. Huic Patriarchæ annos tredecim attribuunt etiam Incertus Continuator Theophanis, & Georgius Monachus. At melius Symeon Logotheta

Edit. Pariſ. pag. 911.

huic annos XIV. aſſignat; quippe Nicolaus reſtitutus fuit in Sedem ab Alexandro Imperatore, anno Chriſti 911. uti ſupra demonſtravimus; obiit autem idem Patriarcha, ut ipſi ſcribunt, die quinta decima menſis Maii Indictione tertia decima, hoc eſt, anno Chriſti 925. unde annos XIV. & non XIII. eum ſediſſe neceſſario dicendum eſt. Cæterum ſcribæ incuria legitur in Symeone Logotheta ἰνδικτιῶνι ,γ΄. pro ιγ΄. Perperam & Baronius Nicolai Patriarchæ mortem ad annum Chriſti 930. diſtulit, uti ex dictis liquet.

Στέφανος μητροπολίτης, &c. *ἔτη β΄. μῆνας ια΄.*) Huic Patriarchæ annos duos & menſes undecim aſſignant & Incertus Continuator Theophanis, Symeon Logotheta, & Georgius Monachus. Stephanus quippe, ut tradunt laudati Scriptores, renunciatus fuit Patriarcha CP. Auguſto menſe Indictione tertia decima, hoc eſt, anno Chriſti 925. Moritur autem die quinta decima menſis Julii, ut ait Incertus continuator Theophanis, ſeu die decima octava ejuſdem menſis, ut ſcribit Georgius Monachus, aut, ut tradit Symeon Logotheta, die decima octava menſis Junii, Indictione ſexta; At pro *ſexta* legandum eſſe *prima*, hoc eſt, anno Chriſti 928. nemo non videt : nam a menſe Auguſto anni Chriſti 925. quo electus fuit Stephanus ad menſem Julium anni 928. intercedunt anni duo & menſes undecim. Cæterus numerus Indictionum apud Scriptores illius ævi paſſim corruptus deprehenditur; unde neceſſario ſupplendus eſt ex conjectura.

Τρύφων μοναχὸς, &c. *ἔτη γ΄.*) Tryphon ordinatus fuit Patriarcha CP. ut tradunt ſæpius laudati Scriptores poſt Theophanem, die quarta decima menſis Decembris, Indictione prima, non vero ſexta, ut apud eoſdem legitur, hoc eſt, anno Chriſti 928. Tryphon vero per fraudem depoſitus Indictione quarta, hoc eſt, anno Chriſti 931. ut ſcribit Symeon Logotheta pag. 489. Poſt hujus abdicationem Eccleſia CP. viduata fuit paſtore annum unum menſes quinque, ut tradunt Incertus Continuator Theophanis, Symeon Logotheta & Georgius Monachus. Igitur ſi a die ſecunda menſis Februarii anni Chriſti 933. qua Theophylactus ordinatus fuit Patriarcha CP. retrocedas per annum unum, & menſes quinque, quibus Eccleſia CP. Paſtore viduata manſit, pervenies proculdubio ad diem ſecundum menſis Septembris anni 931. Itaque anni tres, quibus Tryphon præfuiſſe dicitur, integri non fuere. Cæterum qua fraude Tryphon coactus fuit abdicare Patriarchatum CP. & cur fraus ei ſtructa, pluribus narrat Symeon Logotheta pag. 487. & 488. quæ cum ſint longiuſcula hic non exſcribo.

Θεοφύλακτος, &c. *ἔτη κγ΄. ἡμέρας κε΄.*) Theophylactus ordinatus Patriarcha Conſtantinopolitanus die ſecunda menſis Februarii Indictione ſexta, hoc eſt, anno Chriſti 933. ut ſcribunt Incertus Continuator Theophanis, Symeon Logotheta, & Georgius Monachus. Moritur Patriarcha Theophylactus, ut ſcribit Cedrenus, die XXVII. menſis Februarii Indictione XIV. nimirum anno Chriſti 956. Huic Patriarchæ an. viginti tres, & dies viginti quinque aſſignat & laudatus Cedrenus; Scriptores vero poſt Theophanem ſæpe a nobis citati, numero rotundo loquentes eidem annos viginti quatuor attribuunt. Cæterum hujus Patriarchæ perditos mores pluribus laudati Scriptores deſcribunt. pag. 912.

Πολύευκτος, &c. *ἔτη ιβ΄.*) Sanctus Polyeuctus ordinatur Patriarcha Conſtantinopolitanus die tertia menſis Aprilis Indictione XIV. ut ſcribit Cedrenus; quo quidem anno ſcilicet 956. feria quinta in Cœna Domini cum die tertia Aprilis concurrebat. Moritur Sanctus Polyeuctus die tricesima quinta a quo acclamatus fuit Imperator Joannes Zimiſcea ut ſcribunt Cedrenus & 564.

Zonaras; quod quidem accidit die undecima menſis Decembris anni Chriſti 969. Igitur Polyeucti mors contigit circa diem XVI. menſis Januarii anni 970. cum ſediſſet, ut ex dictis patet, annis tredecim menſibus novem, & diebus tredecim.

Βασίλειος ὁ Σκαμανδρηνὸς, &c. *ἔτη δ'.*) Baſilius Scamandrenus ordinatur Patriarcha Conſtantinopolitanus Dominica Orthodoxiæ, ut ſcribit Leo Diaconus in Hiſtoria MS. Feſtum autem Orthodoxiæ incidebat hoc anno nimirum Chriſti 970. in diem XIII. Februarii, quæ Quadrageſimæ Dominica prima fuit. Pellitur autem e Sede Baſilius & in exilium mittitur anno Chriſti 974. ut ſcribit Pagius; qui hujus rei teſtem Leonem Diaconum citat, qui de Baſilii morte agit cum de iis, quæ anno 974. geſta fuere, loquitur. Igitur ſi hoc anno e vivis Baſilius exceſſit, anni quatuor qui eidem aſſignantur cum a Zonara, tum hic a Nicephoro Caliſti, certe utrimque incompleti fuere.

Ἀντώνιος ἡγούμενος Στουδίου, &c. *ἔτη ς'.*) Antonio Studitæ annos ſex attribuit & Zonaras: qui quidem anni utrimque fuerunt incompleti, ut patebit ex iis, quæ dicturi ſumus de ejus Succeſſore Nicolao ex Cedreno & Zonara: Antonius quippe ipſo initio anni Chriſti 974. Patriarcha CP. renunciatus fuit; anno vero 979. ineunte Patriarchatum abdicavit.

Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης, &c.) Totum hoc caput quod cum a Librario, tum a typographo depravatum fuit ita reſtituendum. *Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων, τὴν ἐκκλησίαν ἐπὶ χρόνους δ'. ἥμισυ ἀποιμάντα ...., ἔτη ιβ'. μῆνας η'.* Quæ ſic interpretamur: *Nicolaus Chryſoberges ſub iiſdem Imperatoribus, quum Eccleſia Paſtore caruiſſet ad annos quatuor, & dimidium, præfuit annis duodecim menſibus octo.* Et ita legendum etiam ſupra in verſione. Nam Antonius Studita, uti ſupra diximus, anno nongenteſimo ſeptuageſimo nono ineunte abdicavit Patriarchatum; tum Eccleſia Conſtantinopolitana, uti ſcribit etiam Cedrenus, cum per annos quatuor & dimidium vacaſſet, paulo poſt medium annum nongenteſimum octogeſimum tertium Nicolaus Chryſoberges Patriarcha Conſtantinopolitanus ordinatur. Huic Patriarchæ annos duodecim & menſes octo attribuit & laudatus Cedrenus; verum idem Scriptor perperam Nicolai mortem, & Siſinnii electionem contigiſſe tradit Indictione octava, hoc eſt, anno Chriſti 995 uti monet Pagius, qui anno ſequenti id neceſſario factum eſſe, ex numero annorum, qui Nicolao a Scriptoribus aſſignantur, demonſtrat, & Cedrenum ex ipſomet Cedreno corrigit.

Σισίννιος μάγιστρος ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων ἔτη ζ'.) Et ſic legendum etiam ſupra in textu, ubi Librarii incuria *ἑαυτῶν* pro *αὐτῶν* legitur. Verum fallitur hic Nicephorus Caliſti dum Siſinnio annos ſeptem aſſignat; melius quippe Cedrenus huic Patriarchæ annos tres attribuit. Succeſſit porro Siſinnius Nicolao anno Chriſti 996 uti paulo ſuperius diximus. Obiit vero idem Patriarcha, uti ex iis quæ infra dicturi ſumus, patebit, anno 999.

Edit. Pariſ. pag. 913.

565. *Σέργιος*, &c. *ἔτη κ'*) Sergius hic, qui, ut ſcribit Cedrenus, genus a Photio Patriarcha ducebat, ſuffectus fuit Siſinnio anno Chriſti 999. ut patet ex eodem Cedreno, qui eidem Patriarchæ annos viginti aſſignat, ac ejuſdem mortem contigiſſe tradit *Indictione ſecunda menſe Julio, anno Mundi 6527.* (Æræ nempe Conſtantinopolitanæ) anno nimirum Chriſti 1019. Cæterum Pagius, cui hac in re moleſtiam creabat Epiſtola Petri Antiocheni Patriarchæ, quam ſcripſerat ad Michaelem Cerularium Patriarcham Conſtantinopolitanum, anno 1054. data, & a Baronio anno 1019. num. IX. recitata, ut ſolveret, inquam, Pagius nodum, Sergium hunc Patriarcham binominem fuiſſe aſſerit; ſed eum erraſſe hac in re oſtendit doctiſſimus P. Lequien in diſſertatione quam hic ſubjungimus. Sic ille: Baronius ad annum Chriſti MXIX. num. IX. ubi ex Curopalata refert in Sergii Patriarchæ Conſtantinopolitani locum ſuffectum fuiſſe *Euſtathium primum Presbyterorum, qui erant in templo regio*; ſubjungit hanc obſervationem. Quod autem idem dicat Sergium ſediſſe viginti annos integros, ſubrogatum in locum Siſinnii defuncti, videtur prætermiſſus ab eo Joannes Patriarcha, quem Petrus Patriarcha Antiochenus in epiſtola quam ſcripſit ad Michaelem Cerularium Conſtantinopolitanum Patriarcham, ponit ſediſſe ante Sergium, tenuiſſeque Sedem illam vivente Joanne itidem nominato Romano Pontifice, ejus nominis decimo nono. Sunt hic recitanda ejus verba, quibus pleniſſima fides adſtruitur. Sic ſe habent: *Et hac in re ego quidem teſtis fidus & alii multi Eccleſiæ proceres, quod tempore beatæ memoriæ Patriarchæ Domini Joannis, Romanus Pontifex Joannes etiam nuncupatus, in Sacris diptychis habebatur, & cum Conſtantinopolim quadraginta quinque ab hinc annis veniſſem, inveni tempore beatæ memoriæ Domini Sergii, prædictum Joannem in Sacra Miſſa una cum aliis ſanctiſſimis relatum.* Hæc Petrus Antiochenus de rebus geſtis ſuo tempore quas & vidit. Cum igitur hæc ita ſe habuiſſe noſcantur longe minor erat Sergii Epiſcopatus numerus, torque annos ſit neceſſe minui a ſede Sergii, quot tenuerit eam idem Joannes. Hæc illuſtriſſimi Annalium Eccleſiaſticorum parentis obſervatio crucem fixit clariſſimo Critico Antonio Pagi, cum non ſolum ex Curopalata, verum & ex aliis Byzantinæ Scriptoribus, & omnibus, qui plurimi ſunt, Conſtantinopolitanorum Patriarcharum indicibus & Catalogis pateat, nullum, qui Joannes nominaretur, Regiæ hujus Urbis Sedem tenuiſſe. A quo negotio ut ſe expediret, hoc ſtatuit vir pereruditus: Ex illis Petri Antiocheni verbis tantum ſequitur, *Sergium* Patriarcham Conſtantinopolitanum binominem fuiſſe, & *Joannem* etiam appellatum. *Sergium* enim annos viginti Eccleſiam Conſtantinopolitanam adminiſtraſſe, non tantum Curopalates & Cedrenus, ſed etiam Zonaras & Auctor Catalogi Epiſcoporum Byzantinorum lib. 4. Juris Græco-Romani relati, fidem faciunt. Sic præſtantiſſimus Pagius ſecare tentavit nodum, quem ſolvere facili negotio poterat ex accuratiori editione Græco-Latina epiſtolæ Petri ad Michaelem Cerularium, quam Joannes Cotelerius publici juris fecit To. 2. Monum. Eccl. Græc. Ex ea ſiquidem compertum habemus Joannem illum Patriarcham Antiochenum fuiſſe, non Byzantinum. *Ἐπὶ δὲ τούτου*, inquit Petrus n. 5. *κἀγὼ μάρτυς ἀναμάρτυρος, καὶ ἄλλοι σὺν ἐμοὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐλλογίμων πολλοί, ὅτι ἐπὶ τοῦ μακαρίου πατριάρχου Ἀντιοχείας Κυροῦ Ἰωάννου, ὁ Πάπας τῆς Ῥώμης Ἰωάννης καὶ αὐτὸς ὀνομαζόμενος ἐν τοῖς διπτύχοις ἀνεφέρετο. καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ πρὸ χρόνων τεσσαράκοντα καὶ πέντε εἰσελθὼν ἦλθον ἐπὶ τοῦ μακαρίου πατριάρχου κυροῦ Σεργίου τὸν δηλωθέντα Πάπαν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ μετὰ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἀναφερόμενον.* Ad hæc ego quoque teſtis ſum omni exceptione major, aliique mecum plures eorum qui in Eccleſia clari ſunt, quod ſub beatæ memoriæ Patriarcha Antiochiæ Domno Joanne, Papa Romæ, ipſe etiam Joannes nominatus, pag. 914. in Sacris Diptychis referretur. *Conſtantinopolim præterea ante hos annos quadraginta & quinque cum veniſſem, reperi ſub beatæ memoriæ Patriarcha Domno Sergio prædictum Papam in Sacra Miſſa cum aliis Patriarchis referri.* Quamobrem Baronius ſubindeque Pagius ex imperfecta vitioſaque Metii translatione Epiſt. Petri Antiocheni decepti ſunt.

Εὐστάθιος, &c. *ἔτη δ'.*) Sergio mortuo in ejus locum ſufficitur Euſtathius Palatinæ ædis Presbyterorum Princeps anno mundi 6527 ut ſcribit Cedrenus, hoc eſt, anno Chriſti 1019. Euſtathius moritur paucis diebus ante mortem Baſilii Bulgaricidæ, quæ contigit, ut ſcribit Cedr. *menſe Decembri, Indictione nona, anno 6534.* (Æræ nempe Conſtantinopolitanæ, Kalendis Septembris anni Chriſti 1025. inchoato). Igitur ſi Euſtathius ſtatim poſt mortem Sergii, quæ contigit, uti ſupra ex Cedreno diximus, menſe Julio anni Chriſti 1019. Patriarcha Conſtantinopolitanus renunciatus fuit,

Digitized by Google

certe Euſtathio non anni quatuor, ſed anni quinque, menſes quatuor, & aliquot dies attribuendi ſunt.

Ἀλέξιος, &c. ἔτη ιζ'.) Alexius ſtatim poſt mortem Euſtathii ab Imperatore Baſilio Bulgaricida Patriarcha Conſtantinopolitanus renunciatur; & quidem ipſo menſe Decembri, anni Chriſti 1025. quo mortuus eſt idem Baſilius Auguſtus, cum, ut ſcribit Cedrenus, Baſilio ægrotanti renunciatus fuerit Alexius: ἐ διάδοχον ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο Ἀλέξιον μοναχὸν, ἐ καθηγούμενον τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου, εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ παραγενόμενον μετὰ τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ προδρόμου. ὃν ἐ τιμᾶσθαι ἐνθρονίζει διὰ τοῦ πρωτονοταρίου Ἰωάννου, ᾧ ὑπουργῷ ἐχρῆτο πρὸς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν. ἐν τῇ ἑσπέρᾳ ἐτελεύτησεν, &c. *In cujus locum Imperator ſubſtituit Alexium monachum, Studiani Monaſterii magiſtrum, qui ad ipſum inviſendi cauſa venerat, afferens ſecum caput Joannis Baptiſtæ. Eum ergo cum per Joannem Protonotarium, cujus opera in adminiſtrandis publicis negotiis utebatur, in ſolio Patriarchæ collocaſſet, veſpere expiravit.* Moritur Alexius die vigeſima menſis Februarii, Indictione undecima, ut ſcribit Cedrenus, nimirum anno Chriſti 1043. Igitur anni decem & octo qui Alexio aſſignantur hic a Nicephoro Calliſti & a Zonara, fuerunt omnino incompleti; quippe, ut patet ex iis quæ teſte Cedreno diximus, Alexius ſedit annis decem & ſeptem, ac menſibus fortaſſis duobus; nam quo die menſis Decembris anni 1025. Alexius renuntiatus fuerit Patriarcha non liquet ex Scriptoribus, quod ſciam.

Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος, &c. ἔτη ιε'.) Michael Cerularius Schiſmatis Græcorum auctor ſufficitur Alexio die Annunciationis feſto, Indictione undecima, ut ſcribit Cedrenus, nimirum die vigeſima quinta menſis Martii anni Chriſti 1043. Huic Patriarchæ annos quindecim attribuunt & alii Catalogi Patriarcharum CP. ideoque Baronius Michaelis Cerularii depoſitionem anno Chriſti 1058. collocavit. At Pagius Michaeli Cerulario annos ſexdecim & menſes tres aſſignat, eumque a ſede pulſum fuiſſe ait anno Chriſti 1059. quippe Curopalates, inquit Pagius, aſſerit Cerularium die feſto Archangelorum dignitate depoſitum eſſe, cui Zonaras ſuffragatur. Græci autem, ut in eorum Menologio videre eſt, Feſtum Archangelorum ac Sancti Michaelis bis in anno celebrant, die nempe octava Junii, & die ſexta Septembris.

Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης ἐπὶ τῷ αὐτῷ κυρῷ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ ἐπὶ κυρᾶ Κωνσταντίνου τῆς Δούκα, ἔτη δ'. μῆνας) Conſtantinum Lichudem quam Nicephorus Calliſti, ſeu potius librarius omiſerat, hic reponimus inter Michaelem Cerularium & Joannem Xiphilinum ex altero catalogo Patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano. Huic Patriarchæ annos quatuor & ſex menſes attribuit & Zonaras. Conſtantinus creatus fuit Patriarcha CP. anno Chriſti 1059. poſt diem octavum menſis Junii, ut ſcribit Pagius ex

Edit. Pariſ. pag. 915.

Curopalata; obiit vero circa initium menſis Januarii anni 1064. ut ex infra dicendis patebit.

Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος, &c. ἔτη ιγ'. μῆνας) Huic Patriarchæ etiam alii Catalogi Patriarcharum CP. annos tredecim & menſes ſex aſſignant. At melius Zonaras in Michaele Duca Joanni annos undecim & menſes ſeptem attribuit, ut patet ex Anna Comnena quæ pag. 75. Joannem Xiphilinum obiiſſe ſcribit die ſecunda menſis Auguſti indictione tertia decima, hoc eſt, anno Chriſti 1075. unde etiam apparet Joannem ad eam dignitatem evectum fuiſſe menſe Januario anni 1064.

Κοσμᾶς ὁ Ἱεροσολυμίτης, &c. ἔτη ε'. μῆνας) Coſmas ſucceſſit in locum Joannis anno Chriſti 1075. ut patet ex paulo ſuperius citato Annæ loco. Abdicavit autem Patriarchatum Coſmas, ut ſcribit laudata Anna pag. 79. poſt aliquot dies ab Irene coronata, ipſa memoria confeſſionis ſancti Joannis Theologi, hoc eſt, die octava Maii; poſtquam Patriarchalem dignitatem tenuiſſet annos quinque & menſes novem: Ὁ μέν τοι ἱεροπρεπὴς ἐκεῖνος καὶ Πατριάρχης Κοσμᾶς, ὃν ἤδη πρότερον διεμνημονεύσαμεν, μεθ' ἡμέρας τινὰς μετὰ τὴν στέψιν τῆς αὐγούστης Εἰρήνης τοῦ θεολόγου τὴν ἱεροτελεστίαν τελέσας ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον ἐπ' ὀνόματι τοῦ αὐτοῦ ῥοδίου ναῷ, τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον διατρίψας ἔτη πέντε καὶ μῆνας ἐννέα, παραιτεῖται τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ἄνεισιν εἰς τὴν τοῦ Καλλίου μονήν, &c. *Interim is cujus ſuperius meminimus Patriarcha Coſmas poſt aliquot ab Irene coronata dies, ipſa memoria ſacrorum antiſtitis Joannis Theologi, peracto ſacro in templo ejuſdem ſancti Apoſtoli ad Hebdomum ſito, Patriarchalem dignitatem ultro abdicavit, poſtquam eam tenuiſſet annos quinque & menſes novem, ſeceſſitque in Monaſterium Callii.* Coronata autem fuit Irena initio menſis Aprilis anni Chriſti 1081. Memoria vero confeſſionis ſancti Joannis Theologi occurrit die octava menſis Maii, qua Græci ſancti Joannis Evangeliſtæ feſtum celebrant. Cæterum Annæ Comnenæ adſtipulatur & Zonaras, dum in Alexio Imperatore ſcribit, Coſmam annos quinque & menſes novem Eccleſiam Conſtantinopolitanam adminiſtraſſe.

Εὐστράτιος Γαρίδας, &c. ἔτη γ'.) Euſtratio Garidæ annos tres aſſignat & Zonaras in Alexio Comneno; qui ſane Scriptor inſuper tradit Euſtratium poſt triennium ſui Patriarchatus dejectum e ſede fuiſſe ab Alexio Comneno ob cauſam non ſatis notam. Et quidem ſpatium trium annorum optime Euſtratio convenit; nam ut patet ex paulo ſuperius citato Annæ loco, Euſtratius Pontificatum iniit die octava menſis Maii anni Chriſti 1081. at illam Eccleſiam ultra annum 1084. non rexit, ut patebit ex iis quæ de Nicolao Grammatico ipſius Succeſſore mox ex laudata Anna dicturi ſumus.

Νικόλαος ὁ Γραμματικὸς, &c. ἔτη κζ'. μῆνας... ἡμέρας ι'.) Nicolao Grammatico in Catalogo Patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco Romano aſſignantur anni viginti ſeptem & menſes tres: Zonaras in Alexio Imperatore eidem annos viginti ſeptem attribuit; ideoque anno Chriſti milleſimo centeſimo undecimo e vita migravit Nicolaus, uti optime monet Pagius: quippe thronum Patriarchalem aſcendit Nicolaus anno Chriſti 1084. ante menſem Septembrem, ut patet ex Anna Comnena pag. 173. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Πατριάρχου Νικολάου παρόντος. ἔφθασε γὰρ εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀναβεβηκέναι θρόνον ἐπινεμήσεως παρερχομένης ἑβδόμης. ἔτει ,ςφϞβ'. μετὰ τὴν Εὐστρατίου τοῦ Γαρίδα παραίτησιν. *Patriarcha ipſo præſente Nicolao (nam is Patriarchicum jam thronum aſcenderat, Indictione ſeptima anni ſexies milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſecundi, poſt Euſtratii Garidæ abdicationem,)* &c.

Ἰωάννης Ἱερομνήμων, &c. ἔτη κγ'.) Joannes Hieromnemon qui, ut ſcribit Zonaras in Alexio Imperatore, tum Chalcedonenſi præerat Eccleſiæ, & in literis cum profanis, tum ſacris ab ineunte ætate verſatus, ſufficitur in locum Nicolai, anno nimirum Chriſti 1111. Hic vero cum Eccleſiam Conſtantinopolitanam rexiſſet annis viginti tribus, obiit anno Chriſti 1134. 566.

Λέων ὁ Στυππῆς, &c ἔτη θ'. ἥμισυ.) Leo ſucceſſit Joanni anno Chriſti 1134. qui cum rexiſſet Eccleſiam Conſtantinopolitanam annis octo & pag. 916.
menſibus ſex, ut ſcribit hic Nicephorus Calliſti, mortuus anno 1143. uti optime tradunt Baronius, & Onuphrius in Chron. Eccleſ.

Μιχαὴλ μοναχὸς, ἔτη ϐ'. μῆνας ε'.) Michael hic antea præfectus Monaſterio in inſula, quam ex ſitu Oxiam vocant, ut ſcribit Cinnamus, vir liberalibus diſciplinis, humanioribuſque literis leviter quidem imbutus, at morum elegantia, rerumque divinarum ſcientia nemine inferior, teſte eodem Scriptore, ſufficitur in locum Leonis a Manuele Comneno, non vero Michaele, ut perperam ſcribitur in textu Græco, anno ſci-

licet Chriſti 1143. Hic cum rexiſſet Eccleſiam CP. annis duobus, & menſibus octo abdicavit Patriarchatum anno Chriſti 1146. ut ſcribit Baronius.

Κοσμᾶς ὁ Ἀττικὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, μῆνας ι΄. ἐξεβλήθη) Additur in Catalogo Patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano, *καὶ ἐκκλησία χηρεύουσα μῆνας ι΄. & Eccleſia vidua manſit paſtore menſibus decem*. Nimirum poſtquam ejectus fuit e ſede Coſmas Atticus; qui ſane ſucceſſit Michaeli anno Chriſti 1146. & anno ſequenti quod Bogomilorum hæreſi infectus eſſet e ſede pellitur, ut ſcribit Cinnamus lib. 2. num. 10. loquens de rebus quæ imperante Manuele geſtæ ſunt. Allatius lib. 2. de Conſenſ. Eccleſ. Occident. & Orient. cap. 11. pag. 686. affert Sententiam adverſus Coſmam latam; quæ, cum multa contineat ad illius ævi hiſtoriam ſpectantia, ideo hic a nobis integra proponitur.

Σημείωμα τῆς καθαιρέσεως τοῦ γεγονότος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Κοσμᾶ τοῦ Ἀττικοῦ, ὁμόφρονος ἀποδειχθέντος τῷ Βογομίλῳ Νήφωνι. ταῦτα παρεκβληθέντα καὶ συνήθως πιστωθέντα ἐπεδόθη. ἔτει ͵ςχνε΄. μηνὶ καὶ Ἰνδικτιῶνος τοῖς προγεγραμμένοις. μηνὶ Φεβρουαρίῳ κϛ΄. ἡμέρᾳ πέμπτῃ, Ἰνδικτιῶνος δεκάτης, προκαθημένου ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν τοῦ κρατίστου καὶ θεοστέπτου ἁγίου ἡμῶν βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος, Κυρίου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, παρισταμένων τοῦ πανευτυχεστάτου Καίσαρος Κυρίου Ἰωάννου τοῦ Ῥογερίου, τοῦ πανυπερσεβαστάτου Κυρίου Στεφάνου τοῦ Κοντοστεφάνου, τοῦ σεβαστοϋπερτάτου Κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Ἀγγέλου, τῶν ἐξαδέλφων τοῦ κρατίστου, καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, τοῦ Κυρίου Ἀλεξίου τοῦ υἱοῦ τῆς πορφυρογεννήτου, καὶ Καισαρίσσης Κυρίας Ἄννης, τοῦ Κυρίου Ἀλεξίου, καὶ τοῦ Κυρίου Ἀνδρονίκου, καὶ τῶν υἱῶν τῆς πορφυρογεννήτου Κυρίας Μαρίας, καὶ αὐταδέλφης αὐτῆς. τοῦ πανσεβαστάτου Σεβαστοῦ, καὶ μεγάλου Δρουγγαρίου Κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Κομνηνοῦ. τοῦ πανσεβαστάτου Σεβαστοῦ δικαιοδότου, καὶ ἐπάρχου Κυρίου Ἰωάννου τοῦ Πουζηνοῦ, τοῦ μεγάλου ἐπιφανεστάτου Κοιαίστωρος καὶ Κριτοῦ τοῦ Βήλου, Κυρίου Βασιλείου, τοῦ Πεύλου, τοῦ Κριτοῦ τοῦ Βήλου, Ἰωάννου τοῦ Ἀλωπᾶ, καὶ ἑτέρων οὐκ ὀλίγων τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν πολιτικῶν δικαστῶν συμπαρισταμένων αὐτοῖς καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων. Εἰ δὲ καὶ ἀνδρὶ παγὶς ἰσχυρὰ τὰ ἴδια χείλη, καὶ λόγοις οἰκείου στόματος ἁλίσκεται ἕκαστος, ὁ ἐπὶ βήματος καὶ ταῦτα βασιλικοῦ παρισταμένης μὲν τῆς συγκλήτου, συμπαρισταμένης δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας συνόδου, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρου πλήθους πολυαρίθμου, τὰ ἐφ' οἷς πρὸ ἄλλων ᾐτιᾶτο, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ καταθέμενος, καὶ οὕτως ἔχειν τὸ ἀληθὲς συνομολογήσας, ὡς οἱ ἀπαγγείλαντες τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ τὰ κατ' αὐτὸν διηγήσαντο, πῶς οὐχὶ καὶ ἀφύκτως, τοῖς τε χείλεσι τοῖς οἰκείοις ἐμπεδοθήσεται, καὶ δικαίως τοῖς τούτου λόγοις, ὡς τισιν ἀρρήκτοις πέδαις περισφιγχθήσεται; τοῦτο δὲ καὶ περὶ τὸν Πατριάρχην ποτὲ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Κοσμᾶν συμβέβηκε σήμερον. τῶν τινὲς γὰρ ἱερωτάτων Ἀρχιερέων οὐ μικρῶς ἐπὶ τούτῳ σκανδαλισθέντες ἐφ' οἷς ἑώρων αὐτὸν ἀνθρώπῳ πρὸ καιροῦ τινὸς συνοδικῶς ἀποβεβλημένῳ, ὡς ἑτερόφρονι, καὶ ἀλλοτρίῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὑφηγουμένῳ τε καὶ διδάσκοντι, καθὼς τὰ ἐπὶ τούτῳ προβάντα συνοδικῶς διέξεισι σημειώματα, τῷ καταράτῳ δὴ τούτῳ, καὶ μονάχῳ λεγομένῳ Νήφωνι· ὃν καὶ εἰς τοσοῦτον οὐ τηνικαῦτα συναχθεῖσα ἱερὰ ἀπεκήρυξε σύνοδος, ὡς καὶ ἀπρόϊτον εἶναι, καὶ πᾶσιν ἁπαξαπλῶς ἀκοινώνητον μέχρι λόγου ψιλοῦ, καὶ προσρήσεως. περιττὸν γὰρ τὸ λέγειν περὶ συνεστιάσεώς τε αὐτοῦ καὶ εὐχῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐφ' οἷς κοινωνεῖν ἀλλήλοις εἰώθαμεν. διὰ γοῦν ταῦτα σκανδαλισθέντες, ὡς εἴπομεν, ὅτιπερ ἀπεῖξ ἑώρων αὐτὸν τὸ τοιοῦτον ἀντιποιούμενον, καὶ οὐκ ἐν ὁμιλίαις μόνον, καὶ καθ' ἑαυτὸν συνελεύσεσιν, ἀλλὰ καὶ μυρίοις ἄλλοις συγκοινωνοῦντα αὐτῷ, προσελθόντες τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ ὡς οὐ μικρῶς ἐπὶ τοῖς γινομένοις δυσπαθοῦντες τῇ πανευσεβεῖ αὐτοῦ βασιλείᾳ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀνήγγειλαν. ὡς γοῦν οἷος οὗτος διάπυρος τῷ ὄντι καὶ ζηλωτὴς πρὸς εὐσέβειαν μὴ τοιοῦτον εἶναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅλως ἀνεχόμενος σκάνδαλον, αὐτόν τε τὸν Πατριάρχην, καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας, πάντας ἡμᾶς συνεκαλέσατο σήμερον. καὶ ἤρξατο ταχὺ τὰ κατ' αὐτὸν εἰς τὸ μέσον λαλεῖσθαί τε καὶ ἐξετάζεσθαι, ὁ τῆς ἀληθείας Θεὸς, μεθ' ὅσης ἰδὼν ὡς ἔοικε, συντριβῆς τε ψυχῆς, καὶ πρὸς αὐτὸν παρακλήσεως ὁ θεοστεφὴς ἡμῶν αὐτοκράτωρ διὰ τοῦ παρόντος ἐπεποίητο ζήτησιν αὐτὸν τοῦτον τῇ ἐντέχνῳ τούτου καὶ ἐπιστημοναρχικῇ σοφίᾳ ἐρωτηθέντα, ἐκκαλύψαι τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ χωρίς τινος πεποίηκεν ἐξελέγχοντος. ὡς γὰρ ἠρωτήθη παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ ὁποῖον ἄρα ἔχειν τὸν Νήφωνα, ἀνερυθριάσας οὕτω καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, ὅπερ λέγεται, μὴ αἱρετικὸν ἔχειν τοῦτον ἀπεστομάτισεν, ἀλλ' ὀρθόδοξον. ὑπὸ γοῦν τοῦ κεφαλαίου δεύτερον τούτου ἐξελεγχθέντος, καὶ προφανῶς ἐναντίου τοῦ πατριάρχου τοῖς συνοδικῶς διεγνωσμένοις ἀποδειχθέντος, περιττὸν ἡμεῖς κρίναντες ἅμα καὶ αὐτῷ τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, ὡς καὶ αὐτῆς συνδιαγνωμονούσης ἡμῖν μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς συγκλήτου τὸ περὶ αὐτοῦ πολυπραγμονεῖν, ὅπως τε τὰ συνοδικὰ σημειώματα ἡγεῖται ὡς οὐδὲν, καὶ τοῦ οἰκείου μόνου θελήματος ἀντέχεταί τε καὶ περιέχεται· καὶ ὅπως σήμερον εἰς κοινὸν ἁπάντων ἐπήκοον λαὸν ἑαυτὸν ὄντα ἐν Σοδόμοις ὠνόμασε, πάντες ὁμοῦ κατεγνώκαμεν καὶ αὐτοῦ, ὡς ὁμοφρονοῦντος τῷ ἀποβλήτῳ καὶ Βογομίλῳ Νήφωνι. καὶ κατ' αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ σημειώματα ὑπόβλητον καὶ ἀνάξιον εἶναι τοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἀποφηνάμεθα. ταῦτα παρεκβληθέντα καὶ βεβαιωθέντα ταῖς ὑπογραφαῖς τῶν κάτωθεν δηλουμένων ἐπεδόθη, μηνὶ καὶ Ἰνδικτιῶνος τοῖς προγεγραμμένοις, ἔτει ͵ςχνε΄.

ΑΙ ΥΠΟΓΡΑΦΑΙ.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας ὑπέγραψα.
Ἰωάννης ἀρχιεπίσκοπος Ἐφέσου, καὶ Ἔξαρχος πάσης Ἀσίας ὁρίσας ὑπέγραψα.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Κυζίκου Θεόφιλος ὁρίσας ὑπέγραψα.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Νικομηδείας Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Digitized by Google

O μητροπολίτης Χαλκηδῶνος Ιωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.
O μητροπολίτης Κλαυδιουπόλεως Γρηγόριος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Λαοδικείας Βασίλειος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Μύρων Θεόδωρος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Λαρίσσης Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Ρόδου Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O μητροπολίτης Κερασοῦντος Πέτρος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Δρίστρας Λέων ὁρίσας ὑπέγραψα.
Κωνσταντῖνος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Χριστιανουπόλεως ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς Αρχιεπίσκοπος Βιζύης ὁρίσας ὑπέγραψα.
Λέων ὁ εὐτελὴς Αρχιεπίσκοπος Παρίου ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς Αρχιεπίσκοπος Καραβίζης Γρηγόριος ὁ Γαμαλᾶς ὁρίσας ὑπέγραψα:
O εὐτελὴς Αρχιεπίσκοπος Γοτθίας Κωνσταντῖνος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Ηρακλείας Πέτρος ὁρίσας ὑπέγραψα.
Ιωάννης παραχωρήσει Θεοῦ μητροπολίτης τῶν Σάρδεων ὁρίσας ὑπέγραψα.
O μητροπολίτης Νικαίας Λέων ὁρίσας ὑπέγραψα.
Βασίλειος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Τυάνων Καππαδοκίας ὁρίσας ὑπέγραψα.
O Καισαρείας τῆς νέας Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα τόνδε τὸν τόμον.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Αντιοχείας τῆς Πισιδίας Μιχαὴλ ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς ἐπίσκοπος τῆς τῶν Νικοπολιτῶν ἐκκλησίας Νικόλαος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Τραϊανουπόλεως εὐτελὴς μητροπολίτης Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Αμάσειδος Κωνσταντῖνος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Απαμείας Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Μηθύμνης Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς μητροπολίτης Μεσίνης Ιωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς Αρχιεπίσκοπος Αρκαδιουπόλεως Νικόλαος ὁρίσας ὑπέγραψα.
Γεώργιος εὐτελὴς Αρχιεπίσκοπος Κίου ὁρίσας ὑπέγραψα.
O εὐτελὴς Αρχιεπίσκοπος Χερσῶνος Θεοφάνης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Sententia depoſitionis Patriarchæ Conſtantinopolitani, Coſmæ Attici, qui una cum Bogomilo Niphone ſentire compertus eſt, extracta, & , ut moris eſt, corroborata, editaque anno VIMDCLII. *menſe & Indictione ſententiæ præfixis. Menſis Februarii* XXVI. *die* IV. *Indictione* X. *præſidente in Palatio Blachernarum potentiſſimo & a Deo coronato, ſancto noſtro Rege & Imperatore, Domino Manuele Comneno; aſſiſtentibus fortunatiſſimo Cæſare, Domino Joanne Rogerio, Panyperſebeſtato Stephano Contoſtephano Sebaſtoypertato Domino Conſtantino Angelo, patruelibus potentiſſimi & ſancti noſtri Imperatoris, Domino Alexio filio Porphyrogennetæ, & Cæſariſſæ Dominæ Annæ, Domino Alexio & Domino Andronico, & filiis Porphyrogennetæ Dominæ Mariæ, & germanæ ſororis ejuſdem, Panſebeſtato Sebaſto, & magno Drungario, Domino Conſtantino Comneno, Panſebeſtato Sebaſto Dicæodota & Præfecto, Domino Joanne Paronita, magno & illuſtriſſimo Quæſtore, & Beli judice, Domino Baſilio Peculio, Judice Beli Joanne Alopa, & aliis non paucis Senatoribus, & civilibus Judicibus, ſimul aſſiſtentibus, & Eccleſiaſticis Præſidibus. Si homini laqueus ſunt validus, propria labia, & propriis oris ſermonibus ſinguli capiuntur, qui in ſuggeſtu eſt, eoque Imperiali, aſſiſtente ſenatu, aſſiſtente etiam divina ac ſacra Synodo & alia innumera multitudine, de quibus ab aliis in judicium vocabatur, ea ipſe per ſe deponens, & ita rem ſe habere dicens, ut qui ea retulerunt, potentiſſimo & ſancto noſtro Imperatori narraverunt, quanam ratione propriis labiis, veluti inevitabili lege, non compedietur, jureque merito eorum ſermonibus, quaſi infragilibus compedibus non adſtringetur? Tale quid & Patriarchę reginę hujus urbium Coſmę hodie accidit. Namque, cum nonnulli ſanctiſſimi Antiſtites illi offenſi, quod enim conſpicerent hominem paucos ante annos ſynodo coacta rejectum, tamquam alia ſentientem, & a Catholica Eccleſia diverſa ſuggerentem edocentemque, ut ſententię de eo in plena ſynodo latę tradunt; hunc, inquam, ſceleſtum & Monachum ementitum Niphonem, quem tum celebrata ſacra Synodus ita condemnavit, ut nulli acceſſus ad ipſum concederetur, & a communione omnium, etiam verbulo & ſalutatione, arceretur; ſupervacaneum enim erit dicere de convictu illius, & oratione, aliiſque quibus mutuo conſueſcere ſolemus: propter hęc itaque offenſi, ut diximus, quod viderent Patriarcham, hunc hominem mordicus propugnantem, nec in colloquiis tantum & cum ipſo conventibus, ſed & innumeris aliis illi communicantem, acceſſerunt ad potentem & ſacrum noſtrum Imperatorem, & pro iis maximum in modum triſtes, condolentes, piiſſimę*

illius majeſtati cuncta aanciarunt. Ut itaque is eſt vere inflammatus & zelo ad pietatem ſaccenſus, non ſuſtinens ſimile in Eccleſia offendiculum, Patriarcham ipſum, omneſque nos ia Urbe immorantes, hodie coegit, & jam Patriarchæ res in medium afferri examinarique cœpta erat: teſtis veritatis Deus: cum omni animi dejectione, & ſummiſſis ad Deum precibus, a Deo coronatus noſter Imperator de eo quæſtionem habens ſua artificioſa atque epiſtemonarchica ſapientia, Patriarcham interrogavit; qui ſua edixit omnia, abſque eo quod ullus redargueret. Ab ipſo enim Imperatore interrogatus, qualem cenſeret Niphonem eſſe, impudenter nimis, & aperto capite, quod dicuat, Niphonem non hæreticum, ſed orthodoxum ſe exiſtimare, affirmavit. Hac itaque ratione hoc ſecundo capite comperto, & palam Patriarcham Synodicis decretis adverſari, ſupervacaneum rati, quod ipſe quoque potentiſſimus & ſanctus noſter Imperator, qui una nobiſcum ſententiam ferebat, & ipſe ſenatus ſenſerant, de eo exactius inquirendum eſſe, & quomodo ſynodalia edicta nihili faciat, ſed proprio tantum arbitrio adhæreat, illique obſecundet, & quomodo hodie, omnibus audientibus, ſemetipſum ſolum Lot inter Sodomos nuncupavit; omne ſimul eum condemnamus, tanquam uaa ſcatientem cum ejecto Bogomiloque Niphone, & ſecundum edictorum tenorem dejicimus, & indignum Archieratica dignitate declaramus. Hæc extracta, & inferioribus Inſcriptionibus corroborata, publicata ſunt; menſe & Indictione ſupra ſcriptis, anno VIMDCLII.

SUBSCRIPTIONES.

Conſtantinus bnmilis Archiepiſcopus Metropolis Cæſareæ Cappadociæ ſubſcripſi.
Joannes Archiepiſcopus Epheſi, & Exarchus totius Aſiæ, determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Cyzici Theophilus determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Nicomediæ Joannes determinans ſubſcripſi.
Metropolita Chalcedonis Joannes determinans ſubſcripſi.
Metropolita Claudiopolis Gregorius determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Laodiceæ Baſilius determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Myrorum Theodorus determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Lariſſæ Georgius determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Rhodi Nicephorus determinans ſubſcripſi.
Metropolita Ceraſuntis Petrus determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Driſtræ Leo determinans ſubſcripſi.
Conſtantinus humilis Metropolita Chriſtianupoleos determinans ſubſcripſi.
Humilis Archiepiſcopus Baziæ determinans ſubſcripſi.
Leo humilis Archiepiſcopus Parii determinans ſubſcripſi.
Humilis Archiepiſcopus Carabizæ Gregorius Gamalas determinans ſubſcripſi.
Humilis Archiepiſcopus Gotthiæ Conſtantinus determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Heracleæ Petrus determinans ſubſcripſi.
Joannes permiſſione divina Metropolita Sardorum determinans ſubſcripſi.
Metropolita Nicææ Leo determinans ſubſcripſi.
Baſilius humilis Metropolita Tyanorum Cappadociæ determinans ſubſcripſi.
Cæſareæ Novæ Nicephorus determinans ſubſcripſi hunc tomum.
Humilis Metropolita Antiochiæ Piſidiæ Michael determinans ſubſcripſi.
Humilis Epiſcopus Eccleſiæ Nicopolitarum Nicolaus determinans ſubſcripſi.
Sanctiſſimæ Metropoleos Amaſtridis Conſtantinus determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Apameæ Georgius determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Methymnæ Georgius determinans ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Meſſanæ Joannes determinans ſubſcripſi.
Humilis Archiepiſcopus Arcadiupoleos Nicolaus determinans ſubſcripſi.
Georgius humilis Archiepiſcopus Cii determinans ſubſcripſi.
Humilis Archiepiſcopus Cherſonis Theophanes determinans ſubſcripſi.

Verum ſupra annus mundi ſecundum æram Conſtantinopolitanam a Septembri incipientem corruptus eſt, legendumque, ut ſcribit Pagius, *anno* VINDCLV. qui menſe Februario ſequentis anni concurrit cum indictione x. quo feria IV. incidit in diem XXVI. Februarii. Cæterum Nicetas Choniates lib. II. ubi Coſmæ Patriarchæ virtutes deſcri-

bit, & præcipue pietatem ac benignitatem in pauperes, aliam ejus depoſitionis cauſam, non hæreſim fuiſſe ſcribit: *Coſmæ, inquit, æmuli ad Manuelam eum calumniantur, quaſi Iſaacio fratri regnum conciliare ſtuderet; hioc Manuel Coſmam deturbare cupiens, eum cum Niphone, quo & in menſa & in ædibus utebatur, ſentire perperam fingit, ideoque ut ſectatorem ac ſuffragatorem damnati a Synodo hominis, eumdem quoque condemnari jubet; quod quidem & factum fuit; verum in vindictam injuſtæ depoſitionis Imperatricem nullos mares peperiſſe, at ei Coſmas imprecatus fuerat*, &c.

Νικόλαος μοναχὸς ὁ Μουζάλων, &c. *ἐπισκόπησεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔτη γʹ. μῆνας δʹ.*) Ex iis quæ capite præcedenti diximus liquet Nicolaum Muſalonem in locum Coſmæ Attici ſuffectum fuiſſe die vigeſima ſexta menſis Decembris anni Chriſti 1147. cum ſedes CP. vacaſſet poſt depoſitionem Coſmæ per
Edit. Pariſ. pag. 920. menſes decem, nimirum a die xxvi. menſis Februarii ejuſdem anni. Hic autem abdicato Cypri Archiepiſcopatu in Monaſterium Coſmidii ſe contulit, cui aliquot annos præfuit, ut habetur in Jure Græc. Rom. lib. iv. cap. iv. ubi de translationibus Epiſcoporum. Quod vero in hoc capite, & apud Nicephorum Calliſti legitur, eum antea fuiſſe Cypri Archiepiſcopum, confirmatur ex Cinnamo pag. 47. qui rem totam pluribus tradit hiſce verbis: Ὁ δὲ *βασιλεὺς Νικόλαόν τινα, ᾧ Μουζάλων ἐπίκλησις ἦν, ἐς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνάγει. ὃς τῆς ἐκκλησιαστικῆς μὲν πρότερον καταλόγου ἐτέλει, ἦ δὲ τῆς Κυπρίων ἐκκλησίας θρόνον λαχὼν, εἶτα ἐθελοντὴς ἐκεῖθεν ἀφίσταται. ἀλλ᾽ ἅμα τε ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐγένετο, καὶ ἅμα πᾶν κατ᾽ αὐτοῦ κεκίνητο στόμα, παρανόμως αὐτὸν ἐπιπηδῆσαι λεγόντων τῷ θρόνῳ, ἅτε σὺν τῇ λαχούσῃ τοῦτον ἐκκλησίᾳ, καὶ τὴν ἱερωσύνην ἤδη προσαποθέμενον.* Ὁ δὲ *τὸ μὲν πρῶτον ἐγκαρτερήσειν τε ᾤετο, καὶ τοῦ θρόνου μεθίστασθαι οὐδαμῇ ἤθελεν, ὡς δὲ ποτε βασιλέως τῷ πράγματι δικαστοῦ ὄντος, τῶν ἐναντίων ἥττονα ἔγνω κληρούμενος, ἑκὼν καὶ αὐτὸς ἀποσείσασθαι ἀναγκαζόμενος, ἀφίησι τότε τοῦτο, καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν αὖθις ἐβίου. Imperator Nicolaum quemdam, cognomine Muſalonem ad Patriarchalem Sedem provehit, qui in Eccleſiaſticis primum dignitatibus verſatus Eccleſiamque Cypriorum adeptus, ultro poſtmodum inde receſſerat. Verum ut res adminiſtrare cœpit, omnium ſtatim ora in eum commota ſunt, iniuſte occupatum ab illo thronum clamitantium, ut qui cum Eccleſia, quam nactus fuerat, Sacerdotium quoque depoſuiſſet. Sed is obſtinatius primo, throno ſe deturbari haudquaquam paſſus eſt: ubi autem re ad Imperatoris examen delata, male ſibi ceſſurum agnovit, abdicata ultro dignitate, ad vitam rurſus privatam rediit.* Nicolaus autem cum rexiſſet Eccleſiam CP. annis tribus, menſibus quatuor, ut habetur cum in hoc Catalogo Nicephori Calliſti, tum in aliis, abdicare coactus fuit Patriarchatum circa menſem Aprilem anni Chriſti 1151. Vide quæ de hoc Nicolao Muſalone habet Theodorus Balſamon in Epiſt. Baſil. ad Amphilochium cap. 69. Cæterum Baronii aliorumque errata quæ in hac re frequentiſſima occurrunt, longum omnino foret hic recenſere.

567. *Θεόδοτος μοναχὸς*, &c. *ἔτη βʹ.*) Nicolao Muſaloni ſucceſſit Theodotus, vir Monaſticis inſtitutis apprime inſtructus, ut ſcribit Cinnamus pag. 47. Quod quidem accidit circa menſem Aprilem anni Chriſti 1151. uti ſupra diximus. Obiit autem Theodotus circa menſem Aprilem anni 1153. cum rexiſſet Eccleſiam CP. annis duobus, ut ſcribit hic Nicephorus Calliſti.

Νεόφυτος ἔγκλειστος, ὁ ἀπὸ τῆς μονῆς τ̃ Εὐεργέτιδος, ἔτη . . . .) Inter Theodotum laudatum & Conſtantinum Chliarenum recenſetur Neophytus cum in Catalogo hic a nobis edito ex jure Græco-Romano, tum in aliis Catalogis; ſed quonam hic anno obierit non liquet, cum Sedis ejus numerus annorum in laudatis Catalogis non compareat, fortaſſis temporis injuria deletus. Verum ipſe puto hunc Neophytum Patriarcham, cum nemo alius ex Scriptoribus quod ſciam hujus memoriæ, commentitium eſſe, uti ex iis quæ infra dicturi ſumus facile videre eſt. Unde apparebit quanti faciendus ſit Catalogus hic Nicephori Calliſti, abſque cujus ſubſidio Baronius, Pagius aliique ſæpe in errorem prolapſi ſunt, ut cuilibet videre licet.

Κωνσταντῖνος, &c. *ὁ Χλιαρηνὸς ἔτη βʹ.*) Theodoto fatis functo, ut ſcribit hic Nicephorus Calliſti, ſucceſſit Conſtantinus Chliarenus, anno nimirum Chriſti 1153. circa menſem Aprilem: obiit autem laudatus Patriarcha Conſtantinus anno 1155. cum Eccleſiam CP. rexiſſet annis duobus, ut tradit idem Nicephorus. Huic Patriarchæ in aliis Catalogis numerus annorum non aſſignatur.

Λουκᾶς μοναχὸς καὶ Χρυσοβέργης, &c. *ἔτη ιʹ. μῆνας γʹ.*) Lucas Chryſoberges ſufficitur in locum Conſtantini anno Chriſti 1155. qui, cum rexiſſet Eccleſiam CP. annis quindecim menſibus tribus, ut ſcribit hic Nicephorus, non ante annum 1169. a vivis exceſſit. Unde corrigendi ſunt Baronius, Pagius, Leunclavius aliique qui ejus mortem prædicto anno non conſignant. *pag. 921.*

Μιχαὴλ Διάκονος καὶ Σακελλάριος, &c. *ἔτη ηʹ. μῆνας βʹ.*) Michael Diaconus & Sacellarius Magnæ Eccleſiæ ſucceſſit Lucæ Chryſobergi ſub finem anni Chriſti 1169. Hic cum ſediſſet annis octo & duobus menſibus, ut ſcribit Nicephorus, obiit anno Chriſti 1177.

Χαρίτων μοναχὸς, &c. *μῆνας ιαʹ.*) Chariton initio anni Chriſti 1177. thronum Conſtantinopolitanum conſcendit, ut patet ex annis quos ipſius Deceſſoribus aſſignat Nicephorus, & ex iis quæ dicturi ſumus de ejus Succeſſore. Huic Patriarchæ catalogus Onuphrii in Chron. Eccl. perperam annum unum, menſes duos, & dies . . . . . aſſignat. Moritur autem Chariton ſub finem hujuſce anni, ut infra videre eſt. 568.

Θεοδόσιος ὁ Βορραδιώτης, &c. *ἔτη ϛʹ.*) Theodoſius Borradiotes ſucceſſit Charitoni poſtremis diebus anni Chriſti 1177. vel ipſo initio anni ſequentis. De Theodoſio autem Patriarcha pluribus agit Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio; qui ſane Scriptor tradit Theodoſium a Protoſebaſto dejectum fuiſſe e ſede, ſed haud diu poſt Imperatricis, Cæſariſſæ & aliorum Imperatoris conſanguineorum auctoritate in eamdem reſtitutum fuiſſe; quod quidem accidit, ut ait idem Nicetas, Indictione xv. nimirum anno Chriſti 1182. Anno autem ſequenti cum Andronicus filiam Irenen, ex conſobrina Theodora Comnena contra leges ſuſceptam Alexio, Manuelis ex inceſto concubitu Theodoræ filio, deſpondere vellet, Theodoſius Patriarcha una cum paucis ex ordine Pontificum & Sacerdotum, & ex Patribus conſcriptis fortiter adverſatur, ac nuptias iſtas, utpote inceſtas, procedere nequaquam patiebatur. Verum poſtmodum ubi animadvertit Patriarcha ſe nihil proficere, & mala manifeſte ingruere, ac partem meliorem a majore vinci, e ſacro Palatio in inſulam Terebinthum, ubi ſibi diverſorium & ſepulcrum ſtruxerat, diſcedit; ut habet laudatus Nicetas paulo ſuperius citato loco; unde etiam ſuppleri poteſt locus Nicephori mutilus, ubi habet, *καὶ παρῃτήσατο διὰ τὴν βασιλείαν* . . . .

Βασίλειος Διάκονος, &c. *ἔτη βʹ. ἥμισυ* . . . .) Andronicus Imperator in locum Theodoſii ſufficit Baſilium Camaterum, hominem ſuæ factionis; quem quidem hiſce verbis deſcribit Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio pag. 169. *Καὶ περὶ τὸ τῶν Πατριαρχικῶν θρόνων διαδεξάμενος, καὶ αὐτῷ πλησιάσαντος τοῦ τῶν ἱερῶν διακηρύττοντος, ὃ ἐνεχείρισε τῷ Ἀνδρονίκῳ εἰς τὴν ἀρχιερατικὴν προεδρίαν ὁ Καματηρὸς Βασίλειος, ὃ τὸ ἱερατεῖον, ὡς ἐλέγετο, αὐτοῖς Ἀνδρόνικον ἐφιλοτιμήσατο πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιβολὴν, ὡς μηδέποτε ἐξ ἐναντίας Ἀνδρονίκῳ ἐγγράφως συνθέσθαι, ὅπως ἐν τῷ ἀρχιερατεύειν ἀφαιρεῖσθαι, ὅσα φίλα τῷ Ἀνδρονίκῳ, πρὶν ἂν ὅπερ παραδέξαιτο, πάλιν ἀποστρέψῃ ὅπως ὁ Ἀνδρόνικος. Cum de ſucceſ-*

ſore

ſere ſua factionis Patriarcha dando deliberaret, Camatero Baſilio Oecumenicum pontificatum defert; aut potius illius ſyngrapha impulſus vendit, qua is promiſerat, ſe quidquid cordi eſſet Andronico, quantumvis illicitum, facturum, & ea declinaturum quæ illi diſpliceret. Baſilius autem renunciatus fuit Patriarcha CP. anno Chriſti 1183. uti capite præcedenti ex eodem Niceta monuimus. Huic Patriarchæ annos ſex & menſes ſex perperam aſſignat Baronius; quemadmodum & Onuphrius in Chron. Eccleſ. annos tres & menſes ſex; quippe in omnibus aliis Catalogis eidem anni duo, & menſes ſex attribuuntur. Igitur Baſilius pulſus fuit e ſede ab Iſaacio Angelo Imperatore anno Chriſti 1186. Cauſam autem hujus depoſitionis narrat laudatus Nicetas in eodem Iſaacio; unde corrigi ac ſuppleri poſſunt ea quæ de Baſilio ſcribit hic Nicephorus Calliſti. Sic itaque Nicetas: *Βασιλεὺς Ἰσαάκιος τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου παραλύει τὸν Καματηρὸν Βασίλειον, ἤτοι πρὸς τὴν ἀρχὴν ἰκόμενον τὰ μέγιστα συναράμενον. αἰτίαν δ' αὐτῷ προσῆψε τῆς καθαιρέσεως, ὅτι αἱ Ἀνδρονίκου τοῦ εὖ γεγονυῖαι γυναῖκες οὐχ ἑκοῦσαι ἀπεκάρησαν μονάζουσαι, ταύτας αὐτὸς ἐνέδωκε τὸ μέλαν ἀποδύσασθαι ἄμφιον, καὶ πρὸς τὴν προτέραν μεταβῆναι ζωὴν καὶ τάξιν.* Principatum adeptus Iſaacius, Baſilium Camaterum, quamquam ejus ope maxime adjutus, Patriarchatu dejecit; cauſam autem prætexebat, quod, quas nobiles matronas Andronicus in Monaſteria invitas abſtruſiſſet, iis ipſe nigra veſtitu depoſita, reditum ad priſtinum habitum & vitæ rationem conceſſiſſet.

Edit. Pariſ. pag. 921.

Νικήτας, &c. ὁ Μουντάνης ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας Ἰσαακίου ἔτη γ'. καὶ ἡμέρας ι'.) Dejecto e ſede Baſilio Camatero in ejus locum ſuffecit Iſaacius Imperator Nicetam Muntanum, anno Chriſti 1186. Sed ne hunc quidem in ſacra ſede mori paſſus, invitum expulit, ſenium & delirium & levitatem cauſatus, ut ſcribit Nicetas Choniates in eodem Auguſto pag. 259. ubi poſtquam de Baſilio Camatero loquutus eſſet, ſic proſequitur: *Προβαλόμενος δ' ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχην τὸν Μουντάνην Νικήταν, τῆς μεγίστης ἐκκλησίας ὄντα Σακελλάριον, οὐδὲ τὸν τρογέροντα τουτονὶ τῷ ἀρχιερατικῷ ἐναποψῦξαι, ἀλλ' ἀφείλατο καὶ κουφότητα κατοργνοὺς τοῦ ἀνδρός, ὡς γήρας ἐγκαλεῖται ἀγροικῶς, καὶ ἄκοντα τοῦ θρόνου ἀπεσφενδόνησε. Nicetam Muntanum pro eo Patriarcham deſignavit, Eccleſiæ maximæ Sacellarium, ſed ne hunc quidem, hominem natu maximum, in ſacra ſede expirare paſſus, invitum expulit, ſenium & delirium & levitatem cauſatus.* At ex hiſce Nicetæ verbis non ſequitur, Nicetam Muntanum ſtatim e Patriarchatu pulſum, ut perperam exiſtimavit Baronius; ſiquidem illa verba denotant tantum hunc Patriarcham, etſi ſenex eſſet, ante mortem ſuam dignitate motum fuiſſe. Huic autem Patriarchæ anni ſex, & menſes ſex aſſignantur in Catalogis Philippi Cyprii & Matthæi Cigala; & ita legebatur in Catalogo quo uſus fuerat Onuphrius in Chron. Eccleſ. unde Onuphrius initium Nicetæ Muntani cum anno 1186. connectit, & eumdem non ante annum 1192. e ſede pulſum ſcribit. Verum ipſa Nicephori Calliſti catalogum ſequutus Nicetæ depoſitionem cum anno Chriſti 1190. connecto. Cæterum Nicetæ Muntano annum unum aſſignat Methodius Monachus; cujus quidem Scripturis locum capite ſequenti citabimus.

Δοσίθεος ὁ ἀπὸ Ἱεροσολύμων πατριάρχης ἡμέρας θ'.) Nemo alius quod ſciam, præter quam Nicephorus Calliſti, Nicetæ ſucceſſorem aſſignat Doſitheum; nam in aliis catalogis, quos hic edidimus poſt Nicetam recenſetur Leontius; quod quidem videtur confirmare Nicetas Choniates in Iſaacio Angelo pag. 259. cujus verba licet ſint longiuſcula, cum ad hiſtoriam & ſeriem horum Patriarcharum pernéceſſaria ſint, hic integra deſcribere libet:

Φροντιστικώτερον δὲ διατεθεὶς, περὶ τοῦ τὴν κυβερνήσοντα τὴν ἐκκλησίαν οἰάκων προχειρίζεται μέγαν ποιμένα Λεόντιόν τινα μοναχὸν, διαβεβαιούμενος ἐπὶ συλλόγων, καὶ διομνύμενος ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ βήματος καὶ ὁμηγύρεων, ὡς οὐκ ᾔδει τὸν ἄνδρα πρότερον· νύκτωρ δὲ ἡ Θεομήτωρ τοῦτον αὐτῷ καθυπέδειξε, τὸ εἶδος καὶ τὴν ὀργὴν ὑπογράψασα, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον διασαφήσασα, καθ' ὃν τὴν οἴκησιν ἔλαχεν· ἀλλ' οὕπω ἐνιαυτὸς ἐξίκετο, καὶ κατεστρέφει καὶ τὴν Θεοτοκίστην τοῦτον ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ ὑψώματος, μηδένα λόγον θέμενος ἃ ἐντραπεὶς εἰς ὅσας, ἐπαίνους ἔλεγε περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐδόξαζε τοῦτον ὡς θεῖον ἄνθρωπον. ἀποσκορακισθέντος δ' οὕτω καὶ Λεοντίου, ἔγνω δραματουργῆσαι μετάθεσιν, καὶ εἰς τὴν οἰκουμενικὴν ἐπάρας προεδρείαν τὸν τῶν Ἱεροσολύμων Δοσίθεον. εἰδὼς δὲ τοὺς κανόνας τοῦτο μὴ συγχωροῦντας, μέτεισιν ὑπήλως τὸν διέποντα τὸν θρόνον τῆς Θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Θεόδωρον τὸν Βαλσαμὼν, ἄνδρα ὑπὲρ τοὺς τότε πάντας ὄντα νομοτριβῆ. καὶ δὴ κατὰ μόνας αὐτῷ συγγενόμενος, χρηματίζεται τὸ ἀχθόμενα. οἱ οὕτως ἀνδρῶν φιλοθέων καὶ λογίων ἡ Ἐκκλησία σπανίζεται, καὶ ἡ μοναχικὴ διέρριπται καὶ ἠφάνισται ἀρετὴ, ὡς μὴ πρόπρον εἶναι τὸν ἡμέτερον τουτονὶ λαμπτῆρα τὸν ἀσκίνητον ἥλιον, ὃ τὴν ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων τὸν ἱερὸν καθεζησάμενον θρόνον, καὶ ἀρίστως τὸ τῶν πιστῶν διιθυνόντα πλήρωμα, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα χετλιαστικῶς προσαναβαλόμενος, ἐπήγαγε πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας εἰς τὴν οἰκουμενικὴν περιωπὴν, ὡς λύχνον ταῖς τῶν νόμων πλανωμέναις πάμφωτον, ὑποστέλλεσθαι δὲ τὴν μετάθεσιν ὡς πάλαι τοῖς κανόσιν ἀπειρημένην, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀπᾴδουσαν θεσμοῖς. εἰ δ' αὐτὸς χεῖρ ἂν ὡς νόμους καὶ κανόνας ἀκριβωσάμενος χώραν ἔχουσαν ἀποδείξειεν, καθά ποτε καὶ νῦν τὴν μετάθεσιν, καὶ τὰς τῶν πολλῶν εἰς τοῦτο μεθαρμόσειε γνώμας, ἕρμαιον ὄντως ἡγήσεσθαι τὸ πραχθὲν, καὶ οὐκ ἀναβαλεῖσθαι τὸ πέρας, ἀντίθεον ποιοῦν τὴν προχείρισιν. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς οὕτω μετῆλθε τὸν Ἀντιοχείας Θεόδωρον, ὁ δὲ πάντα ἐκπλοῦ γενέσθαι κατέθετο. σύλλογοι οὖν μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν Ἀρχιερέων ἀνὰ τὰ ἀρχεῖα τὰ ἱερὰ, καὶ συνόδοι καὶ συζητήσεις περὶ μεταθέσεως, καὶ παρὰ πόδας ἐκχώρησις, καὶ τόμος ἐπὶ βασιλείου συμπληρούμενος βήματος, καὶ ὁ μὲν Ἀντιοχείας πάλιν Ἀντιοχείας ἐώμενος, καὶ ὁ Δοσίθεος ἀπὸ τῶν τῶν Ἱεροσολύμων θώκων εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀναγόμενος, καὶ ἡ προπομπὴ ὡς λαμπροτάτη καὶ πολυανθρωποτάτη τῶν πώποτε, ὡς εἶναι καὶ θριάμβοις βασιλείοις ἀμφήριστος, καὶ ἀχρεῖς ἐπὶ τούτῳ οἱ φυσικωθέντες ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς κανόνας εἰς ... καταπατησάμενοι, ἀμέλει τοι καὶ μὴ ἐπὶ πολλοῦ χρόνου ἐνεγκεῖν τὸν γέλωτα ἔχοντες, παρασυναγωγὰς ποιοῦσι καὶ ὀχλαγωγίας οἱ λογάδες τοῦ βήματος, καὶ τῶν ἀρχιερέων ὁπόσον εἶχε τὴν γλῶτταν πρὸς λόγον ἐχέμυθον ἐπίσημον. κακοῦ ἐπιβάτης ἐκκλησίας ἀλλοτρίας ἀκούει Δοσίθεος, καὶ ἀναλυομένην ἔχει τὴν δευτέραν τιμὴν, καὶ τοῦ θρόνου κατάγεται. τὴν δ' ἧτταν μὴ φέρειν ἔχων ὁ βασιλεὺς, ἀναμαχόμενος ἦν, καὶ παντοίως ἀπεῖδον ἰσχύειν τὴν κυρωθεῖσαν μετάθεσιν· καὶ μετὰ βραχύν τινα χρόνον ἀναλύσας τὰ ἐπιγινόμενα, αὖθις ἐπάνειξε τὸν Δοσίθεον· ὅτε καὶ διὰ τῶν πα-

λαμυφόρων αὐτῷ δορυφόρων, καὶ τῶν τοῦ παλατίου ἐκκρίτων, προὔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὸ μέγιστον τέμενος, δεδιὼς μὴ τὸ πλῆθος νεωτερίσειεν· ἦν γὰρ διὰ μίσους ἅπασιν ὡς φιλόθρονος ὁ Δοσίθεος, καὶ τὸ τοῦ κρατοῦντος ἐπὶ μὴ καιρίοις πράγμασιν ἐρωτικόν τι καὶ φίλαυτον οὐκ ἐπαινετόν· ἀλλὰ καὶ πάλιν τοῦ θρόνου ἀποδιοπομπεῖται Δοσίθεος, καὶ πέπονθεν ἀτεχνῶς τὸ τῆς αἰσωπείας κυνός, ἧς τε διέπτω ὑποπισῶν ἱερᾶς ἀρχῆς (ἕτερος γὰρ Ἱεροσολύμων ἀρχιερετόνητο) καὶ τοῦ μείζονος θρόνου ἀνθαιρεθείς· καὶ τὸν μὲν ἐς ἔπειτα. καὶ προχειρίζεται πατριάρχης, μέγας ὢν σκευοφύλαξ ὁ Ξιφιλῖνος Γεώργιος. *Cum autem diligentius de gubernatore Eccleſiæ cogitaret, Leontium Monachum quendam, magnum Paſtorem deſignat: in populi frequentia pro tribunali jurejurando teſtatus, eum virum prius ignotum ſibi a Dei genitrice noctu eſſe demonſtratum non forma & virtute ejus dumtaxat deſcripta, ſed loco etiam oſtenſo in quo habitaret. Verum eo quoque Dei genitricio, priuſquam annus elaberetur, repudiato, nihil verecundatus, quod coram tam multis, eum ut divinum hominem laudibus extuliſſet, mutationem inſtituit, Hieroſolymitanum Doſitheum ad Oecumenicum Patriarchatum evecturus. Quod cum Canones non permittere ſciret, Theodorum Balſamum, magnæ Antiochiæ Epiſcopum, virum ea ætate juriſconſultiſſimum, aſtu circumvenit: & in privato colloquio indignationem ſimulat, quod Eccleſia piis & doctis viris ita deſtituatur, & monaſtica virtus ita obſoleverit atque evanuerit, ut nemo ſit qui univerſalem ſedem, non ſecus ac ſolis irrequietus circuitus orbem terrarum, illuſtret, cœtumque fidelium quam optime gubernet. Hæc & id genus alia non ſine dolore præfatus, ſubjunxit olim fuiſſe ſibi in animo, illum ex Antiochena ſede in Oecumenicam, ut illuſtrem legalis puritatis lucernam transferre. Sed ab ea mutatione veterum Canonum & Eccleſiaſticarum ſanctionum interdicto deterreri. Si vero ipſe, ut legum & canonum peritiſſimus, tranſlationem, ut olim, ita nunc quoque habere locum, demonſtrare, ac vulgo perſuadere poſſit: ſe omnino id in lucro deputaturum, eumque (modo liceat) incunctanter deſignaturum. Hoc modo tractatus Theodorus, omnia rata fore affirmavit. Poſtridie Concilio Pontificum in æde ſacra indicto, & quæſtione illa agitata, tranſlatio ſtatim conceſſa, & literis Imperatoriis confirmata eſt. Ac Antiochenus ut ante fuerat, ita manſit Antiochenus. Doſitheus vero a ſede Hieroſolymitana Conſtantinopolim eſt tranſlatus, cum tam frequenti & ſplendido comitatu, ut haud dubie regium triumphum æquaret. At primarii Sacerdotes, cæterique facundia inſignes, qui ſe canonibus temere violatis deceptos videbant, obſtupefacti, cum riſum diutius perferre non poſſent, extraordinaria conciliabula & plebis conventicula inſtituunt, alienæ Eccleſiæ occupator audit Doſitheus, ſecundo honore abrogato e ſede educitur. Imperator vero ignominiam illam non ferens, omnibus modis adverſatur: ac nihil non facit, ut approbata illa tranſlatio valeat: nec multo poſt, abrogatione ſublata Doſitheumque denuo confirmatum, per bipenniferos Satellites, & Palatinos proceres in ſacram ædem deducit, populi motum veritus. Erat enim Doſitheus ob ambitionem & Imp. intempeſtivam pertinaciam, & parum laudatum ſui ſtudium, omnibus inviſus. Cæterum rurſus ſede ejicitur, eodemque modo quo canis Æſopicus, & Pontificatum quem tenuerat, amittit (nam alius Hieroſolymis electus erat) & majori ſede excidit, magno vaſorum cuſtode Xiphilino Georgio Patriarcha deſignato.*

Edit. Pariſ. pag. 924.

De hac autem tranſlatione Doſithei loquitus & ipſe Nicephorus Calliſti lib. xiv. cap. xxix. Quæ cum ſint nonnihil diverſa ab iis, quæ de Doſitheo refert laudatus Nicetas, ideo hic deſcribere placet. Τῷ δ' ἐξ Ἀγγέλων Ἰσαακίῳ τῆς βασιλείας πρυτανεύοντος θρόνων, ὁ Ἱεροσολύμων Δοσίθεος εἰς τὸν Κωνσταντίνου θρόνον μετάγεται, ἐκεῖθεν δὲ Μάρκος ὁ κατὰ Φλῶρον κατάγεται. εἶτα πάλιν Δοσίθεον τῆς Κωνσταντίνου, εἰς τὸν τῆς Αἰλίας θρόνον ἐπάνεισι, τοῦ κατὰ Φλῶρον ἐκεῖθεν παρὰ πᾶσαν δίκην ἀπελαθέντος. εἰς ὕστερον δὲ καὶ ἀμφοῖν τοῖν θρόνοιν τοῦ τ' Αἰλίας καὶ Κωνσταντίνου παρῄτει Δοσίθεος. καὶ καθ' αὐτὸν γενόμενος ἐτελεύτα. *Iſaacio Angelo imperante Doſitheus Hieroſolymitanus Conſtantinopolim eſt tranſlatus: quum Hieroſolyma inde Marcus, qui & Florus dictus eſt, tranſiiſſet. Deinde Doſitheus rurſum Conſtantinopoli relicta, in Æliæ thronum reverſus eſt, eo qui Florus nominatus eſt, inde præter jus & æquum omne expulſo. Poſtea vero utraque & Ælienſi & Conſtantinopolitana ſede poſthabita, Doſitheus privatus vixit, & deceſſit.* Methodius Monachus apud Allatium in exercitatione contra Creygtonum pag. 330. loquens de Iſaacio Angelo ait, eumdem Imperatorem ſpatio novem annorum, quibus imperium tenuit, quinque Patriarchas Conſtantinopolitanos creaſſe. Sic ille: Τί δὲ καὶ Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος ὁ χωρὶς πάσης αἰτίας εὐλόγου, καὶ κανονικῆς αὐτοῦ τὸν Κασταμονίτην τοῦ θρόνου παραλύσας, Νικήταν τὸν Σακελλάριον ἔθετο; οὐχὶ τοῦτον αὖθις ἀφελὼν μετ' ὀλίγον ἵνα καταλάβῃ, τὸν Θεοτοκίτην Λεόντιον Πατριάρχην ποιήσειεν, ὃν καὶ Θεοτοκίτην ἐκάλεσε, διαβεβαιούμενος τὴν Θεοτόκον ἐμφανισθῆναί οἱ, καὶ προστάξαι Νικήταν μὲν καθελεῖν, Λεόντιον δὲ ἀντ' αὐτοῦ τῷ θρόνῳ ἐγκαταστῆσαι; οὐχὶ τοῦτον μὲν Λεόντιον τοῦ θρόνου ἐξωσε τῆς Θεοτόκου αὐτῷ καὶ πάλιν τοῦτο ποιῆσαι διατάξαμένης ἰσχυριζόμενος, τὸν Ἱεροσολύμων δὲ Δοσίθεον τῆς Κωνσταντίνου ἱεραρχίας ἀπέδειξεν; ὅτε δὲ ὁ γογγυσμὸς πολὺς περὶ τούτου γεγόνει, οὐχὶ Δοσίθεον τοῦτον ἕνεκα τοῦ θρόνου ἀποσπάσας, ἕτερον προεβάλετο; πέντε γοῦν οὕτω Πατριάρχας τῆς Κωνσταντίνου ὁ Ἰσαάκιος ἐγκατέστησεν ἐν χρόνοις ἐννέα, οὓς καὶ ἐβασίλευσεν αὐτός, λογικοῖς, ἢ κανονικοῖς ἐγκλήμασιν οὐδαμῶς, ἁπλῶς δὲ οἷς ἂν θελήσειε καὶ ὀρέξει τοὺς μὲν κατάγων, τοὺς δὲ ἀνάγων, καὶ ὅμως οὐδεὶς τούτων, ἢ τῶν δι' αὐτοῦ χειροτονηθέντων ἀδόκιμος τῇ ἐκκλησίᾳ γεγόνεται. τὸ δὲ θαυμαστότερον, μᾶλλον δὲ ἀτιμαστότερον. ὅτι πάντες ἔζων ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείνου ἀπὸ τοῦ ὀλιγοχρονίου τάχα ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ γεγονότες. *Annon præterea Iſaacius Angelus abſque ulla rationabili cauſa, & decreto Canonico Camatero e ſolio pulſo, Nicetam Sacellarium ſubſtituit, & hoc rurſus anno exacto, uti oneri parum idoneo, ſubmoto, Theotocitem Leontium, quem Theotocitem nuncupavit, aſſerens Deiparam ſibi apparuiſſe, mandaſſeque, Niceta depoſito, Leontium loco illius in Throno ſubſtitueret?*

Annon poſtmodum Leontium de throno ejecit, Doſitheum, ut id etiam peragerat, demandaſſe contendens, & Hieroſolymitanum Doſitheum Hierarcham CP. declaravit? Cum ergo de eo murmuratio querela invaleſceret, annon propterea Doſitheo de throno excidente, alius electus eſt? Hunc in modum itaque quinque Patriarchas CP. Iſaacius ſpatio novem annorum, quibus imperium tenuit, creavit, nulla ratione motus, aut criminum adverſus Canones reos, ſed ſimpliciter & proprio arbitrio, & appetitu hunc quidem deprimens, illum vero exaltans. Et nihilominus ex his nemo, aut ex illis, qui ab ipſis ordinati ſunt, rejectus ab Eccleſia eſt. Quod vero ſtultius eſt, vel ut verius dicam, tanta dignitate indignius, omnes hi ſub ejuſdem Iſaacii Imperio vitam ducebant: quod illius dominatus exiguo tempore perduravit. Ex iis autem, quæ in hanc rem ex Niceta Choniata, ex Nicephori Calliſti Hiſtoria, & ex Methodio Monacho protulimus, apparet, Nicetæ Muntano non Doſitheum Hieroſolymitanum, ſed Leontium Theotocitem ſucceſſiſſe; unde vero mutuatus ſit idem Nicephorus ea quæ in catalogo expreſſit, neſcitur; niſi quis credat ideo a laudatis Scriptoribus nullam mentionem fieri poſt Nicetam Doſithei, quod ille prima vice novem tantum diebus illam ſedem tenuerit. At vero ſimilius videtur id quod de Doſitheo in hoc catalogo dicitur a Scriba additum fuiſſe; & Doſitheum non niſi poſt Leontii depoſitionem ad thronum CP. evectum; quod quidem neceſſario concludi debet ex Niceta, dum narrat quo aſtu Iſaacius Imperator Theodorum Balſamonem deluſerit; cujus quidem Nicetæ auctoritas omnino præferenda eſt Nicephoro; *Edit. Pariſ. pag. 925.* quippe Nicetas initio tertii decimi ſæculi floruit, Nicephorus vero initio ſæculi ſubſequentis. Cæterum vide quæ de Doſithei Patriarchatu poſt Leontium monemus infra.

569. Λεόντιος ὁ λεγόμενος Θεοτοκίτης, &c. μῆνας ἑπτὰ, &c.) Nimirum *menſibus ſeptem*, & ita legendum ſupra in verſione, ubi librarii incuria legitur *novem* pro *ſeptem*. Nicetæ igitur Muntano e ſede pulſo ſucceſſit Leontius Theotocites anno Chriſti 1190. qui cum ſediſſet menſibus ſeptem pellitur ab Iſaacio eodem aſtu, quo inſtitutus fuit, ut patet ex iis quæ ex Niceta Choniate, & ex Methodio Monacho capite præcedenti protulimus. Cæterum hujus depoſitio accidit hoc ipſo anno.

Ὁ Δοσίθεος ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων, &c. ἔτος α'. ἥμισυ) Pluribus de Doſitheo egimus paulo ſuperius, ideo hic tantum monere ſufficiet, eum renunciatum fuiſſe Patriarcham CP. poſt Leontium ad finem anni Chriſti 1190. vel initio anni ſequentis; qui cum ſediſſet annum unum & dimidium, non ante annum 1192. a ſede pulſus fuit.

Γεώργιος Διάκονος, &c. ὁ Ξιφιλῖνος, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἔτη ϛ'. μῆνας θ'. ἡμέρας κζ'.) Doſitheo e ſede pulſo ab Iſaacio Comneno ſucceſſit Georgius Xiphilinus anno Chriſti 1192. qui cum ſediſſet annis ſex, menſibus novem, diebus viginti ſeptem, Patriarchatum abdicavit, ac in Monaſterio Phryganorum, quod extruxerat ſub imperio Alexii Angeli, fratris Iſaacii, detonſus eſt, ut videtur hic innuere Nicephorus Calliſti; quod quidem accidit anno Chriſti 1198. Cæterum hujus Patriarchæ meminit Nicetas Choniates in Alexio Comneno pag. 332. eique annos ſeptem aſſignat.

570. Ἰωάννης Διάκονος ὁ Χαρτοφύλαξ ὁ Καματηρὸς, &c.) Mortuo Georgio Xiphilino, ut habetur in catalogo a nobis hic edito ex Jure Græco Romano, quoniam aberat peregre Alexius Imperator in expeditione Occidentali, caruit thronus ſuo Patriarcha menſibus duobus; poſtmodum in ejus locum ſufficitur Joannes Camaterus anno Chriſti 1198. qui rexit Eccleſiam CP. uſque ad captam Conſtantinopolim annis quinque, menſibus octo, diebus ſeptem. Capta autem fuit Conſtantinopolis anno Chriſti 1204. ut ex infra dicendis patebit. Loquitur autem de Joannis Camateri morte Nicetas Choniates in Balduino pag. 407. ubi poſtquam de obſidione Didymotichi ſubjungit: Τότε δὲ μετ᾽ ἄλλα θανάτῳ τὸν βίον μετηλλάξατο καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωάννης ὁ Καματηρὸς, κατὰ τὴν ὑπερορίαν πλανώμενος καὶ διοικῶν εἰς τὸ Διδυμότειχον. *Tunc Joannes Camaterus Patriarcha, qui poſt exilium, Didymotichi inquilinam agebat, vitam cum levi morte commutavit.* Sed pluribus de Camatero loquitur Georgius Acropolita pag. 6. ubi de Theodoro Laſcari agit: Δύο γοῦν παραδραμόντων ἐνιαυτῶν, καὶ ὡς δεσπότου παρὰ πάντων φημιζομένου τοῦ Λασκάρεως, ἐπεὶ συνδρομὴ γέγονεν ἐν Νικαίᾳ ἀπὸ τιμιωτάτων ἀνδρῶν καὶ τῶν λογάδων τῆς Ἐκκλησίας, σκέψις τούτοις ἐγένετο, ὅπως βασιλεὺς ἀναδειχθείη ὁ δεσπότης Θεόδωρος. πατριάρχου δὲ μὴ παρόντος ἐκεῖσε, ὁ γὰρ Καματηρὸς Ἰωάννης, ὃς τὸν πατριαρχικὸν ἐκόσμει θρόνον, ἡνίκα τὴν Κωνσταντίνου κατέσχον Ἰταλοὶ, περὶ τὸ Διδυμότειχον ἀπάρας, ἐκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, καὶ δεηθεὶς παρὰ τοῦ Λασκάρεως καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπηνήνατο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἄφιξιν, ἔγγραφον οὖν παραίτησιν ποιησάμενος. *Duobus itaque annis integris cum omnibus uti Deſpota Laſcaris agnoſceretur, conventuſque ex viris celeberrimis, ac Eccleſiæ Primatibus Nicæam concurrentibus haberetur, illud inter eos agitatum eſt, qua ratione Theodorus ad illa uſque tempora Deſpota Imperator acclamaretur. Patriarcha non aderat, Joannes quippe Camaterus, qui Patriarchale ſolium, Italis Byzantium expugnantibus, honeſtabat, Didymotichum abierat, ibique commorabatur: accerſitus a Laſcari, aliiſque ſcripta etiam Patriarchatui renuncians noluit accedere.* Ex iis Acropolitæ verbis illuſtrantur illa quæ de Camatero tradit hic Nicephorus.

Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσις) Caput hoc a Scriba corruptum ſic Græce ac Latine reſtituendum eſt: Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσις παρὰ τῶν Λατίνων ἐν τῷ ͵ϛψιβ'. ἔτει, μηνὶ Ἀπριλίῳ ιβ'. ἡμέρᾳ β'. Ἰνδ. ζ'. τῇ ϛ'. ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν. *Capta autem a Latinis fuit Conſtantinopolis anno 6712.* (id *pag. 926.* eſt Chriſti 1204.) *menſis Aprilis die 12. feria ſecunda, indictione 7 ſexta hebdomade jejuniorum.* Georgius Acropolita ſcribit captam fuiſſe a Latinis Conſtantinopolim anno vulgari Græcorum currenti 6711. Τεσσαράκοντα γοῦν παρελθουσῶν ἡμερῶν, καὶ ἑάλω παρὰ τούτων ἡ Κωνσταντίνου, ἔτος μὲν ὄντος ἀπὸ γενέσεως κόσμου ͵ϛψια'. τοῦ Ἀπριλίου ἄγοντος. τῷ γὰρ ἔτει Μαΐῳ ὄντι τῇ πόλει προσωρμίσαντο, ἐν ἰδίῳ δὲ μηνὶ ... ἐπὶ τὴν πόρθησιν. ἡ δὲ μεγίστη, καὶ περιφανεστάτη πόλις ἑάλω, ἑνὸς, ὥς φασι, ἢ καὶ δύο ἐπιβεβηκότων τῷ τείχει ἀπὸ κλίμακος εἰς ἐκεῖ κειμένης μεγίστης νηὸς. *Poſt quadraginta itaque dies expugnata Conſtantinopolis ab iſtis expugnatur anno ab orbe condito VI. M. DCCXI. duodecimo menſe Aprilis. Decimo namque anno menſe Maio ad urbem applicant, & menſe undecimo diripiunt. Sicque maxima, ac urbium celeberrima capta eſt, uno aut altero, ut rumor increbuit, e ſcala malo navis maximæ adnexa, in muros inſilientibus.*

571. Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανὸς, &c. ἔτη ϛ'. μῆνας ε'. καὶ ἡμέρας ϛ'.) Michael Autorianus ſubſtituitur, ut ſcribit Nicephorus, Joanni Camatero die vigeſimo menſis Martii Indictione nona, hoc eſt, anno Chriſti 1206. His conſona habet Georgius Acropolita loco paulo ſuperius citato, ubi poſt duos annos a capta urbe Theodorum Laſcarem coronatum fuiſſe ab hoc Patriarcha ſcribit, cum paulo ante Joannes Camaterus Patriarchatum abdicaſſet; ſic ille de Michaele Autoriano ibi ſubjungit: Ψηφίζεται γοῦν πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανὸς, λόγιος τυγχάνων, καὶ πάσας σχεδὸν ἐμπειρίας τάς τε ἡμετέρας καὶ θύραθεν, ὃς καὶ τὸν δεσπότην Θεόδωρον τῷ βασιλικῷ διαδήματι ἐστεφάνωσεν. *Ideo in ejus locum Michael Autorianus ſufficitur, vir dicertus, literarumque non noſtrarum ſolum, ſed exterarum etiam periti∬imus. Is Deſpotam Theodorum Imperatoria diademate coronavit.* Igitur cum Michael Autorianus ſeu Saurianus, ut alii eum vocant, renunciatus eſſet Patriarcha CP. die vigeſima menſis Martii anni Chriſti 1206. & vixiſſet in Patriarchatu annis ſex, menſibus quinque & diebus ſex, ipſius mors contigit procul dubio die vigeſima quinta menſis Auguſti anni Chriſti 1212.

Θεόδωρος ὁ Εἰρηνικὸς λεγόμενος Κωπᾶς, &c. ἔτη α'.

μῆνας . . . . ἡμέρας γ.) Numerus menſium, qui in catalogo Nicephori Calliſti exeſus eſt, facile ſuppleri poteſt ex altero catalogo, quem ex Jure Græco-Romano hic edidimus, ubi Theodoro Irenico aſſignatur *annus unus, menſes quatuor, & dies tres*. Et ita habetur in catalogo Philippi Cyprii; in catalogo vero Matthæi Cigalæ dies tres omittuntur. Huic Patriarchæ annos ſex attribuit Georgius Acropolita cum in Hiſtoria p. 17. tum in Chronico Compendiario, ubi ſic habet: *Μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν τοῦ Πατριάρχου Μιχαὴλ, ὁ Εἰρηνικὸς Θεόδωρος τῷ Πατριαρχικῷ ἐνιδρύεται θρόνῳ, ὃς καὶ Κωπᾶς ἐκαλεῖτο. τούτου δὲ μετ᾽ ἐνιαυτοὺς ἓξ ἀπολιπόντος μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον*, &c. *Namque poſt Michaelis Patriarchæ exceſſum Irenicus Theodorus, qui & Copa dicebatur, in Patriarcham eligitur. Poſt annos ſex eo demortuo Maximus Monachus Patriarchale ſolium aſcendit*, &c. At ipſe Nicephori Calliſti Chronologiam ſequor, utpote qui hanc rem hic ex profeſſo, ut ajunt, tractat. Theodorus itaque Irenicus, ut ſcribit hic Nicephorus, renunciatus fuit Patriarcha CP. die vigeſimo octavo Septembris, Indictione ſecunda, Feria prima, hoc eſt, anno Chriſti 1213. cum poſt mortem Michaelis Autoriani thronus vacaſſet menſibus decem & dimidio, quod Imperator abſens in themate Thraceſio eſſet, ut tradit idem Nicephorus. At, ut patet ex iis quæ ſupra de morte Michaelis Autoriani diximus, neceſſario dicendum eſt, vel thronum vacaſſe pluſquam decem menſibus & dimidio, vel Theodorum aliquot menſibus ante renunciatum fuiſſe Patriarcham, & die vigeſima octava Septembris conſecratum fuiſſe: quod quidem videtur innuere idem Nicephorus dum ait illo anno cum die 28. Septembris concurrere Dominicam, qua conſecrationes Epiſcoporum ſolitas fieri, alibi indicavimus. Theodorus autem cum ſediſſet an-
Edit. Pariſ. pag. 927. no uno menſibus quatuor & diebus tribus moritur die ultima menſis Januarii anni Chriſti 1215.

Μάξιμος, &c. μῆνας ϛ'.) Catalogus Patriarcharum CP a nobis hic editus ex Jure Græco-Romano huic Patriarchæ menſes octo aſſignat; Genebrardus vero menſes ſeptem. At Georgius Acropolita menſes ſex, ut Nicephorus Calliſti eidem attribuit; qui ſane Scriptor pag. 17. ſic ejus mores deſcribit: *Μετὰ δὲ ἐνιαυτοὺς ἓξ καὶ τοῦ βίου ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, θεραπεύων τὴν γυναικωνίτιδα, καὶ ὑπὸ ταύτης ἀντιθεραπευόμενος. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναβιβάσαν αὐτὸν τὴν τιμήν. ἐπιβιοὺς δὲ μῆνας ἓξ τελευτᾷ*, &c. *Poſt annos ſex eo demortuo, Maximus Monachus Patriarchale ſolium aſcendit, Gynæceio palpans, ac ſuppatraſitans, & vice verſa ex eo aſſentationes, & blanditias aucupans: neque enim aliud eum in tam ſublime culmen evexerat, ſed poſt menſes ſex moritur*. Maximus itaque conſtituitur ab Imperatore in locum Theodori Irenici (cujus mors contigerat, uti ſupra monuimus, die ultima menſis Januarii anni Chriſti 1215.) die tertia menſis Junii, ut ſcribit Nicephorus, nimirum ejuſdem anni. Hic cum ſediſſet menſibus ſex, fatis functus eſt die tertia menſis Decembris ejuſdem anni 1215.

572. *Μανουὴλ διάκονος ὁ Σαραντηνὸς ἔτη ε'. μῆνας ζ'.*) Maximo Patriarchæ fatis functo ſucceſſit in ejus locum Manuel Sarantenus cognomento Philoſophus, nimirum initio anni Chriſti 1216. qui cum ſediſſet annis quinque, menſibus ſeptem, mortem obiit circa finem menſis Auguſti anni Chriſti 1222. Hujus Patriarchæ meminit Georgius Acropolita cum in Hiſtoria, tum in Chronico Compendiario, ubi ſeriem Patriarcharum CP. qui Nicææ ſederunt recenſet, nimirum a Michaele Autoriano, qui primus poſt captam a Latinis Conſtantinopolim, electus fuit Nicææ Patriarcha CP ad hunc Manuelem, quem Philoſophum appellat. Sic igitur Acropolita pag. 17. Hiſtoriæ: *Καθὼς γοῦν εἴρηται μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἐκδεξαμένου τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα Ἰωάννου τοῦ Δούκα, ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ, στέφεται παρὰ Πατριάρχου Μανουὴλ, ὃς τὸν Μάξιμον διεδέξατο. μετὰ γὰρ τοῦ Πατριάρχου τὴν τελευτὴν Μιχαὴλ, ὁ Εἰρηνικὸς Θεόδωρος, τῷ Πατριαρχικῷ ἐνιδρύεται θρόνῳ, ὃς καὶ Κωπᾶς ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐκαλεῖτο, μετὰ δὲ ἐνιαυτοὺς ἓξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, θεραπεύων τὴν γυναικωνίτιδα, καὶ ὑπὸ ταύτης ἀντιθεραπευόμενος. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναβιβάσαν αὐτὸν τὴν τιμήν. ἐπιβιοὺς δὲ μῆνας ἓξ τελευτᾷ, καὶ ὁ Μανουὴλ εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, φιλόσοφος, ὡς ἐδόκει ὤν, καὶ ὑπὸ πολλῶν κατονομαζόμενος. Quemadmodum ergo dixi, poſt illius obitum Romani Imperii gubernacula Joannes Ducas, gener illius ſuſcipit, a Manuele Patriarcha, qui Maximo ſucceſſerat, coronatur. Namque poſt Patriarchæ Michaelis exceſſum Irenicus Theodorus, cui a plerisque Copæ nomen inditum fuerat, in Patriarcham eligitur; poſt annos ſex eo demortuo, Maximus monachus Patriarchale ſolium aſcendit, Gynæceio palpans, ac ſuppatraſitans, & vice verſa ex eo aſſentationes, & blanditias aucupans; neque enim aliud eum in tam ſublime culmen evexerat, ſed poſt menſes ſex moritur. Et Manuel in Patriarchali ſolio collocatur, vere Vir Philoſophus, ut apparebat, & a multis eo nomine honeſtatus.*

Γερμανὸς ὁ σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος, &c. *χρόνους ιη'.*) Fatis functo Manuele Saranteno circa finem menſis Auguſti 1221. uti paulo ſuperius diximus, in ejus locum ſufficitur Germanus circa finem hujus anni, qui cum ſediſſet annis decem & octo, ut ſcribit Nicephorus, fatis functus eſt circa finem anni 1239. De Germano autem Patriarcha ſic loquitur Georgius Acropolita pag. 39. *Ἐτύγχανε μὲν πρὸ καιροῦ τὸν Πατριάρχην Γερμανὸν τὰ τῇδε καταλιπόντα πρὸς τὰς θείας ἀναβῆναι μονὰς, καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντα, καὶ καλῶς τὰ αὐτοῦ ποιμάναντα ποίμνια. Ante hæc tempora Germanus Patriarcha rebus terrenis dimiſſis in beatorum ſedes avocatur, poſtquam probe, ſancteque vixiſſet, probeque ſuas oves paviſſet*. De hujus Germani Patriarchæ Scriptis conſulendi Labbeus & Caſimirus Oudin; ſed hic ſecundus fallitur, dum Germano Patriarchæ annos viginti ſeptem aſſignat.

Μεθόδιος ἡγούμενος τῆς τοῦ Ὑακίνθου μονῆς, &c. *μῆνας γ'.*) Methodius Abbas Monaſterii Hyacinthi ſuffi- 573. pag. 928.
citur in locum Germani circa initium anni Chriſti 1240. qui poſt tres menſes obiit, ut ſcribit Nicephorus. Eadem habet & Georgius Acropolita pag. 39. ubi poſtquam de Germano Patriarcha loquutus eſſet, ſubjungit: *Ἐγένετο δὲ μετ᾽ αὐτὸν Μεθόδιός τις καλούμενος μοναχὸς, ἡγούμενος ὢν τῆς κατὰ Νίκαιαν Ὑακίνθου μονῆς, ἀνὴρ λόγοις μὲν οὐδὲν εἰς τὰ πολλὰ, ὀλίγων δ᾽ εἴδησιν ἔχων. ἀλλ᾽ οὗτος τρεῖς ἢ μόνους μῆνας ἐπιβιοὺς τὸν θρόνον κατέλιπεν. ἐστέρητο γοῦν ἀρχιερέως ἡ ἐκκλησία. ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἰωάννης ἐν τοῖς τοιούτοις μὴ πρόχειρος ὢν, οὐκ εὐχερῶς εἶχεν ἐκ τοῦ προχείρου τὸν ἄξιον εὑρεῖν, ἢ μᾶλλον τὸν αὐτῷ ἀρέσκοντα. μάλιστα γὰρ οἱ κρατοῦντες τοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα προάγουσιν, οἳ ἂν μή τινας ἔχοιεν ἀντιτασσομένους τοῖς βουλήμασι. παρέρρυη γοῦν χρόνος συχνὸς, καὶ οὐκ ἦν ὁ διεξάγων τὸ ποίμνιον. Poſt eum Monachus quidam Methodius nomine Hyacinthi, quod Nicææ eſt, Monaſterii præſes, vir quidem dictis ſuo tenus cautus, ac ſapiens, revera tamen paucorum ſciens, tres tantum menſes Throno potitus, obiit, & Eccleſia vidua Pontifice ſuo carebat. Cum enim Joannes Imperator in his expediendis non eſſet admodum promptus, non ita facile poterat eo natu dignum tali ſolio, vel potius qui illi probaretur, invenire. Principes enim in hæc munera, viros, qui quod illis placitum eſt, faciant, nec ſuis deſideriis adverſentur, aſciſcunt. Igitur multum præterierat tempus, nec aderat qui oves gubernaret*. Ex his Acropolitæ verbis liquet Methodium tribus tantum menſibus ſediſſe, ac ipſo fatis functo Eccleſiam CP. diu caruiſſe paſtore; quin etiam Methodium in locum Patriarchæ Germani ſuffectum fuiſſe, non vero Arſenium, ut perperam ſcribit Gregoras. Cæterum monere hic non abs re erit ſeriem Patriarcharum Conſtant. præcipue illorum, qui Nicææ ſederunt, corruptam eſſe ac depravatam in tribus ſequentibus catalogis quos

Digitized by Google

hic edidimus ; quod quidem non ſolum apparet ex catalogo hoc Nicephori Calliſti, ſed etiam ex Georgio Acropolita, cujus verba ſuis locis inſeruimus ; idque etiam confirmatur ex Chronologia MS. Ephræmii, quam laudat Allatius lib. 11. de Perpetua Conſenſione Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis ; ubi habetur ſeries integra Patriarcharum Conſtantinopolitanorum, qui Nicææ ſederunt, nimirum a Joanne Camatero, ſub quo capta fuit a Latinis Conſtantinopolis, ad Arſenium ſecundo Patriarcham, qui primus, poſt reciperatam Conſtantinopolim, in eo throno ſedit. Hujus porro Scriptoris integra verba in Lectoris gratiam hic exſcribere libet :

Τούτου θανόντος ἐγκαθίσταται θρόνῳ
Ὁ Καματηρὸς ἡδυεπὴς Ἰωάννης,
Ἴδρις σοφίας παντοδαπῆς καὶ λόγων
Ἐπήβολός τε δογμάτων τῶν ἐνθέων
Ἐκκλησίας ὢν λευΐτης χαρτοφύλαξ.
Ἐφ' οὗ παρεστήσαντο Λατῖνοι πόλιν.
Ὃς ἐξελαθεὶς δυστυχῶς πρὸς Λατίνων
Θρόνου πατρίδος τῆς ἐμῆς Βυζαντίδος
Οἴχεται Διδυμότειχον εἰς ἄστυ φθάσας,
Ἔνθα θανὼν ἔλιπεν ἡλίου φάος.
Μετὰ δὲ τοῦτον ποιμένες Βυζαντίδος
Οὗτοι προεβλήθησαν ἐν Νικαίων,
Πρῶτος Μιχαὴλ Αὐτωρειανὸς θέσει,
Σακελλάριος λευΐτης ἐκκλησίας,
Ἴδρις σοφίας κοσμικῆς θείας ἅμα
Οὗπερ μεταλλάξαντος ἐν θρόνῳ βίον
Θεόδωρος εἴληφε τὴν προεδρίαν,
Ἐκκλησίας ὢν λευΐτης χαρτοφύλαξ,
Τὐπώνυμον χὠν Εἰρηνικὸς πατρόθεν,
Φιλοσόφων ὕπατος ἀξίαν λόγων.
Καὶ τοῦδε θανόντος δὲ τὴν προεδρίαν
Μάξιμος αὐχεῖ καὶ μοναχὸς, καὶ θύτης
Μονῆς προεστὼς εὐαγοῦς ἀκοιμήτων.
Μεθ' ὃν Μανουὴλ φιλόσοφος τὸν λόγον,
Φύλαξ ἀκριβὴς καὶ νόμων καὶ κανόνων.
Τούτου λιπόντος τὴν κάτω παροικίαν,
Πολὺς Γερμανὸς τὸν βίον καὶ τὸν λόγον,
Ἀρχιθύτης δείκνυται τῆς Κωνσταντίνου,
Ἀνὴρ μοναστὴς, καὶ Θεοῦ θυηπόλος,
Αὐχῶν Ἀνάπλουν πατρίδα Προποντίδος
Ἐκκλησίας τρόφιμος ὢν τῆς ἐν πόλει.
Εἶτα μονάσας, καὶ φανεὶς Θεοῦ λάτρις,
Γεωργίῳ μάρτυρι καὶ περιλιπέος
Ἔλαχε ποίμνην ἰθύνειν Βυζαντίδος.
Τούτου μεταστάντος δὲ πρὸς τὴν δίαιταν
Καὶ συναριθμηθέντος πατριαρχῶν ἁγίοις,
Μεθόδιός τις καὶ μοναχὸς καὶ θύτης
Μονῆς προεστὼς τῆς Ὑακίνθου τότε
Ἐπὶ βράχιστον ἀπολαύει τοῦ θρόνου.
Οὗπερ θανόντος, καὶ λιπόντος τὸν βίον,
Ὁ πρωτοθύτης Μανουὴλ ἔσχε θρόνον
Τῶν ἐν βασιλείοις γε κατειλεγμένων
Γέρων προσηνὴς, μειλίχιος τὸν τρόπον.
Χρησάμενος τέλει δὲ τῶδε τοῦ βίου,
Ἀρσένιός τις εὐλαβὴς μονοτρόπων
Τῶν ἀρετῶν κάλλιστος ἔμψυχος θρόνος
Εἰς ποιμενάρχην ᾑρέθη Βυζαντίδος,
Σειρὰν γένους ἕλκων μὲν ἐκ Βυζαντίου
Κόμην δὲ καρεὶς ἐν μοναῖς τῆς Νικαίας
Καὶ τῆδε δειχθεὶς καὶ μονῆς ἐπιστάτης
Εἶθ' ἡσύχαζε, καὶ Θεῷ προσανέχων
Ἐν Ἀπολλωνιάδος ἀσκητηρίοις
Ἀφῖκτο κληθεὶς εἰς πόλιν Νικαίων
Πρὸς τοῦ κρατοῦντος Αὐσόνων Θεοδώρου,

Hoc defuncto, in ſedem conſtituitur
Camaterus dulciloquus Joannes
In ſapientiæ & ſermonum omni genere exercitus,
Et peritiam in divinis dogmatibus habens ;
Cum eſſet Eccleſiæ Levita Chartophylax ;
Sub quo Latini urbem ſibi obnoxiam fecerunt.
Is miſere expulſus a Latinis
Sede patriæ meæ Byzantii,
Perveniens in Didymotæchum,
Et fato functus, reliquit lumen ſolis.
Poſt hunc Paſtores Byzantii
Promoti ſunt in civitate Nicæna.
Primus Michael Autorianus,
Cognomento Sacellarius, & Levita Eccleſiæ,
Externæ divinæque ſapientiæ callens.
Quo in ſede demortuo,
Theodorus primum Præſulatum adeptus eſt,
Eccleſiæ levita & Chartophylax,
Cognomento a patre Irenicus,
Dignitate Philoſophicorum ſermonum Hypatus. Edit. Pariſ. pag. 929.
Et hoc etiam demortuo, primam Sedem
Occupavit Maximus, Monachus, & Sacerdos
Immaculati Acœmetarum Monaſterii Præſes.
Poſt eum Manuel, oratione Philoſophus,
Propugnator optimus & legum & canonum.
Sed hoc linquente infernam habitationem
Vita & ſermone prænobilis Germanus,
Archipræſul Conſtantinopolitanus creatur,
Vir inſtituto Monachus, & Dei Sacerdos,
Et Anaplo Propontidis ortus,
Et in urbe inter Eccleſiaſticos enutritus,
Poſtea Monachum induens, & Deo inſerviens,
Et carus Georgio Martyri,
Gregem Byzantinum rege ſortitus eſt.
Sed hic cum migraſſet ad Dominum,
Et inter alios ſanctos Patriarchas collocatus eſſet,
Methodius quidam Monachus & Sacerdos,
Eo tempore Hyacinthi monaſterii ſuperior,
Breviſſimo tempore ſede potitur.
Sed eo mortuo, vitaque functo
Archipreſbyter Manuel thronum obtinet,
Qui inter Aulicos adnumerabatur,
Senex leniſſimus & multa humanitate temporatus.
Eo porro vita excedente,
Arſenius quidam Monachus, pietate inſignis
Et virtutum pulcherrima atque animata ſedes,
In Patriarcham Byzantii eligitur :
Genus quidem trahens ex Byzantio,
Sed comam detonſus in Monaſteriis Nicænis,
Ubi etiam Monaſterii Præfectus factus eſt :
Poſtmodum in quietem ſe ſubduxit, & Deo incumbens
In Apolloniadis aſceteriis,
In urbem Nicænam appulit, vocatus
Ab Imperatore Auſonum Theodoro,

Καὶ πάντα βαθμὸν ἀνύσας ἐκκλησίας,	*Cum gradum omnem Eccleſiaſticum expleviſſet,*
Εἰς ὕψος ἤρθη ποιμναρχίας μέγα	*In ſummitatem magnam Archipræſulatus evectus eſt.*
Αὐθαιρέτως τούτου δὲ λιπόντος θρόνον	*Sed eo ſponte ſedem deſerente,*
Μονῇ δὲ αὐτὸν εὐαγῶς διδωκότος	*Et in Monaſterium ſancte ſe ſubtrahente,*
Νικηφόρος πρόεδρος ὢν Ἐφεσίων	*Nicephorus Epheſiorum Præſul*
Προεδρείαν εἴληφε τῆς Κωνσταντίνου	*Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopatum obtinuit;*
Ὃς ἀρχιλειτουργὸς πρὶν ἦν παλατίου	*Qui prius erat Palatii Archipreſbyter,*
Ἀνὴρ ἀμεμφὴς παρθένος διὰ βίου.	*Vir ſine crimine, & per totam vitam virgo.*
Τούτου τελευτήσαντος ἐν προεδρείᾳ	*Hoc in Patriarchatu defuncto,*
Ἀρσένιος πρώτιστος ἀπολαμβάνει	*Arſenius primus recuperat*
Τῆς βασιλίδος ἱερὰν προεδρείαν.	*Sacrum Regiæ Urbis præſulatum.*

Μανουὴλ ἕτεροι, &c. ἔτη ιά.) Huic Manueli Patriarchæ annos quatuordecim aſſignat Genebardus, ſed fallitur; nam mortuo Methodio Patriarcha anno Chriſti 1240 uti paulo ſuperius diximus, Eccleſia Conſtantinopolitana per aliquot annos viduata fuit paſtore, ut patet non ſolum ex hoc Nicephori catalogo, verum etiam ex Acropolitæ verbis capite præcedenti citatis, ubi de Methodio Patriarcha loquitur. Manuel autem, ut liquebit ex iis quæ dicturi ſumus de annis ipſius Succeſſorum, circa finem anni Chriſti 1243. ad Patriarchalem thronum evectus fuit, cum Eccleſia Conſtantinopolitana annis tribus, & menſibus circiter ſeptem orbata manſiſſet paſtore. Hic cum ſediſſet annis undecim, fatis functus eſt circa finem anni Chriſti 1254. Quod etiam confirmatur ex Georgio Acropolita, qui pag. 57. ait, Manuelem Patriarcham obiiſſe, antequam Joannes Ducas Imperator moreretur, cujus quidem mors accidit anno Chriſti 1255. Cæterum hujus Patriarchæ in literis ignorantiam prædicat idem Scriptor pag. 54. hiſce verbis: Στέλλει τοῦτον πρὸς τὸν Πατριάρχην. ὁ Μανουὴλ ἦν τότε τοὺς τῆς Πατριαρχίας διέπων οἴακας, ἀνὴρ ἀγαθὸς τὸν βίον, καὶ πολιτείᾳ σεμνός, εἰ καὶ γυναικὶ συνεζύγη, ἄπειρος δὲ ὁ τετιμημένος γραμμάτων, οὐδὲ ὡς ἀναγινώσκειν ἀκολούθως εἰδέναι. *Mittit eum ad Manuelem, qui ea tempeſtate Patriarchatus gubernaculis aſſidebat, virum pietate inſignem, & vitæ inſtituto, licet uxorem duxiſſet, venerandam, literas tamen haud doctam, cum nec eorum ſententiam, quæ ipſe percurrerat, caperet.*

Edit. Pariſ. pag. 930.

Ἀρσένιος μοναχὸς ὁ Αὐτωρειανός, &c. χρόνος ί.) Arſenius Autorianus Monachus ſucceſſit in Manuelis locum anno Chriſti 1255. poſt obitum Joannis Ducæ Imperatoris, qui contigit hoc ipſo anno, ſed quo die ac menſe, non liquet ex Scriptoribus; neque Poſſini conjecturas admittimus. Sic Georgius Acropolita pag. 57. cujus in hanc rem integra verba hic deſcribere libet, cum hic Nicephorus ſubobſcure loquatur & locus ſit mutilus: Ἐπεὶ δὲ ἐχήρευε τοῦ Πατριαρχοῦντος ἡ ἐκκλησία. τέθνηκε γὰρ ὁ Πατριάρχης Μανουὴλ μικρόν τι τοῦ βασιλέως ἔμπροσθεν προτελευτήσας. ἔδει δὲ πρώτως Πατριάρχην προβληθῆναι, ἵν' οὕτω τῷ βασιλεῖ τὴν στεφηφορίαν ἐν τῷ ἱερῷ ἐκτελεσθῆναι τεμένει, &c. *Sed tum Patriarcha orba Eccleſia foret; nam paulo antequam Joannes Imperator moreretur, Patriarcha Manuel vitam finierat, ac abſque Patriarcha Imperatoris coronatio in ſacra templo confici poſſet.* Et paulo infra idem Scriptor, poſtquam de Nicephoro Blemida, in quem plurimorum ſuffragia reſpiciebant (quique Patriarchatus dignitatem ſibi oblatam, ut ſcribit Gregoras, recuſaſſet,) loquutus eſſet, ſic de Arſenii electione: Ὁ γοῦν βασιλεὺς Θεόδωρος διὰ ταῦτα μικρὸν τινα τῆς πεῖραν λαβὼν τοῦ ἀνδρὸς, ἐφ' ἑτέρους ἐτράπετο. καὶ ἐπεὶ δυσπερίστως ἐτύγχανεν ἐν πολλοῖς, μοναχόν τινα εἶναι μαθὼν ἐν τοῖς τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνης, ὀλίγων γραμμάτων πεῖραν ἔχοντα. μόνον καὶ γὰρ ἐγεύσατο τῆς γραμματικῆς παιδείας. ἱερεῖς οὐκ ὄντα, καὶ Ἀρσένιον ὀνομαζόμενον, ὡς εἶχε τάχους, στέλλει τοὺς αὐτὸν ἄξοντας. καὶ δὲ ἀφίκετο. ἔσω δὲ τῆς ἀπὸ τῆς Νικαίας ἐξόδου ἱστάμενος, διὰ τάχους τοῖς Ἀρχιερεῦσι προστάττει χειροτονίαν Πατριάρχην αὐτὸν ὁ βασιλεὺς οἱ ἐξ αἰτήσει διεπράξαντο, ἐν μιᾷ ἑβδομάδι Διάκονον καὶ Ἱερέα, καὶ Πατριάρχην αὐτὸν ἐκτελέσαντες. *Propterea Imperator Theodorus illius mento, ſenſuque leviter deguſtato ad alios ſe convertit, & cum plures non ſatisfacerent, Monachum quemdam ex Apolloniadis lacu, præter paucas literas cæterorum ignarum, ſolum enim rudimenta Grammatices attigerat, nullis ſacris Ordinibus inſignitum, Arſenium nomine acceſſitum, quam celerrime miſſis hominibus conduxit, ac ille venit. Et Nicæa exire feſtinans, Præſulibus, ut quamprimum eum Patriarcham efficerent, imperat, illi audientes per unam hebdomadam, Diaconum, Sacerdotem, & Patriarcham conſecrant.* Ex quibus Acropolitæ verbis liquet, aliter locum illum Nicephori interpretandum, ubi Arſenius dicitur ἐγκυκλίων γραμμάτων ἱκανῶς ἔμπειρος, nimirum *liberalibus artibus ſufficienter inſtructus*; & ita legendum ſupra in verſione pro, *omnigena eruditione inſtructus*: qua etiam notione verba illa accipi poſſent, ni Hiſtorici illius ævi aliud ſuaderent. Deinde locus ille mutilus, ἐν τῷ πρὸ δυσμὰς ἐξιέναι τὸν βασιλέα . . . . . εὐθὺς στέφει. Nimirum *quoniam Imperator profectum maturabat, ſtatim a Patriarcha coronatur*, vel quid ſimile reponendum, ut apparet ex Acropolita. Deinque verba illa; ἐξέβαλεν παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, &c. ſatis explicantur ab Acropolita, & Pachymere; qui narrant Arſenium Patriarcham, cum videret Joannem Ducam Theodori filium a Michaele Palæologo contemni, & in eum machinas ac fraudes ſtrui, Patriarchatui vale dixiſſe; quod quidem accidit initio anni Chriſti 1260. cum ſediſſet annis quinque, ut ſcribit Nicephorus, neglectis aliquot diebus, quibus ſupra annos quinque rexit illam Eccleſiam. Cæterum fallitur Gregoras dum Germano Patriarchæ Conſtantinopolitano Arſenium proxime ſuffectum fuiſſe ſcribit; ſiquidem Arſenius Manueli ſucceſſit, Manuel Methodio, Methodius Germano, ut ex ſupradictis palam eſt. Vide Pachymerem lib. 2. cap. 7. 8. 15. & 16. Acropolitam pag. 97. & 98.

pag. 931.
574.

Εἶτα Νικηφόρος, &c. ἔτος ά.) Arſenio Nicæa profugo, in ejus locum ſubſtituitur Nicephorus Epheſi Epiſcopus initio anni Chriſti 1260. Moritur autem Nicephorus Nymphæi circa menſem Novembrem ejuſdem anni 1260. cum nec integro anno Patriarchatui præfuiſſet, ut ſcribunt Georgius Acropolita pag. 97. & 98. & Pachymeres lib. 2. cap. 22. Poſt Nicephori autem mortem Eccleſia Conſtantinopolitana viduata manſit paſtore menſibus circiter novem, ut ex infra dicendis facile patebit.

Ἀνέσωσε δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως πάλιν ἄρχεται Ἀρσένιος ὁ ἱερώτατος β.) Licet ex Georgio Acropolita pag. 97. & 98 appareat Arſenium Patriarcham ante recuperatam Conſtantinopolim in ſedem reſtitutum fuiſſe a Michaele Palæologo Imperatore precibus Sebaſtocratoris Tornicii, attamen revera non ante recuperatam Urbem Arſenius revocatus fuit, etſi credi poteſt, ad id diſpoſitum fuiſſe Imperatorem precibus laudati Sebaſtocratoris etiam ante Conſtantinopolim recuperatam. Igitur optime hic Nicephorus ſcribit, capta Conſtantinopoli rurſum præfuiſſe Arſenium; nam idem Acropolita p. 102. & 103. & Pachymeres lib. 3. cap. 2. adventum Arſenii in urbem accidiſſe ajunt poſt Imperatoris ingreſſum, qui accidit die quinta decima menſis Auguſti ut narrat idem Acropolita pag. 102. & ut habe-

tur ſcriptum initio Codicis Regii 1852. laudati a doctiſſimo Boivinio in Notis ad Gregoram, ubi notantur dies, menſis & annus hujus ingreſſus: *Μηνὶ Αὐγούστῳ ιε'. Ἰνδικτιῶνος δ'. τοῦ ἔτους ,ϛψξθ'. εἰσήχθημεν σὺν Θεῷ εἰς Κωνσταντινούπολιν. Menſis Auguſti die quinta decima anni VIMDCCLXIX. (Chriſti 1261.) introducti ſumus Deo juvante in urbem Conſtantinopolim.* Arſenium autem circa finem hujus menſis reſtitutum fuiſſe in ſedem, probabile omnino eſt; ita putat & Poſſinus in Obſervationibus ad Pachymerem, qui etiam credit Coronationem Michaelis Palæologi ſub initium Septembris celebratam eſſe, & Joannem Ducam excæcatum die Chriſti Natali ejuſdem anni 1261. Sic Poſſinus; a quo ſane mihi videtur recte initium ſecundi Patriarchatus Arſenii conſignatum; finis vero ejuſdem Patriarchatus a Poſſino transfertur ad annum Chriſti 1266. & ſic Arſenio ſecundo Patriarchæ anni circiter quatuor aſſignantur. At cum Arſenius ſecundo Patriarcha duobus annis, & aliquot menſibus, quos ſupputare neglexerat Nicephorus, præfuiſſet Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, illius depoſitio contigit certe circa initium anni Chriſti 1264. ac ut dicat Poſſinus; in exilium autem proficiſcitur Arſenius circa finem menſis Maii ejuſdem anni, ut ſcribit Pachymeres. Neque ſtatim Arſenio ſucceſſit Germanus, ob turbas quæ excitabantur ab Arſenianorum Factione, ut colligi poteſt ex Gregora & Pachymere, ſed id factum puto anno Chriſti 1267. ut colligitur ex Pachymere, qui l. IV. c. XXII. Germanum inauguratum fuiſſe ſcribit Menſe Junio ipſa die Pentecoſtes. Pentecoſtes autem feſtum, non occurrit menſe Junio niſi anno 1264. (quo certe anno non contigit Germani electio, ut patet cum ex iis quæ paulo ſuperius diximus, tum ex infra dicendis, ubi agemus de anno quo is Patriarchatum abdicavit) & anno 1267 nam anno 1265. dies Paſchæ in 5. Aprilis incidebat; & anno 1266. in 28. Martii. Itaque electio Germani neceſſario cum anno Chriſti 1267. copulanda. Cæterum cauſa depoſitionis Arſenii fuit, uti pluribus referunt
Edit. Pariſ. pag. 932. Pachymeres, & Gregoras, quod Michaeli Palæologo ob Joannem Ducam excæcatum ſacris interdixiſſet, neque eum veniam ſceleris petentem audiſſet; unde cum indicto ab Imperatore concilio, & in eo accuſatus, ſe ſiſtere nollet, damnatur ut contumax.

Εάλω ἡ πόλις, &c.) Locus hic corruptus a Scriba ſic Græce ac Latine reſtituendus: *Ἑάλω ἡ πόλις παρὰ Ῥωμαίων ἔτει ,ϛψξθ'. Ἰουλίου κε'. ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ἔτει γ'. ὄντι τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου. Capta eſt urbs a Romanis anno 6769 (Chriſti 1261.) 25. Julii, Feria ſecunda, anno tertio Imperii Michaelis Palæologi.* Et ita legendum ſupra in verſione.

Ὁ *Ἀδριανουπόλεως Γερμανός*, &c.) Hic inter Arſenium & Joſephum reponendus eſt Germanus antea Epiſcopus Adrianopolitanus, qui in catalogo Nicephori Calliſti Scribæ incuria omittitur. Hujus mentio occurrit non ſolum in catalogis a nobis hic editis, ſed etiam apud Scriptores, qui res illius ævi memoriæ prodiderunt, nimirum apud Pachymerem, Gregoram, Georgium Phranzam, &c. Huic Patriarchæ annus unus aſſignatur in catalogis. Verum cum Germanus die Pentecoſtes, quæ anno Chriſti 1267. concurrebat cum die quinta menſis Junii, creatus ſit Patriarcha Conſtantinopolitanus, ut ex Pachymere paulo ſuperius demonſtravimus, & Patriarchatum abdicaverit die quarta decima menſis Septembris ejuſdem anni, ut ſcribit idem Pachymeres lib. IV. cap. XXI. certe ille menſibus tribus, & diebus novem & non amplius Eccleſiam illam adminiſtravit. Fallitur autem Poſſinus qui eum quatuor menſibus cum dimidio ſediſſe ait. Quod vero Germanus hoc ipſo anno Patriarchatum abdicaverit ſatis oſtendit Gregoras, dum circa illud tempus contigiſſe deliquium ſolare ſcribit, nimirum hoc ipſo anno die XXV. menſis Maii. Cæterum quibus mediis uſus fuit Imperator ad perſuadendum Patriarchæ Germano, ut Patriarchatui vale diceret, pluribus narrat laudatus Pachymeres lib. IV.

Ἰωσὴφ ὁ Γαλησίου ἡγούμενος ἔτη ὀ'.) Joſeph Galeſii Abbas ſucceſſit Germano in Patriarchatu die vigeſima octava menſis Decembris anni Chriſti 1267. & mox Kalendis Januariis ordinatus fuit, ut ſcribit Pachymeres lib. IV. cap. XXIII. *Τὸν γοῦν τοιοῦτον καταδεξάμενον τῷ ψήφων, ὁ βασιλεὺς εἰς Πατριάρχην τοῦτον προβάλλεται, μηνὸς Δεκεμβρίου εἰκάδι ὀγδόῃ τῆς δεκάτης ἐπινεμήσεως τοῦ ,ϛψοϛ' ἔτους, ἐπιστάσης δὲ πρώτης χειροτονεῖται εἰς Ἀρχιερέα τελείως. Hunc talem juſto ſuffragiorum comprobatum numero ad Patriarchatum Imperator evexit, menſis Decembris die octava ſupra vigeſimam, Indictionis decimæ, anni 6775. mox Kalendis Januariis Ordinationem idem Epiſcopalem rite accepit.* Die autem ſecunda Februarii anni Chriſti 1268. ſolvitur Imperator anathemate a Joſepho, ut ſcribit idem Pachymeres cap. XXIV. ejuſdem libri. Poſtmodum vero cum Joſepho Patriarchæ perſuaſiſſent Schiſmatici, ut ſcripto publico declararet, jurejurando interpoſito, ſed numquam in pacem Eccleſiarum conſenſurum, ut narrat idem Scriptor lib. V. cap. XXI. cum Imperator cum Patriarcha tranſigit, ut ipſe Patriarchali Palatio excederet; quod quidem contigit die ſecunda menſis Januarii anni Chriſti 1274 ut ſcribit laudatus Pachymeres cap. XVII. ejuſdem libri, ubi tota re pluribus expoſita ſic concludit: *Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους συνθέμενοι, ὁ μὲν Πατριάρχης κατελθὼν εἰς τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν ᾠκονόμει ... Ἰανουαρίου, δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ ,ϛψπβ'. ἔτους, κατέχων, καὶ τὰ αὐτοῦ ἀφορίσματα ... τὰ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἦσαν ἐν γαλήνῃ ..., πλὴν ... τῶν Ἐκκλησίας ... ἐρχομένων. His inter ipſos conventis Patriarcha in Peribleptí Monaſterium migravit die ſecunda Januarii, ſecundæ Indictionis, anni 6782. fruens ibi reditibus ſuis annuis ſine diminutione; ſic Eccleſiæ quidem corpus in quadam tranquillitate erat; non item qui eo pertrant.* Joſeph itaque cum renunciatus ſit Patriarcha CP. ſub finem anni Chriſti 1267. & depoſitus ſit initio anni 1274. uti paulo ſuperius ex Pachymere demonſtravimus, anni octo, qui eidem a Nicephoro aſſignantur, fuerunt proculdubio utrimque incompleti. Fallitur ergo & Georgius Phranzes dum Joſepho annos tredecim attribuit. Cæterum verba pag. 93?
illa Nicephori; *καὶ διὰ τὴν ἕνωσιν τῶν Λατίνων ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαήλ.* Sic interpretanda: *Et propter unionem cum Latinis ejicitur ab Imperatore Michaele.* Et ita legendum etiam ſupra in verſione.

Ἰωάννης, &c. *ὁ Βέκκος ἔτη ο'.*) Depoſito Joſepho, 575.
in ejus locum ſufficitur Joannes Beccus ſive Veccus die vigeſima ſexta menſis Maii; ſecunda vero Junii, Dominica proxime ſecuta, illuſtri die Spiritus ſancti, rite in Patriarcham inauguratus eſt, nimirum anno Chriſti 1275. ut ſcribit Pachymeres lib. V. cap. XXIV. *Καὶ ὁ Βέκκος εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Πυανεψιῶνος μηνὸς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, Πατριάρχης προβέβληται. δευτέρᾳ δὲ Μαιμακτηριῶνος, τῇ ἐπιούσῃ Κυριακῇ, ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ Πνεύματος δεχόμενος, καὶ τελεῖται Ἀρχιερεύς. Veccus igitur ſexta & vigeſima menſis Maii, Feſto Sanctorum Nicænorum Patrum Patriarcha creatus eſt: ſecunda vero Junii, Dominica proxime ſecuta, illuſtri die Spiritus ſancti, Spiritus ejuſdem per ſacram ordinationem particeps factus, rite inauguratus in Patriarcham eſt.* Pellitur autem e ſede Veccus ab Andronico Imperatore die vigeſima ſexta menſis Decembris anni Chriſti 1282. ut ſcribit Pachymeres lib. I. cap. XX. qui ſane Scriptor pluribus exponit ea quæ Vecco Patriarcha geſta ſunt uniendæ gratia Eccleſiæ Græcæ cum Latina. Gregoras ait Joannem Veccum clam receſſiſſe, ſeque Panachranti Monaſterio incluſiſſe. Huic Patriarchæ anni ſeptem aſſignantur in Cod. MS. Bibliothecæ Collegii Claromontani, quo uſus eſt Philippus Labbeus; ſed ipſe perperam ibi legerat *ο'.* pro *ζ'.* Cæterum ſcribæ incuria legitur hic in textu Græco, *ἀπαίτησιν τῆς ἑνώσεως*, &c. Lege igitur, *ἀπαίτησιν τὴν ἕνωσιν*, &c.

Ὁ *ὁμολογητὴς Ἰωσὴφ τὸ δεύτερον μῆνας δ'.*) Pulſo e Sede Vecco rurſus inducitur Joſephus die ultima menſis Decembris anni Chriſti 1282 ut ſcribit Pachymeres lib. I. cap. X. Is ineunte menſe Martio anni 1283. morbo & ſenio conſumptus obiit, ut re-

fert idem Scriptor cap. xvii. ejuſdem libri. Fallitur autem Georgius Phranzes, dum Joanni Vecco ſtatim Athanaſium ſucceſſiſſe ait. Cæterum Joſephum, cum eſſet in Sedem Patriarchalem reſtitutus, paulo poſt ceſſiſſe ſcribit Gregoras lib. vi. cap. i. idque ab eo factum duplici de cauſa; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipſum vexabantur; tum quod Patriarchæ munus obire nequiret, totius corporis viribus morbo & ſenio exhauſtis: *Δι ἀνάγκην ἀναχωρῆσαι μὲν τὸν Ἰωσὴφ τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις παραχωρήσειεν ἕνεκα, τοῖς τε εἰρήνης δι' αὐτὸν ἐνοχλουμένων, καὶ τὰ μὴ δυνάμενα τῷ θρόνῳ προσήκοντα πράττειν, ὅλως ἐκτετρυμμένην ὑπὸ γήρως καὶ νόσου τὴν τοῦ σώματος δύναμιν. Quamobrem Joſephus ſua Sede cuilibet cedere coactus eſt duabus de cauſis; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipſum vexabantur: tum quod Patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo & ſenio exhauſtis.* Idem confirmat paulo infra ſectione v. laudatus Scriptor, ubi ait Joſephum paulo poſt quam Patriarchatum reliquiſſet e vivis exceſſiſſe. Gregoræ adſtipulatur Andronicus Imperator in λόγῳ χρυσοβούλλῳ, qui extat inter opera MSS. Nicephori Chumni, laudatus a Boivinio in Notis ad Gregoram p. 753. Cæterum Matthæus Cigala, & Philippus Cyprius qui hunc Joſephum ſub Joanne Palæologo Florentiam ad octavam Synodum ſe contuliſſe, ibidemque obiiſſe ſcribunt, longe falluntur; quippe nemo niſi Græculus penitus indoctus fuerit, ignorare poteſt, hunc Patriarcham longo tempore ante octavam Synodum floruiſſe, illum vero, qui Concilio Florentino interfuit, penultimum Patriarcham fuiſſe ante captam a Turcis Conſtantinopolim.

Γρηγόριος ὁ Κύπριος, &c. ἔτη ϛ'.) Nimirum, *Gregorius Cyprius Lector Protoapoſtolarius cooptatur, & præfuit annis ſex.* Et ita legendum ſupra in verſione, ubi ſeriori incuria legitur *annis* 16. pro *annis* 6. Quid vero Πρωτοαποστολάριος, vide Ducangii Gloſſ. Græc. v. Ἀπόστολος. Joſepho autem fatis functo circa initium menſis Martii anni Chriſti 1283. uti ſupra ex Pachymere demonſtravimus, ſucceſſit Gregorius Cyprius, a quo initum fuiſſe Patriarchatum ante medium menſis Aprilis ejuſdem anni ſcribit Poſſinus ex Pachymere, quod idem Scriptor cap. xvi. lib. i. referat, feria jam tum ſecunda majoris hebdomadæ fuiſſe Gregorium Cyprium in plena poſſeſſione Patriarchalis poteſtatis. Fuit quippe illo anno Paſcha die Aprilis 18. unde majoris hebdomadæ feria ſecunda diem Aprilis 12. inſederit: quo anteriorem inaugurationem Gregorii fateri neceſſe eſt. Sic Poſſinus. At ipſe Pachymeres clarius l. i. c. xiv. Georgium Cyprium, qui induto Monaſtico habitu Gregorius appellatus fuit, conſecratum fuiſſe ait die Palmarum, qui dies anno Chriſti 1283. incidebat in diem 11. menſis Aprilis; ordinatus autem fuit Patriarcha CP. a Germano Heracleenſi, cooperante Cozylenſi; idque peractum in Templo Maximo, nimirum in ſancta Sophia, unde excluſi fuere, durante conſecratione, quotquot Eccleſiarum paci conſenſerant, ut ſcribit laudatus Scriptor paulo ante citato loco, & capite ſequenti, ubi etiam narrat, cur non ab alio Epiſcopo quam a Germano Gregorius conſecratus ſit, & eumdem Germanum Heracleenſem paulo ante ordinatum fuiſſe Epiſcopum in Antiquæ Irenes Templo. Sic Pachymeres cap. xiv. cujus pauca verba, quæ ad ordinationem Gregorii & Germani ſpectant, hic exſcribere lubet: Τὰ τοίνυν τελεστικὰ τῷ Πατριαρχεύοντι ἐγχειρίζων, δὲ ὁ καὶ τὸ αὐτὸ Κοζύλου μόνου παραλαβὼν ... τῶν τοῦ προδρόμου τῆς Πέτρας μονὴν ... ὀλίγων τινῶν, ... ἐν ἀμπελῶνι, ... ἐκεῖνον ὄντα, ... τὰ νενομισμένα τελέσας, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκοῦ ἀποδείκνυσι, Διάκονον δ' ἐξ Ἀναγνώστου χειροτονεῖ. τὸν δ' αὐτὸν ἡμέρας καὶ Πατριάρχην ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖνος προβάλλεται. ἐντεῦθεν ἐκεῖνος ... ἔχων ... τὰ εἰ προσήκοντα, τὸν τοῦ Ἀνανίου, ... καὶ τὰ πολλὰ ... τοῖς χθὲς πραχθεῖσι ... τὸν Γερμανὸν ... ἐκλαβὼν, καὶ ... ἐν ... τῷ πατριαρχεύσαντι, ἅμα μὲν σὺν τῷ Κοζύλου προέδρῳ Ἡρακλείας

τῆς κατὰ Θρᾴκην, τῇ χειροτονεῖν ἑαυτὸν ἐφιζάνει, ἅμα δὲ τῷ Ἐπισκόπῳ προτρέπεται, οὕτω τὰ καιρὸν χειρίζοντι, εἰς Μητροπολίτην χειροτονεῖν, καὶ ὁ τῆς παλαιᾶς Εἰρήνης θεῖος ναὸς, πολλὰ καθαρσίων ... πρότερον ἡ ἱερὰ καὶ μυστικὴ τράπεζα, καὶ τισιν ... ἐκείνου αὖθις χειροτονίαν. αὐτὸς δ' αὖθις ... πρῶτον μὲν ἱερέα, εἶτα δὲ καὶ τῇ λαμπρᾷ ἑορτῇ τῶν Βαΐων, Ἀρχιερέα τῶν Πατριάρχην χειροτονεῖ. *Hic igitur commiſſam ſibi deſignati Patriarchæ ordinationem auſpicaturus, menſe Martio ſuſceptum eum introducit cum paucis in Monaſterium a Prodomo & Petra nominatum, ubi Templo in vinea reperto, in quo & ipſo apparebat rem divinam ex longo fieri deſiiſſe, in eo conſuetis ceremoniis Monachum ex laico inſtituit Cyprium; moxque Diaconum ex Lectore ordinat. Eadem porro die eumdem Imperator declarat Patriarcham. Hinc jam Patriarcha, qui multorum ſuaſionibus inductus, certum, ac plane conſtitutum haberet, non alium adhibere ad ſui conſecrationem, quam eum, de quo inter omnes conſtaret, longe alienum eſſe ab omni ſpecie piaculi, quale plerique Antiſtitum contraxiſſe mutuis flagrantium factionum inſimulationibus culpabantur, diſcipulum Germanum filium Acacii viri pii, & valde circumſpecti, qui ſe in polam nuper actis quaſi neutrum habuerat, aſſenſum in partem utramvis ſuſtinens, & utrique, quantum duntaxat ſatis erat ad ſecuritatem, favens; hunc quoque ipſum multa religionis exiſtimatione commendatum; præterea ita moribus ſimplicem, ut eum ille, qui Patriarchatum nuper geſſerat Confeſſarii acceſſiſſet; hunc, inquam, quaſi, de quo nulla eſſe poſſet cujuſquam plauſibilis exceptio, in ſui Ordinatorem præparavit; eligens eum, ſuffragante in id pariter Cozyleno, in Præſulem Heracleæ Thraciæ. Poſt quod Epiſcopo mandavit, ut eum confeſtim, (res enim moras non ferebat) in eam Sedem ille Metropolitam ordinaret. Iſti functioni delectum eſt Antiquæ Irenes divinum Templum, cui ſacra, & myſtica menſa multis prius purgationibus expiata, & certis ſanctificata precibus, Germani novi Heracleenſis inaugurationem vidit. Hic porro viciſſim promotorem ſuum Cyprium, primum quidem Sacerdotis initiavit,* pag. 935. *deinde in Celebri Palmarum Feſto, cooperante Antiſtite Cozyli, Patriarcham ordinavit.* Reliqua vero, quæ peracta ſunt, dum conſecraretur Gregorius Cyprius, pluribus exponit idem Pachymeres cap. xv. ejuſdem libri; quæ cum ſint longiuſcula, hic non exſcribo. Verumpriuſquam de Gregorii Patriarchatus annis loquamur, (cum de Eccleſia Antiqua ſanctæ Irenes mentionem fecerimus) libet hic nonnulla monere, quæ ad eamdem Ædem ſpectant, & quæ libris præcedentibus, ubi de eadem pluribus locuti ſumus, a nobis prætermiſſa ſunt. Stephanus Diaconus Eccleſiæ CP. auctor Vitæ ſancti Stephani Junioris, qui ſub impio Copronymo martyrium ſubiit, docet ſolus, quod ſciam, ſecundum Concilium generale, primum Conſtantinopolitanum habitum eſſe in Æde ſanctæ Irenes; quod quidem intelligi non poteſt de alia Æde ſanctæ Irenes, niſi de Antiqua, cum Theodoſio Magno imperante, nulla alia ſic nuncupata extiterit Conſtantinopoli, quam hæc Antiqua ſanctæ Irenes Eccleſia, quæ a Conſtantino Magno condita fuit. Sic idem Scriptor pag. 480. loquens de ſex Conciliis Generalibus: Οὐχὶ ἐν ἱεροῖς ναοῖς αἱ ἅγιαι ἓξ σύνοδοι συνηθροίσθησαν· ὅτι πρώτη ἐν Νικαίᾳ, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Σοφίας· ἡ δευτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Εἰρήνης· καὶ τρίτη ἐν Ἐφέσῳ, ἐν τῷ τοῦ Θεολόγου ναῷ· καὶ ἡ τετάρτη ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς Καλχηδονέων μητροπόλει, ἐν τῷ τῆς πανευφήμου σεπτῷ. καὶ ἡ πέμπτη αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει. καὶ ἡ ἕκτη, ἡ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Σοφίας, ἡ δὲ ἐν τῷ ἱερῷ παλατίῳ, ἔνθα ἐπιλέγεται Τροῦλλος, ὅπερ φασὶ Ωᾶτον καλοῦμεν. *An non in ſacris templis ſex ſanctæ Synodi congregatæ ſunt? prima Nicææ in templo ſanctæ Sophiæ: ſecunda Conſtantinopoli, in templo ſanctæ Irenes: tertia Epheſi, in templo Theologi: quarta in noſtra Chalcedonenſi metropoli, in templo celeberrimæ Euphemiæ: quinta iterum & ſexta, Conſtantinopoli, illa in Templo S. Sophiæ, hæc in ſacro Palatio, in ea parte quæ*

Trullus

L. du Pariſ. pag. 934.

Trullus dicitur, quam nos Oatum vocamus. Hujus autem Synodi ordinem, quo diſpoſiti erant Antiſtites, quave in parte ſederit Theodoſius Magnus, qui eidem Synodo interfuit, nobis repræſentat ſequens tabella, quam ex Codice MS. Bibliothecæ Regiæ, uncialibus litteris conſcripto, ſæculo nono, in ære incidi curavimus; ex quo quidem Codice & alteram tabellam delineavimus, quæ habetur ſupra pag. 632. De hoc autem Codice MS. ſic loquitur doctiſſimus Montefalconius noſter Palæographiæ Græcæ lib. III. pag. 250. Codex, inquit, Regius, num. 1809. membranaceus, ingentis molis, pulchritudine & magnificentia nulli concedit. Auro fulget undique in Tabellis depictis, quas ad quadraginta quinque numeravi; in literis item initialibus, maxime in titulis Orationum. Continet autem, Gregorii Nazianzeni Orationes: deſcriptuſque fuit Baſilio Macedone imperante, ut liquet ex picturis, ubi Baſilius ipſe depingitur cum tota familia: ex carminibus item in fronte poſitis, ubi Baſilius, quaſi tum ſceptra tenens compellatur: necnon ex elegantia Codicis, qui vere Imperatoriam præfert magnificentiam, ad uſumque ipſius Baſilii & domus Auguſtæ fuiſſe plane videtur. Præeunt quinque prægrandes tabellæ depictæ, quæ totam paginam occupant, longe ampliores ſpecimine hic allato: nam in deſcriptis foliis perquam latæ margines undequaque vacuæ manent; in depictis vero, ad extremam uſque oram, paginæ occupantur. Hæ prægrandes Tabulæ depictæ, tribus in foliis continentur, quæ folia cum reliquis olim non hæſiſſe videntur: unde auguratur vir quidam doctus, & rei Librariæ veteris peritiſſimus, Codicem aliquantum vetuſtiorem hiſce depictis Tabulis eſſe: & picturas iſtas Baſilium Macedonem cum familia exhibentes, poſtmodum huic exemplari adjunctas fuiſſe, cum ad hujus Imperatoris uſum Codex tranſlatus eſt: quamquam fatetur & ipſe Codicem ejuſdem circiter ætatis eſſe, & ad Baſilii ævum ex characteris forma commode reduci poſſe. Ego vero libentius credam totum Codicem cum præmiſſis Tabellis ad Baſilii uſum adornatum fuiſſe. Deinde vero priora illa tria folia a principio poſita, vel ex diuturno uſu, quia initio poſita frequentius evolverentur, avulſa fuiſſe; vel fortaſſe ab aliquo male feriato homine, ob elegantiam abſtracta, deinde vero reſtituta fuiſſe. Ut ut ſit, Codex noni prorſus ſæculi videtur eſſe. De hoc Codice Billius in Monito ad Orationem LII. ſic loquitur; *In Reginæ tamen Codice literis Capitalibus ſcripta, ac Gregorii noſtri antiquitatem propemodum æquante, inter germana ipſius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti eſt, ut, quamquam reclamante ſtylo,*

Edit. Pariſ. pag. 936.

vix tamen hanc lucubrationem inter ψευδεπίγραφα numerare auderem: niſi Hieronymus omnem dubitationis anſam nobis eximeret, atque hunc fœtum vero ſuo parenti aſſeveret. Deinde adfert locum Hieronymi, qui hoc opus ſancto Gregorio Neocæſarienſi ſive Thaumaturgo adſcribit. Jam ad picturas veniatur. In primi folii pagina ſecunda, (prima quippe) vacat in fundo aureo Chriſtus ſedens, non ineleganter pro illa ætate, repræſentatur, Evangeliorum librum apertum tenens ad hæc verba, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, *Pacem meam do vobis*, &c. quæ ſpectant ad familiam Auguſtam in proxima Tabella e regione depictam. Hæc prima pictura multis in locis eraſa in pulverem abiit. In ſecundi folii pagina prima, fundo aureo ſtat Auguſta cum duobus hinc & inde filiis pariter ſtantibus. Supra caput Auguſtæ ſcribitur, Εὐδοκία Αὔγουστα, *Eudocia Auguſta*. Qui ſtat a dexteris filius ejus inſcribitur Ἀλέξανδρος Δεσπότης, eraſis penepoſtremæ vocis literis, *Alexander Deſpotes*; a ſiniſtris Λέων Δεσπότης, *Leo Deſpotes*. Eudocia vero & filii ſiniſtra ſinguli globulum tenent, in ſignum Imperii. Circa Tabulam a quatuor partibus hi Jambi leguntur:

> Εὐκληματίαν ἄμπελόν σε τοῦ κράτους
> Βότρυς φέρουσαν τοὺς γαληνοὺς δεσπότας
> Βασίλειος ἤνεγκε Ῥωμαίων ἄναξ
> Μεθ' ὧν ἀγλαόμορφος Εὐδοκίας φωσφόρου.


Id eſt.

> *Palmitibus ornatam Imperii tui vitem*
> *Uvas ferentem, ſereniſſimos nempe Deſpotas,*
> *Baſilius pravexit Romanorum Imperator,*
> *Cum ſplendida Eudociæ lumina edidiciſſet.*

At abraſis præ vetuſtate literis dubitat idem ipſe Montefalconius an in poſtremo verſu legendum ſit μεθ' ὧν pro μεθῶν. Hanc autem Tabellam, quæ Eudociam Auguſtam cum Leone & Alexandro filiis repræſentat, in ære inciſam exhibuit Ducangius in familiis Byzantinis pag. 139. E. R. De aliis vero Tabellis depictis quæ in laudato Codice Regio habentur pluribus agit ipſe Montefalconius paulo ſuperius citato loco. Sed ut ad tabellam Synodi Conſtantinopolitanæ formam ordinemque Epiſcoporum exprimentem redeamus, in ima parte ejus tabellæ habetur Macedonius; ex altera vero parte nomen tantum Apollinaris hæreſiarchæ ſcriptum cernitur, effigies non comparet, cum pars illa folii conſciſſa ſit; qui quidem ambo in eadem ſecunda Synodo cum ſuis erroribus proſcripti fuere.

Digitized by Google

Concilium CP. I. Generale II. Sub Theodosio Magno; imo ipso presente.



Digitized by Google

Edit. Pariſ. pag. 938. Sed ut redeamus ad Patriarcham Gregorium, imprimis mira oſcitantia Georgii Phranzæ animadvertenda eſt, qui in ſerie Patriarcharum nullum hunc Gregorium ponit, neque Joſepham reſtitutum poſt Veccum ait, ſed ſcribit: *Veccum Patriarcham, ſua Sede depulſum, Monachus quidam, Athanaſius nomine, excepit*. Verum Scriptores omnes, qui res illius ævi memoriæ prodiderunt, aſſerunt poſt Veccum Joſephum reſtitutum fuiſſe, uti ſupra diximus, & hunc excepiſſe Gregorium Cyprium; ſic de Joſepho ſecundo Patriarcha, & Gregorio Cyprio refert Ephræmius Conſtantinopolitanus, a nobis ſupra laudatus; cujus quidem Chronicon utinam integrum haberemus; non parvæ profecto utilitatis foret ad ſeriem Patriarcharum CP. ſtabiliendam, docent pauca illa, quæ ex ipſo excerpſit Allatius. Sic ille:

Πάλιν Ἰωσὴφ ἀντιλαμβάνει θρόνον.
Οὗπερ λιπόντος τὸν βίον καὶ τὸν θρόνον,
Σοφός τις ἀνὴρ Γρηγόριος Κυπρόθεν,
Λόγων σοφῶν μαίευμα, Μουσῶν ἑστία,
Εἰς Πατριαρχῶν ἀναβιβάζεται θρόνον.
Ὃς ἐκ πατρίδος, καὶ πατρῴας οἰκίας
Φυγὰς ὑπάρξας παῖς ἔτι που τυγχάνων,
Παιδεύσεως ἔρωτι, καὶ μαθημάτων,
Ἐλθὼν κατοικεῖ πρὸς πόλιν Κωνσταντίνου.
Αὐτὸς δὲ μαθήμασιν ἐνδοὺς καὶ πόνοις,
Ἀφίκετο πρὸς μέγα τι σοφίας βάθος.
Εἶτα κατάδηλος γνωσθεὶς στεφηφόρῳ,
Καὶ συνταγεὶς κλήρῳ γε τοῦ παλατίου
Ἀρχιθύτης τέθειται τῆς Κωνσταντίνου
Τὰ τῶν μοναχῶν πρὶν στολισθεὶς ὡς ἔθος.

Joſephus rurſum Thronum recipit,
Et cum vitam thronumque depoſuiſſet,
Sapiens quidam vir ex Cypro nomine Gregorius
Sermonum ſapientum alumnus, & Muſarum ſacrarium,
In Thronum Patriarchalem evehitur;
Qui Patria paternaque domo
A prima ætate extorris,
Eruditionum ac mathematum amore flagrans,
Ad Conſtantini Urbem ſe recepit;
Ubi diſciplinis & laboribus deditus,
In magnum ſapientiæ culmen pervenit:
Tandem Imperatori innotuit.
Et Clero Palatii adſcriptus,
Præſes Conſtantinopolitanus efficitur,
Cum prius, ut moris erat, Monaſticum habitum induiſſet.

Quod vero hic ait Ephræmius Gregorium Cyprium *a prima ætate patria paternaque domo fuiſſe extorrem*, lucem accipit ex Pachymere, qui lib. VII. cap. XXXIV. refert, Gregorium apud Italos natum, & adultum, ſeſeque poſtmodum inter Græcos conjeciſſe: Τί πάσχοιμι, ἔλεγεν (Veccus ſcilicet,) ἐμὲ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις, καὶ ἐν Ῥωμαίοις γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα πυκναῖς περιβαλλόντες κακολογίαις, ἔπειτα φεύγετε· ἄνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ αὐτὰ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ σχήμασι καὶ γλώττῃ πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφρήσαντα δι' ἐπαίνων δέχεσθε. *Quid paſſi, dicebat* (Veccus,) *me apud Græcos & ex Græcis natum & adultum, frequentibus onuſtum maledicentiis, fugitis, virum vero, apud Italos & natum & adultum, prætereaque ipſo habitu & lingua in Græcos intruſum, non ſine laude accipitis?* pag. 939. Cætera vero, quæ ad Gregorium Cyprium ſpectant ac ejus Patriarchatum, videri poſſunt apud Pachymerem & Gregoram, qui fuſe de eo ſcripſerunt; necnon apud alios Scriptores, qui res illius ævi memoriæ prodiderunt. Reſtat nobis ut de hujus Patriarchatus annis, ac ejus depoſitione aliqua dicamus. Gregorius Cyprius, uti ſupra ex Pachymere demonſtravimus, renuntiatus fuit Patriarcha menſe Martio anni Chriſti 1283. & die Palmarum, qui illo anno incidebat in diem undecimum menſis Aprilis conſecratus fuit Patriarcha CP. a Germano Heracleenſi Antiſtite. Hic cum ſediſſet annis ſex, Patriarchatum abdicavit circa menſem Junium anni Chriſti 1289. Cur autem Gregorius Patriarchatui vale dicere cogitur pluribus exponit Pachymeres, ex quo quidem auctore, & ex ſcriptis ejuſdem Gregorii, necnon Joannis Chilæ Metropolitæ Epheſii quæ hic ſubjiciemus, rerum quæ in hac cauſa geſtæ ſunt ſeriem adornavit doctiſſimus noſtrique amantiſſimus, Micheal Lequien, nobiſque pro more perhumaniter obtulit. Et ſic habet: Nicephorus Gregoras perſtringit paucis, nec ſatis enarrat, quæ cauſa fuerit, qua Georgius, ſeu Gregorius Cyprius Byzantino Patriarchatu cedere cogeretur. Cuncta vero fuſe & ad longam Georgius Pachymeres recitat libro primo & ſecundo hiſtoriæ Andronici Palæologi: quorum hæc ſumma eſt. Convocato propter quaſdam de Patriarcha Cyprio Joannis Becci expoſtulationes, Epiſcoporum, Clericorum, & Monachorum, necnon procerum Imperii coram Imperatore cœtu ſeu concilio, cui Gregorius ipſe Conſtantinopolitanus & Athanaſius Alexandrinus præerant, accerſiti, Beccus ejuſque ſocii Conſtantinus Meliteniota & Georgius Metochita, de Spiritus ſancti proceſſione diſputaverunt. Cumque præter quemdam Nyſſeni Gregorii locum, quo Spiritus, διὰ τοῦ προσεχοῦς, *per illum qui proxime & contigue eſt ex Patre procedere* dicitur, alterum ex Joanne Damaſceno protuliſſent, quo aſſeritur Pater διὰ Λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *per Verbum eſſe manifeſtantis Spiritus productor*; hicque genuinus & ſincerus eſſet agnitus, neque de proceſſione alia quam de ſempiterna intelligendus veniret, in mirus ambages ſchiſmatici concluſi ſunt. Conventu ſoluto ne Beccus cum ſuis viciſſe videretur, Patriarchæ Gregorio data provincia eſt libelli condendi, quo Damaſceni dictum a Becci & Latinorum ſententia alienum oſtenderetur, conciliareturque cum illis aliis ejuſdem Doctoris verbis, ἐκ δὲ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, *Ex Filio autem Spiritum non dicimus*. Scriptus a Cyprio Tomus, in Eccleſia lectus fuit, quem Imperator, & ipſe Patriarcha nonnullique alii ſubſcriptionibus ſuis munierunt: multis tamen refragantibus, qui, nec minis, nec tormentis adduci potuerunt ut ſubſcriberent. Quorum renitentiæ hæc cauſa erat, quod in Tomo enuntiaretur, priore Damaſceni loco ſignificari Patrem eſſe Spiritus per Verbum productorem, non ut Spiritus per Verbum exſiſtat, ſed ut per illud effulgeat. Verba quippe Tomi hæc erant, quæ refert Leo Allatius in Vindiciis Syn. Epheſ. cap. 60. ex orat. 4. Joſephi Bryennii de Trinitate. Εἰ καὶ γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ παρά τισι τῶν ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται. *Licet enim apud ſanctos aliquos per Filium procedere affirmetur, dictum hoc progreſſum in æternam effulſionem, non ad hoc ut ſit, pure & proprie ſignificat*: alia libelli ejuſdem excerpta poſt Bryennium Allatius addit in eumdem ſenſum convenientia. Plura vero legi poſſunt apud Beccum, qui Cyprii Tomum opuſculis duobus confutavit, quæ exſtant in ſecundo volumine Græciæ orthodoxæ. Qui Patriarchæ Tomum improbabant, non capiebant, inquit Pachymeres, quid tandem diſcriminis eſſet inter productionem Spiritus ſancti ad exſiſtentiam, & proceſſionem ad ſempiternam exſplendeſcentiam; eo maxime quod Eccleſiæ Doctores divinarum perſonarum Filii & Spiritus ſancti, emanationes ex Patre ſeu proceſſiones ἐκφάνσεις *effulgentias*, plerumque vocitarent: unde illi concludebant, datam a Gregorio expoſitionem Latinorum cauſæ favere magis, quam nocere. Editum igitur contra ſe Tomum, ubi primum Beccus accepit, calamum adverſus illum ſtrinxit, ac præter Byzantinorum ſpem, qui nihil niſi inconditas furentis animi voces ab eo præſtolarentur, ſolidiſſima confutatione crucem pag. 940.

adverſariis fuit, tantamque Patriarchæ Schiſmatico conflavit invidiam, ut omnes illum in ipſius Joannis Becci, cujus olim Socius fuerat, ſententiam conſpiraſſe arbitrarentur. Nec ab re quidem; quippe cum præter illa quæ poſt Allatium attuli, alium ſenſum non reddant altera hæc Tomi verba quæ apud Beccum leguntur oratione r. Ἀλλὰ δι' υἱοῦ, καὶ ἐξ υἱοῦ φυσικῶς ὑπάρχειν, ἀλλ' οὐ δι' υἱοῦ καὶ ἐξ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν οἱ εἰρηκότες πατέρες τὸ πνεῦμα ἔφασαν. *Patres dixerunt, Spiritum per Filium & ex Filio naturaliter exſiſtere: non item per Filium & ex Filio exſiſtentiam habere.* Quaſi vero *per Filium & ex Filio exſiſtere*, non idem ſonet, atque, *per Filium & ex Filio exſiſtentiam habere*, &c. vice verſa. Quid diſtinctione iſta ſtolidum magis excogitari poſſit? Legatur Beccus tom. 2. Græc. Orthod. pag. 232. Alia vero rurſum ex eodem Tomo peſſimæ doctrinæ plena ſtrenuus iſte rei Catholicæ defenſor & patronus carpit, quorum hoc præ cæteris minime prætermittendum cenſui. Scilicet ajebat Cyprius; μηδὲν καινὸν εἶναι, μηδὲ τῆς γραφικῆς συνηθείας ἀλλότριον, εἰ τὸ πνευματικὸν χάρισμα, ἅγιον ἐνίοτε πνεῦμα καλεῖται. καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔστιν ὅτε προσοικειοῦσθαι τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος κλῆσιν, ὡς τὸ ἡλίου λαμπηδὸν καὶ αὐγὴ πολλάκις τὴν τοῦ ἡλίου. *Nihil eſſe novi, neque a Scripturæ conſuetudine alienum, ut ſpirituale donum Spiritus ſanctus appelletur: quinimo actionem aliquando ſibi nomen agentis adſciſcere, veluti ſplendor & radius ſol ſæpenumero nuncupatur.* Quibus verbis ſignificabat, æternam Dei actionem, ſempiternum lumen divinum, quæ tribus perſonis communia ſunt, *Spiritum ſanctum* quandoque appellari. Id quod explicatius ipſe declarat in fragmento alterius, ni fallor, operis *contra Beccum*, quod mihi ſuppeditavit codex Regius 2953. & cujus magnam partem alibi recitavi in diſſertatione Critico-hiſtorica *de Proceſſione Spiritus ſancti*. Atqui hæc præambulam Gregorii Palamæ impietatem continebant, divinam operationem, quam Θεότητα *Deitatem* appellabat, re a Dei eſſentia diſtinctam, Deoque & Perſonis tribus coæternam eſſe, ipſamque creaturis ratione præditis communicari contendentis. Quocirca Beccus æmuli ſui erratum arguit allato capite integro Theodori Abucaræ quod inter edita vigeſimum ſeptimum eſt, & quo nihil diſertius Palamiticæ inſaniæ opponi poſſit. Hanc autem divini luminis & operationis a divina eſſentia diſtinctionem tunc primum, cum ante audita non fuiſſet, auctore Cyprio invectam fuiſſe his verbis Joannes Beccus teſtatur. ὁ δὲ τὴν καινοτομίαν, ὥς φησι, γεννήσας ἐνδιαιτῆσαι συκοφάντας ἡμᾶς καὶ τῆς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ὑβρίζει, τοῦτο τὴν θεολογικὴν μετιόντας ὁδόν, τί ἂν παρ' ἡμῖν κληθείη αὐτὸς ὁ οἴκοθεν καὶ ἀπὸ καινοτομίας ἄρτι δογμάτων φωνὰς τῇ τοῦ Θεοῦ εἰσαγαγεῖν ἐκκλησίᾳ. *At veritatis, qualem ſe ipſe dicit, præclarus vindex, qui calumniatores & ſanctorum contumeliatores nos vocat, qui hac ratione res Theologicas tractamus, quinam a nobis ipſe compellabitur, qui ex propriis ſuis, & nunc primum e ventre novellas placitorum voces in Eccleſia Dei proferre aggreditur.* Teſtimonium illud Becci obiter attuli, quo evincerem, nequaquam eum, dum Patriarcha Conſtantinopolitanus eſſet, Palamam ejuſque errores præſcripſiſſe, tametſi id Combefiſio noſtro, quando ſecundam Noviſſimi ſui Auctarii partem edebat, perſuaſum fuit: quin potius Palamæ Cyprium præiviſſe, ejuſque hæreſim ſuis in ſcriptis contra Beccum præformaſſe. Quamobrem Joannes ille Patriarcha, a quo Gregorium Palamam primum fuiſſe damnatum Cypariſſiotes tradidit, aut Joannes Glycus fuit, aut potius Joannes Calecas Aprenus, Eſaiæ ſucceſſor, quod cum hiſtoriis Cantacuzeni & Nicephori Gregoræ conſentaneum prorſus eſt. Joannis Becci adverſus Tomum lucu-
Edit. Pariſ. brationes animos adverſariis Gregorii addiderunt,
pag. 441. ut ardentioribus ſtudiis contra illum inſurgerent.
575. Horum præcipui erant Joannes Chilas Metropolita Epheſinus, Daniel Cyzicenus, & Theoleptus Philadelphienſis, cum quibus ſe Muſalo magnus Logotheta adjunxit. Leo Allatius lib. 2. de Conſenſ. cap. 21. col. 513. Libellum Græce Latineque edidit, quem Chilas Imperatori contra Tomum obtulit. Quod in cauſa fuit ut Cyprius Tomi ſui expoſitionem ſcriberet, quæ nunc primum prodit ex cod. Reg. 3442. In ea expoſitione contendere pergit, aliam eſſe Perſonæ divinæ Spiritus ſancti proceſſionem ad exiſtendum, & aliam ad effulgendum: primam innui a Scriptura & Patribus, quando Spiritus dicitur a Patre procedere; ſecundam, quando a Patre per Filium. Cæterum Joannem Beccum perjurii accuſat, & libellum recitat, quem ille, ad efferatos adverſum ſe plebeculæ animos placandos, Joſepho Patriarchæ dederat, ſubſcripſeratque, ceu Latinorum dogmati abrenuntiaret, & abdicationem ſuam adprobaret. Qua vero mente Beccus id geſſiſſet, ipſamet declaravit initio diſceptationis ſuæ, quam in concilio coram Imperatore ipſum habuiſſe narravi, quæque horum omnium motuum cauſa extitit. Inſuper vero Theoleptus Cyzicenus Patriarchæ Gregorio objecit, in Tomo veſtigia reperiri impiæ doctrinæ Marci Monachi, qui librum nuper evulgaverat, in quo nomen προβολεὺς *productor*, ambiguo perinde ſenſu uſurpatum narrat Pachymeres, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμωνυμίζει τὴν λέξιν προβολεύς. Hunc Marcum alienigenam fuiſſe, non Græcum, idem Hiſtoricus tradit, & quantum ex inſcriptione Confeſſionis Gregorii, de qua mox dicetur, colligitur, ex Hebræo Chriſtianus factus fuerat, ac ſubinde Monachus. Ex quo revincitur amplius error viri illius alioqui doctiſſimi, qui Marcum hunc eundem eſſe putavit ac Marcum Epheſium, qui poſt centum & quinquaginta annos contra Latinos diſputavit in Synodo Florentina. Ejus quidem errori favere videtur, quod in indice Bibliothecæ Scoriacenſis legatur, Γρηγορίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου ἀπολογία εἰς τὴν ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου, *Gregorii Patriarchæ Conſtantinopolitani Cyprii apologia in epiſtolam Marci Epheſii*. Verum librarii oſcitantia vel imperitia factum eſt, ut vox τοῦ Κυπρίου *Cyprii*, interjecta ſit: cum hoc opus reddendum ſit Gregorio Protoſyncello, qui poſtremus Byzantinorum Patriarcharum fuit, ante captam a Turcis civitatem: niſi tamen pro Μάρκου τοῦ Ἐφέσου, ſcribendum fuerit Ἰωάννου τοῦ Ἐφέσου *Joannis Epheſii*, Chilæ ſcilicet adverſarii Gregorii Cyprii; quod obiter a me dictum ſit. Atqui Marcus ille Monachus exiguum volumen quod ſcripſerat, emendatum jactabat, & adprobatum a Patriarcha, quicum arctiſſima neceſſitudine jungebatur. Qua re factum eſt, ut ſtatim atque Marci liber emiſſus in publicum fuit, Gregorius Cyprius ejus auctor cenſitus ſit. Quam criminationem Patriarcha ut repelleret, *Confeſſionem*, quam dixi, *fidei* condidit, qua Marci dogmata exſecratus eſt. Id quod etiam in altero ſupplice ad Andronicum Imperatorem libello præſtitit. Interim qui pro Gregorio ſtabant, Athanaſium Alexandrinum, Imperatore annuente, compellunt ut Tomo ſubſcribat; quod tamen ille facere noluit; cauſatus ſibi ſatis otii & facultatis non eſſe ad ſingulas ejus voces explorandas, eo maxime quod Conſtantinopolitanorum mores & ſenſus perſpectos non haberet. His commotus Imperator, ardens ſuum erga Cyprium ſtudium temperare cœpit, eique colloquium publicum exoranti, in quo mentem planius ſuam explicaret, annuit primum, mox vero mutata ſententia abnuit, veritus ne idem accideret quod in anteriore cum Becco diſputatione, ex qua res Eccleſiæ nihilo pacatiores evaſerant. Quinimo Andronicus miſit, qui ſedis abdicationem ab ipſo poſcerent. Jam enim Cyprius e Patriarchali domo in Hodegorum monaſterium migraverat, in quo ſcribendis pro ſua defenſione libris vacabat. Poſthac autem, ne Patriarcha inauditus damnaretur, publicum conventum Imperator edixit, in quo lecta eſt illius *Confeſſio fidei*, & ab omni pravæ doctrinæ ſuſpicione immunis judicata. Nihilominus Epheſinus Metro-

Digitized by Google

politæ & Cyzicenus palam proreſtati ſunt, minime ſe in commuoiooem poſſe venite eum homine qui certis de cauſis hæreſis invidia aſperſus eſſet. Cui ſententiæ quia pertinaciter adhæreſcebant, nec Imperatoris monitis & adhortationibus ceſſerant, in ſeparatas cuſtodias uterque miſſus eſt, e quibus non niſi poſt annos aliquot, & vix ægre educti ſunt. At Theoleptus Philadelphienſis omnem offenſionem hanc ex ſolo Marci libro acceptam prætexens, Gregorium rectæ fidei alumnum judicatum iri dixit, ſi Marci doctinam deteſtaretur (diſertius utique quam in coofaſſione & in libello ad Imperatorem.) Quod quidem a Cyprio præſtitum fuiſſe, Pachymeres non narrat: ſed, cum hæc ille audiſſet, gratiis actis Imperatori, poſtera die eeſſionis libellum dediſſe. Rurſum vero Imperator, collectis iterum Synodis, operam ponebat, ut Tomus ſaltem emendaretur & exponeretur: id quod tamen ſelecti ad hoc operis viri cooficere nullatenus potuerunt, eum de germano Damaſceni ſenſu tradendo inter eos nequaquam coovenitet. Τέλος, inquit ſæpe laudatus Pachymeres, *ἐπεὶ οὐκ ἦν συμφωνεῖν ἐκεῖ τῇ τοῦ γράμματος διορθώσει, ἀντεξεῖλον τέλεον τὴν ἐξήγησιν, κρεῖττον ἡγησάμενοι μὴ ὅλως τὸ ῥητὸν ἐξηγεῖσθαι, ἢ ἐξηγουμένους ἀναρρίπτειν κίνδυνον.* Ac conſulto prorſus. nam præter Becci expoſitionem, qua ſincerior altera non occurrebat, ut, poſitis præjudiciis, ſentiunt omnes, qui in libris ejus legendis operam ponunt, Cyprius in Apologia quam pro ſuo Tomo iterum ſcripſit, illos adverſarios refellit, utique Schiſmaticos, nec a Joaone Epheſio, Daoiele Cyziceno, & Theolepto Philadelphienſi diverſos, qui Joannis Damaſceni dictum *προβολεὺς διὰ Λόγου ἐκφαντορικοῦ πνεύματος*, *manifeſtatis Spiritus per Verbum productor*, ſic interpretarentur, ac ſi *διὰ Λόγου per Verbum*, *δι᾽ υἱοῦ*, *per Filium*, apud ſanctos Patrem idem ſonaret, atque *σὺν τῷ Λόγῳ cum Verbo*, *μετὰ τοῦ υἱοῦ*, *cum Filio*, *ἅμα τῷ υἱῷ*, *una cum Filio*: quam quidem poſtremam interpretationem, tum Patrum ſententiis, tum Grammaticæ legibus & uſui contrariam pluribus oſtendit & evincit. Interim vero Joannes Beccus præter libros adverſus Gregorii Cyprii Tomum quos citavi, quatuor alios ad Conſtantinum, Meliteniotam utique, ſcripſit quibus ejuſdem Tomi expoſitiooem a Cyprio adornatam, confutavit. Hos etiam Leo Allatius cum aliis edidit tom. 2. Græciæ Orthodoxæ. Gregorii vero Cyprii opuſcula, quæ in codicibus Regiis, ac præſertim 3442. reperi, hic ſubjicienda cenſui, quo rerum geſtarum ſeries melius a ſtudioſo lectore percipiatur.

Digitized by Google

Ἔκθεσις τοῦ τόμου τῆς πίστεως κατὰ τοῦ Βέκκου, παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου Κυρίου Γρηγορίου τοῦ Κυπρίου, οὗτινος ἐπιλάβοντό τινες, καὶ γέγονε πρὸς ἐκείνους ἡ ἀπάντησις ἰσχυρά.

Ἔσχε μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα πρὸ μικροῦ ταραχὴ καὶ ζάλη τῇ ἐκκλησίᾳ πατέρα οἷον καὶ ἀρχηγὸν, αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἀντικείμενον φθόνῳ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἀεὶ βαλλόμενον, καὶ τὰ ταύτην ἀπείργοντα ζητεῖν τε καὶ πραγματεύεσθαι οὐδέποτε ἀφιστάμενον. οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπους ἔσχεν οὓς καὶ μὴ ἀρχηγοὺς τὰ πρῶτα τῆς αἰτίας ἔχοντας, ὑπηρέτας δ᾽ οὖν ὅμως καὶ ὄργανα τοσαῦτα ἐκ προαιρέσεως εἰς αὐτὴν τελέσαντας, ὁπόσα δὴ κἀκεῖνος ἐβούλετο. εἰρήνη μὲν οὖν τὸ κατ᾽ ἀρχὰς καὶ οἰκονομία τις ἀκίνδυνος καὶ ἐπὶ συμφέροντι δόξειν τῷ ἡμετέρῳ οὐκ οὖσα τοιαύτη ταῖς ἀληθείαις, ἐπιφημίζεται σκοπὸς τῇ πράξει. καὶ προτείνεται τοῦτο καθάπερ τι δέλεαρ ψυχὰς ἀνθρώπων ἐφέλκον πρὸς τὸ κρυπτόμενον. προτείνεται δὲ μεθ᾽ ὑποσχέσεων καὶ ἀρῶν τῶν φρικωδεστάτων, καὶ λόγων ἐνόρκων τοῦ μὴ ἂν αὐτοῖς ἄλλο τι βούλεσθαι τὴν ἀξίωσιν, ὃ ὅπερ αὐτὰ ταῦτα μετὰ τοῦ ἀζημίου καὶ ἀκινδύνου, εἴτουν ἀναμαρτήτου δηλοῖ. εἶτα βραχὺς ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος, καὶ ἀραὶ μὲν ἐκεῖναι καὶ ὅρκοι ὡσπερεὶ ἐπὶ παντὶ μᾶλλον ἑτέρῳ δὴ τῷ δὲ συνέστησαν ἀμελοῦνται. καταδύεται δὲ οἷον εἰς γῆν τὸ τῆς εἰρήνης καὶ οἰκονομίας ὄνομα, καὶ τῆς τέως αὐτοῖς ἐκείνης δοκούσης κρείττονος πραγματείας, ἀνακύπτει δὲ τὰ τῆς κακουργίας ῥήματά τε καὶ πράγματα· καὶ τολμᾷ τις ἐν ἡμῖν λέγειν, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός· ὅτι καὶ ὁ μονογενὴς αἴτιος αὐτοῦ, καθὰ δὴ καὶ ὁ τοῦ μονογενοῦς γεννήσας πατήρ. κἀντεῦθεν ἀρχὴν ἡ ταραχὴ λαμβάνει, καὶ ὁ μέγας λοιπὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἀναρριπίζεται πόλεμος. Ὅτι μὲν οὖν τὸ προσφάτως διαταράξαν ἡμᾶς ἔκφυλον τοῦτο δόγμα οὐ πρόσφατόν ἐστι τὴν γένεσιν, καὶ παρ᾽ ἄλλοις ταύτην ἐσχηκὸς οὐχ ἡμῖν, πάντες τε ἴσασι σχεδὸν, καὶ ἀναδιδάσκειν οὐ χρὴ· πλὴν μετενήνεκται δεῦρο οἷά τις ὑπερόριος λύμη, καὶ ἤκμασε χρόνον ἐφ᾽ ἱκανόν. ἰσχὺν δὲ αὐτῷ ἐναπομάζειν τοσοῦτον Ἰωάννης παρέσχεν ὁ Βέκκος ὑποδοχεὺς αὐτῷ, καὶ οἷον ἀρωγός τις οὐκ ἀφυὴς ἐκθρέψαι γενόμενος. ἀρδόμενος ὡς μὲν ἐγὼ φαίην ἐκ τοῦ πονηροῦ καὶ τῶν τῆς ἀνομίας χειμάρρων. ὡς δὲ ἐκεῖνος ψευδόμενος ἔλεγεν, ἐκ τῶν βίβλων τῶν ἱερῶν, κακούργως ἀναλέγων αὐτὰς, καὶ ἀνθρωπολογῶν ἐκεῖθεν καὶ ἱεροσυλῶν, καὶ τὸν νοῦν ἅμα μὲν τῆς γραφῆς κλέπτων, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐπιπολαίως ἀκροωμένων αὐτοῦ, ἢ καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνου χρυσοῦς ἀφορώντων. πλὴν ὄγδοον μὲν τῷ κακῷ τῷ δὲ ἰσχύοντι καὶ ἐμπολιτευσαμένῳ τοῖς ὧδε σχεδὸν ἠνύετο ἔτος. Τοσοῦτον δὲ κἀκεῖνος τὸν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἆθλον τῆς οὐ καλῆς ἐπικαρπίας εἶχεν ἐνίδρυσιν, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ παρ᾽ ὅλον τοῦτον τὸν χρόνον, Θεοῦ συγχωροῦντος δι᾽ ἁμαρτιῶν πάντως πλῆθος, ᾧ δὴ μόνῳ τὸν ἀπαθῆ παροργίζομεν ἀθλίως ἔχειν ὑπῆρχε καὶ καρτερεῖν τὰ δεινότατα. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα παρακαλεῖται Θεὸς ἐφ᾽ ἡμῖν τοῖς δούλοις αὐτοῦ, καὶ ἵλεων ἐφορᾷ, καὶ ἀνίστησι βασιλέα, τούτῳ δὴ μόνῳ δοκοῦντα ζῆν, ὥστε πράττειν τὰ δοκοῦντα Θεῷ, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ὥσπερ πάλαι τὴν πεπτωκυῖαν καὶ κατεσκαμμένην σκηνὴν Δαβὶδ, ἀνίστησι δι᾽ αὐτοῦ. καὶ γίνεται μὲν ἐκ τοῦ μέσου ὁ τὴν πονηρίαν καὶ τὰ ζιζάνια ὑποδεξάμενος καὶ αὐξήσας ἄνθρωπος, παρρησίαν δὲ τὸ γνήσιον τοῦ πνεύματος λαμβάνει δόγμα. καὶ ἄδεια τὸ λοιπὸν τοῖς οὕτως μετατιθέναι τὴν θεοφιλῆ πολιτείαν ἐθέλουσιν ἐπὶ τῷ τῆς πίστεως οἰκοδομεῖν θεμελίῳ. ἀλλὰ γὰρ καλὸν καὶ σωτήριον, καὶ κρείττονος ἔργον οἰκονομίας φροντίσαι καὶ τῆς ἑξῆς ἀσφαλείας τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ τὸ ἀκλόνητον αὐτῇ πᾶσι τρόποις περιποιήσασθαι, ἵν᾽ εἴ τις αὐτὴν καὶ αὖθις θεοστυγὴς ἄνθρωπος διασαλεύειν ἐπιχειροίη, ματαίως ἀπελέγχηται, τῷ στερρῷ λόγῳ τῆς ἡμῶν εὐσεβείας ἀποκρουόμενος. γένοιτο δ᾽ ἂν ἱκανῶς τοῦτο, εἰ δύο ταῦτα ἐπέλθῃ πράττειν ἡμῖν, τό θ᾽ ἡμέτερον καὶ ὀρθόδοξον δηλονότι διατρανῶσαι δόγμα, καὶ οἱονεὶ ἐφ᾽ ὑψηλῆς καθάπερ τινὰ εὐσεβείας ἐνιδρῦσαι στήλην, ὡς εἴη πᾶσι κατάδηλον, πόρρωθεν ὁρώμενον, καὶ εἰς ἑαυτὸ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς ἐπιστρέφον. καὶ δεύτερον τὸ πονηρὸν καὶ ὀλέθριον, εἴτουν ἀλλότριον, γνώριμον καταστῆσαι, ὅπως ἐμφανὲς καὶ τοῦτο γενόμενον ἀποστρεφομένους αὐτὸ τοὺς πάντας τό γε ἐξ ἡμῶν ἔχῃ καὶ βδελυττομένους καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ σπουδῇ διαφεύγοντας κίνδυνον.

Ἡμεῖς τοίνυν ὥσπερ γλώττῃ ὁμολογοῦμεν ὡς καὶ τῇ καρδίᾳ πιστεύομεν. πιστεύομεν δὲ ὡς ἄνωθεν καὶ ἐκ πατέρων ἐδιδάχθημεν. ἐδιδάχθημεν δὲ καὶ πιστεύομεν, εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, ἄναρχον μὲν καὶ ἀγέννητον καὶ ἀναίτιον. ἀρχὴν δὲ φυσικὴν καὶ αἰτίαν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν, τὸν ἀχρόνως καὶ ἀρρεύστως ἐξ αὐτοῦ ὁμοούσιον αὐτῷ γεννηθέντα, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ συμπροσκυνούμενον Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ὡς συναΐδιον καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ τῆς κτίσεως συνδημιουργόν. Πιστεύομεν τὸν ἕνα ταύτης τῆς ὑπερουσίου καὶ ζωαρχικῆς τριάδος, τὸν μονογενῆ λόγον κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ ἐνανθρωπῆσαι, τουτέστι τέλειον ἄνθρωπον γενέσθαι μένοντα Θεὸν, καὶ μηδὲν μεταβαλόντα τῆς θείας οὐσίας διὰ τὴν πρὸς σάρκα κοινωνίαν, ἢ ἀλλοιώσαντα, ἀλλ᾽ ἄνευ τροπῆς προσειληφότα τὸν ἄνθρωπον. ἐν αὐτῷ τε πάθος καὶ σταυρὸν ὑπομεῖναι τὸν παντὸς πάθους κατὰ τὴν θείαν φύσιν ἐλεύθερον, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνεληλυθότα, ἐκ δεξιῶν καθίσαι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Πιστεύομεν κατὰ τὰς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων παραδόσεις τε καὶ εἰσηγήσεις, τῆς μιᾶς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἔτι δὲ τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου μίαν ὑπόστασιν ὁμολογοῦντες, καὶ ἕνα πι-

Digitized by Google

τεύοντες τὴν αὐτὸν καὶ κηρύττοντες Χριστὸν ἐν δυσὶν οἴδαμεν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ταῖς φύσεσι, τὰ ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς καὶ ἃ πέφυκε σώζοντα. ἀκολούθως δὲ καὶ δύο ἐνεργείας αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ δύο πρεσβεύομεν θελήματα, ἑκάστης τῶν φύσεων τὸ ἴδιον θέλημα, καὶ τὴν οἰκείαν σωζάσης ἐνέργειαν· προσκυνοῦμεν σχετικῶς, καὶ οὐ λατρευτικῶς καὶ τῶν θείων καὶ σεπτῶν εἰκόνων αὐτοῦ τε Χριστοῦ καὶ τῆς παναγίου Θεομήτορος, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐπὶ τὰ πρωτότυπα τὴν πρὸς ταύτας διαβιβάζοντες τιμήν. τοὺς δὲ ἄλλως ἢ οὕτω φρονοῦντας, ὡς ἀλλοτριόφρονας ἀποβαλλόμεθα. ἀποβαλλόμεθα δὲ καὶ τὴν πρὸ μικροῦ γεγονυῖαν εἰρήνην, ὡς τὴν πρὸς Θεὸν ἡμῖν προξενήσασαν ἔχθραν. ἐπειδήπερ ὡς ἐν πλάσματι οἰκονομίας τὴν ἐκκλησίαν κατέτεμε καὶ ἐλυμήνατο, πεῖσθεῖσα αὐτὴν διὰ τῆς ἀθελησίας καὶ φρενῶν παραξοπῆς τῶν τὴν ἰδίαν, ἀλλ᾽ οὐ τὴν τοῦ Θεοῦ εὖσαν δόξαν ζητούντων ἀποκλῖναι μὲν τῆς ὀρθοδοξίας καὶ τῆς ὑγιοῦς τῶν πατέρων διδασκαλίας, εἰς κακοδοξίας δὲ καὶ βλασφημίας ἀπολισθῆσαι κρημνόν. Ἀθετοῦμεν τὰς ἐπικινδύνους περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως λαληθείσας αὐτοῖς φωνάς. τὸ γὰρ παναγιον Πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου μαθόντες, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ὁμολογοῦμεν, καὶ αὐτὸν τὸν εἶναι ὑποστατικῶς αὐχεῖν αἴτιον, ὥσπερ δῆθεν καὶ αὐτὸς ὁ Υἱός. τὸν δὲ Υἱὸν ἐκ Πατρὸς μὲν οἴδαμεν καὶ πιστεύομεν, καὶ αἴτιον ἑαυτοῦ καὶ ἀρχὴν φυσικὴν τὸν Πατέρα πλουτεῖν, ὁμοούσιον δὲ καὶ συμφυὲς τὸ ἐκ Πατρὸς ἔχειν Πνεῦμα. οὐ μὴν δὲ καὶ αἴτιον αὐτὸν τοῦ πνεύματος ὑπάρχειν ἢ μόνον, ἢ μετὰ τοῦ πατρός. ὅτι μηδὲ ὕπαρξις τῷ παναγίῳ Πνεύματι διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καθὰ δὴ καὶ ἐνόησαν καὶ ἐδογμάτισαν οἱ εἰς ἀπώλειαν ἑαυτοὺς καὶ Θεοῦ μακρυσμὸν ἐκβιάζοντες. οὓς δὴ καὶ ὡς οὐ περὶ τὴν ὑγιῆ πίστιν ὀρθοδοξοῦντας, ἀλλ᾽ ἀριδήλως βλασφημοῦντας, καὶ διεστραμμένα καὶ φρονοῦντας καὶ λέγοντας ἀποστρεφόμεθα, καὶ τῆς ἡμῶν ἀποκόπτομεν κοινωνίας, τὸ δεινοτάτης καὶ μέχρις αὐτῆς ἀφόρητον ἀκοῆς διαπεπραγμένους. τοῦ γὰρ ἡμετέρου γένους καὶ δόγματος ἄνωθεν ὄντες, καὶ εἰς τήνδε τὴν ἐκκλησίαν πλουτοῦντες, ὅμως ἐπανέστησαν κατ᾽ αὐτῆς, καὶ ἠθέτησαν τὴν καὶ ὠδίνησασαν αὐτοὺς πνευματικῶς καὶ ἐκθρέψασαν, καὶ κίνδυνον αὐτῇ τὸν ἔσχατον περιέστησαν, τέκνα μωμητὰ φανέντες, υἱοὶ ἀλλότριοι χωλάναντες ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. γενεὰ πονηρὰ καὶ διεστραμμένη, οὐ καλὰ Κυρίῳ τῷ Θεῷ, οὐδὲ γε τῇ μητρὶ Ἐκκλησίᾳ ἀποδόντες ἀνταποδόματα. δέον γὰρ πάντα κίνδυνον ὑπὲρ αὐτῆς καὶ τῶν αὐτῆς ἐπαινουμένων δογμάτων, καὶ μηδ᾽ αὐτὸν ἀπαναίνεσθαι θάνατον. οἱ δὲ καὶ χεῖρον ἢ ἄνθρωποι φύσει πολέμιοι διετέθησαν πρὸς αὐτήν, μελαγχολίαν νοσήσαντες ἀνίατον, καὶ τὴν τῶν πολεμίων καὶ φίλων καθάπαξ ἀποβεβληκότες διάγνωσιν. ὧν, ὡς εἴρηται τὰ πρῶτα Ἰωάννης ἔχει ὁ Βέκκος, ὃς ἐπειδὴ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν Χριστὸς ἐπεσκέψατο, καὶ τὴν ἐναντίαν αὐτῇ τε τούτῳ καὶ τῷ πονηρῷ ἐκινήθη συντάγματι, καὶ καθαρῶς εἰς ἀνάρρυσιν ἐχώρησεν. ἐξ οὗ καὶ τὴν ἑαυτοῦ γλωσσαλγίας τὰς ἀξίας ἔμελλεν εἰσπράττεσθαι δίκας, δόξας ἐσχηκέναι μεταμέλον ἐφ᾽ οἷς λυττήσας κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐνανισάσατο. λίβελλον συνθέμενος εὐσεβῆ, καὶ τοῦτον τῇ εὐθυμούσῃ τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐγχειρίσας συνόδῳ, οὐκ ἔφθη φιλανθρωπίας γευσάμενος, καὶ τῆς καταδίκης ἐκτὸς γενόμενος, καὶ ἐπὶ τὸν ἴδιον αὖθις τῆς βλασφημίας ἔμετον ἐπιστρέφει.

Ἀλλ᾽ ἐκθετέον καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν λίβελλον, ἵνα πάντες ἀκούσαντες δοκιμάσωσιν εἰ μὴ δικαίως ἐκεῖνος καταδεδίκασται. ἔχει τοίνυν ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς λέξεως οὑτωσί. Ἐπείπερ ἐπὶ τῇ προβάσῃ ἐπισφαλοῦς οἰκονομίᾳ τῆς δῆθεν ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, ὥστε συνεκπαγαγεῖν με πάντας εἰς τὴν τοιαύτην εἰρήνην, συνέβη λαλῆσαί με καὶ γράψαι περὶ δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν, ἐν οἷς εὑρέθησαν καί τινα ῥηθέντα παρ᾽ ἐμοῦ ἀπᾴδοντα τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις δόγμασι, καὶ ἐπισφαλῶς ἔχοντα, ἅπερ οὕτως ἔχοντα καὶ ἡ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος ἐφωράσατο. ἤγουν τὸ λέγειν με ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αἴτιον ἔχει τῆς ἑαυτοῦ ὑπάρξεως τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. καὶ εἰς τοῦτο φέρει καὶ συμφωνεῖ καὶ ἡ λέξις ἡ λέγουσα τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς δι᾽ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὅθεν καὶ δύο ἀναφαίνεται τοῦ Πνεύματος αἴτια, καὶ ἡ προσεχὲς, καὶ ἡ πόρρωθεν ἀρχὴ ἐντεῦθεν εἰσφέρεται· καὶ τοσοῦτον ἐστι καὶ ὁ Υἱὸς αἴτιος τῆς ὑπάρξεως τοῦ Πνεύματος, ὅσον ἥκει εἰς τὴν διὰ. ταῦτα πάντα ἐπεὶ ἐν τοῖς ἐμαυτοῦ συγγράμμασι καὶ λόγοις ἐμφερόμενα εὕρηνται, ἐμοῦ ταῦτα καὶ οὐκ ἄλλου φρονήσαντος καὶ γράψαντος, καὶ πρὸς τούτοις καὶ τὸ λέγειν αἴτιον ἓν τοῦ Πνεύματος τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, ἐξ ὧν ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ πηγῆς ἔχει τὸ εἶναι. ταῦτα πάντα, καὶ εἴ τι ἕτερον εἰς τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν φέρει τοῦ δόγματος, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν φοβερῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, ἔτι δὲ καὶ ἐνώπιον τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου ἐκ ψυχῆς μέσης, χωρίς τινος δολιότητος, καὶ τὰ ἄλλα μὲν κρύπτειν, ἄλλα δὲ λέγειν ἀποτρέπομαι, καὶ ἀθετῶ, καὶ ἀποβάλλομαι, ὡς εἰς ἔσχατον ψυχῆς ὄλεθρον φέροντα. ὁμολογῶ δὲ καρδίᾳ καὶ στόματι, καὶ φρονῶ, καθὼς ἄνωθεν ὁμολογεῖ ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία, τὴν ἁγίαν τριάδα, τὸν ἕνα Θεὸν οὕτως. ὅτι ὁ Πατὴρ οὔτε ἐξ ἑτέρου, οὔτε ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχει, ἀλλ᾽ ἄναρχός ἐστι καὶ ἀναίτιος· ὁ δὲ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐκ Πατρὸς τὴν ὕπαρξιν γεννητῶς καὶ αἴτιον ἔχει τὸν Πατέρα. τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογῶ καὶ πιστεύω, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχει ἐκπορευτῶς. καὶ ὁ πατὴρ κατὰ τὰς ἱερὰς τῶν διδασκάλων φωνὰς αἴτιός ἐστι τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· τῆς, διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, φωνῆς μηδ᾽ ὅλως εἰσαγούσης τὸν Υἱὸν αἴτιον εἶναι τοῦ Πνεύματος, ἢ καθ᾽ ἑαυτὸν, ἢ μετὰ τοῦ πατρὸς, ὡς εἶναι τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα κατὰ τὴν ἐπισυναλῆ τινῶν καὶ ἀλλοκότων ὑπόληψιν ἓν αἴτιον καὶ μίαν ἀρχὴν τοῦ Πνεύματος. ταῦτα μὲν οὕτω φρονῶ, καὶ εὔχομαι μέχρι καὶ τελευταίας ἀναπνοῆς οὕτω με φρονοῦντα εὑρίσκεσθαι, καὶ ἐν πᾶσι δόγμασιν ὁμοφρονεῖν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, κατὰ τὴν ἀναγεγραμμένην ὁμολογίαν. πάντας δὲ τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας, ἢ καὶ εἰς τὸ μέλλον φρονήσοντας, ἀκοινωνήτους ἔχω καὶ ἀποβλήτους, καὶ πόῤῥω τῆς τῶν Χριστιανῶν ὀρθοδόξου πίστεως. ἀπὸς ἔστω ἡ τῆς ἐμῆς ὁμολογίας καὶ

Αὕτη ἡ τοῦ Βέκκου μετάνοια καὶ ἀποβολὴ τῶν βλασφήμων αὐτοῦ δογμάτων κἂν πάλιν μετὰ μικρὸν παλινδρομῶν πρὸς αὐτά, ἡ ὥσπερ κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐπιστρέψας ἔμετον.

„ πιςέως λίβελλος, δι' ἃ καὶ πᾶσιν ἀνομολογῶ καὶ ἐξομαρτύρομαι καὶ τρανῶς πιςτεύω, ὅπως ἔχω τῆς
„ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείας, καὶ ὅπως ὁλοσχερῶς ἐξέχομαι τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν δογ-
„ μάτων καὶ διδαγμάτων. ἐπεὶ δὲ ἕνεκεν τῆς τόλμης ἧς ἐπισφαλῶς κατετόλμησα εἴς τινα τῶν εἰρημένων θείων
„ δογμάτων κατεδικάσθην καθαίρεσιν τῆς ἀρχιερωσύνης παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πα-
„ τριάρχου, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν θείας καὶ ἱερᾶς Συνόδου, ἐν ᾗ ἐπιδημεῖ καὶ ὁ ἁγιώτατος πάπας Ἀλεξανδρείας
„ καὶ πατριάρχης, δέχομαι καὶ τὴν τοιαύτην καθαίρεσιν, ὡς ἐνθέσμως καὶ κανονικῶς γεγονυῖαν, καὶ στέρ-
„ ξει τὴν τοιαύτην ψῆφον, εἰς δικαίαν καὶ ἔννομον, μηδέποτε πειρασόμενος ἱερωσύνην ἀναλαβέσθαι.

Ταῦτα ἐκεῖνος ἐκθέμενος, καὶ οἰκείᾳ χειρὶ γράψας καὶ ὑπογράψας, ὡς ἄνεσιν ἔλαβεν ἀπὸ τῶν δικαστη-
ρίων, καθάπαξ ἠθέτησε. καὶ πάλιν βιβλία συντάττει, καὶ πάλιν βλασφημίας, καὶ πάλιν δόγματα νόθα,
καὶ λόγους ἄλλους παρεισαγαγεῖν, οὓς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες ἡμῶν. φιλονεικήσας γὰρ ἑαυτὸν τῶν ταύτης τῆς κα-
κίας ἐγκλημάτων ἀνεύθυνον ἀποδεῖξαι, καὶ δέον αὐτὸ μόνῃ μετανοίᾳ, καὶ ἀθετήσει ὧν κακῶς συνέθετο πρά-
ξαι, ὁ δὲ τὸ ἔδει ἀγνοήσας ἐκτρέπεται τοῦ εὐθέος, καὶ τοσοῦτον μᾶλλον ἢ πρότερον εἰς ἀδόκιμον ἐκπίπτει
νοῦν· εἰς εἰκάζειν μὲν αὐτὸν πρὸς μικρὸν τὸ τῆς πλάνης ἀποχωρῆσαι πνεῦμα, ἐπιδραμεῖν δὲ αὖθις αὐτῷ μετὰ
πλείονος τῆς παρασκευῆς, οὐχ ἑπτὰ μόνον συμπαρειληφὸς, ἀλλ' ὅλον λεγεῶνα πνευμάτων, καὶ πᾶσαν αὐ-
τοῦ τὴν τῆς ψυχῆς χώραν καὶ κατασχεῖν καὶ πληρῶσαι. οὐ δὴ χάριν καὶ αὖθις μετακαλεῖται, καὶ λόγους τῆς καλῆς
ταύτης μεταβολῆς ἀπαιτεῖται. μετὰ καλεῖ δὲ αὐτὸν τίς ἕτερος ἢ ὁ ζηλωτὴς Θεῷ παντοκράτορι βασιλεὺς, ὁ καὶ
πρὸς τὴν τῆς ἐκκλησίας καὶ εὐσεβείας ἀνοικοδομὴν, ὥσπερ καὶ χεὶρ αὐτῷ τοῦ Ὑψίστου γενόμενος, ὃν καὶ Μωσῆν ἐσον
ἐγὼ καλοίην ἡδέως, καὶ Θεοῦ θεράποντα κατ' ἐξαίρετον, Αἰγύπτου καὶ δουλείας, οὐ κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην
αἴσθησιν, ἀλλά τινος μακρῷ χαλεπωτέρας τὸν καθ' ἡμᾶς Ἰσραὴλ ἐξαιρούμενον, πλὴν τὸν μὲν βασιλέα
τῆς ὑπηρεσίας ἕνεκεν τούτου, χεῖρας μὲν ἔχουσιν ἐν ἑαυταῖς ἐζωγραφημένας αἱ τοῦ Θεοῦ, βίβλοι δ' ἐκεῖνα
φέρουσι γεγραμμένον. καὶ ἡμᾶς οὐ δεῖ πολλὰ γράφειν περὶ αὐτοῦ. ὁ δέ γε Βέκκος παρὰ τοῦ βασιλέως παρά τε
τῆς ἱερᾶς συνόδου λόγους ἀπαιτούμενος, οὐ χάριν ἐπαινετῆς μεταμελείας ἁψάμενος, καὶ τὴν χεῖρα εὐαγγε-
λικῶς εἰπεῖν ἐπ' ἄροτρον βαλὼν, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ συντιθέμενος ἐπεῖδαι, ἐστράφη πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ εἰς
οὐδὲ τῶν οὐρανῶν οὐκ εὔθετος γέγονε βασιλείαν, ἀλλὰ βλάσφημος τοῦ ὀρθοῦ προτιμήσας, τοσοῦτον οὐκ ἐφθέγξατο
21. Γράμμα πρὸς τ̃ αὐτοκράτορα, περὶ ἐπιστροφῆς πρὸς Θεὸν, καὶ ἵνα ἐπιγνῷ ἕκαστος τὰ οἰκεῖα ϗ τὰ κοινά, ϗ περὶ τοῦ ταραχώδους κτύπου ἐκείνου. fol. 29. *Epiſtola ad Imperatorem de Converſione ad Deum, & ut cognoſcat unuſquiſque privata ac publica, & de ſtrepitu facto.*

22. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα πολιτεύηται δικαιοσύνη, καὶ ἔλεος, καὶ ἀλήθεια fol. 30. *Epiſtola ad Imperatorem, ut adminiſtretur juſtitia, miſeratio & veritas.*

23. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα μὴ ἀναβάλλῃ ποιεῖν τὰ καλά. fol. 30. ℣. *Epiſtola ad Imperatorem, ne bona facere differat.*

24. Γράμμα πρὸς τ̃ αὐτοκράτορα, περὶ τ̃ δοκητῶν Ἰουδαίων, ἵνα ἐξέλθωσιν ἐκ τ̃ πόλεως. fol. 31. *Epiſtola ad Imperatorem, de Deicidis Judæis, ut ex urbe diſcedant.*

25. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ ὅσης ὀφείλουσι ἐπιμελείας ἐνδείκνυσθαι οἱ βασιλεῖς πρὸς τοὺς ὑπηκόους, ἐν ἀρχαῖς τῆς ἱερᾶς ϗ ἁγίας νηστείας Ἰνδ. δ΄. fol. 32. ℣. *Ad Imperatorem, quantam ſubditorum curam Imperatores gerere debeant, in principio Sanctorum jejuniorum, Indict. IV.*

26. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ αὐτοῦ ϗ αὖθις, Ἰνδ. ε΄. fol. 33. ℣. *Ad Imperatorem, de eadem re iterum. Indictione V.*

Edit. Pariſ. pag. 964. 27. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τ̃ τῆς Χριστουγέννων ἑορτῆς, ζητῶν χορηγηθῆναι αὐτοῦ πρόσταγμα σεβάσμιον ἐξ ἑσπέρας τοῦ Σαββάτου, καὶ βασιλικῆς ἑορτῆς βαλανεῖα, ἢ καπηλεῖα μὴ εἰσέρχεσθαι πρὸς πότον τινά. fol. 34. ℣. *Ad Imperatorem de feſto Nativitatis Chriſti, rogans venerandum emitti decretum, ne quis a veſpera ſabbati & regiæ feſtivitatis in balneum aut tabernam ad bibendum intromittatur.*

28. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, προσκαλούμενος αὐτὸν ἐν τῇ πανσέπτῳ κοιμήσει τῆς παναχράντου δεσποίνης καὶ Θεομήτορος. fol. 35. ℣. *Ad Imperatorem, invitans ipſum ad Dormitionem intemeratæ & Deiparæ Dominæ.*

29. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διεγείρων αὐτ̃ πρὸς ἔλεος fol. 36. *Ad Imperatorem, excitans eum ad miſericordiam.*

30. Πρὸς τ̃ αὐτοκράτορα, ὅτι μὴ πρὸς εὐχὰς οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς κατηχουμενίοις συνελθόντες, πρὸς δὲ τρυφὰς ἔβλεψαν. fol. 38. ℣. *Quod ii qui cum Imperatore in Catechumeneis conveniunt, non ad preces, ſed ad voluptatem reſpiciant.*

31. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅτι μὴ προστάσσει ἀπελθεῖν ἕνα ἕκαστον τῶν ποιμένων εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτῷ ποίμνην. fol. 39. ℣. *Ad Imperatorem, cur non jubeat paſtores ſingulos ad gregem ſuum pergere.*

32. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα μὴ δι' ὑπερθέσεων μένωσιν ἀθεράπευτα ἅπερ ἀναφέρομεν ἐγκλήματα, ϗ μὴ τῇ θυρίδι ῥιπτῶνται μόνον τὰ γράμματα. fol. 40. *Epiſtola ad Imperatorem, ne per dilationem illa minima delicta, quæ referuntur ſine remedio maneant, neu litteræ ſolum per feneſtram projiciantur.*

33. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν ἐγγιζουσῶν ἱερουργικῶν οἰκιῶν μετὰ τ̃ θείων ϗ σεβασμίων ἐκκλησιῶν ὅτι ἐστὶ τὸ πολὺ ἁμάρτημα. fol. 43 ℣. *Ad Imperatorem, de domibus quæ divinis ac venerandis Eccleſiis proximæ & conjunctæ ſunt. Quod in hoc ſit grave delictum.*

34. Πρὸς τ̃ αὐτοκράτορα, συμπαθῆσαι ἐξ αὐτ̃ τοῖς ἀπολύσασι ἐξ εἱρκτῆς τὸν Πάξην. fol. 44. ℣. *Ad Imperatorem ut commiſereatur iis qui Paxen ex carcere eduxerunt.*

35. Περὶ τοῦ ὅπως δεῖ συνδραμεῖν ἐν τῷ τοῦ σωτῆρος ἀνάκτων ἐνταφιασμῷ. fol. 45. *Quod oporteat omnes ad Salvatoris ſepulturam concurrere.*

36. Πρὸς τὸν λαὸν ἅπαντα, παρακαλῶν συνδραμεῖν ἐν τῷ τοῦ σωτῆρος ἐνταφιασμῷ. fol. 45. ℣. *Ad univerſum populum, cohortans eum ut ad Domini ſepulturam concurrat.*

37. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ αὐτοῦ fol. 46. ℣. *Ad Imperatorem de eadem re.*

38. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, προσκαλούμενος αὐτὸν ἐν τῷ ἐνταφιασμῷ τοῦ σωτῆρος. fol. 47. ℣. *Epiſtola ad Imperatorem, invitans eum ad celebritatem ſepulturæ Salvatoris.*

39. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, προσκαλούμενος ἐν τῇ πανσέπτῳ κοιμήσει τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. fol. 48. *Ad Imperatorem, invitans eum ad feſtum Dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ.*

40. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ ἐλευθερίας τοῦ καταπολεμοῦντος τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ. fol. 48. ℣. *Epiſtola ad Imperatorem, de aſſerenda in libertatem Eccleſia Chriſti.*

41. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ ὧν ἀναφέρομεν, οὐ διά τι ἀνθρώπινον, ἀλλὰ μόνης χάριν ἀγάπης fol. 49. *Epiſtola ad Imperatorem. Quod non ex humano affectu, ſed tantum charitatis cauſa hæc referamus.*

42. Γράμμα πρὸς τὸν βασιλέα, περὶ τῶν θελόντων ὡς βρῶσιν ἄρτου καταφαγεῖν τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ συναλγεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπερχομένοις αἰτίοις, ὑπὲρ φίλον ϗ συγγενῆ. fol. 50. *Epiſtola ad Imperatorem, de iis qui ſtudent populum Dei devorare ſicut eſcam panis, & quod ipſe condoleat pluſquam amici & cognati, de cauſis quæ accidunt.*

43. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ δωρεᾶς ἧς ἀπολαύσας μὴ ἀμελεῖ ὁ τοιοῦτος χαρισάμενος Θεῷ, ἀξίους ἀποτίνειν καρπούς. fol. 52. *Epiſtola ad Imperatorem. Ne omittans pro dono ſibi collato, conferenti Deo dignos referre fructus.*

44. Γράμμα πρὸς τ̃ αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ ἀναγκάζειν τοὺς ἀρχιερεῖς προσκαρτερεῖν τῇ ποίμνῃ αὐτῶν, ϗ ποιμαίνειν καλῶς τ̃ λαὸν τοῦ Θεοῦ. fol. 54. *Epiſtola ad Imperatorem, de cogendis Epiſcopis, ut cum grege ſuo aſſidue commorentur, & recte populum Dei paſcant.*

45. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν ἀρχιερέων, ἵνα ἐνδιατρίβειν ἕκαστον τῇ λαχούσῃ, μὴ πλέον ἓξ μηνῶν ἐκδημεῖν αὐτοὺς, ὡς τοῖς νόμοις δοκεῖ ϗ κανόσι, καὶ μὴ κατοικεῖν ἐν τῇ βασιλευούσῃ. fol. 56. *Ad Imperatorem, quod debeant ſinguli Epiſcopi in Eccleſiis ſuis manere, neque ab iis plus ſex menſibus abeſſe, ut legibus & Canonibus ſtatutum eſt: & ne habitent in Regia urbe.* *pag. 965.*

46. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, παρακαλῶν εὐεργεσίας τυχεῖν τὸν Οἰνεώτην. fol. 58. *Ad Imperatorem, quem hortatur ut Oenaotæ beneficium impertiat.*

47 Γράμμα πρὸς τ̃ αὐτοκράτορα, ὅπως τυχεῖν φιλοτιμίας τὸν πρωτεύσαντα ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ τὸ συνοδικόν. f. 58. ℣. *Epiſtola ad Imperatorem. Quæ merces ei danda, qui in ſancta Dei Eccleſia Synodicum retulerat.*

48. Γράμμα πρὸς τ̃ αὐτοκράτορα, περὶ τ̃ αἰσχροκερδείας ϗ τ̃ προνομίων τ̃ ἐκκλησίας f. 59. *Epiſtola ad Imperatorem, contra turpis lucri cupidos, & de privilegiis Eccleſiæ.*

49. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν θείων ναῶν τιμᾶσθαι, καὶ λαμπρύνειν καὶ κοσμεῖν, ϗ μὴ ἐν μέσῳ τινὰ κατηχουμενίοις, καὶ μὴ οἴκους τινῶν ἐγκολλᾶσθαι τοῖς θείοις ναοῖς f. 59. ℣. *Epiſtola ad Imperatorem, de honorandis & exornandis divinis templis; quod neminem deceat in Catechumeneis habitare; neque domos quorumpiam divina templa contingere par ſit.*

50. Πρὸς τ̃ αὐτοκράτορα, ὅπως μὴ παντὶ βουλομένῳ λέγειν ἐπιδιδῷ, μηδὲ κωλύειν τοὺς καλλιεργοῦντας τὴν γῆν f. 60. *Ad Imperatorem, ut ne cuivis loquenti aurem præbeat, nec colonos ab agris colendis coerceat.*

51. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν ἀναιδῶν καὶ αἱμοχαρῶν ϗ πλουτούντων ἐν τῷ κακῷ. fol. 63. *Epiſtola ad Imperatorem, de impudentibus, ſanguinariis, & in malitia locupletibus.*

Digitized by Google

52. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὡς οἷς τὸ ξίφος δέδοται παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ κατὰ τὸ θέλημα τῶν χειρισάντων χρῆσθαι αὐτῷ, ὅπερ εἰς χόλον Θεοῦ παροξύνει, καὶ ζημίαν ψυχῶν· καὶ περὶ τῶν Τύρου καὶ τῶν Ἀλεξανδρείας, ὅπως ἐξέλθωσιν ἐκ τῆς πόλεως. f. 63. V. *Epiſtola ad Imperatorem. Quod iis quibus gladius a Deo traditus eſt non ad tradentis placitum illo utantur; quod ad Deum ira inſtimmandum, & ad animarum perniciem vergit. Et ut Tyrias & Alexandrians Epiſcopi ex urbe diſcedant.*

53. ΝΕΑΡΑ. Extat & in Codice Regio 2525. ſicque inſcribitur. Ζήτησις τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀθανασίου, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἱερᾶς συνόδου πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα κῦριν Ἀνδρόνικον τὸν Παλαιολόγον περί τινων κεφαλαίων νομίμων, τύπον ἔχουσα νεαρᾶς ἅτινα καὶ ἐστέρχθη παρὰ τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως. f. 69. *Novella, ſeu relatio Patriarchæ Domini Athanaſii, & congregatæ apud eum Synodi, ad Religioſiſſimum Imperatorem Dominum Andronicum Palæologum; de quibuſdam juris capitibus, in modum Novellæ, quam Imperator approbavit.*

54. Γράμμα συγκαλοῦν βασιλεῖς τε καὶ ἄρχοντας, ἱερεῖς καὶ μονάζοντας, ἵνα γυμνῷ τῷ ποδί, ἐξέλθωσι μετὰ τῶν θείων εἰκόνων λιτανεύοντες. f. 71. V. *Epiſtola qua cohortatur Imperatores, principes, Sacerdotes & Monachos, ut nudis pedibus cum divinis imaginibus proceſſionem obeant.*

55. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, παραινοῦν ἐλθεῖν ἐν τῷ ζωοδόχῳ τοῦ σωτῆρος. f. 72. *Ad Imperatorem, cohortans eum ut ad Salvatoris ſepulturam accedat.*

56. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ γεγονότος ἐν τῷ λαῷ λιμοῦ. f. 72. V. *Ad Imperatorem de fame qua populus laboravit.*

57. Πρὸς τὸν αὐτόν, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ὅπως καὶ μὴ πωλεῖσθαι σῖτον ἀλλ' εἰ μὴ παρὰ τοῦ πατριάρχου. f. 74. *Ad eundem, de eadem re, ac ne injuſſu Patriarchæ frumentum væneat.*

58. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ μὴ τιμαλφεῖν. f. 75. V. *Epiſtola ad Imperatorem de eadem re, & ne pretium augere liceat.*

59. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ περὶ ἐλπίδα συμπεσόντος τῆς δεσποίνης θανάτου. f. 75. V. Falſa Inſcriptio. Inſcribi debet. Γράμμα πρὸς τὴν βασίλισσαν, περὶ τοῦ δεῖν αὐτὴν ὁμονοεῖν τῷ συζύγῳ. *Epiſtola ad Imperatricem, quod oporteat eam cum conjuge moribus convenire.* Pertinet ad diſſidia, quæ fuerunt inter Andronicum Imperatorem & uxorem ejus Irenen, de quibus Gregoras, &c.

Edit. Pariſ. pag. 966.

60. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ ὅτι διαθέσει ὁ ποθοῦντες ὑποτίθεσθαι θεῖα, καὶ σπουδῇ πληροῦν, κέρδος ἑαυτοῖς λογιζόμενοι. f. 76. V. *Epiſtola ad Imperatorem. Quod ii qui amore ducuntur Deo placita ſuggerant, & magna vi perficere nituntur, id ſibi lucro eſſe ratâ.*

61. Γράμμα πρὸς τὸν βασιλέα περὶ τοῦ ὀρθοδόξους καλῶς ἀφωρίσθαι ἀνεγείρειν θεῖους ναούς, εἶτα τοῖς κατὰ τόπους φροντίζειν λαχοῦσι ματαιτεῖν, ὡς οἱ θεῖοι κανόνες διαγορεύουσι. f. 78. *Epiſtola ad Imperatorem. Quod Orthodoxis recte ſtatutum & propoſitum ſit, ut divina templa excitent; iis qui in diverſis locis ad hoc deputati ſunt concredenda; ut divini Canones cauntiant.*

62. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ προνοεῖν παρασχεῖν τὸν πατριάρχην αἰδομένως (ſic) περὶ τῶν πτωχῶν, ἐζητημένα ξύλα τὰ τὸ πῦρ τρέφοντα. f. 79. *Epiſtola ad Imperatorem, ut curet combuſtibilia ligna ſuppeditari, quo poſſit Patriarcha pulmentum pauperibus coquere.*

63. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅπως ἕκαστος τῶν ἀρχιερέων τῇ λαχούσῃ ἐμπροσεδρεύσῃ, καὶ περὶ τοῦ κλήρου ἀφηνιαζόντων ἐκ τῶν ὀφφικίων καὶ ῥόγας. fol. 80. *Epiſtola ad Imperatorem ut quiſque Epiſcopus in ſua Eccleſia reſideat. Et de Clericis qui officiorum & rogæ cauſa contumaces ſunt.*

64. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ ἃ ἀναφέρει, οὐχ ἕνεκεν φίλων, ἢ συγγενῶν, ἢ δώρων, ἢ δόξης. f. 80 V. *Epiſtola ad Imperatorem, ſe ea quæ refert, non amicorum, cognatorum, munerum, aut gloriæ cauſa referre.*

65. Γράμμα τοῦ Πατριάρχου συλλειτουργικόν, περὶ Ἰωάννου τινὸς Δριμέως τοῦ ἐπιθέντος, προσεταιρισάμενος συνωμοσίαν ἀπάρατον κατά τε τοῦ ποιμνίου Χριστοῦ, κατά τε τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῦ θεοστέπτου αὐτοκράτορος. f. 81. V. *Epiſtola Patriarchæ, qua infamia notatur Joannes quidam Drimys, qui execrandam ſibi ſocietatem conciliaret contra gregem Chriſti, contra Eccleſiam, & a Deo coronatum Imperatorem.*

66. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, διεγεῖρον αὐτὸν εἰς σύστασιν τῆς ἐκκλησίας καὶ ἐννομίζειν τὰ ὑπήκοα. f. 86. *Epiſtola ad Imperatorem, excitans eum ut Eccleſiam componat, & ſubditos ad vitam ſecundum leges deducat.*

67. Γράμμα πρὸς ποιμένας, μὴ προσκυρῶσαι πρός τινας, μονὰς τὰς ὑπὸ χεῖρα αὐτῶν, ἢ πωλοῦντες, ἢ καὶ καταχαρίζεσθαι, εἰ μὴ ὡς νενομοθέτηται ἐγκανόνως. f. 89. *Epiſtola ad Paſtores, ut Monaſteria ſubdita quaſi propriam poſſeſſionem ſibi attribuant, aut vendant, aut aliis tradant, niſi prout canonice ſtatutum eſt.*

68. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ πανευτυχεστάτου δεσπότου υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου. f. 90. V. *Epiſtola ad Imperatorem, de Deſpota Joanne ſuo filio.*

69. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅπως ἡ δέσποινα βαρέως ἔχει κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πανευτυχεστάτου δεσπότου. f. 92. V. *Ad Imperatorem, quomodo Imperatrix graviter ſuccenſeat filio ſuo feliciſſimo Deſpotæ.*

70. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ δεσπότου καὶ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, ἀναλόγως πρὸς τὰς ἐξόδους καὶ τοῦ ἀξιώματος ἔχειν τὰς χορηγίας. f. 93. *Epiſtola ad Imperatorem, de Domino & filio ſuo Joanne, ut pro ſumtibus, & pro dignitate neceſſaria ipſi ſubminiſtrentur.*

71. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ προσταχθέντος λαχόντος διανομὴν τοῦ δημοσίου, ἀναγκάσαι τινά, λαξεῦσαι κατὰ τῆς σταυροῦ προσκυνήματος τοῦ σωτῆρος. καὶ περὶ τοῦ αὐθαδιασθέντος ἁρπάσαι τὸν σῖτον. Titulus mendoſus. f. 94. *Epiſtola ad Imperatorem, de publicarum rerum adminiſtratore, qui quendam induxit ut ſecuri imaginem Salvatoris percuteret ac dejiceret: ac de eo qui frumentum abripere auſus eſt.*

72. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν μὴ θελόντων, ἵνα ἑορτάζηται ἡ ἑορτὴ τῶν θείων Ἀποστόλων. αὐτὸς δὲ μὴ ἀνασχόμενος ἰδεῖν, ἀπέσταλκε καὶ προσήγαγε τῇ ἱερᾷ λειτουργίᾳ τὸν πολυτίμητον καὶ ποικίλον ποδήρη. fol. 95. *Epiſtola ad Imperatorem de iis qui nolebant feſtum divinorum Apoſtolorum celebrari: & quod ipſe Imperator non paſſus ſit, ut id prætermitteretur, & ſacræ liturgiæ in donum miſerit pretioſam ac pulchram tunicam talarem.* pag. 967.

73. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ κυροῦ Νίφωνος τοῦ Κυζίκου, διὰ τὰς κατηγορίας ἐνδιδομένας περὶ αὐτοῦ. f. 96. *Epiſtola ad Imperatorem de Domino Niphone; Syziceno Epiſcopo, & de accuſationibus ipſi oblatis.*

74. Γράμμα εὐχαριστήριον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅτι ἐν τοιαύτῃ φροντίδι τοῦ κόσμου τῶν πρωτείων ἑτέρῳ παρεχώρησε, περὶ τοῦ ἀπολωλότος αὐτῷ ἀπολωλότος προβάτου. Titulus inconcinnus. f. 97. *Epiſtola in Gratiarum actionem ad Imperatorem. Quod cum in tanta mundi cura conſtitutus ſit, non alteri primas detulerit, in reducenda ove quam periiſſe audierat.*

75. Γράμμα περὶ μοναχῶν τῶν καταπατούντων τοὺς θείους κανόνας ἑκουσίως καὶ ἀποφευγόντων τῆς οἰκείας μονῆς. f. 97. V. *Epiſtola de Monachis, qui arbitrio ſuo ſacros Canones conculcarunt, & a Monaſterio ſuo aufugerunt.*

76. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, τὸ ἀνάρτασθαι μετὰ Θεὸν ὅσα δεξιὰ καὶ εὐώνυμα τῶν πνευματικῶν. f. 98. *Epiſtola ad Imperatorem, ut poſt Deum ſive in dextris ſive in ſiniſtris a ſpiritualis potius nutu pendeat.*

77. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ ἀναθεωρεῖσθαι τὰ τῶν γενημάτων καὶ ἄρτων ὠνούμενα δικαίως ἐξωνεῖν. f. 99. *Epiſtola ad Imperatorem, ut provideat fructuum & panis venditionem juſtam eſſe.*

78. Γράμμα διεγεῖρον βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας καὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον πρὸς ἐπιστροφὴν πρὸς Θεὸν καὶ μετάνοιαν. f. 99. V. *Epiſtola qua Imperatores Principes & omnes ſubditi ad converſionem & ad pœnitentiam excitantur.*

79. Παραίτησις τῆς πρώτης πατριαρχίας αὐτοῦ. f. 103. *Abdicatio prioris Patriarchatus.*

80. Παραίτησις τῆς δευτέρας πατριαρχίας. f. 104. V. *Poſterioris Patriarchatus abdicatio.*

81. Τοῖς ἱερωτάτοις ἀρχιερεῦσι Θεοῦ, καὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τοῖς ἐντιμοτάτοις τοῦ κλήρου ἱερεῦσι καὶ μονάζουσι, τοῖς τε στρατευομένοις, καὶ τοῖς τῆς πολιτείας πλουσίοις τε καὶ πενομένοις ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶ πᾶσι διαρκεῖς χορηγεῖσθαι τὸ τοῦ Θεοῦ ἐνδέχομαι ἔλεος. f. 105. V. *Sanctiſſimis Dei Præſulibus, glorioſiſſimo Senatui, & honoratiſſimis e Clero Sacerdotib. & Monachis; iis etiā qui*

qui militiam exercent, ac civibus divitibus pauperibuſque viris & mulieribus omnibus Dei miſericordiam conferri ſupplico.

83. Γράμμα ταλαὶ τῷ ἐπὶ τῶν δεήσεων περὶ τῆς ψήφου, ἣν πεποιήκασι διὰ τὸν Κυζίκου, ὅπως ποιήσω αὐτὸν πατριάρχην. fol. 106. *Epiſtola ad Magiſtrum libellorum ſupplicum, de electione qua creatus Patriarcha fuerat Epiſcopus Cyzici.*

83. Γράμμα ἀνεπίγραφον, ſeu fragmentum, in quo accuſatus * Pontifex provocat ad Synodum, ut ſi crimina objecta vera eſſe pateat, deponatur & ignominioſe ejiciatur; ſin minus, delatores puniantur. fol. 106. Ṽ

* Ipſe ſcilicet Athanaſius.

84. Γράμμα περὶ τὸ πῶς καὶ διατί τὰ τῆς παραιτήσεως, ἥ τε πρώτη φημὶ καὶ ἡ δευτέρα γέγονε. fol. 108. *Epiſtola. Quomodo & quare prima & ſecunda Patriarchatus abdicatio facta ſit.*

Ex illis autem duodecim Epiſtolis ad Imperatorem, quas paulo ſuperius recenſuimus, de reſidendi neceſſitate omnibus Epiſcopis imponenda, tres editæ fuere a Turriano, Latine tantum, Florentiæ poſt librum de Reſidentia Paſtorum; nam quinque aliæ Athanaſii Epiſtolæ ejuſdem argumenti, quas ibidem edidit Turrianus Latine tantum, non reperiuntur inter Epiſtolas Athanaſii in laudato Codice Regio. Turriani autem Latinum trium illarum Epiſtolarum, verius dixeris paraphraſin, quam verſionem. Abdicationem prioris Patriarchatus Athanaſii, necnon παραίτησιν τῆς δευτέρας πατριαρχείας αὐτοῦ habes editas a Boivinio in Notis ad Gregoram Græce tantum, ubi etiam reperitur editum fragmentum illius Epiſtolæ Athanaſii, περὶ τοῦ πῶς καὶ διατί τὰ τῆς παραιτήσεως, ἥ τε πρώτη φημὶ καὶ ἡ δευτέρα, γέγονε. Nos autem tres Epiſtolas ejuſdem Athanaſii *de Judæis urbe pellendis* ſupra lib. 2. Græce tantum edidimus. Libet autem nobis hic exſcribere abdicationem prioris Patriarchatus Athanaſii, cum noſtra Latina verſione; nam ex ea apparet, Athanaſium abdicaſſe Patriarchatum Indictione ſeptima, hoc eſt, anno Chriſti 1293. ut ſupra ex Pachymere diximus; præterea Scriptor ſubjungit id factum die decima ſexta menſis Octobris. Refert & Pachymeres παραίτησιν prioris Patriarchatus Athanaſii, ſed in multis diverſa eſt ab hac, quæ ſic habetur in Codice Regio olim Telleriano:

Edit. Pariſ. pag. 968.

Παραίτησις τῆς πρώτης Πατριαρχείας αὐτοῦ.

ΤΗς Χριστοῦ ἐκκλησίας οἷς αὐτὸς οἶδε κρίμασι τὴν φροντίδα δεξάμενοι, οὐκ ἐξησφαλίσθημεν, τὸ μήτε τοὺς σχιζομένους τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ ὑβρίσαντας αὐτὴν τιμωρεῖν, μήτε τοὺς ἀκαθαρσίαις, μοιχείαις τε καὶ πορνείαις ἑαλωκότας ἀναχαιτίζειν. ἠγνοήσαμεν δὲ ὅτι καὶ τὰ πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἀντιστρόφως οἱ φαῦλοι ἀνταποδιδόασι τοῖς ἄρχουσιν, ὡς ἐννόμως ζῆν * ἀναγκάζοντες. κακοῦ δραξάμενοι, ἀπλωνοῦς εἰσπράττονται δίκας αὐτοὺς ἐν οἷς ποτὲ διῳκήκασι. καὶ ταῦτα μηδὲ * τοὺς ἐνεργοῦσι σήμερον τὰ δημόσια, τοιαύτας ἐν οἷς ἐνήργησαν ὑπεχόντων εὐθύνας, ὅσα ἢ κακοτρόπῳ γνώμῃ, ἢ τῇ ἀγνοίᾳ κατὰ τοῦ δικαίου πεπαρῳνήκασιν. ἀλλ᾽ ὢ τῶν ἐμῶν κακῶν, ὡς μηδὲ κἂν ἴσα τούτοις ἐξισωθῆναι καὶ τὰ ἡμέτερα. καὶ εἰ καὶ πόθεν ταῦτα ἐπῆλθεν ἡμῖν ἄδηλα τοῖς πολλοῖς, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ τῷ Θεῷ. ὁ γὰρ * εἰπὼν παρρησιασάμενος πρὸς Θεόν, ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με· εἶπε καὶ τό, οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ᾽ ἐμέ. οὐδὲ γὰρ ἡμετέρων μόνον ταῦτα σφαλμάτων ἀντίδοσις. καὶ χάρις Θεῷ· καὶ ἡμεῖς μὲν ἀδικούμενοι οὕτως, οὐκ ἀδικούμεθα· ὅτι τὸν μὴ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα, οὐδεὶς δύναται παραβλάψαι· ἡ ἐκκλησία δὲ πάλιν ὑβρίσθη καὶ ἐζημιώθη. τίς δὲ ἡ ζημία; τῶν μοναχῶν καὶ μοναζουσῶν, καὶ τοῦ λοιποῦ χριστωνύμου λαοῦ, τῶν μὲν λόγῳ, τῶν δὲ καὶ βίᾳ βλεψάντων πρὸς τὸ σεμνότερον, ὡς κατ᾽ αὐγὴν ἀγγελία ἀθρόον ἐπεισπεσοῦσα, ἡ καθ᾽ ἡμῶν ὕβρις πρὸς τὰ σεμνότερα ἔτρεψεν. ἡ δὲ ὕβρις καὶ τὸ αὐτῆς λυπηρόν, τὸ μὴ κατὰ τῆς * αὐτῶν ὑπολήψεως μόνον, καὶ τὸ λίθους ἁρπάσαι βαλεῖν ἡμᾶς, καὶ ἀναθεματίσαι, καὶ ὅσα σωματικῆς ἐστιν ὕβρεως ἐπειπεῖν, ἀλλ᾽ οἴμοι, κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ σεβάσματος. διὸ καὶ φημί· εἰ ἐφρόνησα πώποτε, ἢ φρονῶ, ἢ φρονήσω τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἀλλότριον φρόνημα, ἀνάθεμά μοι ἀπὸ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ παντανάθεμα, καὶ κατανάθεμα. * οἱ δὲ ὡς οἱ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ ἐδογμάτισαν καὶ παραδεδώκασιν ἅγιοι μαθηταὶ καὶ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ τούτων διάδοχοι θεοφόροι πατέρες, καὶ ὡς ἡ ἁγία ἐκκλησία Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐδέξατο, πιστεύω καὶ προσκυνῶ καὶ δέχομαι καὶ ἀσπάζομαι καὶ κηρύττω. εἴτε δὲ ταύτης ἐχθρὸν καὶ ἀλλότριον παραπέμπω τῷ ἀναθέματι, οἱ κατ᾽ ἐμοῦ ἀκονήσαντες γλώσσας, καὶ τοιαύτας ἀθέους φωνὰς ἐξερευξάμενοι διαβολῆς καὶ συκοφαντίας, ἐκκήρυκτοι οἱ τοιοῦτοι ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ ἀλύτῳ ἀφορισμῷ ἵνα τῆς ζωαρχικῆς Τριάδος, καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς ὑποβαλλόμεθα καὶ ἀρᾷ ἀναθέματος. ἐπεὶ δὲ νόμος τῇ ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, ἑκόντας ἄρχειν ἑκόντων, ἡμεῖς δὲ δυναστικῶς ἐδόξαμεν ἄρχειν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπώσαντο, ἀπωσάμενοι τὸ ποιμαίνεσθαι ὑφ᾽ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ποιμαίνειν αὐτοὺς παραιτούμεθα, καὶ τῷ εἰπόντι κλήρῳ ἀνυποτάκτῳ καὶ λαῷ ἀπειθεῖ ἀποτάσσομαι. δεόμενος ἵνα ψυχῆς * ὑμῖν τε καὶ αὐτοῖς ἵλεων ἔσεσθαι τὸν Θεόν. τὰ δὲ ἡμέτερα ἄγοιτο ὅπῃ καὶ βούλοιτο ὁ ἐν Τριάδι ὑμνούμενος Κύριος, πρεσβείαις τῆς Θεομήτορος, τῶν ἱερῶν Θεοῦ λειτουργῶν καὶ πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος ἁγίων ἡμῶν. καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, εἰ μὲν κανονικῶς εἶπον καὶ ἔπραξαν, καὶ δικαίως μου ἀπεσχόντες, ἵλεως οὕτως ὁ Θεὸς εἴη καὶ αὐτοῖς. εἰ δὲ μή, τοῖς ῥηθεῖσιν ἐπιτιμίοις ὑπεύθυνοι ἔσονται, καὶ αὐτοί, καὶ οὓς ψευδῶς ὑποσύρουσι, καὶ ὑφ᾽ ὧν παρεσύρησαν. εἶχε δὲ καί, Ἀθανάσιος ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης καὶ Οἰκουμενικὸς πατριάρχης. Ἰνδικτ. ζ. εἶχε καὶ μολυβδίνην βούλλαν πατριαρχικήν, καὶ κάτωθεν ταῦτα. τούτοις στοιχῶ, ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· τούτοις ἐμμένω. εἴτε δὲ ἄλλο εἴπω ἢ πράξω ἐκτὸς τῶν ὧδε γεγραμμένων, ἄστοργον ἔχω, καὶ βίας καὶ τυραννίδος ἔργον, μὴ συνειδὼς ἐμαυτῷ χάριτι Χριστοῦ ἀργίας τι ἔγκλημα. Ἰνδικτ. ζ.

* Pro ἀναγκάζουσι, vel, ἀναγκάζονται.

* Pro τῷ ἐνεργοῦντι.

* In MS. εἰπών.

* ἑαυτῶν legendum ut apud Pachymerem.

* οἱ legendum.

* lego ἡμῖν.

Abdicatio prioris Patriarchatus.

„ CUm Eccleſiæ Chriſti curam, eo quo novit ipſe judicio, ſuſcepimus; cum „ iis qui Eccleſiam ejus ſcindere volebant contumelioſis hominibus ulciſcen- „ dis, tum depellendis iis qui in impuritate, adulterio & fornicatione depre- „ henſi fuerant, non fruſtra operam poſuims. Ignoravimus autem improbos quoſ- „ dam mala pro bonis rependere iis qui principatum obtinent, quia ſe ad vi- „ tam ſecundum legem agendam compellunt: illi enim immanes homines arre- „ pta occaſione ipſos in jus vocant, de adminiſtratione ſua. Cum tamen ii qui „ hodie publicas res adminiſtrant, non tales in adminiſtratione ſua accuſandi „ cauſas dederint; quales illi ſive ex improbo animo ſive ex ignorantia, con- „ tra jus faſque & cum furore objiciunt. Sed, o meum infortunium, quod „ noſtra illis nec paria nec comparanda ſint! Ac etiamſi multis ignotum ſit un- „ de hæc nobis acciderint; at non Deo. Nam qui Deo cum fiducia dicere au- „ ſus eſt, *Zelus domus tuæ comedit me*; is ipſe dixit, *& opprobria exprobrantium* „ *tibi ceciderunt ſuper me*. Non enim delictorum meorum tantum hæc ultio fue- „ rit, qua de re gratias ago Deo; namque nos ita læſi nihil lædimur; quia ei „ qui ſe ipſum non lædit, nemo nocere valet; verum Eccleſia contumelia & da- „ mnum iterum affecta eſt. Quodnam illud damnum? in Monachos & Moniales, „ ac reliquum Chriſtianum populum, quotum alii ſermone, alii vel inviti ad „ honeſtiora ſpectant, ſeu ſæva procella confertim ingruens, contumeliam no- „ ſtram in venerabiliora convertit. Contumelia porro illa & triſtitia hinc conſe- „ quuta, non contra famam ſolum noſtram vergit, neque tantum eo devenit, „ ut arreptis lapidibus nos impeterent & anathematizarent, ac quamlibet in cot- „ pore injuriam pati cogerent; ſed etiam, væ mihi, contra noſtram de re- „ ligione ſententiam vertitur. Quamobrem dico: ſi umquam tenui, vel jam te- „ neo, vel in poſterum tenebo, aliquam a ſancta Chriſti & Dei Eccleſia alie- „ nam ſententiam, anathema ſit mihi a Chriſto Deo; imo omne anathema, & „ dirum anathema: ſi vero quemadmodum ſancti diſcipuli & Apoſtoli Domini „ mei Jeſu, & eorum ſucceſſores Deiferi Patres, & ſancta Eccleſia Chriſti Dei „ noſtri, docuerunt & tradiderunt, ita credo, hæc adoro, hæc recipio & amplector & „ prædico: & ſi quid illi inimicum alienumve eſt, anathemati trado; ii qui linguas „ ſuas contra me exacuerunt, & impias voces calumnia & ſycophantia plenas „ evomuerunt, proſcripti ſunto ex Eccleſia Chriſti, atque eos inſolubili excom- „ municationi a vitæ principe Trinitate, ac maledicto anathematis nos ſubjici- „ mus. Quoniam vero ea lex Eccleſiæ Chriſti, ut jubentes lubentibus imperent, „ nos vero cum auctoritate viſi ſumus imperare, atque ideo nos illi abjecerunt; „ abjecti nos ab illis ac paſtoris officio depulſi, illos viciſſim paſcere recuſamus, „ ſecundum eum qui dixit: *Sorti non obſequenti & populo rebelli renuntio*. Nobis „ tamen & ipſis propitium eſſe Deum precor. Noſtra vero quo voluerit dedu- „ cat qui in Trinitate celebratur Dominus, precibus Dei matris, ſpiritualium „ Dei miniſtrorum, & omnium qui a ſæculo fuerunt ſanctorum noſtrorum. Pon- „ tifices vero ſiquidem canonice dixerint & fecerint, & jure ſeſe a me ſegrega- „ rint, propitius illi ſit Deus; ſin minus, prædictæ ultioni ſubjaceant ram illi, „ quam ii quos fallacibus verbis abducunt, & a quibus viciſſim abducti ſunt. „ *Sequebatur deinde*, Athanaſius miſericordia Dei Archiepiſcopus Conſtantinopo- „ leos novæ Romæ & Oecumenicus Patriarcha. Indictione VII. *habebat autem* „ *& plumbeam bullam Patriarchalem & inferius hæc ſcripta erant*. In his incedo „ coram Deo, in his permaneo. Si quid vero aliud fecerim aut dixerim præ- „ ter ea quæ hic ſcripta ſunt irritum habeo, ac violentia tyrannideque plenum; „ nec tamen mihi ſegnitiei crimen, gratia Chriſti, hærete conſcius ſum. Indi- „ ctione VII.

Edit. Pariſ. pag. 969.

Placet hic etiam ſubjungere reſcriptum ejuſdem Athanaſii Patriarchæ cum no- ſtra Latina verſione, quo infamia notatur Joannes quidam Drimys, qui ſocie- tatem cum exſecranda factione iniverat contra gregem Chriſti, contra Eccleſiam, & a Deo coronatum Imperatorem. Hujus autem Joannis meminere Gregoras & Pachymeres, ſed paucis omnino verbis; unde loca illa Gregoræ, & Pachymeris, ubi de hoc Joanne agitur, non parum lucis accipere poſſunt ex hoc reſcripto Athanaſii, quod ſic habet:

pag. 970.

Γράμμα τοῦ πατριάρχου συλλειτουργικὸν περὶ Ἰωάννου τινὸς, δρομοὺς τὸ ἐπίθετον, προσεταιρισάμενος συμμορίαν ἐπάρατον, κατὰ τε ποίμνης Χριστοῦ κατά τε τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ θεοστεφοῦς αὐτοκράτορος.

Χ Αρις καὶ τοῦτο σὺν τῇ λοιπῇ ἀγαθοπρεπεῖ θεουργίᾳ, τῇ φύσει τῇ μακαρίᾳ ὅτι τὴν ἐκκλησίαν ἱερωσύνῃ καὶ βασιλείᾳ ἁρμοζόντως κατέστεψεν ὡς ἂν ὑπ' ἀμφοῖν ἐκ ξύλου κρατουμένην κυπρίζοντας βότρυς περκάζῃ ἀξίους καὶ πλήρεις τῶν θείων λιμῶν, ἀφ' ἑαυτῆς ὀμφακίζον ἅπαν ἀποσκορακίζουσα, ὡς τοῦτο κἀντεῦθεν εἰσόμεθα. τὸ γὰρ Χριστοῦ ἐκκλησίας σὺν ταῖς λοιπαῖς θείαις δωρεαῖς ἐπιδαψιλευομένης ἀνθρώποις, ἐκ δεξιᾶς ἀρχιερατικῆς, καὶ τὸ μέγα τοῦτο καὶ πανάγαθον τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, οἷς τοῖσιο ὀφειλὴ, τὸ πρώτως ὀρθοδοξεῖν εἰς Θεὸν, καὶ αἵματος μέχρι διακινδυνεύειν, ὅσα φίλον αὐτῷ, καὶ δὴ καὶ τηρεῖσθαι πιστοὺς τοῖς θεόφροσιν αὐτοκράτορσι, καὶ εὐλαβῶς καὶ πεφυλαγμένως δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ βιοτεύειν ἐπείγεσθαι, ὡς ἔργῳ καὶ λόγῳ παντὶ εἰς παίδευμα κεῖσθαι χρηστόν. καὶ ἅλας καὶ φῶς τυγχάνειν τῷ λοιπῷ λαῷ, καὶ μάλα πρὸ τῶν λοιπῶν τὸ εὔνουν ὑποτιθέναι τῇ βασιλείᾳ ὡς ἔφην πρὶν τοῖς λαοῖς, ὡς ἐπιβλέπειν λελαληκότες τῆς τῆς εἰρήνης Θεοῦ, πρᾳότητι καὶ πειθηνίαν ἂν (ſic) καὶ πιστούς. δεήσεις αὖ καὶ ἐντεύξεις εὐχαριστίας καὶ προσευχὰς πυκνὰς αὐτοὺς ποιουμένους ὀφειλομένως. ὑπέρ γε τῆς βασιλείας καὶ τῶν ἐν τέλει καὶ ἑαυτῶν, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς, ὡς ἂν ἐν ἠρέμῳ ἐκεῖθεν ζωῇ δίκην ἐσόπτρου πιστοὺς ὑπεμφαίνειν ὁποίας δεῖ ἀναστροφῆς τοὺς αὐχοῦσι λατρεύειν τῷ ἀληθεῖ καὶ ζῶντι καὶ μόνῳ Θεῷ, καὶ ἐπιεικείᾳ σεμνοπρεπεῖ τὸ χριστώνυμον σύνταγμα εἰς πᾶν ἀγαθὸν ἐξ ὧν ἐνεργήσειν αὐτοὶ συνελαύνουσι. ἀλλά γε κἂν τοῦτο ὡς ἐν ἀμπέλῳ φύεσθαι βάτον ἠκηκόαμεν, καὶ ἕνα προδότην τοῦ τοῦ μεγάλου σωτῆρος Χριστοῦ μαθητὴν βεβόλῳ (ſic) γεγλυμμένον ἴσμεν παρατροπῇ, γνώμῃ τινὶ σκαιοτρόπῳ. καὶ τίς Ἰωάννης τοὔνομα δρομοὺς τὸ ἐπίθετον, τὸν βήματος ἕνα προσμαρτυρῶν ἑαυτὸν κακίας ἐκβλῦσαι ἐξήχθη, πολὺ τὸ δρομὺ καὶ (ſic) ἐπίζον τῇ πολιτείᾳ πιστῶν καὶ ὀλέθριον. καὶ ταῦτα κλήσει τῇ ἱερᾷ ὑποκρυπτόμενος πανουργότερον· ὡς ἄν τις κωδίῳ καὶ λύκον περικαλύψειεν, οὐκ οἶδα ἐκ ποίων βαράθρων τε καὶ τελμάτων ἀνασωθεὶς πρὸ καιροῦ ἐπ' ἀπωλείᾳ τῇ ἑαυτοῦ. καὶ ὅσης υἱὸς ἀπωλείας καὶ τούτῳ καταπεισθεὶς ἐπέδειξεν ὁ καιρὸς τὴν βασιλίδα καταλαμβάνει, οἷά τις ἐρυσίβη, καὶ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ ἐμφανισθεὶς καὶ εἰσδεχθεὶς δεξιῶς, ὡς δῆθεν εἶναι τῶν εὐλαβῶν, καὶ φιλοτιμηθεὶς ὑπὲρ τὴν ἀξίαν. διὸ ἐπεφήμιζεν ἑαυτῷ ἱερωσύνης οἶμαι ἀξίωμα, ὅλκειν σκηπτόμενος διὰ τοῦτο πολλὴν πρὸς αὐτὸν τὴν ἀναδοχὴν, εἰωθότος τιμᾷν τὰ θεῖα, καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ, μεγάλαις ἀναδοχαῖς καὶ βασιλικαῖς τοῦ ἁγίου μου αὐτοκράτορος, ἀπό γε φιλοθείας καὶ εὐσεβείας καὶ εὐλαβοῦς καὶ ἡμέρας ψυχῆς. ὡς ἃ ποτε τῶν ἀνέκαθεν βασιλέων ἄλλῳ τινὶ ἐν τοῖς θείοις. κἂν τούτῳ τὸ εὐλαβὲς μεμαρτύρηται. ὡς τοῦτο τούτου τῷ κράτει πεφιλοφρόνηται, ὑπερβολῇ καλοκἀγαθίας καὶ ἡμερότητος ὡς ἵνα κἂν τούτῳ συνᾴδων εἴη τῷ μεγάλῳ Δαυίδ· λίαν ἐμοὶ ὁ Θεὸς οἱ φίλοι σου ἐτιμήθησαν. ἀλλ' ὢ ψυχῆς ἀναισχύντου καὶ πάντη σκαιᾶς. ἀντὶ γὰρ ὀφειλήσης εὐγνωμοσύνης τῇ εὐποιΐᾳ, ἐξ ἧς καὶ θύρας ἴσμεν μεταβεβλῆσθαι, τὸν θεῖον φόβον καὶ ὅρκους ἀπορρίψας ἀφ' ἑαυτοῦ ὁ λίαν δρομὺς καὶ δυσθάνατος, καὶ ὁμοίους αὐτῷ προσεταιρισάμενος κατά τε τῆς ποίμνης Χριστοῦ, κατά τε τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ θεοστεφοῦς αὐτοκράτορος ῥαψῴδημα δόλου καὶ τυραννίδος συντίθεμενος. φεῦ τῆς ἀρχαιχιλίας· ὁ ἄθλιος ἀπόγονος εἶναι τῶν πώποτε βεβασιλευκότων τινός· ὃν οὐδὲ γεννηθῆναι, οὐδὲ παρά τινος θεαθῆναι οὐκ ἀκουσθῆναι τῆς ἀληθείας καὶ μέχρι σήμερον ἄνθρωπος ἐπιστεύθη ποσῶς. τραγέλαφος οἶμαι σὺ ἀνυπόστατος, οὐ καθά που τὰ λόγια, ὅτι ἡ θάλασσα ἐμαίνετο, αὐ ἐτήρησας τραγελάφων τοκετοὺς ἀκηκοώς. ἔνθεν πρεσβύτερα μὴ ὀκνεῖν διακηρυκεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ μείζονα, γέλωτος κωμῳδίαν ἀξίαν ἢ μᾶλλον δακρύων πολλῶν ἑαυτῷ καταχαριζόμενος, καὶ τοῖς προχείρως ἐκ μοχθηρίας τοιαῦτα πιστεύουσι καὶ κρατύνουσιν. ὅθεν καὶ μᾶλλον μυρμηκολέων εὑρέθη κακὸς κακῶς ὀλισκόμενος ἀποτυχὼν τῆς βορᾶς, ὃς μετ' ἐκείνου τῶν θεῖναι τοῖς ἄστροις τὸν θρόνον βαστάσαι τετολμηκότος τὰ τοιαῦτα προσονειρώξαι οὐκ ὤφειλεν. μεθ' οὗ καὶ συγκαθομιλεῖσθαι καὶ συμπλέκεσθαι διὰ τὴν μίμησιν, ὡς ἐξ ὧν εἰργάσατο ἀποδείκνυται. κἀκεῖθεν ὁμόφροσι τούτῳ τισὶ τὰ τῆς πλάνης αὐτοῦ καὶ ἀποστασίας καταπιστεύσαντα, καὶ ἀκοαῖς πονηραῖς λόγους διακομίσαντα πονηρούς, τὰ αὐτὰ βδελυρὰ σκαιωρήματα ἐν τῇ πόλει καὶ ταῦτα τοῦ κράτους ἐνσπείρας ὁ δείλαιος συμμορίαν ποιεῖται ἐπάρατον· οἳ καὶ μήπω διαπορεῖς τῇ τοσαύτῃ μανίᾳ γενόμενοι, ἔτι ὠδίνοντες τὰ κακὰ, τὴν μόνοι ἐνταῦθα λυττᾶν μεθ' ὧν ᾠκειώσαντο μικρὸν λογιζόμενοι, μείζονας ἐν κακουργίᾳ δραμεῖν συνέλαβον πόνον τὴν ἀνομίαν ἀποτεκεῖν. ὡς ἂν μείζονας ἐκπολεμῶσαι αὐτοὺς καὶ Θεὸν ἐπισπεύδοντες τοὺς κύκλῳ ἡμῶν ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς, εἰς ἄσπονδον μάχην τὴν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ ὅλου συντάγματος χριστωνύμου, συγκλεῖσαι ἐπ' ἀπωλείᾳ κοινῇ εἰς ἀντίληψιν τὴν ἑαυτῶν ἐψηφίσαντο. καὶ τοῦτο ἐξήνυσαν ἄν, εἰ μὴ συνέχει τούτων τὰς μηχανὰς, ὁ θανάτου ἐκτρέπων σκιὰν εἰς ζωὴν τοῖς ἐλπίδας βεβαίας ἀνατιθεμένοις αὐτῷ· ὃς καὶ τὸν πόνον αὐτῶν τῶν αὐτῶν κεφαλαῖς ἐνδίκως ἐπέβαλε, καὶ λίθον κυλίειν ἐφ' ἑαυτῶν αὐτοῖς ἐξηγεῖτο· οἷς καὶ ἐπίλοιποι μεθ' ὧν συμμάχων καὶ εἵλοντο Χριστῷ Βασιλεῦ καὶ Θεοῦ, τῆς ποίμνης εὐσπλάγχνως μνησθεὶς, ἧς ἐκτήσω τῷ πάθει σου, εἶτα καὶ ὅσα τῷ Ὠρὴβ ἐκείνῳ καὶ τῷ Ζηβεὲ καὶ τῷ Σαλμανὰ, καὶ τοῖς ἄρχουσι τοῖς ἐκείνων φρυαξαμένοις ὑπερηφάνως, οἷα καὶ ἔτι τοῦ Θεοῦ τὸ ἁγιαστήριον. ἐκ μηδενὸς τοῦ δικαίου ἢ ἀφορμῆς ἢ γένους, ἢ τρόπου βασιλειῶντος (ſic) δρομυτάτου δρομέως, καὶ ὄντως θεοστυγοῦς ἐπιλαθέντος καὶ ἑαυτοῦ καὶ ἃ μηδ' ὄναρ ἰδεῖν ἐφικτόν, διατείνων ἐπὶ τὸ δράξασθαι κατασπουδάσαντος, καὶ δίκην θυέλλης ὡς ἐκ τυφῶνος δεινοῦ διαπράξαι καὶ καταδύ-

σαι πρὸς ἀπιστίας βυθὸν, ὅσον ὑπόσαθρον εὗρε ϗ δύσνουν τῇ βασιλείᾳ ἐκ τοῦ λαοῦ· Θεῷ δὲ ϗ πρότερον ϗ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ ξυλωτοῦ ἐξ ἀφορμῆς ἀλόγου οὐδεμιᾶς εἰς τοῦτο ἐλθὼν, ἢ ἐκ τοῦ φρονηματισθῆναι ϗ μόνον, καθά που ὁ τῇ γραφῇ προσᾳδόμενος ἄφρων μετὰ τῶν ἀκολούθων αὐτοῦ φρονηματισθεὶς ὁ ἐξάγιστος ὡς ὅτι οὐκ ἔστι Θεός. ἐξ ὅπερ ϗ διεφθάρη βδελυχθεὶς ϗ διαπαιχθεὶς ὡς σπυθίου οἰκτρὸν, ὁ φαντασθεὶς ἐμφανίζειν ἑαυτὸν, ὡς ᾤετο, ὑπὲρ Θεοῦ φοβερώτατον, οἷα πίτυος ἀπτόμενος μις σωμάτια ϗ εἰς πεδιάδα ὁλοῶς προσεπαιρόμενος, ἐκεῖθεν μυκτηρισθέντας ϗ ἀναφωνήσει προφητικῶς. ἐβασίλευσαν γάρ φησιν ἑαυτοῖς ϗ οὐ δι' ἐμοῦ, ἦρξαν ϗ οὐκ ἐγνώρισάν με, μηδὲ τούτων λαβόντες εἰς νοῦν οἱ ἐμβρόντητοι, ϗ ὁ τούτων ἀπαιδευτότατος πρωτευτής. ὁ χθὲς τοῦ βήματος ἵνα φημίζων ἑαυτὸν, ϗ σήμερον ξιφηφόρος διψήσας φανῆναι ϗ φαντασθεὶς ἁρματηλατεῖν, σκηπτοῦχος, ὢ δίκη, ὁ τολμηρίας (sic) ἀναδεθεὶς (sic) ὡ θαρρῶν τοῖς ὁμοίοις αὐτοῦ τῶν δυσσεβείαις, μόνῃ θαῤῥήσας ἀπάτῃ αὐτῶν ϗ ματαίας ἐκβολῆς, ὡς ὅτι τῶν ἐμπρόσθεν οὐδὲν ἀθεεὶ, ϗ ὅτι σκληρὸν τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν αὐτοὺς ϗ (sic) ἐκ τοῦ δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι διδασκόμεθα, ἃ ϗ μὴ συνιέντες οἱ ἀλιτήριοι, ὑφ' ὅτι ἡμῶν ϗ αἱ τρίχες ἠριθμημέναι ἐκεῖθεν τῆς κεφαλῆς ἢ ϗ αὐτῶν πραπύργος. περὶ τούτων γὰρ τάχα κατηύξατο ϗ ὁ θεῖος Δαυίδ, ἀποπεσάτωσαν λέγων ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν κατὰ τὸ πλῆθος τε τῶν ἀσεβειῶν ϗ ἀπιστιῶν αὐτῶν αὐτοὺς ἔξωσον. ϗ εἰ μὴ μετάνοιαν ἐπιδείξωνται ταχινὴν δηλαδὴ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως. ϗ συλληφθήσονται ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν, ϗ ἐξ ἀρᾶς ϗ ψεύδους μέχρι ϗ συντελείας διαγγελήσονται, γνόντες οἱ βούλοιντο οἱ ἀπολωλεκότες καρδίαν· πῶς ὁ Θεὸς διασώζει ϗ συντηρεῖ ϗ φροντίζει ϗ περιέπει ὑπερασπίζων τὸν εὐσεβῆ ϗ θεόφρονα ϗ σταυροφόρον ἡμῶν ϗ πρᾶον ϗ φιλόχριστον ἄνακτα, ἐνεχῶν εἰς νοῦν αὐτοῦ θεικῶς. τὸ, εἰ βούλοιο τοῖς ἐδοῖς μὴ περιεῖσθαι τοὺς ἐχθραίνοντάς σοι θήσομαι ἐν τῷ μηδενί, ϗ χεῖρα ἐπιβαλῶ τιμωρὸν μαχομένοις σοι. καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις, οἱ τῷ δρομεῖ συμβακχεύοντες ἔπι τῇ ἀλογίᾳ, οἱ ϗ ἀλόγων αὐτῶν ἀλογώτεροι. ἀλλ' ἤδη ϗ ὕπνωσαν ὕπνον αὐτὸν ϗ οὐχ εὗρον οὐδέν. ἀπὸ ἐπιτιμήσεως πάντως τῆς θείας ὀργῆς, παραδειγματισθείσης τῆς ἀνομίας αὐτῶν, ὡς μάτην (sic) χανόντων, ϗ πρός γε τῇ ἁμαρτίᾳ ϗ ἀπωλείᾳ ᾗ αὐτοὺς ἐμβεβλήκασι, ϗ [illegible] ὀφλήσασι γέλωτα. οἷς οὐδὲ δυνατὸν παρ' ἀνθρώπου ἀξίαν συμψηφισθῆναι τὴν τιμωρίαν, ἢ παρὰ μόνου Θεοῦ πρὸς τὸ τοῦ ἔργου τούτου ὠμὸν ϗ ἀσύγγνωστον, ϗ ἀθεώτατον ϗ ὀλέθριον. εἴ τις ἡμῶν γενναίως τὸ τῶν ἀθέων τολμησάντων διασώψεται ἀποτέλεσμα, ὧν ϗ ἡμεῖς ἐνδίκως ὁμοῦ ϗ ἐνθέσμως μετὰ τῶν περὶ ἡμᾶς τῶν ὧδε λαχόντων ἱερωτάτων ἀρχιερέων θείας ϗ ἱερᾶς συνόδου, τοῦ Σάρδεων ϗ ὑπερτίμου, τοῦ Χαλκηδόνος ϗ ὑπερτίμου, τοῦ Περγάμου ϗ ὑπερτίμου, τοῦ Μιτζιώος ϗ ὑπερτίμου τοῦ (sic) Αχυράους ϗ ὑπερτίμου, τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Χριστουπόλεως ϗ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Δέρκου, συμπαρόντων ϗ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τοῦ Ραιδεστοῦ, πρὸς δὲ ϗ τοῦ Χριστουπόλεως, τὸ τηλικοῦτον μυσαχθέντες τὸ ἀθεώτατον ϗ ἀναίσχυντον, πάσης ἀπογυμνώσαμεν ἱερωσύνης, αὐτὸν τὸν θύρα τοῦ δυσσεβοῦς ϗ δρομοῦ, σπορέα φιλτάτου ζιζανίων ὑπάρξαντα τούτων, οἱ καί ποτε ταύτης ἠξίωτο, ἀλλὰ μὴ μάτην ταύτης κατετρυφίσει ἐν λόγῳ μόνῳ ψιλῷ πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων, τιμὴν κἀντεῦθεν ὁ ἄτιμος ἑαυτοῦ περιζεύμενος, ὡς ὁ τρόπος ἀπελέγχει ἑαυτοῦ ἀδεῶς τὰ ὑπὲρ ἑαυτὸν φημιζόμενος, σὺν τούτῳ ϗ τῷ ἀκολούθῳ. ὃν ἡ Μύρα Λυκίας προήνεγκεν, οἷα λύκον ἀσυμπαθῆ τοῖς προβάτοις Χριστοῦ προσενεχθῆναι ὁρμήσαντα. πρὸς δὲ ἀλύτῳ ϗ τούτῳ μετὰ τῶν πρωτατὴν δρομέως σὺν πᾶσι τοῖς ἀκριβῶς εἰδόσι τὸ φόνιον βούλευμα, ϗ μὴ ἀπωσάσιν εἰς φανέρωσιν ἐνδεσμοῦμεν ἀφορισμῷ. ἀλλὰ ϗ εἰς ἀπό γε τοῦ νῦν φωραθῇ, λύσεως τοιαύτης ϗ ἀθεΐας ϗ ἀπιστίας ἐγχείρημα τούτου τῷ φονικῷ τοῖς μὴ ἐξεστηκόσιν ἐμπεδοῦμεν ἀφορισμῷ, ὅτι μηδ' ἄλλο δρομύτερον τὸ πικρότερον τῷ δρομεῖ Ἰωάννῃ, ϗ τραγελάφῳ ϗ τῷ αὐτοῦ ἀκολούθῳ Σαρδαναπάλῳ, ϗ τοῖς ὁμόφροσι τούτων ἐν λόγῳ ξένον δι' ἃ κατεπράξαντο. ἔδοξε τῇ συνόδῳ παραχεθῆναι τούτοις τῇ ἱερᾷ, ἀξίως τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ὡς πάντα ἐπάραι τετολμηκότων κατά τε τῆς ἐκκλησίας κατά τε τῆς βασιλείας, ϗ κατὰ τοῦ ὁμοφύλου παντός. μηδέ γε ὑπόπτευον οἱ δείλαιοι σωτηρίας αὐτῶν ϗ ζωῆς ἔχειν τὸν παντεπτὴν Θεὸν δεσποτάσαντες, ἀλλ' ὅπως συνήθη ἐπικουρίαν ἐπὶ κεναῖς ϗ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρηθέντες ϗ κεπφωθέντες ἐλεεινῶς, καὶ τῷ ἀρχαίῳ συναποστάτῃ σατὰν ἑαυτοὺς ἀναθέμενοι, κἀκείνῳ τῷ συμβούλῳ πληρωθέντες, ὡς ϗ εἰς ἔργα φονικώτατα προβῆναι τὰς φλυαρίας αὐτῶν οἱ ἐπάρατοι πᾶσαν γῆν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀρχὴν, ὢ τῆς ἀπάτης, ὡς νομίσαντες καταλελειμμένην ἐξ ἐκείνου ἐλπίσαντες καταλήψεσθαι (sic), καθάπερ ϗ τούτων ὁ εἰσηγήτωρ σατὰν ποτὲ φαντασθεὶς τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἔλαθεν ἑαυτὸν ϗ σκότος ἀντὶ φωτὸς κεχρηματικὼς, ϗ σατανᾶς τῆς ἐπουρανίου ὁ βδελυρὸς ἀξίας τὰ ὑποχθόνια ἀντηλλάξατο. ἅπερ ϗ τοῖς ῥαθεῖσι τούτου αὐτοῦ ὀπαδοῖς ἀναιδῶς ἐξειργάσαι, ἐλπίδων ἀπορραγέντων θεικῶν, ϗ τούτοις ἀθέοις κυσὶν ἀναρτησάντων τῶν δυσσεβῶν. ἀπεμπολήσει φιλονείκη ὅσον τὸ κατ' αὐτοὺς τῆς μεγάλης κληρονομίας Χριστοῦ ϗ ἀθετήσει ὀρθοδοξίας, ϗ προδοσίᾳ τοῦ ὁμοφύλου αἰσχρᾷ ἐν ἀθέοις προσβαλλομένους Ἀμαληκίταις ϗ Ἰσμαηλίταις· τοῖς τε περὶ τὸν Ἰσραὴλ οἰκοῦσιν, οὐκ οἶδα εἰ τύχῃ πρὸς τῇ κλήσει ἀπαξιουμένους * ϗ τί τῶν Χριστοῦ. ἐν τούτοις συνάμα ϗ τῇ συνόδῳ τῇ ἱερᾷ, μίαν τὴν αἴτησιν ἐξαιτούμενοι τῷ κρατίστῳ ϗ γαληνοτάτῳ ϗ πρὸς εὐεργεσίαν γεγονημένῳ τοῖς ἀνθρωπίνοις οὐ τιμωρίας κρατίστῳ ϗ ἁγίῳ μου αὐτοκράτορι τοὺς νόμους εἰς συσχολὴν τῆς κακίας ἄπαρτι παρρησιάσασθαι· αὐτούς τε τοὺς κακουργήσαντας ϗ τοὺς ἄλλους ἑαλωκότας αἰσχραῖς ἢ ϗ μετέπειτα ἁλωσίμους, γνωρίζειν ἑαυτοὺς τὴν νόμιμον ἀγανάκτησιν. τὴν ἔνδικον ὀργὴν τῷ πράσσοντι τὸ κακὸν, ϗ εἰκῇ μὴ φορεῖν τὴν μάχαιραν τετάχθαι ἐν διακόνοις Θεοῦ, ἀ-

* κατὰς

πορρωσαμένου Παύλου τοῦ θείου καὶ θεοκήρυκος· ἔνθα γὰρ φόβος ἐκεῖ συντήρησις ἐνταλμάτων τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων φημὶ, ὡς ἂν τηρουμένων τῆς εὐνομίας ἡμῶν, εἰς δόξαν ἡμῶν Χριστοῦ τοῦ δικαίου κριτοῦ. τῆς βασιλείας ἀνεπιβουλεύτου κρατυνομένης παλάμῃ τῇ θεϊκῇ, λιταῖς ἁγίαις τῆς Θεομήτορος καὶ παντὸς λαοῦ τοῦ χριστωνύμου, ᾧ δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

Reſcriptum Patriarchæ, quo infamia notatur Joannes quidam Drimys, qui ſocietatem cum execranda factione inierat contra gregem Chriſti, contra Eccleſiam & a Deo coronatum Imperatorem.

BEatæ naturæ gratias agimus cum pro reliquis divinis muneribus, tum quia „
Eccleſiam Sacerdotio & Imperio pulcre coronavit, ut ambobus hiſce mo- „
deratoribus rite ac ſtudioſe gubernata, pullulantes uvas ad maturitatem dedu- „
cat, plenaſque ac divinis dignas torcularibus conſtituat, & quidquid in labru- „
ſcam degenerat ab ſe eliminet: ut ex hoc negotio cognoſcere licebit. Nam „
Chriſti Eccleſia cum reliquis divinis muneribus, quæ large hominibus præbita „
ſunt, Pontificum dextera magnam mirabilemque Sacerdotum dignitatem (con- „
ſtituit), quorum officium eſt primo ut rectam de Deo doctrinam teneant, & „
ad ſanguinem uſque defendant ea quæ Deus defendi jubet; fideles religioſis „
Imperatoribus maneant, & pie & caute juſtitiæ, temperantiæ & veritati dent „
operam, ut opere & verbo omnibus ad inſtitutionem utiles ſint, & ſalis lu- „
ciſque inſtar reliquo populo fiant; ac præcipue, ut dixi, auctores populis ſint „
ut benevolentiam erga Imperium conſervent; quia Deus pacis dixit reſpicere „
ſe manſuetos, morigeros & fideles; ſupplicationes, gratiarum actiones oratio- „
neſque frequentes pro imperio, pro magiſtratibus, pro ſeipſis & pro toto mun- „
do, ut par eſt, edant; ut tranquillam agentes vitam, inſtar ſpeculi fidelibus „
exhibeant, quo vitæ inſtituto opus eſt iis, qui ſe vero, viventi & uni Deo „
ſervire gloriantur; atque æquitate condecenti Chriſtianum cœtum ad bonum „
omne operum exemplo compellant. Verum in his, ceu in vinea, ſubortum ru- „
bum eſſe audivimus: unumque ex magni Salvatoris Chriſti diſcipulis profana „
quadam ſubverſione & torva ſententia, proditorem factum eſſe comperimus; „
Joannes ſcilicet quidam hoc tempore, Drimys cognomine ſe unum ex Sacer- „
dotali ordine eſſe profeſſus, magnam malitiæ vim effudit, ac reipublicæ fide- „ *Edit. Pariſ. pag 973.*
lium pernicioſam: & hæc ſacro Presbyteri nomine occultatus callidius aggreſ- „
ſus eſt; ac ſi quis ovis pelle lupum obtegeret. Neſcio quibus ex barathris & „
triviis emerſus ad maturandam ſibi perniciem prodierit; is cum multis ſibi ob- „
ſequentibus filiis perditionis, quos hæc occaſio patefecit, regiam quaſi rubigo „
adiit, & ad Imperatoris conſpectum venit, a quo benigne, quaſi ſcilicet ex „
piorum numero eſſet, cum honore præter meritum exceptus eſt. Nomen au- „
tem Sacerdotii, ut æſtimo, ſimulavit; magnam ſibi inde dignitatem conciliare „
ſtudens apud eum qui divina & Dei homines honorare conſuevit; magnis in- „
quam & regiis obſervantiæ ſignificationibus admiſſus a ſancto Imperatore meo, „
pro inſita animo ejus religione, pietate ac ea qua præditus eſt manſuetudine; „
ita ut nulli antehac quantumvis pio, tantum benevolentiæ a ſuperioribus Im- „
peratoribus exhibitum fuerit; qua etiam in re ejus pietatem teſtificari liceat: „
ibi etiam probitatis & manſuetudinis magnitudinem demonſtravit; ita ut ea in „
re magno Davidi ſimilis dicere poſſit ut ille, *Mihi nimis honorati ſunt amici* „
tui Deus. Sed o animam impudentem & tenebroſam! Nam pro debita tan- „
tis beneficiis grati animi ſignificatione, eum in feræ naturam verſum conſpici- „
mus, & Dei timore ac juramentis poſthabitis & abjectis, Drimys ille ac exi- „
tioſus homo, cum alios ſui ſimiles ſibi conciliaſſet, contra gregem Chriſti, „
contra Eccleſiam & contra divinitus coronatum Imperatorem machinamentum „
doli & tyrannidis plenum ſtruxit. Proh nugamentum! Miſer ille ſe ex aliquo „
priſcorum Imperatorum ortum gloriatur, quem ne natum quidem, neque ab „
aliquo viſum, auditumve hactenus ullus ſcivit. Hircocervum eſſe puto, nulla „
ſubſtantia præditum & fictum; ſive cum hæc Scripturam alicubi dicentem au- „
diiſſet; *Quando mare obſtetricabatur, tu obſervaſti partus hircocervorum*; inde ſi- „ *Job. 39. 1. Sed [illegible] diverte.*
bi antiquitatis & generis ſui magnitudinem prædicandi occaſionem impigre ac- „
cipiens, comœdiam riſu, imo potius lacrymis multis dignam edidit, tum ſui „
cauſa, tum eorum qui temere ex improbitate talia crederent & confirmarent: „
quare facilius ille *myrmecoleon* deprehendetur, ac malus male peribit, cum ni- „

„ hil quod devoret, habeat, qui cum illo qui thronum ſuum in aſtris ponere
„ volebat, talia effutire & ſomniare auſus non exhorruit: cum quo annumeran-
„ dum & conſtituendum eum eſſe ob imitationem, ex operibus ejus commonſtra-
„ tur. Inde vero cum quibuſdam ſibi conſentientibus erroris & defectionis ſuæ
„ ſecreta concredidiſſet, & improbis auribus improba verba dediſſet, itemque exe-
„ cranda & perverſa machinamenta ſua in civitate Imperatoria diſſeminaſſet, a-
„ bominandam ſibi manum collegit hominum, qui cum nondum tanta ſtultitia
„ ſaturi ſint, mala parturientes, rati parum eſſe ſi in illa prima quam ample-
„ xi ſunt ſtultitia furant, majoris in nequitia curſus laborem ſuſceperunt, ut
„ pariant iniquitatem; ita ut majoris belli Deo inferendi ſtudio incenſi, finiti-
„ mos noſtros atheos & impios, ad inexpiabile bellum adverſus Dominum &
„ adverſus Chriſtum ejus, & adverſus totum Chriſtianorum cœtum ad communem
„ perniciem & ſui auxilium evocare conſtituerint. Et hoc ſane perfeciſſent, niſi
„ qui mortis umbram in vitam convertit in gratiam eorum qui ſpem in ipſo fir-
„ mam poſuerunt, illud compreſſiſſet: qui etiam ipſorum laborem in capita eo-
„ rum immiſit, ita ut ipſi lapidem in ſuam perniciem volverint: quibus illa eve-
„ niant precor, (o Chriſte rex & Deus, qui gregis tui miſericorditer recor-
„ datus es, quem poſſediſti ſanguine tuo) quæ acciderunt illis Oreb & Zebee
„ & Salmana, ac eorum principibus qui ſuperbe fremuerant; eo prorſus modo
„ quo iſti adverſus ſanctuaria Dei ſe gerunt. Ille autem nullo jure, nulla oc- *Seriem mire perplexam ſic divinando vertimus.*
„ caſione ſive generis ſive morum, regnum adfectans, acerbiſſimus hominum,
„ ac vere Dei oſor, ſui oblitus, ac ea quæ ne per ſomnium quidem aſſequi po- *Edit. Pariſ. pag. 974.*
„ terat, adtingere, ac inſtar procellæ, & diri turbinis omnia miſcere ac in
„ profundum infidelitatis demergere aggreſſus; quotquot e populo perditos ho-
„ mines ac imperio, imo potius Deo infeſtos reperit, maximeque ex lignariis
„ ſibi conciliavit; nulla rationabili occaſione ductus, niſi quod perinde atque
„ ille in Scriptura memoratus inſipiens, una cum gregalibus ſuis, mente delu-
„ ſus ac deceptus execrandus homo hoc ſenſerit ac dixerit, *Non eſt Deus*; Un-
„ de abominabilis factus ac deluſus, velut miſerabilis & vilis paſſer periit, qui
„ ſeſe vel Deo terribiliorem exhibiturum ſomniando ſperaverat, ac ſi mus pino
„ ſe conferret. Quare una cum iis quos ſibi amicitia improbe devinxerat, hoc
„ prophetico ſermone deridetur: *Regnarunt*, *enim*, inquit, *ſibi*, *non per me*;
„ *imperarunt & non noverunt me*. Neque ſecum reputarunt illi ſtupore perculſi
„ homines, necnon imperitiſſimus ille dux eorum, qui cum ſe heſterna die ex
„ Sacerdotali ordine eſſe prædicaſſet, hodie gladio inſtructum ſe oſtentare expe-
„ tit, curruque vectus & ſceptra tenens apparet. O juſtitia! qui audaciæ im-
„ pietate apud ſui ſimiles conſpicua redimitus eſt, ſolis ſtupidæ vanæque calu-
„ mniæ fallaciis confiſus, nec cogitabat non ſine Deo regi noſtra, ac durum
„ eſſe contra ſtimulum calcitrare, neque illam nobis traditam doctrinam conſi-
„ derabat: *Per me reges regnant*. Quæ ſane non intellexerunt miſeri homines,
„ neque cogitarunt capillos capitis ſui numeratos eſſe; quod item eorum ſigni-
„ fer non animadvertit. Adverſus homines hujuſmodi hæc fortaſſe precabatur
„ divinus David his verbis: *Decidant a cogitationibus ſuis*, *ſecundum multitudi-
„ nem impietatum eorum expelle eos*; & ſi non pœnitentiam agere maturent, a
„ fidelium certe cœtu decidant; *& comprehendantur in ſuperbia ſua*, *& de exe-
„ cratione & mendacio uſque ad conſummationem annuntiabuntur*; ſcientes (ſiqui-
„ dem velint ipſi qui corde perierunt) quomodo Deus dominetur, conſervet,
„ curet, foveat & protegat, pium, religioſum, cruciferum, manſuetum,
„ Chriſti amantem Imperatorem noſtrum, mentique ipſis hæc divinitus inſpiret:
„ *Si volueris in viis meis ambulare*, *inimicos tuos ponam in nihilum*, *& ultricem
„ manum te impugnantibus immittam*. Etenim non modo dormitaverunt qui aſcen-
„ derunt equos, qui una cum verſuto illo bacchico furore ſive inſania ageban-
„ tur; qui vere brutis ipſis irrationabiliores ſunt: *ſed & jam dormierunt ſo-
„ mnium ſuum*, *& nihil invenerunt*, idque plane ab increpatione iræ divinæ;
„ cum eorum iniquitas palam traducta ſit; utpote qui fruſtra os aperuerint ad
„ peccatum & ad perniciem in quam proruerunt; ita perpetuo riſu digni ha-
„ beantur: quibus ſane non poteſt ab homine promeritum decerni ſupplicium,
„ ſed ſolum a Deo; ob opus ſcilicet illud crudele, venia indignum, impiiſſi-
„ mum & pernicioſum quod ſuſceperunt. Si quis noſtrum impii hominis audax
„ facinus prudenter conſideret, (is certe putabit opus eſſe) ut nos cum ſan-

ctiſſimis Archiepiſcopis qui hic in ſacra & divina Synodo coacti ſunt; Sardenſi ſcilicet hypertimo, Chalcedonenſi hypertimo, Mithynenſi hypertimo, Ancyrano hypertimo, & Archiepiſcopis Chriſtopoleos & Direi, præſentibus item religioſiſſimis Epiſcopis Rædeſtæ, & Chariopoleos, in ſcelus impiiſſimum & impudentiſſimum odio incenſi, hanc feram occidentalem & vafram Sacerdotio prorſus ſpoliemus, quæ tanta tam horrenda zizania diſſeminavit, etiamſi illo gradu dignatus aliquando fuerit. Verum in illo tyrannidem exercuit nudo tantum verbo uſus ad ſimplices circumveniendos, & ad honorem ſibi conciliandum etſi vere infamis homo, ut ipſi mores ejus per ſe arguunt ac prædicant; cum illo item ſequace ejus quem Myra Lyciæ protulit, qui quaſi lupus immiſericors in gregem Chriſti irrupit. Cum hoc autem & primo illo ſceleris auctore ac prodromo, eos omnes qui in nefarii & ſanguinarii conſilii notitiam venerunt nec ſtatim indicarunt excommunicatione alligamus. Sed etiam eos qui ex hoc tempore rabiei impietatis & infidelitatis hujuſmodi rei deprehenſi fuerint, niſi reſiliant, hac tremenda excommunicatione alligamus. Quia nihil acrius & acerbius, acerbo illo Joanne hircocervo fuerit, & ſequaci illius Sardanapalo; necnon eos qui cum ipſis, muneribus corrupti, ratione hoſpitii conſenſerunt propter facinora eorum damnamus. Viſum eſt ſacræ Synodo ipſis condignam facinorum pœnam infligere, utpote qui calcaneum contra Eccleſiam, contra Imperatorem, & contra contribules omnes extollere auſi ſint. Qui miſeri certe homines non cogitantes ſe Deum omnium inſpectorem ſalutis & vitæ ſuæ exploratorem habere: ſed vere ficulneum auxilium ſibi in vana & futili ſpe reponentes ac miſerabili levitate ducti, ſeſe antiquo illi apoſtatæ Satanæ addixerunt: ejuſque conſiliis repleti eo decepti ſunt ut fruſtra ſperarent execrandi homines vana commenta ſua totum Romanum imperium pervaſura; ac ſe illud, o erroneam mentem! ceu nidum derelictum comprehenſuros eſſe; quemadmodum eorum magiſter Satan, cum olim ſe totum orbem ſubacturum eſſe comminiſceretur, neſcius tenebras pro luce nactus eſt, & cœleſtem ſtationem, abominandus ille, cum inferis, ut meritus eſt, commutavit. Quæ jam memoratis illis ejus ſequacibus obvenerunt: nam ſpe divina dejecti, ſpem ſuam in canibus impiis, impii homines poſuerunt: nam impia nundinatione magnæ Chriſti hereditatis, orthodoxæ doctrinæ deſpectu, turpi contribulium ſuorum proditione, impiis Amalecitis, Italis & iis qui circa Iſtrum incolunt legatos miſerunt; ac neſcio an dum eos evocarent, aliquid ex Chriſti rebus amplexi ſint. Quare una cum ſacra Synodo id unum poſtulamus ab optimo, ſereno, & ad beneficia non ſupplicia inferenda nato, potentiſſimo & ſancto meo Imperatore ut ad malitiam comprimendam fidenter legibus utatur; utque mali artifices, & ii qui aliqua ratione in turpibus actis deprehenſi fuerint, aut poſtea deprehendentur, ſe legum indignationi ſubjiciendos noverint: divino ac Dei præcone Paulo declarante, vindicem in iram ei qui malum agit, & eum qui non ſine cauſa gladium portat, inter Dei miniſtros computari. Ubi enim metus, ibi divinorum humanorumque præceptorum obſervatio eſt: ut nobis recta inſtituta, quæ ad gloriam Chriſti juſti judicis vergunt, ſervantibus, Imperium ille totumque populum Chriſtianum divina ſua manu ab inſidiis tutum, ſanctis Deiparæ precibus confirmet: cui gloria, imperium, honor & magnitudo in ſæcula. Amen.

Edit. Pariſ. pag. 975.

Textus inturbatus.

Ἰωάννης μοναχὸς, &c. *ἐπὶ* 3'.) Abdicato Patriarchatu Athanaſio die decima ſexta menſis Octobris, anni Chriſti 1293. uti ſupra demonſtravimus, In ejus locum ſufficitur Joannes Sozopolitanus, qui prius Coſmas vocabatur; ejuſque conſecratio peracta eſt Kalendis Januarii anni 1294. ut ſcribit Pachymeres lib. II. cap XXVIII. ubi hujus viri ingenium ac mores deſcribuntur. Hic autem Patriarcha e ſede pellitur ab Andronico, ut in ejus locum Athanaſius reſtituatur, die vigeſima tertia menſis Auguſti anni Chriſti 1304. cum ſediſſet annis novem, menſibus ſeptem, & diebus præterea viginti duobus, ut obſervat Poſſinus lib. III. Chronologico ad Pachymerem.

Ἔδει τοῖς τὴν ἐκλογὴν ποιουμένοις πιστοῖς * τὸν, ὃν εἰς τύπον ἔχειν Χριστοῦ, οὐ κατηξίωνται μόνα * Vitium. καὶ πρῶτα ἀρχιερέως καὶ θύματος, μὴ ὅλως ὀρέξει καὶ διακρίσει ἀνθρωπίνῃ ἐπιχειρεῖν. νέμεσιν ὡς εἰδότας τὴν ἄνω. ἐβασίλευσαν γὰρ ἑαυτοῖς καὶ οὐ δι' ἐμοῦ, ἦρξαν καὶ οὐκ ἐγνώρισάν μοι. ἀλλὰ καρδίᾳ μιᾷ καὶ ὁμοφροσύνῃ καὶ ἐκτενείᾳ εἰλικρινεῖ καὶ αἰτήσει τῆς θεοκρίτου ἐκεῖθεν κριθέντα, ἀναμφιβόλως τὸν τοῦ Θεοῦ ὑποδέχεσθαι. καὶ τότε πολλὴν καὶ ἀσύγκριτον εἶναι νομίζειν ἡμῖν τὴν ἀποδοχὴν, πρὸς Θεοῦ καὶ ἀντίληψιν, ἐπ' αὐτῷ τὰς ἐλπίδας καὶ μόνῳ τὰς τῆς διπλῆς σωτηρίας καὶ πιστεύοντας καὶ ἀσαλεύτους. καὶ ὄντως πίστεως (sic) πέρα καὶ συνέσεως τὰ τοιάδε καὶ ταπεινώσεως. καθὰ καὶ τοῖς ὑπηρέταις τοῦ λόγου ὡς ἴσμεν διέπραντο, ὡς πλουτοῦντες τὸ τόπου ἀναστρέφοντος ἡμᾶς τὴν ἐκλογὴν θεοπάροχον, ἀνθρωπίνων ἐξηρημένην καὶ ξένην ἐπινοιῶν καὶ ὀρέξεων, συνετῶς ἀποδιδρασκόντων, καὶ τὸν τὰ θεῖα λαχόντων οἰκοδομεῖν, τὸ μὴ ἁλῶναι ἐν συνειδήσει καὶ Θεοῦ ψευδομάρτυρας ἀποκρίνοντες καὶ ἐγκρίνοντες; εἰ μὴ ἤθελεν καὶ Θεὸν ἐγκρίνειν ἢ ἀποκρίνειν πρὸς τὸ ἀξίωμα. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου ποτὲ, ἢ αὐτοῦ ἐγένετο σύμβουλος; πίστιν ἐν ἔργῳ δεικνύντες τὸ ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ, οὐχ ὡς ὄψεται ἄνθρωπος, ἄπερ ὄψεται ὁ Θεός. ἄτερ δὲ καὶ παραιτουμένου ὡς ἔξω τούτου τὸ μεγάλου καὶ θαυμασίου καὶ θεαρέστου εἰς δόξαν Θεοῦ. ἀλλ' οὐκ ἐπινοίας ἐπισφαλέσι κραδαινομένου τοσοῦτον πρός τινων, πάντας ἐν τούτῳ [illegible]

δὲ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐν Θεῷ χαρισθεῖσι πιστοῖς, ὡς ἀληθείας ἀνατειλάσης ἐκ γῆς, οὐδεὶς ἀντερεῖ· καὶ δικαιοσύνη ἀνακύψει ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οὕτω Χριστοῦ χρηστότητα χορηγοῦντος καὶ πιστοῖς πηγάσει πᾶν ἀγαθὸν εὐλογίας ἀνελλιπῶς. Θεοπειθῶς ἐξ εὐχῶν καὶ ἱκεσίων τῶν θεοπαρόχως πλουτιζομένας δεήσεως. εἰ δὲ τὰ ἐφ' αὐτὰ τοῦ ποιμένος λανθάνοι συμβῆ τὰς ὅσα τῶν ἀπευκταίων καὶ ἀπευκτέων. τὸ γὰρ ἀνάλογον πάθεσι μόνῳ Θεοῦ, οὐχ ὑποδύντα τῷ βουλομένῳ λαλεῖσθαι. ἐξ ὧν τοὺς κρατοῦντας ἐᾷν τὰ τοιάδε, ὡς ἀπιστίας καὶ ἀπωλείας ζέζηνεα(?), ἀτιμίας καὶ καταγνώσεως ἀτοπάτου, καὶ μηδαμῶς ψευδομένους τῆς ἐκκλησίας τῷ σώματι ἐκείνων τὴν ἀθεράπευτον σῆψιν τοῖς ἀεὶ κενθομένοις τὴν ἄκραν ἐν τοιαύτῃ ἀτιμίᾳ καὶ ἐφαμάρτῳ διαφθορᾷ. ἀλλ' ὡς τῆς δίκης οὐκ ἄλλου, ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος οὔσης κρῖναι πᾶσαν τὴν γῆν ἐν δικαιοσύνῃ, φανερὰν καὶ δικαίαν καὶ δικαστικῆς μακράν. συγκαλουμένου παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος παρὰ τοῦ κρατοῦντος ὡς ὁρῶντος Χριστοῦ καὶ ἀκροωμένου ἐξάκουστον καὶ λαμπρὰν τὴν κρίσιν καθίζειν, καὶ εἰ μεταξὺ τὰ τῆς καταδίκης θεσμοῖς καὶ κανόσι Θεοῦ κατενώπιον γυμνασθέντα ἐπικρατέστερα * δόξῃς ἐξετάζεσθαι καὶ ἀφειδῶς καὶ ἀπαραιτήτως, μηδὲ τῆς ἐκκλησίας ἀσυμμιξίας(?) τὰς ὁπωσδήποτε παραιτήσεις(?), ῥήσεις τοῖς μετέπειτα ἀσφαλείας σωτηριώδεις ποιοῦντα τῷ δ' ἐκβληθέντι, εἰ μή πως καὶ μέμψιν, μεμμένους τρόπῳ μετάνοιαν. εἰ δὲ ἐλέει Θεοῦ τοὐναντίον ἐκβῇ, καὶ ὁ πάλαι ἐξαιτησάμενος τὸν δίκαιον καὶ ἀληθινὸν καὶ ἄμεμπτον καὶ θεοσεβῆ σατανᾶς ἀφ' ἐνταῦθα ἐν ταῖς καρδίαις ὅλως εἰσδὺς τῶν συκοφαντῶν, τὰς δυσώδη ἀδμὴν κατὰ τοῦ ποιμένος ἠρεύξατο, τὰς ὑβριστικὰς καὶ δυσφήμους καὶ φλυαρώδεις φωνάς, μὴ μακῶς τὰ τοιαῦτα ἀλλὰ δικαιότερον ἐπεξεργαζόμενοι ὡς ἐπὶ ὕβρει Θεοῦ, καὶ φειδοῦς ἁπάσης ἀποστερήσομεν. καὶ καθ' ὅσον ἀγάπης καὶ ζήλου τοῦ πρὸς Θεὸν ἀπαραίτητος ὀφειλὴ τῷ πιστῷ, ὡς ὅτι μὴ τὸν τυχόντα ἀρχιερέα ἀλλ' αὐτὸν τὸν τῆς ἐκκλησίας Θεὸν τὰς ἀνυβρίστας(?) ἐμωμήσατο καὶ ἐξύβρισεν. ἐκεῖθεν ἀναμφιβόλως καὶ τὰς φωνάς, τὸ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ, καὶ τὸ ἔμπαλιν ἐκ τίνος καὶ τῆς τοιαύτης πῶς ἐν ἀληθείᾳ φημὶ τῆς δικαιοσύνης καὶ πίστει καὶ φόβῳ Θεοῦ πρὸς ἡμῶν γινομένης. ἀναλόγως συντηρηθῶμεν καὶ φρουρηθῶμεν καὶ ἀναχθῶμεν, ὡς καὶ ὄντες ἐν πᾶσιν ἡμᾶς Χριστοῦ, καὶ διασώζοντας τοῖς ἔργοις τὴν πίστιν δεικνύωμεν, καὶ τὴν σπουδὴν, ἐφαμάρτου διπλῶς ἀπηλλαγμένους, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνθρωπίνων ὀρέξεων ἀφιστάμεθα(?) … τὰ ἡμῶν καὶ τοὺς πέλας δικάζοντας.

* δόξης.

Hic cum ſediſſet annis tribus, & decem menſibus, anno Chriſti 1315. e Patriarchali ſede pellitur ob multa & varia ſacrilegia, ut ſcribit Nicephorus Gregoras cap. 21. paulo ſuperius citati libri. Cæterum habetur in Codice Regio num. 2964. fol. 199. V. Oratio Nicephori Chumni, laudata a Boivinio in Notis ad Gregoram, quæ ſic inſcribitur: Ἔλεγχος κατὰ τοῦ κακῶς τὰ πάντα πατριαρχεύσαντος Νίφωνος, ἐκτεθεῖσα παρὰ τοῦ Νικομηδείας ἐκ τοῦ Μιτυλήνης πρὸ τῆς ἱερᾶς συνόδου.

Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς ἔτη δ'.) Nimirum, *Joannes Glycys annis quatuor*. Pulſo e ſede Niphone anno Chriſti 1315. & uno anno interjecto in ejus locum ſufficitur Joannes Glycys Logotheta curſus publici, qui uxorem filioſque & filias habebat; ſed ejus uxor ſtatim Monaſticum habitum induit; ille vero, quod certis anni intervallis articulorum doloribus affligeretur, ipſo indui non potuit; nam de medicorum ſententia carnibus ei veſcendum erat, ut ſcribit Gregoras lib. VII. cap. XI. ubi hujus Patriarchæ virtutes ac in literis peritiam pluribus prædicat idem Scriptor; qui etiam ibidem teſtatur, ſe uſum fuiſſe Joannis conſuetudine ad ſtylum expoliendum. Huic Patriarchæ annos quatuor aſſignat & Gregoras lib. VIII. cap. 12. ubi ait Joannem, quod ejus morbus ingraveſceret, abdicata dignitate, quarto anno Patriarchatus, in Cyriotiſſæ Monaſterium ſe contuliſſe. Quod quidem accidit anno Chriſti 1320. Vide ibidem Patriarchæ hujus teſtamentum, quod Gregoras ab eo tum accerſitus conſcripſerat. Verum, ut optime monet doctiſſimus Boivinius in Notis ad Gregoram, non ibi Teſtamentum ipſum Patriarchæ, ſed Teſtamenti proœmium profert Gregoras, cujus ſeſe auctorem manifeſtum prodit. Extant, inquit idem Boivinius, in Codice Regio 3229. opuſcula duo, ejuſdem ferme & argumenti & ſtyli; quorum primum inſcribitur, Τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος ἡ παραίτησις τῆς πατριαρχείας; alterum, Τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον.

Γεράσιμος ἔτος α'.) *Geraſimus anno uno*. Joanni ſucceſſit Geraſimus Sacerdos monachus e Monaſterio Manganorum anno Chriſti 1320. Hic, ut ſcribit Gregoras lib. VIII. cap. 12. erat vir ſimplici ingenio, & præ ſenio ſurdaſter, literarumque Græcarum omnino expers. Tales enim ab Imperatoribus eligi conſuaviſſe, ut dicto audientes eis ſint, & nulla in re ipſis reſiſtentur, tamquam mancipia, tradit idem Scriptor laudato loco; & Georgius Phranzes ait, eum fuiſſe moribus nauci atque inutilem, & præfuiſſe Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ad exiguum tempus, eamque haud ſponte dimiſiſſe. Gregoras Geraſimi mortem accidiſſe ſcribit pridie quam Andronicus Nepos urbem deſeruerat; quæ quidem fuga Andronici contigit die vigeſima menſis Aprilis anni 6829. Chriſti 1321. ut tradit idem Scriptor. Igitur mors Geraſimi accidit ipſo die Paſchatis, quod illo anno incidebat in diem 19. Aprilis. Cantacuzenus vero Geraſimum obiiſſe refert ea ipſa nocte, qua Andronicus nepos urbem deſeruerat.

Ἡσαΐας . . . . . .) Geraſimo fatis functo die 19. menſis Aprilis anni Chriſti 1321. uti paulo ſuperius monuimus, ſedes CPolitana tribus ferme annis vacavit; denique Eſaias Monachus ex monte Atho ſeptuagenario major, nulla ſacerdotali dignitate præditus, idemque adeo imperitus ut nec prima quidem literarum elementa perfecte poſſet conjungere, in urbem venit; eumque Imperator ob nimiam morum ſimplicitatem in Patriarchalem ſedem tum temporis vacantem impoſuit; quamvis multa crimina libere illi objecta & paſſim teſtata fuiſſent, propter quæ olim ſæpe excluſus omni ſacrorum ordinum gradu fuerat, ut ſcribit Gregoras lib. VIII. cap. XI. Renuntiatus autem fuit Eſaias prid. Cal. Decemb. Indictione ſeptima, hoc eſt, anno Chriſti 1323. ut ſcribit Dorotheus in Synopſi. Perperam igitur Spondanus hoc factum ait anno 1322. Moritur autem Eſaias, ut ſcribit Gregoras, & ut ex iis, quæ dicturi ſumus de Joanne ipſius Succeſſore patebit, anno Chriſti 1333. cum ſediſſet decem ferme annis.

Ἰωάννης ὁ Ἀπριώτης . . . . .) Mortuo Eſaia anno Chriſti 1333. uti paulo ſuperius diximus, in ejus locum ſufficitur hoc ipſo anno Joannes Apris oriundus, Calacas cognomine. Huic anni quatuordecim aſſignantur in Codice Regio 3058. 4. fol. 98. ubi legitur, Ἰωάννης ἰδέξατο καὶ σοφὸς λίαν ὁ Καλέκας ἔτη ιδ'. His conſona habes Gregoras qui lib. XVI. cap. IV. ait Joannem annis circiter quatuordecim Patriarcham fuiſſe; Καὶ πρῶτον μὲν ἰκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκὼς Ἰωάννην, ὃν τοῖς Βυζαντίου ἀρχιερεῦσι διαμεμενηκότα ἡμέρας ἀρχιερέων, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ ὑπουργοῖς συμφρόνησεν καὶ αὐτός, μεγίστην καὶ δυσφήμως τοῖς δημο-

δικαιοσύνης γένηται πράγματα βλάβην αὐτοῖς. ὃς καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς, ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, πέντε καὶ ἑξήκοντα γεγονὼς ἐγγὺς ἔτη. πατριαρχεύσας μὲν περὶ τὰ τεσσαρεσκαίδεκα. ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθαίρεσιν μῆνας δέκα. Hinc autem ille ante omnia Joannem Patriarcham ejecit, & Byzantium, ut in Palatio vinctus cuſtodiretur, miſit; ne & ipſe favens novis rebus, quæ illic ciebantur, maximum & intolerandam Reipublicæ detrimentum afferret. At hic, non longum ex ea in vita commoratus, ibi deceſſit, quinque ferme & ſexaginta annos natus, quatuordecim circiter Patriarchica dignitate potitus, & decimo poſt exauguratonem menſe mortuus. Depoſitus fuit Joannes ineunte anno Chriſti 1347. at tradunt Gregoras & Cantacuzenus: oportet itaque, ut ſcribit Boivinius in Notis ad Gregoram, Joannem creatum eſſe Patriarcham anno Chriſti 1333. non vero anno 1331. at videtur tradere Cantacuzenus; nam præterquamquod ab anno 1333. ad ann. 1347 anni numerentur quatuordecim, quibus eum ſediſſe ſupra demonſtravimus, Gregoras & Cantacuzenus hujus depoſitionem in ann. 1347. expreſſe conferunt. Hinc corrigendus eſt Spondanus qui hujus depoſitionem in annum Chriſti 1345. confert.

Ἰσίδωρος ἔτη β΄. μῆνας ζ΄. ἡμέρας ιε΄.) Nimirum, *Iſidorus annis duobus, menſibus ſeptem, & diebus quindecim.* Pulſo e ſede Joanne Caleca anno Chriſti 1347. uti paulo ſuperius demonſtravimus, in ejus locum hoc ipſo anno ſubſtituitur Iſidorus; qui, at ſcribit Gregoras lib. xv. cap. x. antehac Monembaſiæ electus fuerat Epiſcopus, moa novorum Palamæ errorum cum & ipſe convictus fuiſſet, dejectus dignitate fuerat, & a ſacra communione ſegregatus. Eodem nunc Patriarchatum obtinente, ſciſſum eſt ſtatim Eccleſiæ corpus. Sic Gregoras. Vide Tomum Ignatii Patriarchæ Antiocheni contra hunc Iſidorum ſcriptum; qui Tomus habetur apud Allatium (de libris Eccleſiaſticis Græc. Diſſert. II.) Novembri menſe promulgatus, Indict. XIII. hoc eſt anno Chriſti 1344. exeunte. Vide item Orationem Palamæ adverſus Joannem Calecam Patriarcham ſcriptam, in qua ipſe ſuam & Iſidori cauſam pluribus agit. Hæc habetur edita Græce tantum ex Codice Regio in Notis ad Gregoram. Mors autem Iſidori refertur a Gregora l. XVIII. c. I. quæ quidem accidit anno Chriſti 1349. exeunte.

Edit. Pariſ. pag. 988.

Κάλλιστος ἔτη ιβ΄.) *Calliſtus annis duodecim.* Calliſtus Monachus ex monte Atho, unus ex Palamæ amicis in Patriarcham eligitur anno Chriſti 1350. at ſcribit Gregoras lib. XVIII. cap. I. ubi hujus Patriarchæ ingenium ac mores pluribus deſcribuntur. Hic Patriarchatum adeptus Synodum celebravit, in qua Palamas orthodoxus declaratus fuit: eam Combefiſius edidit parte ſecunda Auctarii noviſſimi. Hic dum legatione fungeretur apud Cralænam pro ſocietate contra barbaros in Thracia, moritur, ut ſcribit Cantacuzenus lib. IV. cap. L. cujus quidem mors accidit ſub finem anni Chriſti 1362. quod patet non ſolum ex eo quod huic Patriarchæ anni duodecim aſſignantur, verum etiam ex iis, quæ de Succeſſoribus infra dicturi ſumus. Cæterum monere hic neceſſarium eſſe duximus Calliſtum Patriarcham quod negaret Matthæum Imperatorem deſignandum, ut ſcribit Cantacuzenus, e throno dejectum fuiſſe, & in ejus locum ſuffectum fuiſſe Philotheum, de quo infra dicemus. Tum Calliſtum Galatam, inde Tenedum ad Palæologum confugiſſe, ait laudatus Scriptor. Hoc autem accidit circa annum quartum ejus Patriarchatus, Chriſti 1354. Verum poſtmodum Joanne Cantacuzeno Monaſtico habitu induto, & Palæologo Conſtantinopolim reverſo anno 1355. Initio anni ſequentis Patriarcha Calliſtus Tenedo reverſus, ut ſcribit Cantacuzenus, Eccleſiaſticam poteſtatem recepit, cum contradicere nemo auderet: quin nec ipſe Epiſcoporum de reſtitutione ſua ſuffragium expetebat. Sed indigniſſime non a Cantacuzeno ſolum, verum etiam ab Epiſcopis violatum ſe arbitratus, ſuo ſibi ſuffragio reditionem confirmans, injuriæ auctores ad pœnam depoſcebat. Sic de eo tradit idem Scriptor.

Φιλόθεος ἔτη ιγ΄. μῆνας ϛ΄.) *Philotheus annis tredecim, menſibus ſex.* Philotheus & ipſe Palamita Heracleæ Epiſcopus, uti ſupra diximus, anno Chriſti 1354. renuntiatus fuit Patriarcha in locum dejecti e ſede Calliſti; verum poſt biennium circiter Sedis hujus, rurſus Calliſtus non Epiſcoporum ſuffragio, a quibus deturbatus fuis, ſed propria auctoritate in Sedem, a qua injuſte dejectum ſe credebat, rediit, ut ſcribit Cantacuzenus. Et hi duo anni, quibus prima vice rexerat Eccleſiam Conſtantinopolitanam Philotheus, ab auctore hujus catalogi non recenſentur; fortaſſis quod tum Calliſto legitimo Patriarcha vivente, intruſi potius Patriarchæ quam legitimi nomen mereretur; ſed utut res habeat, Philotheus, mortuo Calliſto ſub finem anni Chriſti 1362. uti ſupra monuimus, in ejus locum ſufficitur, ſeu potius in Sedem reſtituitur, at ſcribit Cantacuzenus libro IV. cap. L. quod quidem factum eſt initio anni ſequentis. Moritur vero Philotheus anno Chriſti 1376. cum ſediſſet annis tredecim & ſex menſibus poſt Calliſtum. Hujus autem Patriarchæ qui Palamiticæ factionis erat, plura ſuperſunt ſcripta, & imprimis Antirrhetici pro defenſione Tomi Palamitici, quibus mortuum Gregoram refutare, Cantacuzeno hortante, conatus eſt. Habentur autem hi Antirrhetici contra Nicephorum Gregoram in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi MSS. & a doctiſſimo Joanne Boivinio paſſim laudantur in Notis ad Gregoram: iidem etiam aſſervantur MSS. in Bibliotheca Vaticana, necnon in Bibliotheca Regis Catholici. In Bibliotheca vero Sereniſſimi Bavariæ Ducis, & in Bibliotheca Regis Catholici habentur ejuſdem Patriarchæ Homiliæ MSS. in Evangelia & Dominicas totius anni, & aliæ ex Sancto Joanne Chryſoſtomo potiſſimum deſumptæ. Item Philothei Patriarchæ Anathematiſmorum ſub Conſtantino Porphyrogenito, & duobus aliis Imperatoribus latorum, everſio ſeu confutatio habetur MS. in Bibliotheca Vaticana. Hujus autem Patriarchæ *Sermo encomiaſticus* in tres Hierarchas, nimirum ſanctum Baſilium, Gregorium Theologum, & ſanctum Joannem Chryſoſtomum Latine & Græce editus fuit a Jacobo Pontano Societatis Jeſu, cum Dioptra Philippi Solitarii, Ingolſtadii anno Chr. 1604. Hujus item *Homiliam de Cruce* Græce & Latine edidit Jacobus Gretzerus tom. 2. Operis de Cruce. Vide quæ de aliis ejuſdem Patriarchæ Philothei ſcriptis tam editis quam ineditis habent Poſſevinus, Udinus ac reliqui Scriptores. Cæterum de Philotheo Patriarcha pleraque perhonorifice ſcripta reperiuntur apud Cantacuzenum; cui quidem hac in re nulla fides adhibenda eſt.

pag. 989.

Μακάριος, ἔτη β΄. μῆνας ζ΄. ἡμέρας ιε΄.) *Macarius annis duobus, menſibus ſeptem, diebus quindecim* Philotheo fatis functo anno Chriſti 1376. in ejus locum ſubſtituitur Macarius hoc ipſo anno. Hic cum ſediſſet annis duobus, menſibus ſeptem, & diebus quindecim obiit anno 1379.

Νεῖλος ἔτη η΄. *Nilus annis octo.* Nilus ſucceſſit Macario initio anni Chriſti 1380. Hic cum ſediſſet annis octo obiit anno 1388. ineunte, uti ex iis quæ infra dicturi ſumus de ejus Succeſſoribus facile patebit. Perperam igitur hujus mortem confert Spondanus in annum Chriſti 1398. & male huic annos viginti attribuit idem Scriptor; ſed longum omnino foret hujus Scriptoris ac cæterorum, qui de Patriarchis CP. ſcripſere, ſingula errata hic recenſere, uti in Præfatione monemus.

Ἀντώνιος ἔτη η΄.) *Antonius annis octo.* Mortuo Nilo anno Chriſti 1388. ineunte, uti paulo ſuperius diximus, in ejus locum ſufficitur Antonius hoc ipſo anno; qui cum ſediſſet annis octo, ut habetur in hoc catalogo, ejus mors neceſſario contigit anno Chriſti 1396. Quod quidem magis patebit ex iis quæ de annis Euthymii ac Joſephi Patriarcharum infra ex Georgio Phranza dicturi ſumus. Perperam igitur hujus Patriarchæ mors in annum Chriſti 1406. ab Onuphrio confertur.

Κάλλιστος μῆνας γ΄.) *Calliſtus menſibus tribus.* Cal-

liſtus ſucceſſit Antonio anno Chriſti 1396. qui cum ſediſſet menſibus tribus, obiit ſub finem hujuſce anni. Perperam Onuphrius Calliſto huic ſecundo annos tredecim aſſignat; nam ipſe nonniſi menſibus tribus ſedit; Matthæus vero ejus ſucceſſor annis tredecim, ut habetur in hoc catalogo Græco, cui potior fides habenda eſt, quam Onuphrio.

Ματθαῖος ἔτη ιγ΄.) *Matthæus annis tredecim.* Calliſto fatis functo ſub finem anni Chriſti 1396. anno ſequenti in ejus locum ſubſtituitur Matthæus. Hic cum ſediſſet annis tredecim obiit anno Chriſti 1410. Vide quæ de illo habent Scriptores illius ævi.

Εὐθύμιος ἔτη ε΄. μῆνας ε΄.) *Euthymius annis quinque, menſibus quinque.* Euthymius ſucceſſit Matthæo anno Chriſti 1410. qui cum ſediſſet annis quinque, menſibus quinque, obiit anno Chriſti 1416 quo etiam anno ejus mors conſignatur a Georgio Phranza; qui ſic habet: *Anno mundi 6924. Domini autem 1416. Imperator Conſtantinopolim rediit, & cum eo procerum ordo univerſus. Quo menſe poſt ejus adventum receſſit e vivis Patriarcha Euthymius.* Perperam itaque Onuphrius Euthymii Patriarchatus initium in annum Chriſti 1419. confert, ut etiam ex dicendis conſtabit.

Ἰωσήφ.) Joſeph Epheſi Metropolita renuntiatus fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus die vigeſima prima menſis Maii anni Chriſti 1416. ut ſcribit Phranzes. Sic etiam Syropolus ſect. 2. cap. 4. qui ipſo die feſto Conſtantini Magni, Indictione nona, Joſephum inauguratum fuiſſe ſcribit; Conſtantini Magni & Helenæ feſtum agunt Græci die vigeſima prima menſis Maii. Hæc Syropulus:

Edit. Pariſ. pag. 990. Τῶν δὲ ἀρχιερέων ψηφισαμένων κατὰ τὸ ἔθος τρία πρόσωπα, παρόντος καὶ τοῦ Μηδείας, ὁ γὰρ παρῆν ἐν ταῖς προηγορίαις, ἐξελέξατο ὁ βασιλεὺς τὸν Ἐφέσου κῦρον Ἰωσήφ, καὶ εἰς Πατριάρχην προεβάλετο. ὃς καὶ εἰς τὸ Πατριαρχεῖον ἀναχθεὶς κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἑορτάσιμον ἡμέραν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὴν κατὰ τὴν ἰνδίκτον νέμησιν τὴν θείαν ἐτέλεσε μυσταγωγίαν, καὶ ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἱερῷ ἐνεθρονίσθη ἀναδρόμῳ. Quæ ſic verto. *Ad electionem Patriarchæ cum Præſules inter ſe ſuffragati, ut moris erat, tria nomina Imperatori propoſuiſſent, præſente etiam Medicæ, qui antea ſtatis in Synodo non interfuit, Imperator Epheſi Præſulem Dominum Joſephum eligit, ac Patriarcham renuntiat. Qui confeſtim deductus in Patriarchium, ipſo die feſto Conſtantini Magni, Indictione nona, divini cultus officium celebravit, & in Magna Eccleſia collocatus eſt, in throno inaugurandis Patriarchis deſtinato.* Moritur autem Joſeph Florentiæ, ubi cum Imperatore concilii cauſa reperiebatur, veſpere diei 9. Junii anni Chriſti 1439. cum ſediſſet annis viginti tribus, diebus decem & octo circiter. Sepelitur Florentiæ in Eccleſia Sanctæ Mariæ Novæ nuncupata, FF. Prædicatorum; ad cujus ſepulcrum legitur ſequens Epitaphium; opus, ut ajunt, Maffei Vegii illius ævi poetæ Laudenſis non ignobilis. Et ſic habet:


Eccleſiæ Antiſtes fueram qui magnus Eoæ,
Hic jaceo magnus religione Joſeph.
Hoc unum optabam miro inflammatus amore,
Unus ut Europæ cultus, & una fides.
Italiam petii, fœdus percuſſimus unum;
Junctaque Romanæ eſt, me duce, Graia fides.
Nec mora, decubui: nunc me Florentia ſervat,
Qua tunc Concilium floruit urbe ſacrum,
Felix, qui tanto donarer munere viveus;
Qui morerer voti compos & ipſe mei.

De hoc Joſepho Patriarcha CP. qui Concilio Florentino una cum Imperatore interfuit, multa Scriptores; nobis tamen hæc ſufficiet dixiſſe. Hujus autem Patriarchæ effigiem una cum tribus aliis tabellis in uno ære inciſis hic proponimus. Prima tabella repræſentat Conſtantinum ac Helenam ejus matrem, manu eandem Crucem longiorem geſtantes; de qua quidem Cruce lib. 1. loquimur. Secunda tabella exhibet effigiem Manuelis Palæologi Imperatoris, ac binas icones Joannis item Palæologi. Tertia tabella continetur ſancti Joannis Baptiſtæ effigies; quomodo a Græcis ſolet repræſentari. Quarta denique Joſephi effigiem exhibet. Omnes autem iſtæ tabellæ delineatæ ſunt ex Codice Regio n. 3058. 4: ex quo Codice quatuor primos Antiquitatum CP. libros adornavimus, uti in præfatione monemus; ibi enim, uti diximus, habentur hæ imagines rudi admodum penicillo adumbratæ: hoc quidem ordine, Joannis Baptiſtæ imago ligneo Codicis tegmini agglutinata eſt: Manuelis ac Joannis Palæologi icones habentur pag. prima; cujus altera pars ſciſſa comparet; Conſtantini & Helenæ imagines in fronte Antiquitatum CPolitanarum repræſentantur; Joſephi vero Patriarchæ imago ad calcem Codicis cernitur.

Cæterum in hoc Patriarcha Joſepho deſinit catalogus Patriarcharum Conſtantinopolitanorum a R. P. Labbeo editus ex Codice Claromontano in apparatu hiſtoriæ Byzantinæ: ubi perperam ſubjungit Labbeus ſic: Joſephus illic Florentiæ in Concilio generali obiit: cui Græci ſubrogarunt Conſtantinopoli Gregorium quemdam cognomine mamniam, invitum & renitentem, qui expugnationem Urbis paulo poſt futuram prædicens, ſe munere abdicavit: Phranzes Meliſſenum vocat, & Diem Julii 26. anni MCCCCXLV. ejus electioni aſſignat. Fallitur, inquam, Labbeus hæc ex Phranza ſcribens; nam idem Scriptor diverſa omnino tradit, ut facile cuilibet patebit ex iis, quæ dicturi ſumus de Joſephi Succeſſoribus ad captam uſque a Turcis Conſtantinopolim; cum animus ſit ad illud uſque tempus ſeriem Patriarcharum hic ex Phranza proponere. Sic igitur. Pag. 991.

Mortuo Joſepho Patriarcha veſpere diei 9. Junii anni Chriſti 1439. uti paulo ſuperius demonſtravimus, in ejus locum ſufficitur a Synodo & Imperatore Beſſarium Niceæ Epiſcopus, hoc ipſo anno. Verum hunc, ut ſcribit Phranza, poſtea propter perturbationes rerum & ſcandala, neſcio quæ, Conſtantinopolim non venientem, ſed Romæ hærentem, Princeps Archiepiſcopus (*Papa Romano*) cum penſionibus liberaliſſimis ad numerum & ordinem Cardinalium adſcripſit. Quænam autem fuerint perturbationes illæ ac ſcandala, propter quæ Beſſarion renunciatus Patriarcha Conſtantinopolim non adiit, licet ea ſileat Phranzes, ſatis ex Anonymo Cruſiano cognoſcimus; dum ſcribit Pag. 4. Imperatore Conſtantinopolim reverſo, eos qui ibi remanſerant clericos, Monachos, ac cæteros recuſaſſe cum iis, qui ex Italia redierant ſacra celebrare, aut in precibus memoriam eorum facere; ſed ab eis receſſiſſe, tamquam qui pietatem abjeciſſent; magnamque inde diviſionem conſecutam eſſe: Οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει κληρικοί, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, ἡγούμενοι, πνευματικοί, καὶ οἱ λοιποί, οὐκ ἤθελον συλλειτουργῆσαι τοῖς ἐλθοῦσι, ἢ μνημονεύειν αὐτοῖς. ἀλλ᾽ ἐχωρίζοντο αὐτῶν, ὡς ἀσεβῶν, εἰπεῖν. πολλοὶ δὲ παρῃτήσαντο καὶ τὴν ἱερωσύνην. καὶ γέγονεν ἡ ἕνωσις, διαίρεσις. *Qui vero in Urbe degebant clerici, Hieromonachi, Sacerdotes, Abbates, confeſſionibus audiendis præpoſiti (Pneumatici dicti) ac cæteri; ii nolebant Liturgias & ſacra cum illis, qui venerant, celebrare: aut in precibus mentionem ipſorum facere; ſed ab eis recedebant, tanquam qui pietatem (ut ita dicam) abjeciſſent. Multi ſacerdotio etiam renuntiarunt. Deinque unitatem diviſio, concordiam diſcordia, conſecuta eſt.* Sed perperam ibi ſubjungit laudatus Scriptor Anonymus, ad hunc modum trajecto Eccleſiæ ſtatu, cum Patriarcha Joſepho illic mortuo nullus eſſet; nemo etiam propter rerum confuſionem ſe ad honorem Patriarchatus promoveri pateretur; Beſſarione enim Niceno & Iſidoro Ruſſiæ Antiſtite Romæ remanentibus: demum Gregorium quemdam cognomine Mammam Pneumaticum, vitæ Sanctimonia præſtantem, arreptum, Patriarcham factum eſſe invitum: ſed eum, cum ſerpere in dies longius diſſidium cerneret, eo ſe munere abdicaſſe, prænunciato prius Imperii interitu, & Urbis expugnatione. Perperam inquam iſthæc Anonymus Cruſianus; nam Georgio Phranza de rebus ſui temporis ſcribenti potior fides habenda; hic enim Scriptor tradit, mortuo Florentiæ Joſepho, in ejus locum, uti paulo ſuperius diximus, ſuffectum

Conſtantini M. ac Helenæ ejus matris effigies Tab. I.



Manuelis Palæologi Imp. effigies Joannis item Palæologi Imp. binæ icones Tab. II.



S. Joannis Baptiſtæ effigies Tab. III.



Joſephi Patriarchæ C.P. qui Florentiæ obiit effigies Tab. IV.



Digitized by Google

fuiſſe a Synodo & Imperatore Beſſarionem; verum cum Beſſario propter rerum perturbationes ac ſcandala Conſtantinopolim non veniſſet, ſed Romæ hæreret, in Patriarcham electum fuiſſe Metrophanem. Sic cum Phranza; verum quod idem ſcribit de Electione Beſſarionis in Patriarcham poſt Joſephum Florentiæ fatis functum, pugnare omnino videtur cum Actis Concilii Florentini; quippe cum Eugenius Papa a Græcis petiſſet ut in locum Joſephi defuncti Patriarcham alium ordinarent, ante ſuum Florentia diſceſſum, reſponderunt id fieri nequaquam poſſe: ſed nec Imperatorem quidpiam moliturum adverſus priſcam conſuetudinem, qua Patriarcham a totius ditionis ejus Epiſcopis eligi oportebat, ac in Magno Sanctæ Sophiæ templo conſecrari: Πατριάρχει ἐνταῦθα ὁ γινόμενος ὅτι ἔχομεν συνελθεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει] πᾶσαι αἱ ἐπαρχίαι ἡμῶν ἀθροισθῆναι, καὶ ἐν τῷ καθολικῷ ἡμῶν ναῷ χειροτονηθῆναι· καὶ ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἄλλως πως οὐ ποιεῖ, εἰ μὴ ταῖς συνηθείαις ταῖς ἐκκλησίαις ἡμῶν. Sed de hac Beſſarionis electione pluribus agit Allatius *De Eccleſiæ Occid. & Orientalis perpetua conſenſione* lib. III. cap. III. ubi ſic habet: His nihilominus non obſtantibus, Imperator cæterique, qui unionem propugnabant, Patriarcham eligunt Beſſarionem, ſi nos non fallit auctor, qui lingua Græcorum communi narrationem de Synodo Florentina conſcripſit; ſed, cum ſui dicti teſtem afferat Georgium Phranzam, hoc eodem dictum ſuum deſtruit. Phranza enim lib. II. cap. XVII. ait, Beſſarionem ab Imperatore & Synodo Florentiæ, poſt defunctum Joſephum Patriarcham creatum, qui cum aliis Græcis Conſtantinopolim non redierat, ſed in Italia manſit. Non potuit ergo hoc auctore, Beſſario Byzantii Patriarcha eligi a Græcis, qui Byzantii nullus erat; niſi velimus dicere, abſentem electum fuiſſe, quod plane ridiculum videri poterit conſideranti, quæ acta ſunt Florentiæ pro electione novi Patriarchæ poſt fato functum Joſephum. Græci enim, licet enixe inſtaret ſummus Pontifex, noluerunt Patriarcham eligere, quod non eſſet moris eum eligere extra Conſtantinopolin. Et cum Phranza dicat, electum ab Imperatore & Synodo poſt defunctum Joſephum, videtur, ni me fallunt conjecturæ, illius electionem ponere in Italia; quod Acta Synodi omnino non tacuiſſent. Et falſum eſt, Beſſarionem poſt Concilium in Græciam non rediiſſe, cum id ipſe afferat, epiſtola ad Alexium: μετὰ τὴν γενομένην ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἡμῶν ἐπάνοδον. *Poſt celebratum ſacrum Concilium, & noſtrum in urbem Conſtantinopolin reditum:* quod per breve tempus fuiſſe, certum eſt. Et forte tam præſens electus fuit, & noluit acceptare. Hoc tamen verbis Phranzæ non videtur reſpondere. Et quamvis idem Beſſarion dicat in eadem epiſtola, inter Græcos ſe ſummos habuiſſe honores, non eſt intelligendus de Patriarchatu, ſed de iis honoribus, quibus ante Synodum in ipſa Græcia fuerat ornatus, inter quos Patriarchatus locum non habet. Quare non male opinantur illi, qui aſſerunt, eum titularem Patriarcham Conſtantinopolitanum fuiſſe, quales poſt captam a Latinis Conſtantinopolin Romani Pontifices nominabant, quemadmodum & aliarum Patriarchalium ſedium, idque nobis inſinuare conatur Dorotheus Monembaſienſis in Synopſi Hiſtoriarum. Vide & alia quæ de Beſſarione ſcribit idem Allatius paulo ſuperius citato loco. Cæterum ut Phranzæ ſeriem perſequamur.

Edit. Pariſ. pag. 993.

Metrophanes ex Metropolita Cyziceno Conſtantinopolitanus Patriarcha renunciatur vere anni Chriſti 1440. poſt Imperatoris Conſtantinopolim adventum; ſed quanto tempore Metrophanes in Patriarchatu vixerit Phranzes non aperit. Metrophanes autem hic, ut ait Allatius loco ſuperius a nobis citato ſextus ordine in Synodo ſubſcripſerat; qui cum in Sede collocatus eſſet, uti par erat, diſſidentium machinas ſedare conatur, turbulentos in officio continere, de contumacibus quoque pœnas ſumere, quos, Epiſcopatibus pulſos, exilio multavit, & probos ac pios & morigeros in eorum loca, ut unio propagaretur, reſtituit. Dum reliqui Patriarchæ reclamarent, neque remiſſis ſpiritibus arrogantiam ſedarent, ex eorum etiam diœceſibus male feriatos ejicit, alioſque ſibi audientes ſupponit: quod puto abique ſummi Pontificis permiſſione hominem, Eccleſiæ Romanæ reverentiſſimum, nunquam auſum fuiſſe. Id reliqui Patriarchæ ægre ferentes; Philotheus Alexandrinus, Dorotheus Antiochenus, & Joachimus Hieroſolymitanus; licet Synodo per Legatos ſubſcripſiſſent; ira perciti, ac furore præcipites, coacta Synodo, Metrophanem & Epiſcopos ab eo creatos, conviciis onerant, anathemati ſubjiciunt, & reliquos Chriſti fideles ab eorum obedientia avertunt. Tandem Joanni Imperatori ſcribunt, hortanturque ut reſipiſcat; ſin minus, excommunicationem minantur. Ut curam Metrophanis, & Imperatoris ſtudium in propaganda unione, & aliorum Patriarcharum in convellenda, videas, non abs re fuerit, litteras Synodales, non cuique obvias, hic inſerere, inquit Allatius. Littera Synodalis contra Metrophanem eſt:

pag. 994.

Τῶν Πατριαρχῶν τῆς Συρίας,

Ἐπειδὴ ἧκε καὶ ὁ πανιερώτατος μητροπολίτης ἐνταῦθα τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας, ὁ καὶ πρωτόθρονός τε, καὶ ἔξαρχος πάσης ἀνατολῆς ἅμα μὲν προσκυνῆσαι τὸν πάνσεπτον, καὶ θεῖον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τάφον, καὶ τοὺς ἱερὰς ἐν Ἱεροσολύμοις ἱστορῆσαι τόπους ἧς τὰ παράδοξα ἐπληρώθησαν τῆς Χριστοῦ οἰκονομίας μυστήρια, ἅμα δὲ κοινώσασθαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας καὶ εὐσεβείας χριστιανῶν μέγα μυστήριον. καὶ δηλοποιήσασθαι τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει σκάνδαλα πάντα διὰ τῆς συναθροισθείσης ἐν Φλωρεντίᾳ τῆς πρὸς Ἰταλίαν μιαρᾶς συνόδου, καὶ τὰ τῶν Λατίνων σὺν τῷ Εὐγενίῳ Πάπᾳ δοξάσασαν ἄπερ ἀεὶ ἔξεσι, τινὰ προσθήκην δηλαδὴ ἐν τῷ τῆς πίστεως ἡμῶν θείῳ καὶ ἀμωμήτῳ συμβόλῳ ὑπογράψασαν, καὶ πεισθεῖσαν ὡς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ θεῖον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, τὰ ἄζυμα συγχωρήσασαν πρὸς ἁμῆς θύεσθαι, καὶ μνημονεύειν διὰ τοῦτο τὸν Πάπαν· ἔνι τε καὶ ἄλλα ὅσα παρὰ κανόνας ἀθέσμα ἐκείνων συγκαταπεθεῖσαν, καὶ στέρξασαν. καὶ ὅπως ὁ Κυζίκου μητροφόνος λατρικῶς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἥρπασε, συναινέσασαν τοῖς τε αἱρετικοῖς, καὶ τῷ εἰρημένῳ Πάπᾳ, καὶ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων Παλαιολόγῳ τῷ λατινόφρονι, τοὺς μὲν πιστούς τε καὶ ὀρθοδόξους ἀποβαλοῦντι, διώκοντι, τυραννοῦντι, καὶ ἐπιτιμῶντι, τοὺς δ᾽ ἀπίστους καὶ κακοδόξους προσκαλοῦντι, καὶ ἀναβιβάζοντι, ὡς τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως σύμφρονας, καὶ ὑπερασπιζομένου μάλιστα προαιρουμένῳ τοὺς κατ᾽ ἀντιπάθειαν τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ εὐσεβείας. ὡς ἐκ τούτου τὰ νῦν πρέπει, καὶ μητροπολίδια βέβηλα, καὶ μιαρὰ ἐπισκοπίδια πανταχοῦ εἰς τοὺς θείους καὶ ἁγίους θρόνους τῆς ἁγίας μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως προτρέψας, ὡς ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ τάχα ἐνορίας ὑποκειμένους. ἔδειξαν ὅπως ὁ εἰρημένος πανιερώτατος μητροπολίτης κύριος Ἀρσένιος τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως μεγάλης Καισαρείας Καππαδοκίας πρωτόθρονός τε καὶ ἔξαρχος πάσης ἀνατολῆς. ὡς οὐ μόνον πρὸς τὰς ἄλλας ἐκκλησίας ὁ Μητροφόνος Πατριάρχας τὰς παρανόμους χειροτονίας προτρέψας λατινοφρόνεις, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ πρὸς τὰς τῆς ἐπαρχίας τῆς ἀνατολῆς πάσης τέσσαρα ὁ ἀχειροτόνητος κεχειροτόνηκε μητροπολίδια, καὶ ἐπισκοπίδια, πρός τε τὴν Ἀμασίαν δηλονότι, Νεοκαισάρειάν τε, Τύανα, καὶ Μακκατον τὰ τῶν Λατίνων πάντα φρονοῦντα, καὶ πράττοντα. ἃ καὶ οὐ μόνον

Digitized by Google

ἐντεῦθεν τὸ ἑαυτοῦ ἀνεχόμενα φθορὰν καὶ ἀπώλειαν, ἀλλά γε μετὰ τὴν τοσαύτην τόλμαν, καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην ἅπαντας ἐκεῖσε χριστιανοὺς οὗτοι ἀπατῶσι, καὶ διαφθείρουσι, καὶ πολλὰ τῇ ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ σκάνδαλα προξενοῦσι. διὰ τοῦτο ὁ εὐσεβὴς, καὶ πιστότατος καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πάσης ὑπέρμαχός τε καὶ ζηλωτὴς οὗτος ὁ εἰρημένος μητροπολίτης Καισαρείας Καππαδοκίας μὴ ἀνεχόμενος τὴν τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ καινοτομίαν καὶ λύμην τῶν ἑτεροδόξων πρὸς τὴν ὀρθοτάτην, καὶ ὑγιαίνουσαν ἡμῖν πίστιν, ἠξίωσε συνοδικὴν λαβεῖν γνώμην παρ' ἡμῶν τῶν τριῶν ὀρθοδόξων Ἀρχιερέων τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ, τοῦ τε δηλονότι Φιλοθέου Ἀλεξανδρείας, Δωροθέου Ἀντιοχείας, καὶ Ἰωακεὶμ Ἱεροσολύμων, ὅπως ἀποσοβήσῃ τοὺς μὴ ὀρθῶς φρονοῦντας ἐκ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ, καὶ ὡς ὅτι πρωτογενέστερος οὗτος καὶ ὀρθόδοξος. Ἐνθένδε τοι καὶ ὁρίζομεν ἡμεῖς συνοδικῶς ὁμοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ὁμοουσίου ζωαρχικῆς τε, καὶ ἀδιαιρέτου ἁγίας Τριάδος, τοὺς μὴ δ' ἀρτίως, καὶ εὐσέβειαν χειροτονηθέντας μητροπολίτας τε καὶ ἐπισκόπους πανταχοῦ, καὶ πρεσβύτερους ἡγουμένους ὁμοῦ καὶ πνευματικοὺς τέχνα. ὡσαύτως τε ἱερεῖς καὶ διακόνους, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς ἁπλῶς ψήφου, ἄλλως βεβήλους ὄντας, καὶ ἀναξίους, τοὺς δὲ τοὺς αἱρέσεως καὶ διωγμὸν τῆς ὀρθοδοξίας δραξαμένους καιρὸν, καὶ δραμόντας ἀναξίως, κενοδοξίας μόνης, καὶ αἱρέσεως τρόπῳ πρὸς ἐπισκοπάς τε καὶ μητροπόλεις, ὡς δῆθεν τάχα σωτῆρας ψυχῶν, ἵνα σὺν αὐτοῖς ἄλλους φθείρωσι καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἅπαν ὀρθόδοξον ποίμνιον, μηδ' ὅλως φόβον Θεοῦ, καὶ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας κεκτημένους καρπὸν, ἀλλὰ καταφρονητὰς, καὶ ἀναιδῶς ὄντας πρὸς δυσσέβειαν πᾶσαν, τουτέστιν ὁρίζομεν ἀπὸ τῆς σήμερον ἀργοὺς καὶ ἀνιέρους εἶναι πάσης ἱεροπραξίας, καὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ἄχρις ἂν ἐξωσθῇ ἡ δυσσέβεια κοινῶς τε καὶ οἰκουμενικῶς. οὕτω μὲν οὖν καταπαυθέντες ἔσονται ἀργοὶ καὶ ἀνίεροι. ἀνταίροντες δὲ καὶ ἀνθιστάμενοι λῃστρικῶς τε καὶ παρανόμως ἔσονται ἀφωρισμένοι, καὶ ἠλλοτριωμένοι τῆς ἁγίας καὶ ὑπερουσίου καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ὡς ἀπειθεῖς καὶ ἀντίλογοι. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τούτους δεχόμενοι, καὶ συναινοῦντες ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ ὑπερασπίζοντες. Ἀποκαθιστῶμεν δ' ὅπως κήρυκα τῆς εὐσεβείας, καὶ ὀρθοδοξίας τὸν ἄνωθεν εἰρημένον πανιερώτατον μητροπολίτην, τὸν καὶ ὑπέρτιμον, καὶ ἔξαρχον πάσης ἀνατολῆς, κηρύξαι πανταχοῦ τὴν εὐσέβειαν, μὴ αἰδούμενον πρὸς ἀλήθειαν πρόσωπον βασιλέως, ἢ πατριάρχου τοῦ μὴ ὀρθῶς φρονοῦντος, καὶ πράττοντος, μηδὲ πλουσίου, καὶ ἄρχοντος ἀνθρώπου. ἀλλὰ παρρησίᾳ τὴν πίστιν καὶ ὀρθοδοξίαν κατέχοντα ἀκριβῶς καὶ ἀδιστάκτως, κατὰ τὴν ἐντολὴν, ἔχειν αὐτὸν ἄδειαν ἀπὸ τοῦ νῦν ἕνεκεν εὐσεβείας ἐλέγξαι, ἐπιτιμῆσαι, καὶ διορθῶσαι τοὺς μὴ ὀρθῶς φρονοῦντας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐφ' ὅσον ἂν ἰσχύῃ ὁδεύειν, παρ' ἡμῶν αὐτὸν εἰληφότα τὴν συγγνώμην, διὰ τῆς δοθείσης ἡμῖν χάριτος καὶ δυνάμεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὃς καὶ ὀφείλει κατὰ τὸ πᾶν τηρῆσαι ἀδωροδοκήτως τε καὶ ὀρθῶς τὴν εὐσέβειαν. οὗ ἕνεκεν ἐπεδόθη αὐτῷ καὶ ἡ ἔγγραφος ἡμῶν γνώμη συνοδικῶς ἀπογραφεῖσα ἰδιοχείρως, ἐν μηνὶ Ἀπριλλίῳ τοῦ ς' μάϊτης τῆς νῦν τρεχούσης Ἰνδικτιῶνος ἔτους καὶ ἀπὸ Χριστοῦ ἔτει αυμγ'.

Patriarcharum Syriæ.

Cum venerit huc per omnia ſanctiſſimus Metropolita ſanctiſſimæ Metropolis Cæſareæ Cappadociæ, qui protothronus eſt, Exarchuſque totius Orientis, tum ut apprime venerandum divinumque Domini noſtri Jeſu Chriſti ſepulcrum adoraret, ſacraque quæ Hieroſolymis ſunt loca, in quibus maxime admiranda Chriſti diſpenſationis myſteria perfecta ſunt, viſitaret; tum ut una nobiſcum rectæ fidei ac pietatis ingens arcanum communicaret, manifeſtaretque ſcandala omnia Conſtantinopoli exorta propter execrandam Synodum, quæ apud Florentiam Italiæ urbem coacta eſt, & Latinorum cum Papa Eugenio, quod non licebat, dogmata approbavit, & additionem quandam in fidei noſtræ ſacro inculpatoque Symbolo ſubſcripſit, ſuaſitque ex Filio divinum Spiritum procedere, conceſſitque azyma apud nos quoque in ſacrificium offerre, & propterea commemorationem Papæ facere; præterea alia multa illorum præter præſcripta Canonum illicita accepit & amplexata eſt: & quomodo matricida Metrophanes Cyzicenus, more prædonum Conſtantinopolitanam ſedem invaſit, quæ aſſenſum præbuit hæreticis, & jam dicto Papæ & Imperatori Græcorum Palæologo, cum Latinis ſentienti, fideles & ſanæ fidei ſectatores non abſque minis perſequenti, veluti tyranno opprimenti & redarguenti; infideles vero, & eos qui pravis opinionibus ſunt imbuti, accerſenti, honoranti, & ad dignitates promoventi, tanquam ſuæ hæreſeos aſſeclas; & quod magis eſt, mirum in modum hos eoſdem deoſculanti propter eam, quam in ſe præfert adverſus rectam fidem pietatemque repugnantiam: hinc factum eſt, ut prophanos Metropolitellos, & execrandos Epiſcopillos, ubique in divinas & ſanctas ſedes ſanctæ magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, tanquam ſuæ Diœceſi obnoxios intruſerit. Dictus ſanctiſſimus Metropolita dominus Arſenius ſanctiſſimæ Metropolis magnæ Cæſareæ Cappadociæ, necnon Protothronus & totius Orientis Exarchus, oſtendit, non ſolum in alias Eccleſias matricidam Metrophanem Patriarcham contra Canones ordinationes iis, qui cum Latinis ſentiebant, commiſiſſe, ſed jam & ad Orientis univerſi Diœceſes quatuor inordinatum iſtum ordinaſſe Metropolitellos & Epiſcopillos, in Amaſia nempe, Neocæſaria, Tyanis, & Moceſſo, Latinorum omnia approbantes & exequentes, qui non ſolum inde ſibi ſubſequaturam ruinam atque excidium exſpectant, verum quoque, poſt tantum facinus, omnes ſub Chriſti grege ibi degentes Chriſtianos fallunt, corrumpunt, multaque inter eos diſſeminant; quæ orthodoxæ Eccleſiæ ſcandala miniſtrant. Propterea pius, fideliſſimus, & ſanæ fidei univerſæ propugnator zelatorque jam laudatus Metropolita Cæſariæ Cappadociæ, ægre ferens Eccleſiæ Chriſti innovationem & noxam, quæ ab

aliena ſentientibus in rectiſſimam ſanamque noſtram fidem intruduntur, petiit ſibi exhiberi Synodalem a nobis tribus orthodoxis Antiſtitibus, qui in Syria ſunt, Philotheo Alexandrino, Dorotheo Antiocheno, & Joachimo Hieroſolymitano, ſententiam, ut omnes male ſentientes ex univerſa ſua Diœceſi pellere poſſit, quod ipſe antiquior ſit & orthodoxus. Propterea nos, ſimul ſynodaliter congregati, præcipimus in nomine conſubſtantialis, vivificæ & individuæ ſanctæ Trinitatis, Metropolitas atque Epiſcopos propter virtutem & pietatem haud promotos, adhæc, Abbates ſimul & Patres ſpirituales, ſi qui fuerint, ſimul Sacerdotes, Diaconos, & in quocunque gradu Eccleſiaſtico conſtitutos, profanos alias & indignos, qui, hæreſis occaſione arrepta, dum recta fides in diſcrimen adducebatur, indigne cucurrere, inanis gloriæ & hæreſeos modulo ad Epiſcopatus & Metropolitatus, quaſi eſſent ſervatores animarum, ut cum ſe ipſis alios in exitium ducerent, & Chriſti veri Dei noſtri univerſum orthodoxum gregem, penitus timore Dei necnon juſtitiæ & pietatis fructibus deſtitutos, quin imo deſpectores, & ad omnem pietatem inverecundos, hoc eſt, ab hoc die ita decernentes, ſpoliamus omni actione Sacerdotali, & Eccleſiaſtico ordine, donec eorundem pietas communiter & univerſaliter examinetur. Hi ſi obedierint, ab omni munere ſacro ceſſent; ſi contra ſe opponant, & prædonum more, contra ac Canones ſanciunt, adverſantur, tanquam contumaces & contradictores, ſint excommunicati, & abalienati a ſancta & ſuperſubſtantiali & conſubſtantiali Trinitate; ſimiliter & qui eos amplectuntur & in ſimilibus aſſenſum præbent & auxilium. Concedimus facultatem, tanquam pietatis orthodoxæque fidei præconi, ſupra laudato ſanctiſſimo Metropolitæ, qui Hypertimus eſt Exarchuſque totius Orientis, per loca omnia pietatem denunciando, cum non revereatur ad veritatem aſtruendam, neque faciem Imperatoris, neque Patriarchæ, qui non recte ſentiat & agat, neque divitis neque Principis, ſed palam ac libere fidem ac orthodoxiam poſſideat, ſine ullo metu & hæſitatione, ſecundum præceptum ſibi impoſitum: liceat itaque ipſi, ex hoc tempore, pietatis cauſa reprehendere, increpare, corrigere male ſentientes in omni loco, quo poteſt accedere, data a nobis ipſi venia, propter datam nobis gratiam & poteſtatem Spiritus ſancti; qui debet omnino in his integre atque incorrupte pietatem ſervare; propterea que illi tradita eſt in ſcriptis noſtra ſententia plena Synodo, & propriis manibus ſubſcripta, menſe Aprili VI MDCCCCLI. *anni, nunc currentis Indictionis ſextæ, & a Chriſto anno* CIƆCCCCXLIII.

Ad Imperatorem vero hæc:

Κράτιστε, καὶ ἡμερώτατε, καὶ γαληνότατε μοι αὐθέντα, καὶ βασιλεῦ. εὐχὰς τυγχάνομαι ποιῶν πρὸς Θεὸν ἀδιαλείπτως, ὅπως προσθείη σου τὸ κράτος ἀπὸ παντὸς ἐναντίου συναντήματος, καὶ εἰς ἡμετέραν πνευματικὴν εὐφροσύνην. Γνωστὸν ἔστω τῇ ἁγίᾳ βασιλείᾳ σου ὅπως ἡμεῖς ἐδεξάμεθα πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην γραφὴν ἀπὸ τοῦ Πάπα Εὐγενίου περὶ τῆς ἑνώσεως τῆς ἐκκλησίας, ἵνα στέρξωμεν ταύτην ἀπαραιτήτως, καθώσπερ ἐγένετο, καὶ νὰ μνημονεύσωμεν καὶ τοῦ πάπα. τοιαῦτα μὲν ἁπλῶς ὁ Πάπας Εὐγένιος πρὸς ἡμᾶς γέγραφεν, οὐδὲν δὲ παρέδειξεν ἡμῖν, ὅπως ἡ πρᾶξις ἐγένετο. ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν προλαβοῦσαν γραφὴν πρός με τοῦ ἁγιωτάτου μοι τοῦ ἀδελφοῦ κυρίου Ἰωσὴφ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου, συνέμαθον ἀληθῶς, ὅτι ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδος οὐκ ἐγένετο κατὰ τὰς συμβιβάσεις, ἃς εἶχον πρὸς Ῥωμαίους οἱ Λατῖνοι ἐνόρκως διὰ γραμμάτων, κανονικὴ καὶ ἀβίαστος, καὶ ἐλευθέρα κατὰ τὰς παραδόσεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων ἑπτὰ, καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν θείων πατέρων. ἀλλὰ ῥᾳδιουργίας μυρίας ἐπινοήσαντες οἱ Ἰταλοὶ τὰς μὲν συμβιβάσεις ἠθέτησαν, ἐπαρέβησαν δὲ τοὺς ἐγγράφους αὐτῶν ὅρκους, ἐβιάσαντο δὲ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τέλος τυραννικῷ τρόπῳ τὰ ἀθέσμα τα αὐτῶν πάλιν ἐκύρωσαν δόγματα, καὶ ἔτι ἂν ἄλλο παρὰ κανόνας ἐκράτησαν. τὸ χεῖρον δὲ μᾶλλον, καὶ ἀσεβὲς, ὅτι μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὴν ἐν τῷ κοινῷ τῆς πίστεως συμβόλῳ προσθήκην οὐ παρῃτήσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως παρέδωκαν, φεῦ, παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι. διὰ τοῦτο ἀπελογήθην ἐγὼ πρὸς τὸν Πάπαν τοιαῦτα, ὅτι εἰ μὲν στέρξῃ τὰς παραδόσεις τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ ἀποκυρώσεις, καὶ ὅτι κανονικὸν καὶ νόμιμον οἱ τοιοῦτοι θεῖοι πατέρες ἐθέσπισαν, ἰδοὺ καὶ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον, καὶ αὐτὸς στέργω, καὶ τὸ τοῦ Πάπα μνημόσυνον δέχομαι σῳζομένην, ἵνα τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν πρὸς ἡμᾶς ἐγγράφως στείλῃ ὁ πάπας κατὰ τὸ νόμιμον, καὶ ἀρχαίαν παράδοσιν, καὶ συνήθειαν. χωρὶς δὲ τούτου ἀλλοτρόπως, οὔτε τὴν σύνοδον παραδέχομαι, τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ καθ' ὅλως, οὔτε τὸ τοῦ πάπα μνημόσυνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἡμῶν συγκατατιθεμένους πρὸς τὰ τοιαῦτα, πρός τε τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον δηλονότι, καὶ τὸ τοῦ πάπα μνημόσυνον χωρὶς τῆς ὑγιαινούσης εἰρημένης ὁμολογίας ἐκείνης, εἰ μὲν τοῦ κλήρου ὦσιν, ἀργοὺς αὐτοὺς καὶ ἀνιέρους ἀπὸ τῆς νῦν πάσης ἱεροπραξίας ἔχομεν· εἰ δὲ τῆς συγκλήτου ἀφορισμένους καὶ ἀκοινωνήτους κατὰ τοὺς θεοκηρύκων κανόνας, καὶ μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν θείων, καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων ἀποκυρώσεις, καὶ παραδόσεις. Ταῦτα μὲν ὁμῶς πρὸς ἐκεῖνον ἐγράψαμεν. νῦν καὶ πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν γνωρίζομεν τάδε. ὅτι εἰ μὲν προσέδραμες, ὡς τοῦ ἡμετέρου γένους παντελῶς ἐξωθημένου, καὶ διὰ τοῦτο καταναγκαζόμενος παντοιοτρόπως, ὅπως λήψῃ βοήθειαν, καί τινα ἴσως ἄλλην οἰκονομίαν νενόηκας, εἴτε καὶ πρὸς τὰ τῶν Λατίνων ἐνέπεσας, καὶ τὴν προσθήκην ἐδέξω κατὰ ἀνάγκην· εἰ δ' οὖν ὡς ἀποστρεψάμενος νῦν τὰ ἐκείνων παραλογήματα τε καὶ ἀσεβήματα, καὶ τὴν ὑγιαίνουσαν ἐν τῷ θείῳ συμβόλῳ παράδοσιν κατὰ τὰς θείας πάσας γραφὰς ὁμολογεῖς ἀδιστάκτως τε, στέργεις, καὶ πείθῃ, ὡς οἱ πρὸ σοῦ ἅπαντες εὐσεβεῖς αὐτοκράτορες βασιλεῖς, ἰδοὺ καὶ ἡμεῖς οὐ

μόνον τὸ προσφιλὲς μνημόσυνον τῆς βασιλείας ἐπιτελεῖν ἕξομεν, ἀλλὰ καὶ διηνεκῆ, καὶ ἀέναον ἱκεσίαν πρὸς Θεὸν ἐκπληροῦν μέλλομεν τοῦ σοῦ κράτους ἕνεκα, καὶ ὑπὲρ ψυχῆς μάλιστα, δι' ὧν ἐξιλεούμενοι καθ' ἑκάστην τὸ θεῖον συγχωρῆσαι τέ σοι, καὶ τὰ ἀμπλακήματα ἐν γνώσει, καὶ ἀγνοίᾳ πραχθέντα. οὕτω μὲν οὖν ἔσται σοι ἔλεος τῶν πλημμελημάτων· οὕτως δὲ ἄφεσις τῶν ἀγνοημάτων, εἰ μὲν τὰς θείας οὐκ ἀθετοῖς παραδόσεις, εἰ δὲ πειθομένοις, καὶ ἀνέχῃ τὰ τῶν ἑτεροδόξων, ὥσπερ ἀλλότρια ὄντα πάσης κανονικῆς παραδόσεως, καὶ συνοδικῆς, οὐ μόνον ἐκκόψομεν τὸ τοῦ σοῦ κράτους μνημόσυνον, ἀλλὰ τὰ τοῦ βάρους προσθήσομεν ἐπιτίμια, ἵνα μὴ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ διαφέρῃ ἡ λύμη τοῦ ἀλλοτρίου καὶ βλαβεροῦ δόγματος, καθότι ποιμένες τῆς εὐσεβείας ἐκλήθημεν, καὶ ὡμολογήσαμεν οὕτως ἐγγράφως ἐνώπιον Θεοῦ, καὶ ἁγίων ἀγγέλων. Οὐκοῦν οὐ κατὰ μισθωτοὺς ἀνεχόμεθα ποιμαίνειν τὴν τῆς εὐσεβείας ἐκκλησίαν, οὐδὲ φεισόμεθα μᾶλλον ψυχῆς τε καὶ αἵματος· ἀλλ' ἕνεκα Χριστοῦ, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου ἑτοίμως ἕξομεν δοῦναι ψυχὴν, καὶ σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κτώμεθα. ἂν δὲ τῷ τυραννικῷ τρόπῳ παρανόμως βιάζῃ καὶ πειθανολογεῖς τὴν ἐλευθέραν καὶ ἀδούλωτον Χριστοῦ ἐκκλησίαν, γίνωσκε οὕτως, ὅτι παραιτησόμεθα μὲν ἡμεῖς τὴν εὐσέβειαν ὅλως, οὐκ ἀνεξόμεθα δὲ σιωπῶν ἐφεξῆς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐντολὴν ἀφόβως ἐλέγξαι, καὶ ἐπιτιμῆσαι μέλλομεν τοῦτον. διόπερ καὶ στέλλομεν πρὸς τὴν ἁγίαν σου βασιλείαν ταῦτα μετὰ τοῦ ἐν ἱερομονάχοις καὶ πνευματικοῖς τιμιωτάτου Κυρίου Μακαρίου, καὶ υἱοῦ τῆς ἡμῶν μετριότητος. ὃς καὶ ἀναγγελεῖ πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν τὰ περὶ τῆς συνόδου, ἅπερ αὐτῷ ἀνεθήκαμεν. σφόδρα γὰρ ἡμεῖς πιστεύομεν, ὡς οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἐπιποθοῦμεν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῶν Ἰταλῶν πάντων ἑνώσεως, σωζομένων εἰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἔλθωσιν. εἰ δὲ συνέσται τὸ ψεῦδος φιλονεικοῦσιν, οὐ δυνάμεθα συγκοινωνῆσαι αὐτοῖς, οὐδ' ἂν πάντας ἡμᾶς διὰ μίαν ἡμέραν ἀποκεφαλίσωσι. κρεῖττον εὐσεβῶς χαίρειν, ὅπερ τέλος ἀποθανεῖν μέλλομεν. πείσθητι τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς ὦ βασιλεῦ γαληνότατε καὶ θειότατε τοὺς θείους θεσμοὺς, καὶ νόμους Χριστοῦ, καὶ τὰς παραδόσεις τῶν θεοκηρύκων αὐτοῦ μαθητῶν καθότι εὐσεβῶς ἔστησας ἄχρι τοῦ νῦν, ὅσοι σοὶ πατέρες ὁμολογοῦσιν ἔργῳ, εὐσεβῶς καὶ ὁσίως τεθνήξαντες. οὐδὲν γάρ ἐστι τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἀμφίβολον, ὅπως πρὸς ἀπορίαν ἐμπίπτῃς, καὶ δισταγμὸν ἐν τοῖς Χριστιανικοῖς δόγμασιν, ἀλλ' ὅμως ὡς δὴ ἐν γένος τοσαύτην ἀκρίβειαν καὶ ἔρευναν πεποίηκε περὶ πίστεως, ὅσην πατέρες ἐν Χριστῷ πίστει πεποιήκασιν. ὅθεν καὶ τὰς ἀπὸ κτίσεως κόσμου μαρτυρίας εὑρόντες κατὰ διαφόρους καιροὺς παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν προκηρυχθείσας, ἔστερξαν μὲν ταῦτα βεβαίως ἐν πρώτοις. ὕστερον δὲ τῆς σκιᾶς παρελθούσης διὰ τῆς χάριτος παρουσίας τὸ τῆς οἰκονομίας ὅλον ἐτελειώθη σωτηριῶδες μυστήριον, καὶ οὕτω τῆς ὑπερλάμπρου καὶ ζωοποιοῦ ἀναστάσεως πληρωθείσης, οἱ τῆς αὐτῆς θεωρίας μύσται καὶ μαθηταὶ διὰ πνεύματος ἁγίου σαφῶς τὸ μυστήριον τοῦτο τρανώσαντες πᾶσιν ἐκήρυξαν. οἷς ἐφεξῆς ἑπόμενοι πάντες ὀρθῶς, οὐκ ἀστοχήσομεν ὅλως τῆς ἀπεράντου βασιλείας ἐκεῖθεν ἀπολαύσειν. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. ἀμήν. μηνὶ Δεκεμβρίῳ Ἰνδικτιῶνος ὄντος.

Potentiſſime, humaniſſime, & Sereniſſime Domine & Imperator. Supplices continue Deum exoramus, ut majeſtas tua atque imperium ab omni adverſa fortuna immune conſervetur ad noſtram ſpiritualem lætitiam. Notum ſit tuæ ſacræ majeſtati, nos accepiſſe tres a Papa Eugenio de unione Eccleſiæ literas, ut eam, remotis arbitris, amplecteremur uti geſta eſt, faceremuſque Papæ commemorationem. Et hæc quidem nude Papa Eugenius ad nos perſcripſit; at non edocuit, quanam ratione res illa tranſacta ſit. Veruntamen ipſe per antecedentes ad me literas ſanctiſſimi fratris Domini Joſephi Archiepiſcopi Conſtantinopolis novæ Romæ, & Oecumenici Patriarchæ, plane vereque cognovi, Synodum Florentinam non fuiſſe, uti Græci & Latini cum juramento per ſcripta convenerant, canonicam & liberam ſecundum traditiones Apoſtolorum, & ſanctarum ſeptem & Oecumenicarum, & divorum Patrum, ſed infinitas fraudes comminiſcentes Italos, pacta quidem violaſſe, ſcripta jurejurando confirmata perver tiſſe, & tandem, tyrannorum inſtar, impia ſua dogmata rurſus ſtabiliviſſe, & cætera contra Canones obtinuiſſe; & quod pejus eſt ac magis impium, cum multis aliis additionem illam in communi fidei Symbolo non neglexiſſe, ſed ſcripto etiam tradidiſſe, heu miſeros, ab omnibus enunciari. Quapropter ipſe Papæ reſpondi: Si ille traditiones ſanctarum univerſalium Synodorum, & determinationes, & quicquid canonicum ac legitimum hi ſancti Patres decreverunt, ſuſceperit, jam & ipſe Florentinam Synodum amplector, & Papæ commemorationem non recuſo: dummodo ſimilem profeſſionem ad nos in ſcriptis Papa miſerit, ut legitima & antiqua traditio & conſuetudo præſcribit. Quod ſi id non fiet; neque Florentinam ipſe Synodum ſuſcipio, neque Papæ commemorationem. Quin & ex noſtris, qui ſimilibus aſſenſum præbuerunt, Florentinæ ſcilicet Synodo, & Papę commemorationi, ſine jam dicta recta illius confeſſione, ſi ex clero ſunt, eos depoſitos, omni ſacro munere & ſacerdotali miniſterio privamus; ſi ex Senatu, excommunicamus, & a conſortio fidelium ſegregamus, ſecundum Dei præconum canones, & diſcipulorum Chriſti, & ſanctarum ac univerſalium ſeptem Synodorum præſcripta atque traditiones. Et hęc quidem nos ad illum ſcripſimus; tuę vero majeſtati hęc nota facimus. Si ſimilibus locum dedit, nationis noſtrę penitus afflictę, & tantum non everſę cauſa, modis omnibus coactus, ut auxilia tibi comparares, vel forte alia providentia ſuffultus in Latinorum ſententiam iviſti, vique aliqua additionem amplexatus es, & nunc, eorum abſurdis atque impietatibus ſemotis, ſanam in divino Symbolo traditionem ſecundum omnes divinas ſcripturas indubitanter confiteris & amplecteris, illique credis, quemadmodum qui ante te imperio potiti ſunt, jam & nos non tantum amicam majeſtatis tuæ faciemus commemorationem,

Ce Temple eſt élevé, comme la plûpart des autres Moſquées, ſur un plan quarré dans un grand enclos que les murs de la Ville enferment au Septentrion & au Couchant; une partie du *Bazar* ou halles que cette Sultane Validée a fait bâtir, auſſi-bien que ſon Mauſolée, en occupent tout l'eſpace meridional; & du côté de l'Orient il y a une autre muraille qui s'ouvre pour former l'entrée principale de cet enclos, en un endroit qui répond à une des portes de la Ville qui n'eſt pas beaucoup éloignée des Jardins du Serrail.

Comme j'ay ſuffiſamment expliqué toutes les parties des Moſquées dans les trois précedentes dont j'ay parlé, je ne reïtererai point ici la deſcription de cette derniere, puiſqu'excepté la belle maniere avec laquelle elle a été conſtruite, elle n'a rien de particulier. Elle a, comme les autres, des galleries hautes & baſſes, des Fontaines au deſſous, deux Minarets à trois coridors, pluſieurs demi-dômes, coupoles & lanternes; elle ne manque pas de ſon Periſtyle, non plus que les grandes: mais l'avantage qu'elle a par deſſus toutes les autres, c'eſt celui de ſa belle ſituation. Elle eſt placée proche de la Marine, à une des échelles ou petits Ports de Conſtantinople qui eſt la plus frequentée de toutes, à cauſe de la doüane qui en eſt trés-proche & pour le voiſinage du nouveau *Bazar* que cette Princeſſe a fait auſſi bâtir pour la commodité des Marchands. Je renvoye donc le Lecteur au deſſein ſuivant & à l'explication de ſes renvois, qui lui éclairciront les doutes qu'il pourroit avoir ſur les particularitez de ce Temple.

EXPLICATION DES RENVOIS QUI SE TROUVENT au deſſein de la Moſquée, dite la Validée.

A *C'Eſt le grand dôme de ce Temple, il eſt couvert de plomb & ſommé de ſon éguille ou Colophon de bronze doré.*

B *Ces petites lanternes ſont ſeulement pour orner le dehors & pour aller ſur le dôme, car elles ne paroiſſent point en dedans de la Moſquée.*

C *Sont deux grands demi dômes ou culs de four, il y en a autant de l'autre côté.*

D *Galleries exterieures qui répondent à d'autres galleries qui ſont en dedans de la Moſquée.*

E *C'eſt un grand Kioſc ou Salon fait pour repoſer le Grand Seigneur quand il vient à ce Temple, les deux petites tourelles qui ſont au deſſus, marquent que c'eſt un bâtiment Royal.*

F *Sont les Fontaines où les Turcs ſe lavent avant que de ſe preſenter à la priere, il y en a autant de l'autre côté.*

Edit. Pariſ. pag. 1016. f *Porte par où le Grand Seigneur monte à ce Temple lorſqu'il y vient.*

G *Entrée Septentrionale de la Moſquée.*

H *Porte Septentrionale du Periſtyle.*

I *Eſcalier & porte par où l'on monte du bord de la Marine à la premiere cour; il y a une chaine auſſi bien qu'à toutes les autres des enclos des Temples Turcs.*

K *Entrée principale du Periſtyle ou Cloître, & de la Moſquée; toutes les coupoles ou petits dômes que l'on voit autour de ce Cloître couvrent autant d'arcades appuyées ſur de belles colomnes de marbre.*

L *Arbres qui régnent tout le long de cette partie Meridionale de la Moſquée, entre leſquels eſt le Mauſolée de la Sultane Mere; on voit derriere ces arbres les dômes d'un fort beau* Timarkana *ou Hôpital que cette Princeſſe a fondé.*

M *Les deux Minarets de cette Moſquée garnis chacun de leurs trois galleries.*

N *Cet aſſemblage de dômes eſt un grand* bazar, *halle ou marché tout couvert & garni de ſes Chambres & boutiques; on le nomme bezar de la Validée, parce que c'eſt elle qui la fait bâtir.*

O *Il y a aux deux principales avenuës de cet édifice deux* Sebilkanas *ou Cabarets d'eau où l'on donne à boire gratis à tous ceux qui en veulent, celui-ci eſt le plus petit; mais celui qui eſt à l'autre porte eſt de beaucoup plus grand & mieux entretenu; le* Sibilgi *ou verſeur d'eau met ſouvent ſes cruches rafraichir dans de grands ſeaux pleins de neige durant les chaleurs, & l'on entend ſouvent des beuveurs d'eau s'écrier aprés avoir bû;* Rackhmet ulla alla men aoukat, *Dieu faſſe miſericorde à qui a fait ce bien.*


P *C'eſt la doüane de Conſtantinople; celle de Galata eſt vis à-vis de l'autre côté du Port.*

Q *Echelle ou deſcente du Port de la Validée.*

R *Ce ſont quelques Boutiques de* Bacals *ou Fruitiers.*

Clauſtri Regii ac Palatii Proſpectum ab eodem Grelotio diligentiſſime delineatum hic quoque exhibemus; ſed abſque ſingularum partium explicatione; quippe idem Scriptor dum de Clauſtro Regio & Palatio agit multus eſt in rebus futilibus congerendis, & quæ nullatenus ad rem pertinent; res vero neceſſarias miſſas facit.

Digitized by Google



D

CLAUSTRI REGII PORTA SEU

Digitized by Google

Poſt pag. 708.



II PORTA SEU INTROITUS.

Google

NAPOLI

Digitized by Google

Edit. Pariſ. pag. 1017.

EXPLICATION DES RENVOIS
qui ſont au deſſein de l'entrée du Serrail.

A *Porte où ſont les Capigis ou Portiers du Serrail.*

B *Deux grandes niches faites en façon de porte.*

C *Quatre tourelles qui ſont comme autant de petites cheminées rondes, elles ne ſervent que d'ornement & de marque que cette porte eſt l'entrée d'une Maiſon Royale.*

D *Porte par où le Grand Seigneur entre à Sainte Sophie, pour y faire ſa priere lors qu'il eſt à Conſtantinople.*

E *C'eſt un des Minarets de Sainte Sophie, au haut duquel les Muezin ou Crieurs montent tous les jours pour annoncer la priere. Les portes des galeries de ces Minarets ſont toûjours tournées au Koble, ou du côté de la Mecque, pour montrer à ceux qui ne peuvent aſſiſter à la priere, de quel côté ils doivent ſe tourner en la faiſant hors de la Moſquée.*

F *C'eſt un vieux tombeau dont on a fait un reſervoir d'eau, pour ſervir de fontaine à ceux qui ont beſoin de ſe laver ou de boire.*


FINIS.


Digitized by Google

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google


Scutari
Kescoulasi ou Tour de Leandre
Serail



Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES

IN

CONSTANTINI PORPHYROGENITI

LIBROS

DE THEMATIBUS

ET DE ADMINISTRANDO IMPERIO.

Digitized by Google

ERUDITO

LECTORI.

DE Conſtantini Porphytogeniti Operibus tomo primo a nobis editis ſatis multa diximus in Præfatione generali: quantum vero literarum ſtudiis idem Imperator faverit, & nemo ignorat, & nos initio Animadverſionum nonnulla tradidimus. Reſtat ut hic quædam breviter ad Animadverſiones moneamus. Et quidem varias lectiones, quæ paſſim in hiſce noſtris Animadverſionibus occurrunt, ideo appoſuimus, ut lectiones illas quæ Auctoris ſenſum immutare poſſe videbantur, aliorum ingeniis dijudicandas exhiberem; nam quæ parvi momenti ſunt, ea nulla appoſita adnotatione, vel quod ita in MSS. Regiis, quos in Præfatione generali citamus, legebatur, vel quod ita legi debebatur, veluti ſcribæ menda, qui diphthongos & vocales mire confundere ſolent, caſtigamus. Loca varia Conſtantini, præcipue ex libris de Thematibus, quos ex Operibus veterum Scriptorum, & præſertim Stephani Byzantii concinnaverat, auctoritate item veterum Scriptorum, & imprimis Geographorum paſſim emendamus & illuſtramus. Hieroclis autem Synecdemum Opus de Provinciis ac Urbibus Imperio Orientali olim ſubjectis, a Scriptore noſtro citatum, & ex quo multa ad verbum, ut ajunt, exſcripſit idem Porphyrogenitus, integrum poſt libros de Thematibus ideo edidimus, ut facile utrumque opus conferri poſſet. Librum vero de adminiſtrando Imperio, qui, quod multa contineat aliis Hiſtoricis ac Geographis vel ignota, vel ab eis ſilentio prætermiſſa, difficillimus intellectu videtur, quo potuimus modo, illuſtrare conati ſumus, præſertim ea quæ de Dalmatia ſcribit. Cur autem Animadverſiones ad Porphyrogenitum, libris octo Commentariorum ſubjungamus, cum tamen idem Scriptor libris de Antiquitatibus præmittatur, in Præfatione generali exponimus. Quia vero utrumque hoc Porphytogeniti Opus ad Geographiam maxime ſpectat, operæpretium viſum eſt præmittere binas tabellas ad Conſtantini deſcriptionem elaboratas, quæ quidem ad intelligentiam Operis Conſtantini, & eorum quæ ex variis ſubinde Scriptoribus a nobis recenſentur, maxime conducunt; nam, ut ait Eumenius in Oratione pro reſtaurandis Scholis, ubi de Tabulis Geographicis verba facit, *Manifeſtius oculis diſcuntur, quę difficilius percipiuntur auditu*, atque adeo lectione; neque abs re laudantur veteres illi ejuſmodi πινακογραφίας inventores, Seſoſtris nempe Ægyptius, & ex Græcis Anaximander, Hecatæus, Democritus, Thales, Eudoxius, aliique εὐχειρίᾳ τῇ τέχνῃ τινὶ σχήματι τὴν ἄπειρον περιλαβόντες, ut loquitur Euſtathius in Præfatione ad Dionyſii Alexandrini Περιήγησιν. Prima igitur Tabella, quam hic proponimus, *Orbis Romani deſcriptionem*, ſeu, *diviſionem per Themata ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis poſt Heraclii tempora factam*, continet; quæ quidem diviſio deſcribitur a Conſtantino Porphyrogenito libris duobus de Thematibus Orientis, ac Occidentis. Altera vero Tabella *Imperii Orientalis, & circumjacentium Regionum ſub Conſtantino Porphyrogenito, &*

ejus prædeceſſoribus deſcriptionem exhibet ; eo quidem modo quo a Porphyrogenito Imperium Orientale & circumjacentes Regiones deſcribuntur in libro de adminiſtrando Imperio. Utramque autem hanc Tabellam ad noſtram Conſtantini editionem adornavit Guillelmus de Lisle, è Regia Scientiarum Academia vir inter Geographos noſtri ævi celeberrimus, atque ejusdem Adnotationes & explicationes in utramque Tabellam hic ſubjungimus ; deinde Tabellam quæ Themata continet, proponimus ; nam alteram quæ ad librum de adminiſtrando Imperio adornata eſt poſt pag. 24. in fronte Animadverſionum in eundem librum exhibemus. Alphabeta vero Sclavonica, quæ Tabella prima pag. 66. a nobis exhibita repræſentat, exſcripſimus ex Grammatica Sclavonica MS. quæ aſſervatur in Biblioteca Colbertina num. 3876. cujus hic titulus: *Grammatica Sclavonica ſcripta per Joannem Uſeviciuin Sclavonum celeberrimæ Academiæ Pariſienſis ſtudioſum Theologum. Pariſiis Anno a Nativitate Filii Dei* 1643. Alia vero Alphabetica Sclavonica, quæ ſequenti pag. Tabella ſecunda exhibentur, exſcripſimus ex Theſauro Linguarum totius Orbis, Gallico idiomate conſcripto, auctore Claudio Durer. Cæterum monendus eſt etiam eruditus Lector, ſæpius a me in Commentariis in Antiquitates CP. Nomiſmata Imperatorum CP. citata fuiſſe veluti altero volumine edenda ; quæ quidem poſtmodum, mutato conſilio, aliud in tempus, & opportunitatem edenda miſi ; quippe nummorum ſeriem, non a Conſtantio Chloro, aut a Conſtantino Magno ejus filio ducimus, ſed a Trajano Decio, qui diu ante Conſtantinopolim conditam regnabat. In iiſdem etiam Commentariis pollicitus fueram multa diſſerere in Præfatione generali de Nicephoro Calliſti, ac ejus operibus ; verum poſtea res ipſa monuit ut ea omnia in diſſertationem de Nicephoris, quam ad editionem Operum S. Nicephori Patriarchæ CP. paramus, conjiceremus. De ſerie autem Chronologica Imperatorum & Patriarcharum CP. quam tomo primo poſt capitum indicem proponimus, nihil in Præfatione generali diximus, quod illa jam typis mandata, amici monuere, ut eam ſeriem adornarem, ſicque Lector, quæ fuſius a nobis libro octavo Commentariorum diſputata fuerant, uno veluti intuitu percipere poſſet.

Google

GUILLELMI DE L' ISLE, E REGIA SCIENTIARUM Academia, Adnotationes in Tabulas Geographicas ex Conſtantino Porphyrogenito ab eodem adornatas.

IMPERII ROMANI, quale media ætate fuit, Deſcriptionem adornate cogitanti viſum eſt id maxime perfici poſſe, ſi Conſtantinum auctorem ſecutus, Imperii Provincias, limites, & accolas populos, ut ab ipſo deſcribuntur, exhiberem. Hoc opere jam affecto, ſubiit plurima in eo eſſe quæ adnotationibus indigerent, quod ab opinione communi in aſſignando locorum ſitu nonnunquam receſſerimus; ſimul quod nonnulla, de quibus docti hactenus dubitaverant, ut perſpecta propoſuerimus: id vero qua de cauſa factum fuerit aperire operæpretium videbatur.

Et primo quidem eam quam Conſtantinus proponit Imperii Romani diviſionem in Themata, diverſam eſſe ab antiquis ejuſdem Imperii diviſionibus in Provincias neceſſarium non eſt ut moneamus, cum nomina ipſa diverſa eſſe, & a recentioribus Græcis ab urbe quadam aut ab inſula nobili cuique Themati attributa Conſtantinus ipſe pluribus in locis doceat. Hoc igitur unum ſuſcipimus, ut ea quæ a Conſtantino traduntur illuſtrando, veteres urbes quas ille enarrat in memoriam revocemus, & uniuſcujuſque loci ſitum aperiamus; ut Geographia mediæ ætatis hactenus neglecta, perinde ac cæteræ ejus ſcientiæ partes celebretur.

Coloneam unum ex Thematibus Orientis Conſtantinus ait intra has urbes Neocæſaream, Nicopolim, Arabracenorum oppidum & Tephricen contineri: ſed quam notæ priores duæ tam, alteræ poſteriores ignotæ. Facem tamen hujus Thematis ſitum quærenti prætulit idem ſcriptor, dum *Camacham* in eo urbem & quidem limitaneam contineri docet. Eam Arabs Nubiæ *Cameh* appellat, ſexque dierum itinere ab Amaſea ad Euphratem fluvium ponit ſupra *Malatiam*; *Melitenem* Arabes ita vocant: inde Coloneam ad Euphratem porrigi comperi.

Lycandi Tematis ſitus non melius dignoſcitur, cum Lycandus ipſa, eique vicina Tzamandus nullo ſcriptori, qui quidem ad nos pervenerit, celebrentur. Verum cum *Euphratiam* in eo Themate contineri ſcribat alio loco Conſtantinus; *Euphratiſia* autem, quam non diverſam ab *Euphratia* ſemper judicavi, eadem ſit, teſte Procopio in Perſicis, quæ *Comagene* olim dicta fuerit; hinc perſpexi quantum illa ex parte pateret Lycandi Thema, didicique eas quas modo nominabam urbes Lycandum & Tzamandum, has eſſe quarum ruinas Alepum inter & Malatiam vir longinquis peregrinationibus celebris Paulus Lucas vidiſſe ſe teſtatur.

Abaram & *Lariſſam* urbes in Sebaſteæ Themate nominat Conſtantinus. Urbem *Lariſſam* nomine reperi in Tabula Theodoſiana Cæſaream inter & Comana Cappadociæ, quam non diverſam eſſe puto a *Lariſſa* Conſtantini noſtri; nam quod ad *Abaram* ſpectat, eam eſſe quam prope Sebaſteam Ptolemæus *Sobaram* appellat, controverti non poteſt.

In Chaldiæ Themate paulo majores difficultates occurrere; nam præter Trapezuntem caput, cætera juxta ignota; lux tamen ex Conſtantino affulſit, dum ait in Celtzene Thematis hujus parte locum fuiſſe

qui *Suburbanum Gregora* diceretur. Eum locum Notitia Eccleſiarum Armeniæ ab Uſcano Uſcavanchi Epiſcopo adornata *Surb-Grigor* appellat, & ad Orientem urbis in illis regionibus nobiliſſimæ Erzerum ſitam, duobus aut ad ſummum tribus ab ea milliaribus diſtare ait. Eundem autem locum eſſe quamvis immutato nomine eo libentius judicavi, quod multis ex locis Conſtantini noſtri appareat, Chaldiæ Thema ad Orientaliorem Imperii partem Iberiam & Armeniam verſus pertinuiſſe.

Monendus eſt etiam eruditus Lector, *Parthenopolim* inter urbes, quibus Optimatum Thema conſtat, a ſcriptore noſtro numerari, quam tamen in Paphlagoniæ Themate Tabula noſtra exhibeat. Cum enim Optimatum Thema Billæo fluvio circumſcribatur, urbs autem nomine *Parthenopolis* nulla cis eum fluvium reperiatur, ſed in Paphlagonia ad Parthenium flumen, eamque Arabs Nubiæ, qui *Partheniam* appellat, triginta milliaribus a Samaſtra ad meridiem diſtare tradat, omnium potius ſcriptorum inter ſe conſentientium, quam Conſtantini ſolius auctoritati adhærendum judicavi. Hactenus ad primam Tabulam quæ Imperii Themata exhibet: nunc ad alteram accedendum eſt, quæ in populis circumjacentibus maxime verſatur.

Serviæ Bulgariam verſus Rhazenam urbem limitaneam Conſtantinus nominat: eam ad Moravam fluvium reperi, indeque edoctus ſum antiquos ejus Regni limites; nam ad urbem uſque Niſſam, aut etiam paulo ulterius noſtra ætate extenditur.

Quam ſcriptor noſter *Turciam* nominat, eam *Hungariam* hodie appellari, fluvioſque *Danubium*, *Sabam*, *Titzam*, *Criſum* & *Timeſem*, a popularibus, *Danube*, *Save*, *Teiſſe*, *Keres* & *Temes* indigitari conſtat.

Moraviam etſi Turciæ ad meridiem prætendi ſcribat Conſtantinus, apparet tamen eandem fuiſſe regionem quam Turcæ olim incoluerunt, itaque in Tabula notavi.

Serviam Magnam ad Occidentalem Hungariæ partem poſui, quamvis nihil aliud ſcriptor noſter, niſi eam Chrobatiæ Albæ, & Franciæ prætexi tradat. *Franciam* autem intelligimus eam *Germaniæ* partem, quæ *Francis* olim ſubdita erat.

Quod ad Chrobatiam Albam attinet, ad montes *Chrobatos* porrectam fuiſſe Conſtantinus ait; hos autem non diverſos eſſe ab iis, quos *Crapack* populares vocant, nominum affinitas ſuadet.

Patzinaciam ad meridiem Selina fluvio in Mare Ponticum circumſcribi, ad Septentrionem oppido Sarcel idem tradit. Et *Selinam* quidem non diverſum eſſe a *Soulina* fluvio judico, quem Tabula MS. Maris Pontici CPoli deſcripta ad unum ex oſtiis Danubii exhibet, quamvis hunc Danubium inter & Boryſthenem fluere, colligi ex Conſtantino poſſe videatur.

Quod vero ad *Sarcel* urbem ſpectat, eam eſſe quam *Bielogrod* Ruſſi vocant, eo facilius evinco, quod utroque nomine *Albam Urbem* ſignificari conſtat. Accedit quod *Sarcel* oppidum a Chazaris conditum tradat Conſtantinus, *Bielogrod* autem prope eam regionem ſita ſit, quam Chazari olim incoluerunt. Nemini igitur negotium facere debet quod ſcriptor noſter ait, Sarcel ad *Tanais* fontes conditam; hinc enim potius judicandum eſt, *Tanaim* fluvium ſcriptoris noſtri ſuperiorumque ætate appellatum fuiſſe, quem recentiores *Donetz* aut *Minorem Tanaim* indigitant, ad cujus ortus *Bielogrod* viſitur; erraſſeque eos qui *Tanaim*

Digitized by Google

eundem eſſe ſcripſerunt qui accolis *Don* vocatur. Nam præterquamquod *Sarcel* oppidum trecentis aut amplius a Chazaria milliaribus diſſitum fuiſſe non eſt vero ſimile; *Tanaim* etiam ex Riphæorum montium prope paludem Mæotidem jugo effuſum, in Mare Ponticum erumpere, omnium veterum auctoritate confirmatur: hoc autem *Dono* fluvio non convenit, ad cujus fontem ne montium quidem veſtigia apparent.

Patzinaciæ limitibus ita perſpectis, ad interiora regionis me converti, ſed nulla ibi difficultas; *Danaprim* enim, *Danaſtrim*, *Bogu* & *Almata* fluvios quis dubitaverit eoſdem eſſe quos *Nieper*, *Nieſter*, *Bog* & *Alma* appellamus? *Aſpron* vero & *Bielogorod* Beſſarabiæ ejuſdem urbis nomina eſſe apparebat, cum utrumque *Albam Urbem* ſignificet. Jam *Munitiones Boryſthenis* a ſcriptore noſtro vocari, quas *Porouys du Nieſter* indigitare ſolemus tam certum quam quod certiſſimum: nam quod ad *Sacarata* & *Salmacata* ſpectat, eas urbes eſſe quæ indigenis *Czecrin* & *Zamochan* dicuntur, facile mihi perſuaſi.

Ruſſiæ urbes ſcriptor noſter recenſet *Cioabam* ſive *Ciabum*, *Buſegardam*, *Tzernigogam*, *Nemogardam* & *Milniſcam*. Has *Kiovie*, *Vizgrod*, *Tzernigove*, *Novogrod* & *Mſenesk* Ruſſi etiamnum pœne integris nominibus vocant.

Chazariam olim vocatam conſtat, quam *Minorem Tartariam* poſterior ætas appellavit. Ei proximas *Boſporum* aut *Panticapæum*, *Cherſonem*, & *Tamatarcha* ſive *Phanagorium* urbes facile agnovi non alias eſſe quam *Boſpero* vel *Kerci*, *Cherſone* & *Taman*. Nam quod ad *Climata* ſpectat, ea ad ſinum quem *Calamati* vocant fuiſſe nomen ipſum indicat. Capham ſciens prætereo, quod nemini urbs nobiliſſima ignota eſſe debet.

Cabaros Chazariæ gentem in Tabula non notavi, quod nihil in Conſtantino noſtro reperiretur, quo ſitum eorum edoceri poſſem. Vero tamen ſimile eſt, *Cabardinia* Ducatum ad montem Caucaſum, quem Magnus Moſcoviæ Dux inter titulos præfert, a *Cabaris* nomen traxiſſe.

Zichiam Arrianus eodem quo Conſtantinus loco ponit: *Circaſſia* nunc vocatur. Hanc inter & Caucaſum Papagiam & *Caſachiam* ponit Conſtantinus. Poſteriore *Coſachos* populos, qui Ukraniam nunc incolunt, oriundos crediderim.

Abaſgia iidem noſtra qui Conſtantini ætate limites: *Abcaſios* incolas appellamus; ſed hi quidem paulum immutato nomine; Alani vero ſimul veterem patriam, & antiquum nomen ſervaverunt, ſi celeberrimo Chardinio pag. 99. credimus.

Uzos, pulſis Patzinacitis qui *Geech* inter & *Atel* fluvios habitabant, ſedes ſuas in ea regione poſuiſſe teſtatur ſcriptor noſter; hos autem *Jaic* & *Volgam* hodie appellamus.

Sed hæc facilia, ſicut *Lazicam* prius *Colchidem* dictam fuiſſe, teſte Procopio: cetera ardua, & in quibus pœne hæſerim. De regionibus Imperio ad Orientem circumjacentibus loquor, quæ mutatis antiquis nominibus, nec nova diu retinuerunt. Ejuſmodi ſunt Phaſiane, Taronis Regio, Terra Principis Principum, cæteræque juxta ignobiles, Romanorum & Saracenorum præda.

Earum regionum ſitus maxime dignoſci poſſe viſus, ſi Theodoſiopolim nobilem urbem ubi ſita olim fuerit, aperirem. Hanc vero duobus & quadraginta ſtadiis ab Euphratis fluvii fonte meridiem ver-

ſus diſtare Procopius I. Perſicorum ſcribit: quo comperto cætera facilius exequar.

Terram principis Principum Armeniæ, qua Perſiam attingit, prætextam fuiſſe docet Conſtantinus, pluteſque in ea urbes recenſet, quarum tres *Chliat*, *Altzice* & *Salamas* Abulfeda nobiliſſimus inter Arabes Geographus ad lacum, quem Mare Vanum appellamus, ponit paulum immutatis nominibus; *Chalat* enim, *Argiſch* & *Solamas* ab eo vocantur. Alias duas *Arzes* & *Perceri* Arabs Nubiæ *Arzac* & *Barcoſi* appellat. Monuit etiam illuſtriſſimus doctiſſimuſque Euſebius Renaudot, eam quam *Mantziciers* ſcriptor noſter vocat, *Malaſkerd* Arabibus nuncupari: unde Tibium & Care cum in eadem regione fuerint, non longe a cæteris diviſas fuiſſe comperi.

Ex ſupra dictis Phaſianes ſitum facile quivis conjectabit; hanc enim Tibicum ab Imperio dirimere, proximeque Theodoſiopolim ſitam eſſe pluribus ex locis Conſtantini liquet. Et ſane cum *Phaſim* fluvium, a quo Phaſiane *Eracem* alio nomine dictum fuiſſe idem doceat *Araxem* eum fuiſſe judico, qui proxime Euphratem, nec longe a Theodoſiopoli flueret: eoque Romani ac Iberes Scriptoris noſtri ætate dirempti pacto, ut omnibus trans eum fluvium Iberum Imperio adjectis, cætera Romanis cederent; quod eo monui, ne quem falleret *Phaſis* alter Colchidem præterfluens.

Maſtatum & Abnicum nec ipſæ longe a Theodoſiopoli. *Adranutzium* vero ſive *Arzen* ea eſt quam *Erzeroum* cæteri, *Arzen el Roum* Arabes vocant: hanc obſervationem eidem eruditiſſimo Renaudot acceptam refero.

Taronis regionem *Muſam* nunc appellari docet Notitia Eccleſiarum Armeniæ, nobiliſſimamque in ea urbem Bidlim nominat: unde crediderim planitiem fuiſſe quam *Sahara Mouche* Abulfeda appellat, in duorum dierum iter patentem, quæ nomen a *Mouche* urbe traxerit, niſi ad montes *Moſchicos* undique eam cingentes appellationem & urbis & loci referre malis.

Apachunen fuiſſe puto, quam *Hacbac* non multum diverſo nomine eadem Notitia appellat. Quod vero ad *Baſparacan* attinet, multa impellunt, ut non diverſam a *Terra Principis Principum* fuiſſe exiſtimem. Hanc enim circa lacum ſive *Mare Vanum* jacuiſſe, jam probavi; huic autem lacui regionique *Varaſpuracan* nomen eadem Notitia attribuit, quod alteri illi *Baſparacan* omnino affine eſſe nemo non videt.

AN-

Edit. Pariſ. pag. 1.

ANSELMI BANDURII

R A G U S I N I,

MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS

ANIMADVERSIONES IN CONSTANTINI Porphyrogeniti libros de Thematibus, & de Adminiſtrando Imperio; necnon breves Notæ ad Opuſcula Agapeti Diaconi, Baſilii Macedonis Imp. & Theophylacti Bulgariæ Archiepiſcopi.

ANIMADVERSIONES IN LIBRUM PRIMUM

De Thematibus.

Numerus, qui hiſce Animadverſionibus appoſitis in margine paſſim occurrit, reſpondet illi, quo textus Græcus eſt diſtinctus.

1. TΩ̃ πορφυρογέννητε βασιλεῦ, &c) Titulus hic in Codice Regio ſic habetur; Φιλοπόνημα Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ, nimirum *Conſtantini filii Imperatoris Leonis cognomine Sapientis Opus elaboratum*. Conſtantinus autem hic pluribus a Scriptoribus laudatur a ſtudio literarum; nam & jacentes liberales artes in decus priſtinum reſtituit, & ipſe imprimis literis deditus erat, ut teſtantur Cedrenus, Zonaras, Glycas, aliique. Primis porro imperii annis oppreſſus ille ſoceri tyrannide, ſeu neceſſitate coactus, ſeu diſſimulata, quam in Romanum gerebat ſimultate, libris legendis ac diſciplinis ediſcendis, atque adeo ſcriptioni totum ſe dedidit, quod præ cæteris teſtatur Luitprandus lib. III. cap. IX. ubi illius pietatem ac ſtudia commendat hiſce verbis: *Conſtantinus itaque Porphyrogenitus tum orationi tum lectionibus vacans, totum ſe Domino commendabat, opere manuum victum quæritans. Ζωγραφίαν, id eſt picturam pulcre exercebat*. Suæ demum factus poteſtatis, op-
pag. 2. preſſo tyranno Romano, ac ejus filiis, Philoſophiæ & Rhetorices, cæterarumque omnium & artium & ſcientiarum ſtudia pene deperdita ita inſtauravit, ut urbs Regia viris eruditis, quos ex univerſo orbe accivit, abundare cœperit. Collectis inſuper undique optimorum Scriptorum in omni doctrinæ genere exemplaribus, Palatinam Bibliothecam iis inſtruxit, quæ non jam ipſius quam publico omnium uſui foret. Verum cum tantam tamque immenſam librorum molem pleroſque ab eorum lectione deterrere poſſe putaret, ipſe, ut Principem decuit, ſingulorum utilitati conſulens, auctores omnes qui idem argumentum tractavetant, ut in unum corpus compingerentur, curavit, reſectis ſuperfluis, ac ſelectis ex unoquoque ſcriptore locis iis quæ quiſque elegantiſſime tractaverat. Tales ſunt Γεωπονικῶν libri ab illo collecti, ut libri titulus & argumentum declarant. Alii non ipſius eſſe Conſtantini, ſed ejuſdem Auguſti juſſu collectionem iſtam factam volunt, quam neſcio cui Dionyſio Uticenſi adſcribit Nicolaus Guibertus in Aſſertione de Murrhinis pag. 23. cum aliis, at Jacobus Mauſſacus ad Plutarchum de Fluminibus pag. 194. auctoris nomen ignorari omnino contendant. Ita Ἱππιατρικῶν libros ab eodem eſſe collectos plerique volunt. Sed & Nonus Medicus in libri de morborum curatione proœmio Conſtantini juſſu præceptiones omnes medicas ex variis Scriptoribus (horum tamen ſuppreſſis nominibus) collegiſſe ſe teſtatur. Ejuſdem item argumenti, id eſt, Medicinæ habetur Anonymi Scriptoris liber in Bibliotheca Regia περὶ διαιτῶν, ſeu de ciborum facultate; cujus quidem auctor in præfatione, Porphyrogeniti juſſu id ſe operis aggreſſum teſtatur. Verum his, & ſi qui præterea ejuſmodi libri ad notitiam noſtram non venerunt, & magnitudine operis & utilitate longe præſtant collectanea hiſtorica in tres & quinquaginta titulos, ſeu locos communes ab eodem Conſtantino, aut potius illius juſſu comprehenſa. Horum quinquaginta trium tractatuum (ſinguli repræſentabant librum in duo volumina diviſum) primus Imperatorum renunciationem, vigeſimus ſeptimus Legationes, quinquageſimus Virtutes & Vitia commemoravit. Sed neque huic conſilio, quo Porphyrogenitus præclarum in modum de literis mereri contendebat, reſpondit eventus: quippe poſteaquam illud Pandectarum Hiſtoricarum Opus ſolum a pleriſque legebatur, Græcorum auctores quampluimi, ex quibus illud erat compoſitum, neglecti, cum non amplius deſcriberentur, tandem interierunt non abſque magno rei litterariæ detrimento. Quin hæc ipſa Porphyrogeniti juſſu concinnata Miſcellanea modo non omnia perierunt, ex quibus libros tantum duos, vigeſimum ſeptimum de Legationibus, & quinquageſimum de Virtutibus & Vitiis injuria temporum reliquit nobis ſuperſtites; illum quidem partim Fulvius Urſinus, partim Davides Hæſchelius; hunc vero Nicolai Fabricii Peireſcii beneficio ſervatum Henricus Valeſius (iis Excerptis omiſſis, quæ jam in Auctorum operibus ſeparatim emiſſis reperiebantur) ediderunt. Ex libris autem quos Conſtantinus ipſe conſcripſit, plures editi habentur, quorum aliquot in unum volumen compegit Joannes Meurſius, nimirum Libros duos de Thematibus Orientis & Occidentis: Librum de Adminiſtrando Imperio: Novellas Conſtitutiones aliquot; necnon fragmentum ex Opere Tactico ejuſdem Conſtantini: ſed hoc quidem Opus Tacticum integrum & abſolutum extat MS. in Bibl. Coisliniana. Habentur inſuper aliquot alia Opuſcula ejuſdem Porphy-

rogeniti ſeorſim edita, atque in primis Vita Baſilii avi Imperatoris publicata primum a Leone Allatio, deinde a Combefiſio, qui & ejus de Imagine Edeſſena narrationem pariter edidit Græce & Latine, ut & Anonymi hiſtoriam libris IV. comprehenſam a Michaela Theophili filio, in quem definit Chronicon Theophanis, uſque ad Michaelem Methyſtam; quam quidem ipſius Conſtantini juſſu conſcriptam teſtatur in libri titulo ac prooemio, in quo & vitam Baſilii Macedonis ab ipſo nepote Conſtantino mira ſermonis elegantia conſcriptam aſſerit. Laudatur præterea ab Allatio in ſyntagmate de Symeonibus Sermo de relatione corporis Sancti Joannis Chryſoſtomi in urbem; qui quidem ſermo habetur MS. in Codice Regio olim Telleriano. Multa etiam ſtricta oratione compoſuiſſe Conſtantinum tradit Zonaras. Ex quibus omnibus manifeſto liquet, Conſtantinum non modo fuiſſe omnibus diſciplinis excultiſſimum, ſed & litterarum extincta pene ſtudia rurſum inſtauraſſe, viroſque eruditos, propoſitis præmiis, ad ea promovenda impuliſſe.

Edit. Pariſ. pag. 3.

Τὰ Πορφυρογεννήτου) Porphyrogeniti cognomen unde ſit ortum pluribus a viris doctis jam diſputatum eſt. Vide Martinum Hankium de Byzantinarum rerum Scriptoribus part. I. cap. XV. vide & Ducangii utrumque Gloſſarium.

Περὶ τῶν θεμάτων) *Θέμα* varias ſignificationes obtinet, ſed quid hic ſignificet hoc nomen pluribus capite ſequenti docet Porphyrogenitus. Verum mihi non probatur quod ait Bonaventura Vulcanius in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum, *θέμα provinciam* non ſignificare; neque *θεματικοὶ provinciales*. Nam licet *θέμα* non ſignificet integram provinciam, eo modo quo prius diviſum fuit in eas Romanum Imperium, cum quælibet ex iis diſſecta fuerit in plura *θέματα*, tamen *θέματα* ipſa *provincias* quaſi minores ſignificant, & *θεματικοὶ provinciales* dicuntur, quod non ſolum patet ex his duobus Porphyrogeniti *de Thematibus* libris, ſed etiam ex aliis hiſtoriæ Byzantinæ Scriptoribus. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Καὶ πόθεν ἔχον, &c.) Sic ex MS. Reg. nam in editis particula, *ἐ* deſiderabatur. Sic paulo infra perperam legitur in editis *ἀχαΐζαι* pro *ἀρχαΐζαι*.

Εἰ δοκεῖ, φαῖνον, &c.) Ita MS. Codex. In editis vero: *φαῖνον μὲν οὖν τὰ καλούμενα ἀνατολικοῦ, εἰ δοκεῖ, μνημονεύσωμεν. ἐνταῦθα τῆς ἀνατολῆς θέματα, ἤγουν τῆς μικρᾶς Ἀσίας*. 2.

Ὡς ἡ λεγεὼν τεσσαράκοντα μαρτύρων ἐλέγετο Κεραυνοβόλος, &c.) Sic ex MS. In editis legitur; *ὡς ἡ λεγεὼν ἡ τῶν μ´ μαρτύρων, ἐξ ἧς ἦσαν Πισίδαι*, &c. *Κεραυνοβόλος* autem interpretati ſumus *fulminatricem*, id eſt, legio; quippe legionis fulminatricis mentio occurrit in quinque inſcriptionibus, quas profert Janus Gruterus; ex quo quidem hic deſcribere eaſdem commodo lectoris conſulentes non gravabimur. Prima habetur Romæ in Capitolio columnæ marmoreæ rotundæ inciſa:

NOMINA. LEG

II. AVG.	II. ADIVT	IIII. SCYTH
VI. VICT	IIII. FLAV	XVI. FLAV
XX. VICTR	VII. CLAVD	VI. FERRA
VIII. AVG	I. ITALIC	X. FRETE
XXII. PRIM	V. MACED	III. CYREN
I. MINER	XI. CLAVD	II. TRAI
XXX. VLP	XIIII. GEM	III. AVG
I. ADIVT	XII. FVLM	VII. GEM
XIII. GEM	III. GALLIC	III. ITALIC
I. PARTH	II. PARTH	III. PARTH

Altera etiam Romæ apud Maffæos reperitur inciſa in columna perſimili, in qua præter haſce legiones, adhuc aliæ tres habentur, verſu antepenultimo, hoc modo:

NOMINA. LEG

II. AVG.	II. ADIVT.	IIII. SCYTH
VI. VICT	IIII. FLAV	XVI. FLAV
XX. VICTR	VII. CLAUD	VI. FERRA
VIII. AVG	I. ITALIC	X. FRETE
XXII. PRIM	V. MACED	III. CYREN
I. MINER	XI. CLAVD	II. TRAIAN
XXX. VLP	XIIII. GEM	III. AVG
I. ADIVT	XII. FVLM	VII. GEM
X. GEM	XV. APOL	II. ITALIC
XIII. GEM	III. GALLIC	III. ITALIC
I. PARTH	II. PARTH	III. PARTH

pag. 4.

Tertia inſcriptio extat extra Tarraconem in villa verſus mare, quam e Schotti ſchedis edidit Gruterus; & ſic habet:

D. O. M.
IVLIO. SECVNDO
QVI. VIXIT. ANN
XXXVIII. M. III. D. X.
C. IVLIVS. RVSCHVS
LEG. XII. FVLMINAT
LIBERTO. BENE
MERENTI. FECIT

Quarta reperitur Romæ in æde ſancti Alexii, in Aventino, in ara marmorea candidiſſima:

C. VETTIO. C. F
COL. NIGRO
DOMO. ANTIOCHIA
SYRIA. VETERANO
LEG. XII. FULMINAT

Digitized by Google

MILIT. ANN. XXVI
VIXIT. ANN. LVII
EX TESTAMENTO

Quinta denique inſcriptio, ubi Fulminatricis legionis mentio occurrit, extat Arimini, ad portam ſancti Andreæ; & ſic habet:

M. AELIO. AVRELIO
THEONI AVG
IVRIDICO. DE. INFINITO. PER. FLAM
E T. UMBRIAM. PICENVM. SODALI
HADRIANALI. PRAETORI. TRIBVN. PLEBIS
ADLECTO. INTER. QVAESTORIOS. TRIB
MILITVM. LATICLAVIO LEG. XI. CLAVD
ITEM. TRIBVNO. MILITVM. LATICL
LEG. XII. FVLMINAT. DECEM
VIR. STLITIBVS IVDICANDIS
OB. SINGVLAREM. ABSTINENTIAM
INDVSTRIAMQ. EXHIBITAE. IVDICAT
ORDO. ARIMINENSIVM
PATRONO.

Quæ autem legio in hiſce inſcriptionibus & etiam nobis dicitur *fulminatrix*, in Notitia dignitatum Imperii Orientis appellatur *fulminea* ſic: *Præfectura Legionis duodecimæ Fulmineæ, Melitenæ*. Unde Henricus Valeſius, lib. v. cap. v. Euſebii Eccleſiaſticæ hiſtoriæ λεγεῶνα κεραυνοβόλον, *Legionem fulmineam* interpretatur; monetque in Annotationibus ad eundem Euſebii locum κεραυνοβόλον *fulmineam* interpretandum eſſe, non *fulminatricem*, ut Onuphrius & Scaliger aliique; ſed falli Valeſium hac in re nemo non videt; nam paulo ſuperius productæ inſcriptiones, quas ſane non abs re protulimus; omnino contrarium docent. Et fulminea itaque & fulminatrix Legio illa XII. ab Auguſto inſtituta, & a Veſpaſiano Imperatore in Cappadocia locata, nuncupata fuit. Cæterum quod ait Euſebius laudato loco, hanc legionem κεραυνοβόλον appellatam fuiſſe Marco Antonino imperante; quod cum adverſus Germanos & Sarmatas pugnaturus aciem inſtrueret, & ſiti cum exercitu conficeretur, precibus a Chriſto pluviam Legio illa, quæ Chriſtiana erat, impetravit, & fulminum jactu hoſtium copiæ in fugam verſæ ac extinctæ fuere: jamdudum monuit Scaliger in animadverſionibus Euſebianis, Legionem fulminatricem ab hoc miraculo nuncupatam non fuiſſe, quippe quæ diu ante tempora M. Antonini ita vocata fuerit. Docet id manifeſte Dio Caſſius lib. LV. ubi Legiones omnes enumerat: quod ſane confirmatur ex inſcriptionibus a nobis paulo ſuperius adlatis. Neque audiendus Xiphilinus qui κεραυνοβόλον Legionem illam appellatam eſſe ait ob miraculum illud quod paulo ſuperius ex Euſebio retulimus, ut putant viri docti. Vide Annotationes Valeſianas in librum v. Euſebii.

Edit. Pariſ pag. 5.

Καὶ ἄλλη Μαρμαριτῶν, &c.) In Notitia dignitatum Imperii Orientalis habetur, *Cohors tertia Valeria Marmara*. Et ſic fortaſſis Scriptor noſter confundit Legionem cum cohorte, quæ Marmaræ degebat.

Τυγχάνουσα) MS. Codex habet, τυγχάνουσαι.

Πολλάκις δὲ καὶ σφαγέντων) Particula καὶ ex MS reponitur.

3. Ὡς ὁ εὐσεβής) Editi, ὡς ὁ θαυμαστός.

Οὐκ ἔστι γὰρ εἰπεῖν, &c.) Sic in MS. legitur.

Καὶ νῦν ὁ καιρὸς αὐτῶν) In editis deſideratur præpoſitio εἰς.

Καὶ εἰς τοῦτο κατέληξεν, &c.) Sic ex MS. In edit. legitur, καὶ εἰς τοῦτο κατέληξεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ μέχρι καὶ σήμερον.

Νυνὶ δὲ συναθροίσεις τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, &c.) Sic ex MS. Cod. In editis legitur; νυνὶ δὲ συναθροίσεις κατά τε τὰς ἀνατολὰς καὶ δυσμὰς τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας καὶ εἰκοσιπαραδόσεις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, &c. Tot autem Imperii calamitatibus originem Heraclium dediſſe, provocata in ſe numinis ira, dum Monothelitarum hæreſim temere ſuſceptam pertinacius tueretur, nemo ignorat; quippe ab Heraclii temporibus Saraceni Mahomethe duce caput extulere, & Romanum Imperium jam tum aliquot Perſarum armis concuſſum magnis cladibus affecerunt: Palæſtina, Syria atque Ægypto ipſomet Heraclio regnante ſubactis.

Λογγῖνος γὰρ ἔλεγον, &c.) Longini appellationem pro eo qui mille viris præeſſet non agnoſco; nam qui mille militibus præerat, Romanis Tribunus, Græcis χιλίαρχος dicebatur, quemadmodum Centurio & ἑκατόνταρχος qui centum viris præerat. 4.
Λογγῖνος autem, ut ait Ducangius, idem qui λογχάρχης, nimirum *Agminis* ſeu λόχου *Ductor*. Polybius Epiſcopus in Vita Epiphanii, πλοῖα ἔχων ἴδια, ἐπιδέδωκε καὶ ἄλλα πάντα, καὶ ἰδὼν Λογγῖνον τῷ συστατικῷ εἶναι αὐτὰ χρήματα, ἀπέστειλε πρὸς τὸ ἐπισκοπεῖον. Extat in Anthologia lib. vi. Epigramma Κορνηλίου Λογγίνου. Laudat item Ducangius, ſeu potius Meurſius hunc Porphyrogeniti locum; ſed ibi Conſtantinus λογγῖνον cum χιλιάρχῳ confundit.

Τῷ τῆς Εὐρώπης τόπῳ) Sic MS. Codex.

Ἡ γὰρ ἀνατολὴ, καθώσπερ ἔφημεν) Sic MS. Codex. 5.

Ἐν συντόμῳ) Ita MS. Codex. Editi συντομώτερον.

Φρύγων Σαλουταρίων) Sic MS. Codex. Editi Φρυγίας Σαλουταρίας. In Notitia dignitatum Imperii Orientis Φρυγία Σαλουταρία: & quidem in eadem Notitia Imperii occurrit mentio cohortis primæ Salutariæ inter Æliam & Hierichunta, & alæ primæ Juthungorum Salutariæ. Sed vide Guidi Panciroli Commentarios. Vide & Orelium.

Ἐστ' αὐτῆς Ἀτταλείας) Hanc urbem expugnavit Iconienſis Sultanus an. MCCXII. ut eſt in Chronico Altiſſiod. Deſcribitur vero a Tyrio lib. 16. c. 26. Vide Leunclavium Pand. cap. 180. 6.

Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀκρωΐου) Ita MS. Codex. Editi, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Κρωΐου. At Ortelius ex Hiſtor. Miſcella 21. refert *Acronium* locum ſic dictum circa Phrygiam.

Φρυγία Καπατιανή) In MS. legitur, Φρυγία καὶ Πακατιανή; neque dubito quin in MS. Codice, ex quo ſuam editionem adornavit Vulcanius, ita legeretur loco Καπατιανή. At in Notitia dignitatum Imperii Orientis dicitur *Phrygia Pacatiana*. pag. 6.
Ubi Pancirolus hæc habet: *Minor Phrygia* poſtea *Pacatiana*, forte ab Ovino Pacatiano eſt dicta, qui ſub Conſtantino P. P. Orientis in ea diu reſedit, ac Conſul & P. V. fuit, *l. 4. C. Th. de ſponſali. l. 2. C. Th. de advocat.* &c. Ab Oriente habet Cappadociam: ab Occaſu Phrygiam majorem ſeu Salutarem vocatam: a Septentrione Galatiam: ab Auſtro Lydiam, &c. Sic Pancirolus. Unde crederem hic etiam pro Capatiane legendum Pacatiana.

Κεῖνται ἀνατολικά) In MS. legitur, κεῖνται ἀνατολικαί.

Ἀρχὴν μὲν ἔχει ἀπὸ τῆς Μυρῶ) Perperam legitur in MS. ἀρχὴν μὲν ἔχει ἀπὸ τῆς Μυρῶ.

7. Καὶ ἱκανωτέρας χώρας, &c.) Hæc in Editis deſiderantur.

8. Οὗτος ὡσεὶ τὰ ἀργυρᾶ μονοπρόσωπα τὰ ἀνάγλυφα) Nimirum, *cujus ſunt albæ lances ſculptiles*. Editi habent, ὥσπερ ἐστὶ τὰ ἀργυρᾶ μονοπρόσωπα; quæ Vulcanius interpretatur, *cujus ſunt argenteæ tabellæ ſculptiles*. At μονοπρόσωπον non *tabellam*, ſed *lancem* ſignificat. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. Ovidius, *cælata lanx*.

Ἐπιγραφὴν ἔχοντα παιδὸς) Sic MS. perperam legitur in Editis, ἐπιγραφὴν ἔχει παιδὸς; nam refertur ad μονοπρόσωπον.

Καὶ οὗτοι γὰρ μόναρχος ἦν τῆς αὐτῆς ἀνατολῆς) Sic MS. Editi vero, καὶ οὗτος γὰρ μονάρχης ἦν τῆς ἀνατολῆς, ἤγουν μικρᾶς Ἀσίας.

9. Καὶ ἐκφοβήσαντο τὰς χώρας) Editi, καὶ ἐκφοβήσαντος τὰς χώρας.

10. Ἄλλοι δὲ τυράννοι ὑποταττόμενοι. ὑπὸ δὲ τὸ, &c.) Sic MS Editi vero, ἄλλοι δὲ τυράννους ὑποτασσόμενοι.

Ὡς ἐν ταῖς τῶν ἁγίων μαρτυρίαις ἀναγράφω) Sic MS. Perperam in Editis, ὡς ἐν ταῖς τῶν ἁγίων μαρτυρίαις ἀναγράφω. Sed optime Vulcanius ibidem ad marginem notat, ἐν αἷς μαρτυρίαις ἀναγράφεται.

Ἀλλὰ μὲν καὶ ταξιάρχαι) Sic MS. atque ita legendum ἀντιγράφων eruditus Vulcanius conjecerat. Quid vero Ταξιάρχαι, vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Καὶ τὰς τῶν στρατιωτῶν τροφὰς) Editi habent, καὶ τὰς τῶν στρατιωτῶν τροφάς.

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τῶν Ῥωμαίων) Sic MS. Editi vero, καὶ ταῦτα μὲν Ῥωμαίων.

Ἡ πᾶσα Ἀσία) MS. ἡ πᾶσα Βασιλεία. Et paulo infra Editi Παμφύλων loco Παμφυλίων.

11. Τουρμάρχαι) Sic MS. perperam habent Editi, τουρμάχαι, ſed ἀντιγράφων eruditus Vulcanius conjecerat legendum τουρμάρχαι.

Καὶ δεξιολάβοι ὑπατοὶ) Hæc vox occurrit etiam in Actis Apoſtolorum cap. 23. ubi vulgata verſio habet, *Lancearios*. Eraſmus eo loco idem ſignificare ait δεξιολάβοι, quod δεξιοβόλοι, nimirum *dextros & peritos funditores* aut *jaculatores*. Svidas & Auctor Etymologici παραφύλακας interpretantur. Theophylactus Simocatta lib. 4. Hiſt. προσέταττε δὲ καὶ δεξιολάβοις δυνάμεσιν ἐξελαύνειν, καὶ τὰς ἀτραποὺς πάσας κατασφαλίσασθαι.

12. Οὗτος Μένιππος ὁ τὰς σταθμικὰς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀναγραψάμενος) Menippus iſte, quem hic laudat Porphyrogenitus, idem ſane eſt qui Pergamenus, celebris ille Geographus, cujus mentio occurrit in Epitome Artemidori Epheſii; quæ cum Marciano Heracleota edita eſt. Menippi hujus periplum τῆς δύο πόντων citat Stephanus in Ἐξαμάται, Χαδίσια, Χαλδία. Idem Stephanus ejus periplum Bithyniæ advocat in Χαλκηδών: item periplum Paphlagoniæ in Τιος. Atque idem periplus ſignatur in Ἀρμένη; quippe quæ vicus Paphlagoniæ eſſe dicatur. Vide de Menippis Voſſium.

Οὗτος Παυσανίας, &c.) Sic MS. In Editis hæc tranſpoſita ac inverſa habentur.

Οὗτος Μένανδρος) At Menander iſte Protector non ſub Juſtiniano ſed ſub Mauricio floruit, ut ipſe de ſe teſtatur apud Svidam; narrat quippe inter cætera, quomodo prius, non, fratris ſui Herodoti exemplo, legibus operam dederit, & eloquentiæ deditus regiam porticum frequentarit; ſed amarit equeſtria certamina, pantomimorum ſaltationes, ac palæſtras, ſimileſque nugas; donec

Edit. Pariſ. pag. 7. Mauricius ſuſcepiſſet imperium: tum ſe amore captum Muſarum; poemataque, & hiſtorias audiſſe avide; magnam etiam noctis partem iis impendiſſe: animum quoque appuliſſe ad ſcribendam hiſtoriam, eamque aggreſſum ab obitu Agathiæ. Vide Svidam in Verbo Μένανδρος. Cæterum ex hujuſce Menandri hiſtoria luculenta habes fragmenta in Legationum Eclogis; quas e MSS. Codicibus primus edidit David Hœſchelius Auguſtæ Vindel. anno Chriſti 1603.

Ἐμπορεύσαντο) Sic MS. perperam in Editis, ἐμπορεύσαντο.

13. Τὴν γὰρ Καππαδοκίαν) Cappadociam pluribus laudibus ornat Juſtinianus Imperator Novell. 30. atque inter alia, ait: γῆ τε αὐτοῖς ἐστὶ πολλὴ τε καὶ θαυμαστή, καὶ οὕτως ἀρέσασα τῇ βασιλείᾳ, ὡς καὶ ἀρχὴν ἐπιστῆσαι ταῖς οἰκείαις κτήσεσιν ἰδίαν, τὴν πολιτικῶν ἀρχῆς οὐκ ἐλάττω, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ μείζω.

Εἰς τε Καταονίαν) De Cataonia videndus præter Geographos Æmilius Probus in Datamene.

Καὶ νῦν ἀπὸ τοῦ Ταύρου Ταυρικὸν) MS. pro Ταυρικὸν habet Ταυρωτικόν.

Ἐν ᾗ Καισάρεια ἡ πόλις) Juſtinianus Imperator paulo ſuperius citata Novella præclarum huic urbi ſimul & Cæſari elogium tribuit: πολυανθρωποτάτη τε γὰρ καθέστηκε, inquit, de Cappadocia loquens καὶ πόλιν τε παρέχεται μεγίστην, τὴν τοῦ φιλτάτου Καίσαρος ἡμῖν ἐπώνυμον, τοῦ δόντος ἀρχὴν ἀγαθὴν καὶ καθ' ἡμᾶς μοναρχίᾳ. δι' ὃ δὲ ὃν ἅπασι τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἐδεδιὸν ὀνομαστοτάτῳ ἐστὶ τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα, καὶ ἔστιν ἡμῖν ἀντ' ἄλλου τινὸς τῆς βασιλείας συμβόλου σεμνολόγημα. Hanc civitatem, μετὰ μὲν τῷ περιβόλῳ, ὃ ἐποίει δὲ τὰ γνώμας, atque adeo totam Cappadociam, ſub unum Proconſulem redegit Juſtinianus; penes quem eſſet poteſtas τῶν πολιτικῶν, τῶν στρατιωτικῶν, καὶ τῶν ταμιακῶν, quorum officiorum diſtractio frequentes antea diſſenſiones excitabat. Sic Vulcanius in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum.

Ἡ τε Κολώνεια) De Colonea loquitur Porphyrogenitus infra Themate decimo; ubi ait, ab hoc caſtro inditum Themati nomen. Vide Scylitzem pag. 814. Edit. Reg. Taxara vero poſtmodum appellatum fuiſſe tradit Nicetas in Manuele, lib. 1. n. 2.

Μέχρι αὐτῆς Ποδεντοῦ) Cedreno & Curopalatæ dicitur, *Rodentum*.

15. Καὶ τὸ φρούριον τὸ καλούμενον Λοῦλον) Occurrit etiam locus iſte apud eundem Conſtantinum in Baſilio cap. 32. & 35. & apud Annam Comnenam pag. 411. E. R. Scylitzæ Λοῦλον caſtrum Tarſo vicinum.

Καὶ αὐτῆς Ποδανδοῦ) Sic MS. Editi vero habent Ποδανδοῦ. Cedreno, Curopalatæ ac Zonaræ dicitur Ποδανδός. Appellatur etiam a Porphyrogenito in Vita Baſilii, cap. L. editionis Combefiſianæ, Ποδανδὸς, atque hunc locum Tarſo vicinum fuiſſe ſtatuit, necnon a nomine fluvii loco appellationem inditam ſcribit: Ταῦτα πρὸς Θεὸν μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ δακρύων πολλῶν ἀποδεξάμενος ὡς ἐπῆρε τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις, εὐθὺς κατὰ Ταρσοῦ· καὶ κατὰ δὴ τὸν τόπον γενόμενος, ὃς λέγεται Ποδανδὸς, ἔνθα καὶ ὁ ὁμώνυμος ῥεῖ ποταμὸς, &c. *Hæc ad Deum contritis corde, multiſque lacrymis compreſſatus atque locutus, aſſumptis Romanis cohortibus adverſus Tarſum proficiſcitur. Atque ubi ad locum venit, cui Podandus nomen (ubi etiam recurrit fluvius ejuſdem nominis)* &c. Annæ Comnenæ dicitur δῆμα τὸ Ποδανδόν.

Καὶ Ἄδανα) De Adana, Ciliciæ urbe loquuntur Anna Comnena pag. 339. E. R. Scylitzes pag. 656. Zonaras in Romano Diog. pag. 226. Nicetas in Joanne. *Athena* dicitur Tudebodo pag. 784. Roberto Mon. pag. 44. Guiberto lib. 3. cap. 22. *Addena* Raimundo de Agiles pag. 146. Adanum & Tarſum accurate deſcribit Willebrandus de Agiles pag. 146. Adanum & Tarſum accurate deſcribit Willebrandus ab Oldenborg. in Itiner. (Vide Joſephum Barbarum in Itiner. Perſic. pag. 461. &c.

Καὶ ἰδοὺ μὲν) Sic MS. perperam in editis legitur, καὶ ἴδε μὲν, &c.

Εἶτα ἄλλοι τινὲς τῆς βασιλείας) Editi, εἶτα ἄλλων τινῶν τῆς βασιλείας.

Εὐδοκιμήσαντες) Editi habent, παρευδοκιμήσαντος.

Διὰ τὸ εἶναι αὐτὰ πλησιόχωρον) Sic MS. Codex; pag. 8. & mox ἡ νῦν, ὡς, &c.

16. Πρὶν ἢ τῆς Ῥωμαίων αὐξηθῆναι βασιλείας) Ita MS. Codex.

Ἀρχέλαος ἐκαλεῖτο, ὅτι ὁ συμπενθερὸς Ἡρώδου) Sic MS. Codex. Et quidem non abs re, nam ſic ſcriptor declarat, quænam affinitas fuerit inter Archelaum & Herodem; cujus quidem filius Alexander Glaphyram filiam regis Cappadocum in matrimonium duxerat. Συμπενθερία enim eſt affinitas inter duos ex filiorum vel filiarum nuptiis, ſic ut uterque ſocer dicatur, hic quidem reſpectu nurus, alter reſpectu generi.

Μικρὰ δὲ ταῦτα, &c.) Editi, κἂν δὲ ταῦτα.

Ἐξωμολόγει) Sic MS. Codex. Perperam in editis legitur, ἐδωμολόγει.

Ἀπὸ τοῦ μεγάλου Καίσαρος Ἰουλίου) At Svidas v. Καισάρεια, tradit Cæſaream, quæ antea Mazaca, ſic appellatam fuiſſe a Tiberio Cæſare, poſtquam Archelao illam ademiſſet. Sozomenus vero lib. v. Hiſt. Eccleſ. cap. 4. dicit Cæſaream a Claudio nomen accepiſſe. Et idem legitur in Hiſtor. Tripart. lib. vi. cap. xv. Cæterum de *Mazaca* ſic loquitur Solinus cap. XLVII. *Mazacam ſub Argæo ſitam Cappadoces matrem urbium nominant: qui Argæus nivalibus jugis arduus, ne æſtivo quidem torrente pruinis caret: quemque indigenæ populi habitari Deo credunt.*

17\. Ῥεγεωνάρδοι) Ita MS. Editi, Ῥεγεωνάρχαι.

Καὶ φρούριον τὸ καλούμενον Κίρου) In MS. legitur, καὶ φρύγιον τὸ καλούμενον Κίρου.

Τὰ δὲ νεῖτα Καππαδοκίας) Sic MS. Codex. In editis deſideratur τὸ, νεῖτα.

Ἀνδραπα) Editi habent, Ἀντραπα. At Ἄνδραπα dicitur & Ptolomæo.

Καππαδόκαι φαῦλοι) Hoc Epigramma, quod hic Conſtantinus mutilum duobus ultimis verſibus profert integrum habetur in Anthologia lib. 11. cap. XLIII. tit. εἰς πονηρούς, hoc eſt, *in Malos*; auctorque ipſius dicitur Demodocus; & ſic ibidem legitur.

> Καππαδόκαι, φαῦλοι μὲν ἀεί· ζώνην δὲ τυχόντες,
> Φαυλότεροι· κέρδους δ' εἵνεκα, φαυλότατοι·
> Ἢν δ' ἄρα δὶς καὶ τρὶς μεγάλης δράξωνται ἀπήνης,
> Δὴ τότε γίγνονται φαυλεπιφαυλότατοι.
> Μὴ, λίτομαι βασιλεῦ, μὴ τετράκις, ὄφρα μὴ αὐτὸς
> Κόσμος ὀλισθήσῃ καππαδοκιζόμενος.

Quod ſic ad verbum, ut ajunt, interpretatur Lubinus:

> *Cappadoces ſemper mali, cingulum vero nacti*
> *Pejores: lucri vero gratia peſſimi:*
> *Cum vero bis aut ter magnum prehenderit currum,*
> *Tunc ſane evadunt mali ter & amplius.*
> *Ne, ſupplex oro, rex, ne quater dicam, ne ipſe*
> *Mundus corruat Cappadox redditus.*

In MS. Porphyrogeniti primus verſus ſic legitur: Καππαδόκαι, φαῦλοι μὲν ἀεὶ, ζώνης δ' εἵνεκα, &c. At in editis & in Anthologia, Καππαδόκαι, & ζώνης δὲ τυχόντες: ubi quidem Brodæus ſic monet: Milites ignaviſſimi ſunt Cappadoces. Feſtus. apud antiquos toti ſuccincti pugnaſſe dicantur. Servius. omnes qui militant cincti ſunt, aut certe inefficaces, ut contra præcinctos ſtrenuos dicimus, unde & Græce ἄζωνοι, non qui bonam zonam habet (eſt enim ζωστὴρ armorum apparatus Homero) ſed qui eſt ſtrenuus. Moſchopulo, ἐλαφροὶ, καὶ μηδὲν τοιοῦτον τὴν ζώνην ἄχθος ἐπιφερόμενοι. Atqui ζώννυσθαι eidem Iliad. λ. arma induere eſt. Pauſanias. τὰ δὲ ἐνδύναι τὰ ὅπλα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ ζώννυσθαι. ἀπέζωσεν quoque apud Herodianum pro exautoravit, & cingulum amittere pro militia cedere comperi. Gregorius. οἶδα καὶ ζώνην τὴν στρατιωτικὴν λέγω ἢ ἀνδρικὴν, καθ' ἣν ἄζωνοι Σύροι καὶ μονόζωνοί τινες ὀνομάζονται. an ζώνης ex Svida δυναμένου καὶ ἀξιώματος τυχόντες enarrari poteſt? μεγάλης δράξωνται ἀπήνης. Si currum aut rhedam apprehenderint. conviciari ac βαρβαρολογεῖν ſolere ait Demodocus Cappadoces, proverbium intuens, *de plauſtro loqui*.

Edit. Pariſ. pag. 9.

Svidas. Ibi τὰ ἐκ τῆς ἁμάξης ἀναίμματα. Etymologici auctor in dictione ἁρμαίτιον μέλος. φαυλεπιφαυλότατοι. mali ter amplius. βασιλεῦ. Rex Jupiter. μὴ τετράκις. dicam. κόσμος. ne orbis terrarum labatur. ad ſervitutem natos Cappadoces fuiſſe prope liquet, cum quibus S. P. Q. R. ut ſui juris liberique eſſent conceſſiſſet, ut regem habere ſibi liceret popoſcerunt, negantes vivere gentem ſine rege poſſe. Juſtinus & Strabo. Jure igitur Cappadoces ſervi ſunt Perſio ſaty 6. & Martial. *Quid te Cappadocam ſex onus eſſe juvat*. at eorum fidem elevat ſaty. 7. Juven. nec obſcura eſt parœmia, τρία κάππα κάκιστα, Cappadoces, Cretenſes, Cilices. eam nationem a Philippo Alexandri patre domitam tradunt Juſtinus & Oroſius, quibus in hoc fidem nullam habeo. Iſthæc Brodæus ad laudatum Epigramma adnotaverat.

Καππαδοκίαν) Hoc etiam Epigramma habetur in Anthologia paulo ſuperius laudato loco. 18.

Ἐκ δὲ ταύτης αἱ τοιαῦτα) Sic MS. Editi, ἐκ δὲ ταύτης τὰς τὰ τοιαῦτα, &c.

Ὁ Καισαρείας ἐπίσκοπος) Perperam legitur in Editis, ὁ Καισαρείας ἀρχιεπίσκοπος. 19.

Νῦν δὲ ἐν τῷ τῶν Ἀνατολικῶν τοῦ) Sic MS. Codex.

Ναυκράτιος) Sic MS perperam in Editis Παγκράτιος legitur; quippe Naucratius appellabatur & non Pancratius unius ex decem fratribus ſancti Baſilii.

Θρακήσιοι δὲ ἐπεκλήθησαν) Aliam Θρακησίων originem adfert Euſtathius in Dionyſium. De Thracum vero fortitudine præclare Juſtinianus Novella 20. κε'. ἐκεῖνο τῶν ἀνωμολογημένων ἐστὶν ὅπερ οὖν τῶν Θρᾳκῶν ὀνομασθεῖσα χώρα, ὅτι συνεστήκεται τῷ λόγῳ, καὶ τὰ ἀνδρεῖα, καὶ στρατιωτικὰ πλήθη, καὶ πολέμους, καὶ μάχας ἔχουσα. ταῦτα γὰρ ἐγγυᾶσθαι καὶ πατρίῳ τῇ χώρᾳ καθέστηκεν ἀπείρῳ.

Ἀνὴρ τις μετὰ τῆς γυναικός, &c.) Sic in MS. perperam legitur in Editis, ἀνὴρ τις μετὰ γυναικὸς καὶ τῶν ἑαυτοῦ τέκνων κατὰ Μυσίαν τῆς, &c.

Πρὸς πρὸ τῆς πόλεως τείχη) Sic MS. Codex. Editi vero, πρὸς τὰ πόλεως τείχη.

Ἡ γυνὴ τῶν Θρᾳκῶν) Ælianus libro de Animalibus VII. cap. XII. aliter hanc hiſtoriam narrat, Pæoniis mulieribus eam laudem tribuens: Τῇ μὲν κεφαλῇ, inquiens, φέρουσιν ὑδρίαν μεστὴν ὕδατος, καὶ τὸν αὐχένα αἴρουσαι, ὡς τε αὐταῖς βαδιζούσαις, ἀτρεπτοί τε ἐξ αἰκλαῖ διαμένουσι τὴν ὑδρίαν. ἐξηρτήσασαι δὲ τὰ κόλπα θηλάζουσι τὰ βρέφη. καὶ εἰς τὸν βραχίονα τὸν ῥυτῆρα ἐναψάσαι, τὸν ἵππον ζευγνῦσαι ἐπὶ ἄρδειαν ἄγουσι, καὶ ταῖς χερσὶ νήθουσι λίνον. *Quod uno tempore, partim capite urnam aquæ plenam ferant, ita cervicem erigentes, ut ipſis ingredientibus immota urna permaneat, nulla inclinatione propendeat; partim infantem puerum e ſinu ſuo appenſum lactent, ſimul & brachio in habenam inſerto mariti equum ad aquam ducant, ſimul & manibus linum neant.* Quo etiam loco adjicit Ælianus, Darium conſpecta aliquando muliere Pæonia hoc apparatu inſtructa, ad ſubjugandos Pæonas accenſum.

Ἡ σαμος ἐν μεσῷ τοῦ ὕδατος) Sic MS. in Editis vero legitur, ὁ σάμος ἐν μεσῷ ὕδατος. Dicitur ὁ σάμος & in Epiſtol. ad Hebr. cap 9. 21.

Μίλητον) Perperam in Editis hic & infra legitur, Μόλητον pro Μίλητον.

Εἰσὶ δὲ πόλεις περὶ τὴν Ἀσίαν, κα'.) Sic in MS. in Editis vero, εἰσὶ δὲ πόλεις περὶ τὴν Ἀσίαν, εἴκοσι. At vigeſima prima urbs Philadelphia in MS. dicitur. 22.

Θυάτειρα) Nimirum *Thyatira*, non vero *Thyatara* ut Vulcanius.

Κολοσσαὶ, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι) Chonæ olim, inquit Porphyrogenitus, Coloſſæ dictæ, Urbs Epiſcopalis Laodiceno Metropolitano ſubjecta, atque olim Palaſſæ appellata ut eſt apud Nicetam in Vita ſancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani ob Templum ſancti Michaelis Archangeli, magnitudine, pulcbritudine, & mirabili artificio inſigne celeberrima. Et quidem Chonæ olim Palaſſæ appellatæ dicuntur Nicetæ ipſi Choniatæ in Manuele lib. vi. num. t. ſed utrobique vitioſe ſcriptum pro Coloſſæ mihi perſuadeo. Sic ibi Choniates. Ἀφικνεῖται εἰς Χώνας, πόλιν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην, τὰς πάλαι Κολασσὰς, τὴν ἐμοῦ τοῦ συγγράψαντος πατρίδα, ἐξ ἧς Ἀρχαγγελικὸν ναὸν αὐτὴν μέγιστον καὶ κάλλιστον ὄντα, καὶ θαυματουργοῖς χάρισιν ἄπαντα ἔργον ἐκεῖθεν ἐξόλλυσι. Meminit hujus celeberrimi Templi Chonenſis idem Nicetas & in Iſaacio lib. ii. n. ts. Celeberrimum autem ac illuſtre fuit hoc templum ob miraculum in Archippo illius Manſionario patratum; cujus quidem hiſtoria paſſim habetur apud Metaphraſtem & alios. Cæterum libet hic exhibere binos catalogos urbium, quæ ſubſequenti ævo nomen mutarunt. Primus ex Baluziano Codice recenti manu conſcripto paululum diverſus ab Editis, qui ſic habet:

pag. 10.

Ὅσαι τῶν πόλεων μετωνομάσθησαν εἰς ὕστερον.

Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δυῤῥάχιον
Τριβαλλοὶ οἱ Ἀχρίδα
Ἡράκλεια ἡ νῦν Πελαγονία
Σελάσφορος ἡ νῦν Διάβολις
Ἰλλυρικὸν τὰ νῦν Κάνινα
Ἔδεσσα τα νῦν Μογλαινα
Ἀξιὸς ποταμὸς ὁ νῦν Βαρδάριος
Ἄργος Θετταλικὸν ἡ Λάρισσα
Ἐπιὰ ἡ νῦν Κορώνη
Πήδασος ἡ νῦν Μεθώνη
Ταύτης πλησίον ἐςὶ Χερρόνησος ἔνθα καλεῖται Πύλος, ἡ πατρὶς Νέςορος, νῦν δὲ καλεῖται Ἀβαρῖνος,
Τρίκκη τὰ νῦν Τρίκαλα
Θεόπολις ἡ νῦν Πρέσπα
Ἀπολλωνία ἡ νῦν Ἱερισσὸς, ἡ πρὸς τῷ Ἄθῳ ὄρει κειμένη.
Ἀμφίπολις ἡ νῦν Χρυσόπολις
Θεοδοσιούπολις ἡ νῦν Ἄπρως, παρὰ τὸ Ἄπρο πεδιὸν Καρὸ καλεῖσθαι
Ὀρθαγορία καὶ Στάγειρα ἡ νῦν Μάκρη
Τέμπεα τὸ νῦν Ῥοῦσιν
Πιερῖται ἡ νῦν Ἡράκλεια
Τιβεριούπολις ἡ νῦν Ἡράκλεια
Βελεγραπολις τὸ Βελεσβάδιον
Δάρος τὸ νῦν Ταυρος
Μαρτυρούπολις τὸ νῦν Μεσηνά.
Βέῤῥοια τὸ νῦν Χαλεπ
Πυλῶν πύλαι δύο, ἡ μὲν κατὰ τὴν Ἄβυδον, ἡ δὲ κατὰ τὸ ἱερὸν ἢ Ψαμμάθιον
Γερμανικεία Συρίας ἡ νῦν Τελεσαύρα, Μόψου δὲ κρῆναι
Σπερχειὸς ποταμὸς ὁ νῦν Ἀγριομέλας
Καταβολὰ Κιλικίας ἡ νῦν Μαμιςρα
Αἱ ἄνω Γαλλίαι καὶ τὰ ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων, οἱ τὰ πρὸς ἀνατολὴν οἷον Γαλατία, Ταυρίνα, Γερμανοὶ δὲ οἱ Φράγγοι.
Σύρμιον ἡ νῦν Οὐγγρία καὶ Στρίαμος, οἱ δὲ Οὖγγροι τὸ παλαιὸν ἐλέγοντο Γήπαιδες
Δορύςολος ἡ νῦν Δρίςρα.
Ὀδρυσὶς καὶ Ὀρεςιὰς ἡ νῦν Ἀδριανούπολις
Μαιῶτις λίμνη ἡ νῦν Γαλατία
Ποτίδαια ἡ Κασσάνδρεια
Κολοσσαὶ ἡ Τερος
Ἀχαΐα ἡ νῦν Πάτρα
Δαναοὶ οἱ Ἕλληνες
Ἀσία ἡ Ἔφεσος
Ἰωνία ἡ περὶ Ἀσίαν
Εὔβοια ἡ Εὔριπος
Βοιωτία αἱ Θῆβαι.
Φθία ἡ Φαρσαλία
Νικόπολις ἡ νῦν Πρέβεζα
Αἰτωλία τὰ Ἀχαΐα
Κόρκυρα ἡ Φαιακία.
Δωδώνη ἡ Βόνδιτζα
Ἤπειρος τὸ Βουθρωτὸν
Δελφοὶ τὸ χρυσὸν καὶ Σόλων
Δύσπολις τὸ Ῥαιμπολις
Καισάρεια Φιλίππου ἡ Τανόπυργος, ἡ αὐτὴ καὶ Πανεάς, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ ὄρους Πανείου
Σαρδική ἡ νῦν Τριαδίτζα
Λάρυμνα ἡ Λάρισα
Θέρμη καὶ Ημαθία ἡ Θεσσαλονίκη
Κολοσσαὶ αἱ Χῶναι
Ῥοδόπη ἡ Φιλιππόπολις
Ἰταλία ἡ Λογγιβαρδία
Μέμφις τὸ νῦν Ταμιάθιν
Πέργη τὸ νῦν Πυργίον
Αὔδωρα τὸ νῦν Πολίτολις.

Alter vero catalogus hujuſcemodi urbium editus habetur ad calcem libri primi de Thematibus, & ſic habet:

Πόλεων ὀνόματα.

Ὅσαι τῶν πόλεων ἐν τοῖς ὑςέροις χρόνοις μετωνομάσθησαν
Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δυῤῥάχιον
Αἴτνα, ἡ νῦν Κατάνη
Edit. Pariſ. pag. 11. Πήδασος, ἡ νῦν Μεθώνη. ταύτης δὲ πλησίον ἐςὶν χερρόνησος μικρὰ, ἥ τις τὸ μὲν παλαιὸν ἐλέγετο ἡ πατρὶς τοῦ Νέςορος ἡ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ᾀδομένη· νῦν δὲ καλεῖται Ἀβαρῖνος
Ποτίδαια ἡ νῦν Βέῤῥοια.
Πύδνα τὸ νῦν Κίτρος
Ἀπολλωνία ἡ νῦν Ἱερισσὸς ἡ πρὸς τῷ Ἄθῳ τῷ ὄρει κειμένη.
Τρίκκη τὰ νῦν Τρίκαλα
Θερμοπύλαι, τὸ νῦν Σαλάς
Σίπυλον ὄρος, ἡ νῦν Κουπάς
Σωτηρόπολις τὰ νῦν Πυθία
Σμύρνη τὸ παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς Χίμψ
Τετράπολις Θῆβαι τὸ νῦν Ἀτραμύττιον
Ἄργος θετταλικὸν τὸ νῦν Λάρισσα
Σίρμιον ἡ νῦν Οὐγγρία. Οἱ δὲ Οὖγγροι ἄνω ἐλέγοντο τὸ παλαιὸν, Γήπαιδες
Σαρδικὴ ἡ νῦν Τριάδιτζα
Δῖον τὸ νῦν Ταυρός.
Μαρτυρόπολις τὸ νῦν Μεφερκὶ
Βέῤῥοια τὸ νῦν Ἀμαστρις
Τέμπεα τὸ νῦν Ῥέσιον
Ἐφύρα ἡ νῦν Κόρινθος
Πέρινθος, ἡ νῦν Ἡράκλεια πρὸς δύσιν
Ἀμισὸς τὸ νῦν Ἐμετ
Ὀδρυσὸς, ἡ νῦν Ἀδριανούπολις
Δορόςολος, ἡ νῦν Δρίςρα
Ἱερὸς ποταμὸς ὁ νῦν Δανόβιος
Κολοσσαὶ αἱ νῦν Χῶναι.
Θυμίαι, ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια.

Καὶ Φιλαδελφία) Sic in MS. Codice.

23\. Ὀξίκιον γὰρ Ῥωμαῖοι λέγουσι) Vide Vulcanii Notas, & Gloſſ. Græc. Ducangii.

Καὶ τὰ μὲν κάτω, καὶ παρὰ θάλασσαν) Sic in MS. in Editis vero legitur, καὶ τὰ μὲν καὶ παραθαλάσσια.

24\. Καὶ τῶν καλουμένων Πυλῶν) De hiſce Pylis loquitur Theophanes ad annum XII. Heraclii, necnon Auctor Chronici Alexandrini pag. 325. E. R.

Δοργυλαιοῦ) Ita MS. Codex. Editi vero Γοτθογραικῶν.

Γραικοὶ, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γραικοῦ) Idem infra ubi de Dialectis Græcorum agit; & quinam communi dialecto uſi ſint deſcribit.

Τῷ ποταμῷ) Sic in MS. Codice legitur.

Πρῶτοι οὐ τὸν κόσμον εἰσηνεγκεῖν) Editi, πρῶτοι εἰς τὸν βίον εἰσηγαγον.

Τὸ λεγόμενον Δαμαςρὸν) Ita MS. Editi vero, τὸν καλούμενον Δαμαςρόν.

Διὰ τὸ προσορμίζεσθαι ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως) Sic MS. Codex.

25\. Μήδαιον) Ita in MS. legitur. Editi, Μηδάνιον. Stephanus, Μιδάειον. Μιδάειον vero Cedreno & aliis urbs illhæc dicitur.

Μύρλεια) Idem quæ Apamea Bithyniæ, ut tradunt Suidas & Stephanus, Μύρλεια, πόλις Bithyniæ, ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια.

Οὐκ οἶδ' ὅπως εἰπεῖν) Sic ex MS. Codice repoſuimus.

Μετὰ δρούγγου) *Drungi* voce uſus eſt Flavius Vopiſcus in Probo, *Omnes*, inquiens, *gentium Drungos uſque ad quinquagenos homines in triumphum duxit*. Δροῦγγος, *Caterva militum*: Leunclavius in Onomaſtico Turcico in Græcis appellari ait *Baculum Tribuni*, quem inſtar Sceptri gerit, & quem Itali *Baculum regiminis* vocant, a *Trunco*, forte. Leo in Tacticis, cap. 14. §. 9. & ex eo Gloſſæ Baſilicæ. Μοῖρα δὲ ἐςιν, ὅπερ δροῦγγος τὸ ἐκ ταγμάτων, ἤτοι ἀνδρῶν τῶν λεγομένων Κομήτων συγκείμενον πλῆθος. & §. 42. μοίρας τὰς λεγομένας δρούγγους. S. Joannes Chryſoſtomus Epiſt. 14. δρούγγους μηνυζόντων, οὕτω γὰρ δεῖ εἰπεῖν, ἐπὶ τῇ λέξει τῆς μανίας αὐτῶν ὀνομάζεσθαι. Vide Ducangii utrumque Gloſſarium. 26. pag. 8.

Ἐπ' αὐτῷ τῷ κρατοῦντα) Perperam in Editis legitur τὸν pro τὸν, & in MS. κρατοῦντο pro κρατοῦντα.

Μετὰ τὸ λαοῦ) Sic in MS. & paulo infra συναγμένων, cum in Editis habeatur. συνταγμένων.

Καὶ τοῖς ἱκανάτοις) In voce ἱκανάτοις aqua mihi hæret, inquit Vulcanius. At Ἱκανάτοι Scriptoribus Byzantinis Milites Selecti ad cuſtodiam Im-

peratoris vel Palatii dicuntur. Hujus vocis meminit etiam idem Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. 50. καὶ τὸν μὲν Πετρωνᾶν τὸν Βασιλᾶν Ἱκανατοπροτεύοντα, ὕστερον δὲ τοῦτο στρατηγὸν εἰς τοὺς Βουκελλαρίους. Præterea Leo Grammaticus, Symeon Logothata, Anonymus Combefiſianus, Cedrenus aliique ex Scriptoribus Byzantinis paſſim hujus vocis meminere. Sed qui Anonymo Combefiſiano, num. 29. dicitur ἄρχων τῶν Ἱκανάτων, aliis peculiari nomenclatura Δομέστικος nuncupatur. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patriarchæ CP. Νικήτας δὲ ὥσπερ μὲν δεκαετὴ τυγχάνοντα τῶν λεγομένων Ἱκανάτων Δομέστικον παρὰ Νικηφόρου πάππου τῷ τάγματι προβεβλῆσθαι, δι' ὃ ἐκεῖνοι τὸ τάγμα πρῶτον κατεστάθη. Ex quibus poſtremis verbis, inquit Ducangius, vel Icanatorum Scholam, vel dignitatem Domeſtici τῶν Ἱκανάτων, tam primum inſtitutam a Nicephoro Generali Imp. pro Niceta ex filia nepote. Et certe ante hæc tempora Ἱκανάτων mentionem fieri non advertimus, præterquam in Synaxariis 17. Feb. in S. Mena Callicelada: ὁ μακάριος Μηνᾶς καὶ τῷ γένει ὑπῆρχεν ἀπὸ χώρας τινὸς Φιλαδελφείας λεγομένης, καὶ τῇ Ἱκανάτων καταλεγόμενος χώρᾳ, quæ quidem referunt ad tempora Conſtantini M. ſed hæc ſunt ſubleſtæ fidei. Continuator Theophanis de eodem S. Ignatio: καὶ Νικήτας, ὃς πρότερον μὲν τοῖς ὑπὸ τὸ Ἱκανάτων δεῖνον ἀρχὴν, ὅτε δὴ φιλεῖ τοῖς στρατιώταις καὶ ἐν ὑπαίθρῳ διάγειν εἶναι τὸ δῆλον. Unde conjicere licet Icanatos milites fuiſſe ex Palatina militia, qui ſub dio agebant, contra quam Excubitores. Protoſpatharii autem ac Domeſtici τῶν Ἱκανάτων mentio occurrit in Synodo VIII. Conſtantinopol. Act. 1. Oreſtes Πρωτοσπαθάριος, καὶ Δομέστικος τῶν Ἱκανάτων. Sed vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Αὐτῶν Ὀπτιμάτων) In Editis legitur, αὐτῷ Ὀπτιμάτῳ. Sed quod hic narrat Conſtantinus de Optimatum Themate, intelligendum eum loqui de Optimatum Themate quo modo ſua ætate erat; quippe prioribus ſeculis in pretio fuit Optimatum militia; quod quidem vel hinc colligere eſt, quod cum ſuis Protectoribus, quos *Armatos* vocabant, perinde ac Fœderati cum ſuis pueris militarent, & in Τάγματα diſtributi, quibus præerant Ταξίαρχοι & Μεράρχαι, in ſecunda acie conſtituerentur, ut velites & infirmiores in prima locatos tuerentur. Vide Mauricium Strateg. lib. 1. cap. 3. & 4. lib. 2. cap. 5. & 10. lib. 3. cap. 7. Cæterum Ὀπτιμάτοι in Hiſtoria Byzant. uti optime docet & Ducangius, appellati fuere Gotthi quos cum Rhodogaiſo eorum duce devictos in Auguſtalem militiam adſcivit Stilicho, ut ſcribit Olympiodorus in Excerptis apud Photium: Ὅτι τῶν Ῥοδογαΐσου Γότθων οἱ κεφαλαιῶται Ὀπτιμάτοι ἐκαλοῦντο, εἰς δώδεκα συντείνοντες χιλιάδας. οὓς καταπολεμήσας Στελίχων, Ῥοδογάϊσον προσεταιρίσατο. Ii deinceps in Provincias diſpertiti, ei potiſſimum Aſiæ regioni nomen dederunt, in qua ſunt Bithyni & reliquæ gentes quas recenſet hoc capite Porphyrogenitus.

Τῶν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένων Κορτηλίνων) Qui Porphyrogenito dicuntur *Cortelini*, in L. 1. Cod. Th. de Cohortal. & L. 4. eodem Cod. de Diverſis offic. appellantur *Cohortales*. Sic dicti primum Officiales Præfecti Prætorio. Gloſſæ veteres: Cohortalinus, θυρωρὸς τοῦ πραιτωρίου. Hi Præfecti Prætorio Tentorium ſeu aulam ſervabant. Poſtmodum Rectorum Provinciarum Officiales nuncupati fuere. *Apparitores Cohortales* in L. ultim. de Cohort. *Cohortalis militia*, L. 1. hoc tit. *Cohortalini*, L. 26. 28. hoc tit. Edictum Valentiniani & Marciani contra Eutychen, in Concilio Calchedonenſi part. 3. cap. 12. ἀλλ' οὐδεμίαν μετιέναι στρατείαν ἀπαγορεύομεν, εἰ μή τι ἄρα τὴν τῶν Κορτηλίνων, ἢ λιμιτανίων. Cæterum viles ii ac infimæ ſortis homines habiti. Gloſſæ MSS. Κορτηλίνων, τῶν ἀτελῶν. Gloſſæ Baſilic. Κορτηλῖνοι, Εὐτελεῖς, θυρωροὶ τοῦ Πραιτωρίου.

27. Ἑλενούπολιν) Helenopolis Bithyniæ eſt urbs ad Dracontis fluvii oſtium, in Nicomedienſi ſinu, Drepanum olim dicta, & ab Helena Conſtantini Magni matre, quam in ea natam fuiſſe ajunt, nuncupata, ut eſt apud Cedrenum ad annum XX. Conſtant. Vide Procopium lib. 5. de Ædif. Euſebium lib. 4. de Vita Conſtantini cap. 61. Philoſtorgium lib. 2. cap. 13. Socrat. Nicephor. &c.

Γέφυρα, ὡς ἐπαινετὸν ἐκτίσατο) Vide Procopium de Ædif. lib. V. cap. III. Sangaris autem fluvius Aſiæ Minoris, ſeu Phrygiæ, de quo multa Philippus Mauſſacus in Notis ad Plutarchum de Fluminibus. Cæterum Epigramma ponti huic adſcriptum refertur etiam a Zonara lib. XVI. n. 7. pag. 13.

28. Βούκελλος γὰρ τὸ καθωμιλημένον ψωμίον) Gloſſ. vet. *Buccella*, ψωμίον vocant. Joannes de Janua: *Buccella, morſella panis*. Regula Magiſtri cap. 27. *In quibus omnibus menſis in ſuas mensas quis Frater de ſuo pane ſervas, non amplius, buccellas intingat*. Ψωμίον autem hic pro pane accipitur, non vero pro quibuslibet cibariis, ut Meurſius interpretatur. Quod vero ait Porphyrogenitus Buccellarios a buccella, hoc eſt, pane vocatos, convenit cum iis quæ habet Thalelæus ad lib. 60. Baſilic. tit. 18. §. 29. Βουκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται, ἐκ τοῦ, Βουκα, ὀνόματος, ὃ ἐστιν ἄρτος, ἐκλήθησαν Βουκελλάριοι, οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ' αὐτῷ τῷ παραμένειν αὐτῷ. Sed hic *Buccellarii* dicuntur ſtationarii milites qui panem alicujus edunt, ut apud eum morentur. Hinc Gloſſ. Lat. MS. in Cod. Reg 1012: *Adſecla, Buccellarius*. Buccellarii igitur etiam dicti fuere cuſtodes corporis, ſtipatores, armigeri, domeſtici procerum, cujuſmodi fuit *Occylla Buccellarius Aetii*; a quo occiſus eſt Valentinianus III. Aug. apud Gregorium Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 8. quem cæſum ab *Armigeris* ejuſdem Aetii tradit Proſper in Chronico. Ob hanc fortaſſis cauſam *Spatharios & Buccellarios*, ambulante exercitu, Imperatorem immediate ſubſequi jubet Mauricius lib. 2. Strateg. cap. 9. Ὀπισθεν δὲ αὐτοῦ πεζοὺς τοὺς Σπαθαρίους, καὶ μετ' αὐτοὺς, τοὺς Βουκελλαρίους. Ex quibus Mauricii verbis apparet Buccellarios ab origine non fuiſſe tantum ad id officii exercitui præſtandum deſtinatos. Idem etiam Mauricius lib. 1. cap. 2. μάλιστα δὲ τοὺς τῶν μεροῦν ἢ ταγμάτων ἄρχοντας, ἑκατοντάρχας, δεκάρχας, καὶ πεντάρχας, καὶ τετράρχας, Βουκελλαρίους, καὶ Φοιδεράτους, &c. Buccellariorum autem nomen a Buccellato dictum, & primum ſub Honorio Auguſto auditum ſcribit Olympiodorus apud Photium in Biblioth. pag. 179. Ὅτι τὸ Βουκελλάριος ὄνομα ἐν ταῖς ἡμέραις Ὁνωρίου ἐφέρετο κατὰ στρατιωτῶν οὐ μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ Γότθων τινῶν· ὡς δ' αὖ καὶ τὸ Φοιδεράτων, κατὰ διαφόρου καὶ συμμιγοῦς ἐφέρετο πλήθους. Et paulo infra: Ὅτι τὸ ξηρὸν ἄρτον Βουκέλλατον ὁ συγγραφεὺς καλεῖσθαι φησὶ καὶ χλευάζει τὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπωνυμίαν, ὡς ἐκ τούτου Βουκελλαρίων ἐπικαλοῦνται. Buccellariorum Juniorum mentio etiam habetur in Notitia Imperii Orientis, quam Arcadii Honoriique temporibus concinnatam fuiſſe putant viri docti. Cæterum quid Buccellatum vide utramque Ducangii Gloſſarium; & quæ habet Turnebus de Buccellatiis lib. 24. cap. 16. & lib. 26. cap. 15. Rigaltii item Gloſſ. & Meurſii.

Κελλάριος δὲ ὁ Φύλαξ τοῦ ἄρτου) Cellarius dicitur qui Cellario præeſt, nimirum cui potus & eſca curæ eſt, qui *cellæ* vinariæ & eſcariæ præeſt, promus. Gloſſæ Græco-Lat. Κελλάριος, *Penuarius*. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Ταμίας, ὁ κελλάριος, *Cellarius*, idem qui *Cellerarius* & præſertim uſurpatur pro officio Monaſtico. Cyprianus in Vita ſancti Hilarii Arelatenſis: *Poſt breve tempus in congregationis Cellarium eligitur. Cœpit igitur attente & ſtudioſe illis velle largiri quibus eſſet neceſſarium, etiam abſtinentiæ amore nihil peterent*. Vide utrumque Ducangii Gloſſarium.

Μαριανδυνοί) Sic ſcribitur apud Stephanum, Euſtathium ad Perieg. & apud alios. Perperam in Editis, & in MSS Porphyrogeniti Μαριανδηνοί. Mariandyna autem regio ſic dicta fuit a quodam Mariandyno Æolenſi, ut ait Stephanus. Eadem ſcribit & Euſtathius ad Periegetæ verſum 787. Scholiaſtes vero Apollonii Rhodii lib. II. v. 140. Mariandynos dictos ait ἀπὸ Μαριανδυνοῦ υἱοῦ Κιμμερίου.

Edit. Pariſ. pag. 12.

Ἐπικλήθησαν δὲ Γαλάται) Galatæ & Mariandyni Porphyrogeniti ævo dicti ſunt *Buccellarii* fortaſſis, quod huic miniſterio potiſſimum addicti eſſent, ſeu, ut alii volunt, quod milites Buccellarii olim in ea regione tuenda excubarent in præſidiis locati. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062 Γαλλογραικία, ἡ τῶν Βουκελλαρίων χώρα, οἱ αὐτοὶ καὶ Ἑλληνογαλάται γράφονται, ἢ ὀνομάζονται. Vide Svidam v. Βουκελλάριοι.

29. Edit. Pariſ. pag. 14. Μέχρι τῶν ὁρίων Καππαδοκίας) Nimirum, *uſque ad confinia Cappadociæ*. Perperam interpretatur Vulcanius, *uſque ad montes Cappadociæ*.

Καὶ αὐτὴν τὴν Τίον) Paulo infra hanc ipſam urbem appellat Porphyrogenitus, τὸ Τεῖον. Sic apud Scriptores varie ſcribitur nomen hujus urbis, quippe Τῖος, Τῖον, Τήιον, Τεῖον & Τεῖον ſcribitur. Qui vero hanc urbem cum Amaſtri confundunt admodum errant; quippe Tius ab Amaſtri diſtat viginti ſtadiis, ut habet Stephanus Byzantius, τὸ πᾶν τὸ ἀπὸ Τίου εἰς Ἄμαστριν στάδια εἴκοσι. At Marcianus Heracleota in Periplo unde hæc videntur deprompta: οἱ πάντες ἀπὸ Τίου εἰς Ἄμαστριν στάδια πκ'.

Βασίλαιον) Baſilæi Epiſcopatus, ſub ſede Ancyrana metropoli mentio occurrit in Conſtitutione Alexii Imperatoris. Βασίλαιον autem an idem oppidum, quod Βασίλαιον apud Annam Comnenam pag. 371.

30. Μαρυανδυνοί) Hic pro Μαριανδυνοί in MS. legitur Βαρυανδυνοί; quod quidem ſcribæ eſſe mendam non dubito.

Ἀρχαιότατον ἔθνος ἐστί, &c.) Hæc interpretatus ſum cum Vulcanio, *ſtolidiſſima, & contemptiſſima gens eſt*; verum ἀρχαιότατον verti poſſet etiam *vetuſtiſſima gens eſt*; quippe de Paphlagonibus ita Juſtinianus Novella κθ'. Τὸ Παφλαγόνων ἔθνος ἀρχαῖόν τε, καὶ ἐκ συνοικισμοῦ καθεστώς, ἀλλὰ τοσοῦτον, ὡς καὶ ἀποικίας μεγάλας ἐκπέμψαι, καὶ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ κατοικίσαι Βενετοὺς, εἶναι δὲ καὶ Ἀνκυρίαν πόλιν τῶν ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις μεγίστην κατῳκισμένας, ἢ Ἀντικυρίαν πολλάκις δέχεσθαι λέγομεν.

Κακοπραγίᾳ ἐμπαθησόμενον) In Editis legitur, κακοπραγίᾳ ἐμπαθησόμενον, & paulo infra, λέγεται ἔτος pro λέγεται ἔτος.

32. Δαδύβρας) Sic MS. & apud Nicetam. In Editis, Δαδυβρας. In Authenticis hæc eadem urbs dicitur, Δαδύβρα.

Κολτζίνοῦ καλουμένου καὶ ὁ Σωσοπέτρας) Lacunulam MS. Codex explet, ubi perperam ſcribitur Κολτζῖν pro Κολτζίνου & Σωσόπετρα pro Σωσοπέτρας.

Γαζήρω) Sic in MS. Codice. In Editis Γαζήρω. At Gozan fluvius circa Mediam dicitur 4 Reg. 17. & 1. Paralip. 5. Eumdem Gozen vocat Benjamin Tudelenſis.

33. Ἀλλὰ κληρονόμοι τε, &c.) Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἡμερῶν Λέοντος, &c.) Sic MS. Editi vero, ἐπὶ δὲ τῶν καιρῶν τοῦ μακαρίου, καὶ ἁγίου πατρός μου Λέοντος, &c.

34. Κολωνεῖς δὲ τοὺς ὑψηλούς, &c.) In Editis legitur, κολωνεῖς δὲ τοὺς ὑψηλούς, καὶ ὑπερανέχοντας λόφους καλοῦσιν Ἕλληνες. Κολωνοὶ autem, vel ut Euſtachius vult κολῶναι, ſunt τόποι λεγόμενοι μὲν αἰπεῖς, μὴ ἀνωφερεῖς δὲ ἀποτεταμένοι. παρὰ τὸ κολούειν, ὅ ἐστι κολοβοῦν.

Πρὸς τὴν Ἀραβρακηνῶν πόλιν) Arabracis regionis Armeniæ finitimæ, meminit Nicephorus Calliſti, qui etiam tradit, Euſtratium Martyrem ex ea fuiſſe oriundum.

Καὶ τῆς καλουμένης Τεφρικῆς, ἧς ἦρχε Χρυσόχειρ, &c.) De Chryſochiro & ejus cæde vide Zonaram lib. xvi in Baſilio, ubi Tephricem Agarenorum, & Manichæorum Metropolim appellat. Vide præterea Scylitzem, Glycam & alios.

Περιβόητος ἀρχηγός) In Editis legitur, περιβόητος στρατηγός.

Καὶ Καρβέας) De Carbea Manichæo, duce bellicoſiſſimo conſulendus continuator Porphyrogeniti pag. 103. & 110. E. R. ubi Tephrices conditor dicitur: Ἔνθα καὶ τὴν προμνημονευθεῖσαν φασὶν ἀρξάμενος Καρβέας τὴν Τεφρικὴν οἰκοδομησάμενον, καὶ πολλοὺς οὐ μόνον τοῦ χωρίου ἔθνους κακοῦ ἀπεργασάμενον, ἀλλὰ καὶ τῶν μεγάλων δὲ στρατηγῶν ζωγρίᾳ λαβεῖν. *Illic Carbeas (cujus ſupra mentionem fecimus, qui & Tephrices conditor fuit) egregie ajunt virtutem coluiſſe; ut non ſolum gregarios multos atque obſcuros interfecerit, verum magnos quoque Duces vivos ceperit.*

Ἀντίτιμα ἐξ Βασιλικῶν, &c.) Editi habent, ἀντίτιμα ἐξ, ὁ ἐμὸς πάππος, κύριος Βασίλειος, ὁ τῶν, &c.

Ἀλλ' ἐν τῇ ἀνατομῇ τῆς μητρὸς, &c.) Sic Editi: MS. vero, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνατομῇ τῆς γαστρὸς τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Editi etiam, τελευτήσασα γὰρ, &c. 35.

Τζάμας) In MS. legitur, τζίνε, & paulo infra, τζίναν εἰληφθῆναι. pag. 15.

Εἰς τάξιν θέματος καὶ πόλεως, &c.) Sic MS. Codex. Editi vero, εἰς τάξιν θέματος ὀχυρωθῆναι, ἀλλὰ καὶ πόλεως, ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ μακαρίου καὶ ἁγίου μου πατρός. ἔρημοι γὰρ ἦσαν τὸ πρότερον, καὶ ἀοίκητοι, καὶ ἔριτοι, καὶ ὁ Τζαμανδὸς, καὶ τὰ, &c. 36.

Ὃν κατὰ τὴν τῶν Ἀρμενίων διάλεκτον Ἀζάτον ἐκάλουν) Hujus vocis meminit etiam idem Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. xlv.

Ἐκεῖνοι ἐλθεῖν πρὸς Λέοντα, &c.) In Editis legitur: ἐκεῖνος γὰρ ἐλθὼν πρὸς τὸν μακαρίτην καὶ ἅγιόν μου πατέρα, εἴτουν προσεπέζη τὸν αὐτοῦ φίλον, &c. Ubi nemo non videt Vulcanium perperam hæc poſtrema verba legiſſe.

Ἡ οὖν τὸν δυστυχέστατον πόλεμον τὸν τῶν Βουλγάρων) Leonis exercitus in Macedonia adverſus Bulgaros, rege eorum Symeone pacem turbante, infeliciter pugnavit: ſed eos ſubinde Turcarum auxilio devicit. Vide Scriptores Byzantinos qui Leonis Philoſophi geſta memoriæ prodiderunt. 37.

Πρὸς Συμεὼν τὸν ἀθεώτατον Βούλγαρον) Sic in MS. Editi vero habent, πρὸς Συμεὼν τὸν ἀθεώτατον Βουλγάρων. Et paulo infra pro τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως in editis legitur, τοῦ μακαρίου μου πατρός.

Καρποφορεῖ ἀπὸ ἀγαθοῦ τε καὶ ἐπιβόσκει) Lycandus ſeu Lycandum olim Λιπαρὰ dicebatur ob pinguedinem & fertilitatem ſoli. Vide Ortelium.

Ἐν τῇ περιοχῇ τῆς πόλεως) In editis legitur, ἐν τῇ περιβολῇ τῆς πόλεως. Sed melius ἐν τῇ περιοχῇ, quippe verſus finem hujus capitis ait hanc ipſam inſcriptionem inſculptam fuiſſe ἐν τῇ πύλῃ τῆς πόλεως. 38.

Ὁ μέγας ἐκεῖνος, &c.) Perperam hæc Vulcanius interpretatur ſic: *Magnus ille & celebratiſſimus Imperator Juſtinianus, quum Romano Imperio potitus eſſet, patruus ejus Juſtinus, unicus prætor Romanorum agminum Cæſar exiſtens appellatus eſt.* Non enim Juſtiniano imperante patruus ejus, unicus prætor Romanorum agminum Cæſar exiſtens appellatus fuit; ſed Juſtino Thrace imperante, avunculo Juſtiniani, Juſtinianus unicus prætor Romanorum agminum Cæſar exiſtens appellatus fuit; ut facile etiam ex ſequentibus videre eſt. Στρατηγὸν autem Juſtinianum appellat in Senatu Proclus Quæſtor apud Procopium lib. 1. de bell. Perſ. Cæſar vero idem Juſtinianus diu poſt ſalutatus fuit, ut tradit Procopius loco citato: Σίττας καὶ Βελισάριος νεανία μὲν καὶ πρῶτον ὑπηνήται ἄμφω Ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηγοῦ δορυφόρω, ὃς χρόνῳ ὕστερον ξὺν Ἰουστίνῳ τῷ θείῳ τὴν βασιλείαν ἔσχεν. *Sittas & Beliſarius primæ lanuginis adoleſcentes Satellites erant Juſtiniani militiæ magiſtri, qui diu poſt cum Juſtino avunculo habuit Imperium.* Juſtinianus itaque antequam Cæſar appellatus eſſet magiſter militiæ erat; unde corrigendus hac in re Porphyrogenitus. Rem totam clarius refert Cyrillus Scythopolitanus Procopii æqualis: Ἰουστῖνος Ἰουστινιανὸν αὐτοῦ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοκράτορα κατέστησε πατρίκιον, ἤδη ὕπατον ὄντα καὶ στρατηγόν. *Juſtinus Juſtinianum ex ſorore nepotem ſuo loco Imperatorem conſtituit, qui jam erat Patricius, Conſul & magiſter militiæ.*

Θωμᾶς ἐκεῖνος, ὁ ἔσχατος,) &c. De hoc fortaſſis Thoma loquitur Juſtinian. Imp. Novella λα'. Τοῦτον, inquiens, οὕτως ἡμῖν διατετυπωμένον, πρέπειν ὑπολαμβάνομεν ἐπὶ σοῦ νομίζομεν, ἐφ' ᾧ προεδρείας τῆς τετάρτης Ἀρμενίας ἀνδρα καλὸν, ὑπαρχικὸν τετιμημένον, καὶ ἄξιον τοῦ τῆς ἀρχῆς ὄγκου καὶ σχήματος. Δεῖ τοίνυν Θωμᾶν τὸν μεγαλοπρεπέστατον, ἤδη μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆς Ἀρμενίας ἀνύσαντα χώρας, καὶ τ' ἄλλα δὲ ἄνδρα χρηστὸν, καὶ γνώριμον ἡμῖν ὑπηρετησάμενον τε καὶ εὐεργετούμενον, αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης προβαλλόμεθα ἡγεμόνος. Hinc Tho. πρωτοκαγκελλάριος a Conſt. vocatum fuiſſe inquit Vulcan. non alia fortaſſis ratione, quam quod 39.

eam

Digitized by Google

eam olim, priuſquam a Leone Imperatore Urbis appellationem, dignitatemque accepiſſet, inhabitaſſes. Sed quid θέματος ſignificet apud Scriptores Byzantinos videatur Gloſſ. Græc. Ducangii eodem v.

Η δευτέρα ἱστορία παρίστησι) In editis legitur, ἡ διαπαριστανσι ἱστορία.

Εν τάξει κατεπανίου) Quid κατεπάνω apud recentiores Græcos videndum Ducangii Gloſſ. Græc.

Edit. Pariſ. pag. 16. Και ἕτερα φωτά, &c.) Iſthæc ex MS. Codice ſeponimus.

Πολύτροχα) Vide Notas Vulcani ad eundem Porphyrogeniti locum; necnon Ducangii Gloſſ. Græc.

40. Επὶ Λέοντος τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως) Editi habent, τοῦ μακαρίου τοῦ πατρός. Et paulo infra in Editis legitur, μάλιστα δὲ τοῦ ἐμοῦ πατρός, τοῦ προμνησθέντος τὰ πράγματα διακρατοῦντος.

41. Κώρυκος, καὶ τὸ Κωρύκιον ἄντρον) Vide quæ de his habet Ortelius.

Αἰγαῖαι) In Notitia Provinciarum MS. Αἴγεια dicitur. Fortaſſis eadem quæ Αἰγαῖαι, inquit Holſtenius in Notis ad Stephanum in Αἰγαῖαι.

Τὸν πρὸς Δαρεῖον τὸν Πέρσην διηγωνίσατο) Editi habent, τὸν πρὸς Δαρεῖον τὸν Πέρσην ἠγωνίσατο.

42. Καισάρεια) In Editis legitur, Διοκαισάρεια.

Εν ᾗ ὁ ἅγιος ἀγὼν τὸ σκεῦος τὸ ἅγια) Sic MS. Codex.

Τὰ πρὸς θάλασσαν τὴν ἀνατολὴν) In MS. legitur, τὰ πρὸς θάλασσαν τὴν ἀνατολικὴν ἀκμήν.

Εἰς δυσμὰς ἴσω αὐτοῖς Μαλλῶν) Sic MS. perperam Editi, εἰς δυσμὰς ἴσω αὐτῆς Μυλῶν.

Και τὴν Ιασὸν) Editi habent, καὶ τὴν Ιασσόν. Hæc ipſa urbs Cariæ Stephano ſcribitur Ιασσός; apud Athenæum vero in Archeſtrati verſibus lib. III. Ιασὸ appellatur:

Ην δέ ποτ' εἰς Ιασὸν Καρῶν πόλιν ἀφίκηαι.

Si quando Jaſum oppidum Cariæ veneris.

Και τὸ Βαργυλιακὸν κόλπον) Stephanus; καὶ ὁ θάλασσα Βαργυλιακὸς κόλπος. Melæ vero hic idem ſinus Bargyliacus, *ſinus Jaſius* dicitur.

Ηγουν τῶν καλουμένων Ανδανίων) Sic emendo. In Editis & in MSS. legitur Αστανίων. At Stephanus Birgyla, inquit, urbs Cariæ, quam Cares Andanum appellant.

43. Και αὐτὰ τὰ Βαργύλια) Perperam in Editis legitur, ἐν αὐτῇ τὰ Μαργύλια. Vide Stephanum.

Η τε Μύνδος) Perperam legitur in Editis Μενδ᾽ς, & in MS. Μ. ιδ᾽ς; nam Μύνδος ſcribendum docemur ex Strabone, Ptolemæo & Stephano. Mindus dicitur Pomponio. Strabo lib. XIV. habet: εἶτ' ἄλλη ἡ Μύνδος, λιμένα ἔχουσα. καὶ μετὰ ταύτην Βαργύλια, καὶ αὕτη πόλις.

Στρόβιλος) In MS. legitur, καὶ ὁ καλούμενος Στρόβιλος. Quid Strobilus vide Ortelium, v. *Caucaſus*.

Εν ᾗ ὁ Μαυσώλου τάφος ὁ περιβόητος) Sic MS. Codex. De hoc Mauſoli ſepulcro loquitur Strabo lib. XIV. pag. 451. Εἶθ' Αλικαρνασσός, τὸ βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, Ζεφυρία καλουμένη πρότερον. ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὅ, τε τοῦ Μαυσώλου τάφος, τῶν ἑπτὰ θεαμάτων ἔργον, ὅπερ Αρτεμισία τῷ ἀνδρὶ κατεσκεύασε. *Deinde Halicarnaſſus, regia dominorum Cariæ, quondam Zephyra dicta. Ibi Mauſoli ſepulchrum eſt, unum de ſeptem mirabilibus mundi ſpectaculis, quod marito ſuo Artemiſia ædificavit.*

Ανακαμψάντων δὲ πρὸς ἀνατολὰς, &c. In Editis legitur, ἀνακαμψάντες δὲ αὖθις πρὸς ἀνατολὰς; κόλπος ἐστὶν Ολβιανός. Et paulo inferius, ὃ κατέναντι pro ὢν κατέναντι.

Νῆσος ἡ Ρόδος αὕτη Πελαγία) Sic MS. Codex. Editi habent, νῆσος ἡ Ρόδος αὕτη πλαγία ἐξήπλωται. Quæ Vulcanius interpretatur; *Inſula Rhodus oblique extenditur*. At legendum eſſe Πελαγία & non πλαγία præterquam ex MS docemur ex Antonino, qui inſulam Rhodum Pelagiam etiam nuncupatam fuiſſe ſcribit.

44. Πόλις Τελμισσός) Sic MS. Editi πόλις Τελμισσός. Τελμισσὸς autem hæc urbs ſcribitur apud Ptolemæum & Plinium; Τελμησσὸς vero Straboni & Arriano; Urbs Lyciæ.

Φασηλίς) Ita MS. Perperam in Editis legitur, Βασηλίς. Apud Ptolemæum Φασήλις ſcribitur, Lyciæ oppidum; apud vero Plinium & Stephanum, Pamphyliæ.

Εἶτα τὸ Καστέλλιον ὄρος καλούμενον) Editi habent, εἶτα τὸ Καλλιστον ὄρος καλούμενον. Caſtelium nomen loci circa Palæſtinam in Vita ſancti Sabæ apud Metaphraſtem.

Κιβύρρα πόλις, ἐξ ἧς, &c.) Sic MS. Codex. Duæ hujus nominis urbes apud Strabonem habentur; altera Κιβύρα Magna haud procul a Mæandro flumine; altera vero minor haud procul a Mela fluvio: & de hac quidem ſecunda videtur hic loqui Porphyrogenitus.

pag. 17. Καὶ ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα, &c.) Hæc & ſequentia ex MS. reponimus.

Απὸ αὐτῆς ὁ Μέλανος) In Editis pro Μέλανος ubique legitur Μολύνος. 45.

Πόλεις δεκατρεῖς) Editi habent, πόλεις δεκατρεῖς. Binæ urbes ex MS. adjiciuntur. 47.

Κωνστάντια) Sic ex MS. Salamis etiam Conſtantia dicta fuit, ut ſcribit Stephanus: Κωνστάντια, ἡ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίς. γέγονται ἀπὸ τοῦ Κωνσταντος γενεῶς, &c. Ita habet & Divus Hieronymus, qui etiam ſubjungit, eam Trajani Imperatoris tempore a Judæis deletam, interfectis omnibus ejus incolis.

Κέρμια, ἤτοι Λευκουσία) In Editis legitur, Κέρβοια, Κυθέρεια, &c.

Τάμασος) In Editis legitur, Ταμασία. Apud Ptolemæum & Strabonem hæc ipſa Cypri urbs ſcribitur Ταμασσός.

Κίθρον, Νέμεσος) Binæ hæ urbes ex MS. adjiciuntur.

Καρπασίον) In Editis legitur, Καρπασια. Apud Plinium *Carpaſium* hæc urbs vocatur. Diodoro, Ptolemæo & Stephano, Καρπασία dicitur. Vide Notas Holſtenii in Stephanum.

Η μὲν οὖν Κύπρος ἡ νῆσος) Sic ex MS. Codice.

Απὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρα, ἢ τῆς Βύβλου καὶ, &c.) Sic in MS. niſi quod pro Κινύρα, perperam legitur Καρα: Stephanus quippe Cyprum inſulam nomen accepiſſe ait a Cypro filia Cinyræ, vel a Cypro flore illic naſcente: Κύπρος, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ, ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου, ἢ ἀπὸ τοῦ φυομένου ἄνθους κύπρου. Cinyras rex Cypri fuit, Cilicis filius, qui cum Myrrha filia ſua, nutricis aſtutia, ignarus concubuit, a quo illa Cynara dicta, ut ſcribit Ovidius Met. 10. Cur autem Philoſtephano Cyprus dicatur filia Cinyræ, vel Bibli, & Veneris, (ut legitur apud Porphyrogenitum in MS. Codice Regio) ignoro, niſi dixeris verba illa, ἢ τῆς Βύβλου addita fuiſſe a ſcriba indocto, qui Cinyram Cypri regem confundebat cum altero Phœniciæ rege, cujus Regia Byblos urbs fuit; & ſic pro ἢ τοῦ βίβλου legendum eſſet τῆς Βύβλου, ſubintelligendo κρατήσαντος. Cæterum Euſt. in Dionyſ. Cyprum vocat filium Cinyræ, cum tamen Κύπρος muliebre nomen ſit, quod in uſu fuit apud Phœnices, ut docet Scaliger ad Euſebium pag. 149.

Ως Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων) Librum de *Inſulis* quem Philoſtephano Scriptor noſter adſcribit, necnon Servius in 3. Æn. juxta Codicem Fuldenſem, Heraclidi tribuit Stephanus in Ωλίαρος. Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis.

Και Ιστρος ἐν ἀποικίαις Αἰγυπτίων) Liber Iſtri de *Coloniis Ægypti* laudatur a Stephano in Αἰγιαλός, & Ωλενος, & a Clemente Alexandrino lib. 1. Στρωματ. Quo tempore vixerit Iſtrus ſeu Iſter, & quos libros ſcripſerit, vide Voſſium.

Τῶν βασιλέων Μακεδόνων) Sic MS. Codex: & paulo infra, ἐγνωρίσθη παρὰ τοῦτο, ἰδ' ἐν, &c. 48.

Καὶ Ισοκράτης ὁ ῥήτωρ) Editi habent, διὸ καὶ Ισοκράτης ὁ ῥήτωρ.

Εἰς πόλεις ιε'.) In Editis legitur εἰς πόλεις ιγ'. ſed ex MS. adjectæ ſunt, uti ſupra monuimus, duæ urbes, nimirum Κίθρον & Νέμεσος.

Καὶ πρῶτον ἐν αὐτῇ διατρίψας Αβουβάχαρος) Sic MS. niſi quod pro Αβουβάχαρος legitur, ὁ Βυβάχαρος.

Καὶ περιφανῶς καὶ ἐνδόξως, &c.) In Editis legitur, καὶ περιφανῶς ἐν βασιλεύειν, ὁ εἷς πάντων, &c.

Στρατηγὸν Αλέξιον) Sic MS. In Editis legitur, Αλεξάνδρου στρατηγοῦ. Fortaſſis quidam ex ſtirpe Alexii Moſelis, nobilis Armenii, qui Cæſar a Theophilo creatus in matrimonium duxit Mariam Theophili natarum minorem natu.

49. Η διὰ τὸ ὑψηλὸν τὴν νῆσον, &c.) Nimirum, *vel quod ipſa inſula ſublimis ac prærupta ſit*. Vulcanius hæc interpretatur, *vel quod ſublimi ac prærupto loco ſita ſit*. Eandem ferme Sami etymologiam adfert Euſtathius in Homerum: Σάμος γὰρ, inquit, ὁ λόφος κατὰ γλῶτταν. καὶ ἀλλαχοῦ προσηγορικῶς τὰ ὕψη κατὰ γλῶτταν. Scribit etiam Strabo Samum inſulam totam eſſe montuoſam: Καλεῖται μὲν οὖν καὶ ἄκρα τις Αμπελος βλέπουσά πως πρὸς τὸ τῆς Ικαρίας Δρέπανον. ἀλλὰ καὶ τὸ ὄρος ἅπαν, ὃ ποιεῖ τὴν ὅλην νῆσον ὀρεινὴν, ὁμωνύμως λέγεται.

Edit. Pariſ. pag. 18. Ο τε Πυθαγόρας ἐκεῖνος, &c.) Sic MS. & infra, ὅτε τοῖς, &c.

50. Μίαν μὲν τὴν Εφεσον) In MS. legitur; μίαν μὲν τὴν Εφεσον. Et paulo infra pro αὐτὴν ἔλαχε Σμύρνην τὴν πόλιν προστεθῆναι ſcribitur, αὐτὴν ἔλαχε Σμύρνη τὸ θέμα προστεθῆναι.

51. Σχολαστικοῦ γραμματεύσαντος) Editi habent, χολάσαντος.

Από γὰρ τῆς ἄκρας Αἰολίδος, ἣν Αἶγα, &c.) Strabo lib. XIII. pag. 423. διὰ δὲ μακρᾶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν αὐτὰς, ὡς Ακτὰς, καὶ Αρχὰς. Corrupte apud Stephanum legitur, inquit Vulcanius, Αιγαῖος Αἰολίδος ἄκρα, quum procul dubio legendum ſit Αἶγα, τῆς Αἰολίδος ἄκρα. Ita legendum monuit & Iſaacus Caſaubonus in Commentariis in lib. XIII. Strabonis: In Stephani, inquit, verbis turpe mendum ſuſtulimus, cum legeretur Αἰγαῖος Αἰολίδος pro Αἶγα τῆς Αἰολίδος, &c. Verum Holſtenius legendum putat, Αἰγαῖος Αἰολίδος ἄκρα.

Ομωνύμως τῷ ζώῳ) Strabo lib. XIII. Αὕτη δὲ μέχρι τῶν Αργινουσῶν διήκει καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας, ἣν Αἶγα τινὲς ὀνομάζουσιν ὁμωνύμως τῷ ζώῳ. Hæc ita Xylander interpretatur: *Ea regio uſque ad Arginuſas pertinet, iiſque imminens promontorium, quod Ægα nonnulli appellant, quaſi capram.* Cur enim, inquit Caſaubonus, addidiſſet Strabo ὁμωνύμως τῷ ζώῳ? Apud Stephanum legimus, Αἶγα τῆς Αἰολίδος ἄκρα ὡς Στράβων, ἣ νῦν Κανὴ καὶ Καναὶ λέγεται. Αρτεμίδωρος δὲ Αἶξ ἀπὸ τὴν εὐθεῖαν ἐκ ἀναλόγου. τὸ τοπικὸν Αἰγαῖος καὶ τὸ πέλαγος.

Η γὰρ τῶν Ελλήνων γλῶττα εἰς πέντε διαλέκτους διήρηται) At Strabo ſub initium libri VIII. quatuor tantum Græcorum dialectos recenſet, eaſque ad duas præcipuas, Atticam ſcilicet & Æolicam reduci poſſe ait: Jonicam enim ex Attica, Doricam ex Æolica ortam fuiſſe ſcribit. Pindarus quoque, quem Dorice ſcripſiſſe conſtat, Æolice ſe ſcribere ait, ut Ode prima Olym.

—— ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
Κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ
Αἰοληΐδι μολπᾷ,
Χρή.

Καὶ αὐτὸ μὲν τῆς Μιλήτου) Sic MS. Perperam in Editis legitur ſemper Μελίτου pro Μιλήτου. 52.

Απὸ τοῦ λεγομένου Λεκτοῦ) Sic MS. Perperam in Editis ſcribitur, ἀπὸ τοῦ λεγομένου Σεκτοῦ; ſed optime Vulcanius Λεκτοῦ legendum ſcribit; nam a Lecto ad Canas Leſbus porrigitur, ut tradit Strabo. Ita etiam paulo infra legendum.

Δῆλον τὴν νῆσον, &c.) Ita ex Codice MS. 53.

Αμοργός) Hæc inſula una ex Cycladibus quæ Porphyrogenito Αμοργὸς dicitur, Straboni & Heraclidi Αμοργὸς vocatur, & Ptolemæo Αμοργίς.

Προσαπειγνύμενον) Ita habet MS. Codex.

Καὶ προσαρμοσάμενον) Sic MS. Perperam in Editis legitur προσαρμοσάμενον.

Καὶ ταῦτα μὲν, &c.) Editi habent, ταῦτα δὲ, &c.

ANIMADVERSIONES

IN

CONSTANTINI PORPHYROGENITI

LIBRUM SECUNDUM DE THEMATIBUS.

pag. 19. 54. ΠΕρὶ θεμάτων, &c. τὸ β'.) In Codice Regio MS. hæc tantum loco tituli habentur: ἐνταῦθα τὰ τῆς δύσεως.

Επὶ τῆς δύσεως Εὐρώπη) Euſtath. in Dion. περιηγήσεως v. 170. Europam ait vocari omnia ad Occaſum ſita, ducto ab Helleſponto principio; antiquos vero Scriptores tradere, Veſpaſianum Imperatorem Thraciam ab Europa diremiſſe.

Βυζάντιον ἵδρυται, καὶ τὸ τῶν Ρωμαίων βασίλειον) Urbis CP. elogium præter cæteros Scriptores adornavit Syneſius in extremis Philadelphis. Vide item Dionem in Severo.

Η τε Μεσημβρία, καὶ ἡ Σηλυμβρία) Stephanus ex quo pleraque ad verbum, ut ajunt, exſcripſit Porphyrogenitus, ſic habet: Μεσημβρία, πόλις Ποντική. Νικόλαος πέμπτῳ. ἐκλήθη ἀπὸ Μέλσου. βρία γὰρ τὴν πόλιν φασὶ Θρᾷκες. ὡς ἡ Σηλυμβρία ἡ τοῦ Σήλυος πόλις, Πολτυμβρία ἡ Πόλτυος, οὕτω Μελσημβρία ἡ Μέλσου πόλις. καὶ διὰ τὸ εὐφωνότερον λέγεται Μεσημβρία. Perperam in Editis & in MS. legitur Σηλυμβρία pro Σηλυμβρία. Herodoto quippe lib. VI. c. 33. & Straboni lib. VII. hæc ipſa urbs dicitur Σηλυβρία.

55. Εχων ὑφ' ἑαυτὸν πόλεις ὑφ' ἡγεμόνα καὶ κονσιλιάριον νγ'.) Nimirum, *tenens ſub ditione ſua urbes tres & quinquaginta*, &c. Perperam Morellus interpretatur, *tres & quadraginta*, &c.

Επέταχθη) In Editis perperam legitur, ἐνέκαυσε, quod librarii mendum eſſe non dubito.

56. Εἰς τὰ τέλη τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου) De hac Bulgarorum impreſſione vide Theophanem ad annum XI. Imperii Conſtantini Pogonati.

Πρώτερον γὰρ Ονογουνδούρους αὐτοὺς ἐκάλουν) Bulgaros Onognoduros quoque & Contrugos dictos fuiſſe ſcribit Diaconus: Onogundurenſes vero dicuntur in hiſt. Miſcella XIX. Hos quidem Unnobundobulgaros & Contrugos appellat Theoph. ad annum XI. Imperii Conſtantini Pogonati: ἐν τούτῳ, inquiens, τῷ χρόνῳ τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος ἐπῆλθε τῇ Θρᾴκῃ. ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν καὶ περὶ τῆς ἀρχαιότητος τῶν Ουννοβουνδοβουλγάρων καὶ Κοτράγων, &c. *Sub id vero tempus Bulgarorum gens in Thraciam irrupit. Sane de Unnobundobulgarorum & Contragorum antiquitate nonnihil hic delibare operæpretium duco.*

Απὸ Θρᾴκης βασιλίδος, &c.) Stephanus Thraciam appellatam fuiſſe ſcribit a nympha Titanide tantum, ex qua & Saturno Dolonchus natus eſt: Θρᾴκη, ἀπὸ νύμφης Τιτανίδος, ἀφ' ἧς καὶ Κρόνου, Δόλογκος.

Δόλογκος. ὅθεν τὸ πρῶτον ἔθνος Δόλογκοι, &c.) Nimirum, *ex qua & Saturno Dolonchus natus eſt; unde Dolonchorum natio primum nomen nacta eſt*. Lacunula, quæ in Editis in textu Græco hic occurrit, expletur ex MS. Codice.

Εἰσὶν αἱ πᾶσαι ἐπαρχίαι, &c.) Opus Hieroclis, quod hic & in ſequentibus laudatur a Porphyrogenito, integrum editum habes hic a nobis poſt libros Porphyrogeniti de Thematibus: de quo quidem pluribus in præfatione agimus.

Πόλεις δὲ ϡλε'.) Nimirum, *urbes anni* DCCCCXXXV. Et ſic legitur in MS. & in Hierocle. Perperam in Editis habetur, πόλεις δὲ ωλε'. *urbes autem* DCCCXXXV. 57.

Αρχὴν οὖν τῆς Εὐρώπης. τὴν βασιλίδα, &c.) Sic in MS. legitur. In Editis tranſpoſita ſunt.

Edit. Pariſ. pag. 20. Διὸ καὶ τὸ τῆς Δωριέων γλώττης, &c.) Byzantios Dorienſium dialecto uſos fuiſſe nemo ignorat. Vide Demoſthenis Orationem περὶ στεφάνου. A quibuſnam autem conditum fuerit Byzantium lib. 1. Comment. expoſuimus.

Εἴπωμεν, &c.) Sic lego; nam perperam in MS. & in Editis habetur, εἴπομεν, &c. Quæ ſic Morellus interpretatur: *Diximus itaque, ut antiquus ordo obtinebat, & ipſarum Præfecturarum nomina expoſuimus.* Arqui in ſequentibus agit de Præfecturis. Unde interpretatus ſum: *Dicamus itaque, ut antiquus ordo obtinebat, & ipſarum Præfecturarum nomina.*

Επαρχία Θρᾴκης· ἤγουν Εὐρώπης) Hierocles habet, ἐπαρχία Θρᾴκης Εὐρώπης, &c.

58. Πόλεις ιδ΄.) Ita & apud Carolum a S. P. ſed quia Eudoxiopolis deerat in Cod. Vaticano, ex quo ille Hieroclis opuſculum ſeu potius fragmentum ediderat, ideo pro ιδ΄. legendum monet ιγ΄.

Εὐδοξία πόλις) Perperam in Editis legitur Εὐδοξία πόλις; ſed optime Morellus ex conjectura emendat. Eudoxiopolis quippe eadem quæ Selybria, urbs Epiſcopalis. Vide Ortelium; nam Morellus quæ ibi adfert ad verbum, ut ajunt, ex Ortelio exſcripſit.

Αρκαδιούπολις) Arcadiopolis Thraciæ urbs olim dicta Bergulium & Bergula; poſtea a Theodoſio magno inſtaurata, & Arcadii filii ipſius nomine nuncupata, ut ſcribit Cedrenus; ἔκτισε καὶ ἑτέραν πόλιν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τὸ πρὶν Βεργοῦλιον λεγόμενον. Βεργοῦλα Ptolemæo & Antonino.

Βιζύη) Stephanus, Βιζύη, πόλις Θρᾴκης, τὸ τῶν Ἀστῶν βασίλειον. Urbs Bizya nobilitata eſt in Hiſt. Eccleſiaſtica, Euſtathii Antiocheni exilio. Vide quæ de hac urbe habet Salmaſius Exercitat. in Solinum pag. 166.

Πάνιον) Hierocles apud Carolum a S. Paulo, Πανίνιον habet, ſed optime emendavit Carolus. Panium autem caſtrum eſt Suidæ circa littus in finibus Heracleæ. Panium item regio eſt in eadem Thracia ſuper Hæmum montem Laonico 4.

Ορνοι) Sic & in Hierocle. At Morellus, de hac urbe, inquit, ſilent Geographi; quid ſi legas Ορείνοι; pro oppido Montanorum Thraciæ pop. quos Ορεινοὺς vocat Xenophon 7. 1. ἀναβάσεως; ubi Gani quoque urbis meminit; ut Æſchines in ea contra Cteſiph.

Μήδεια) Hierocles habet, Μέδεια. Morſeni Plinio ſunt populi Thraciæ circa Ponti littora. Et eidem Plinio Meritus Thraciæ mons dicitur, ubi fortaſſis urbs ejuſdem nominis ſita fuit.

Σαλτική) Σαλτικὴ haber Hierocles.

Σαυάδα) Hierocles Σαυάδια & Σαυάδια habet.

Αφροδισία) Ita legitur & apud Hieroclem; Ptolemæo autem, Plinio, Procopio & Agathiæ Αφροδισιὰς dicitur Thraciæ urbs ad Melam fluvium.

Απροι) Απροι Hierocli & Stephano, urbs Thraciæ, quæ poſtmodum Theodoſiopolis dicta fuit, ut ſcribit Cedrenus. Catalogus item Urbium MS. quem laudat Holſtenius in Notis ad Stephanum habet; Απρος: ἡ νῦν Θεοδοσιούπολις. παρὰ Απρου τοῦ στρατηγοῦ Κίρω κτισθεῖσα. Catalogus vero Urbium, quæ nomina mutarunt a nobis in Notis ad librum 1. de Them. editus ſic habet: Θεοδοσιούπολις ἡ νῦν Απρος, παρὰ τοῦ Απρου στρατηγοῦ ἥρωος κτισθεῖσα. Verum hic mendum ſcribæ eſſe nemo non videt.

Καλία) Vide Ortelium, nam quæ hic notat Morellus, omnia ad verbum, ut ajunt, ex Ortelio hauſit.

Επαρχία Ροδόπης) Hierocles habet, ἐπαρχία Ροδόπης ὑπὸ ἡγεμόνα, &c. Urbes etiam ſeptem ab ipſo recenſentur, ſed diverſis nominibus; nimirum Ænus, Maximianopolis, Trajanopolis, Marona ſive Maronea, Pyrus nunc Ruſium, ſive Topyris, Nicopolis, & Cereopyrgus.

Ὑπὸ τὴν αὐτὴν) Nimirum, ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν. Sic in MS. perperam in Editis, ὑπὸ τῆς αὐτῆς.

Παρθενόπολις) Hujus urbis meminit & Hierocles, eamque decimam octavam ponit in Provincia Illyrica 1. Macedonia: nemo autem ex Geographis, quod ſciam, illius mentionem facit. Stephanus Parthenium tantum agnoſcit in Thracia, & Parthenopolin in Macedonia.

Ἡράκλεια Στρύμονος) Legendum fortaſſis Strymes ab urbe Thraciæ ita nuncupata, de qua Herodotus, Stephanus aliique loquuntur. pag. 21.

Φίλιπποι) Hierocli, & aliis hæc ipſa urbs Φίλιπποι dicitur.

Επαρχία Κυμμίνου) Pro Κυμμίνου legendum eſſe Αἱμιμόντου nemo non videt. Ita monet & Morellus. Hierocles tertiam Provinciam ſeu potius Præfecturam Thraciæ ponit; quartam vero Εὐμιμόντου, ubi pro Εὐμιμόντου legendum quidem eſt Αἱμιμόντου. In Thracia quippe fuit & Hæmimons & Hæmimontum; illud quidem Thraciæ montem, hic vero Thraciæ regionem denotat. Hæc regio teſte Ammiano habet Hadrianopolim & Anchialon præter cæteras urbes. De Præfectura Hemimonti ita legit Jacobus Cujacius 1. Obſer. 26. C. de appellat. & conſult. l. xxxii. *Cum appellatio interpoſita fuerit per Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Helleſpontum; inſulas etiam & Phrygiam ſalutarem, Europam & Rhodopen & Hæmimontum, præfecturæ hujus urbis judicium ſacrum appellator obſervet.* Ad hujus quidem legis & aliarum ejuſmodi mentem percipiendam, quis non videt, inquit Morellus, quantam facem præferat iſtud Conſtantini ſcriptum? Cæterum non me latet Mimantem montem quoque eſſe in Thracia, ut eſt apud Ovidium 2. Metamorphoſeos, Suidam & Ariſtophanis Scholiaſtem in Nubibus, verum Mimanti aut Mimantis Præfecturæ nullibi, quod ſciam, mentio occurrit; unde pro Κυμμίνου neceſſario legendum puto Αἱμιμόντου.

Πόλεις ιξ) At urbes quinque tantum recenſentur: unde legendum eſt, ut apud Hieroclem, πόλεις ε΄. pro ιξ.

Δεβελτός) Perperam Hierocles apud Carolum a S. P. Δεβέρτος, & apud Holſtenium Δεβερτος habet pro Δεβελτός, & Αχίαλος pro Αγχίαλος, uti optime idem Carolus notat. Vide Ortelium, nam quæ hic Morellus monet ex eodem Ortelio exſcripſit.

Πλωτινόπολις) Ptolemæo & Antonino hæc eadem urbs dicitur Πλωτινόπολις.

Τζοίδος) Hierocles Τζοίδος habet. At urbis hujuſce nominis nulla, quod ſciam, mentio apud Scriptores occurrit. Inauditum nomen, inquit Morellus; nunquid Tzurulum vel Zurulum Thraciæ, aut Turullus Suidæ. *Ciorla* nunc dici Cruſius contendit; Leunclavius *Zorli*.

Επαρχία Θρᾴκης) Ab Hierocle apud Carolum a S. P. urbes tantum quatuor recenſentur; ex quibus duæ diverſis nominibus; nimirum Philippopolis, Beron ſeu Beroe, Diocletianopolis, & Sebaſtopolis; quæ quidem duæ ultimæ non recenſentur a Porphyrogenito; in Hierocle vero apud Holſtenium additur quinta *Diopolis*. Cæterum Thracia hic, inquit Morellus, ſpeciali nomine de Mœſia ſecunda accipitur.

Κλῖμα) Hierocles in Provincia Illyrica 1. Macedonia hanc urbem Κλῖμα appellat; verum apud alios Scriptores ipſum nomen non legitur, quod ſciam.

Μεστικόν) Hierocles paulo ſuperius citato loco hanc urbem videtur appellare Μεντικόν. At neque Meſtici, neque Mentici alii Scriptores, quod ſciam, meminere. Fortaſſis Νεσὸς, ſeu Νέσος, quæ apud Stephanum Thraciæ urbs eſt, legendum eſt pro Μεστικόν.

Βερόη) Tres urbes ſic dictas ſtatuunt Geographi, ſed inconſtanti ſcriptura. Alii Βέῤῥοια; ſunt & qui uno R. *Beroea*; alii Βερόη, &c. Unam autem ex his in Syria ponunt, quæ Annæ & Cinnamo Χαλέπ, hodie *Aleppo* dicitur; alteram in Thracia, Nicopolim Mœſiæ inter & Philippopolim Thraciæ oppida, ad Bermii montis radices ſitam; de qua quidem hic loquitur Porphyrogenitus; tertiam denique in Macedoniæ Thema- pag. 22.

Digitized by Google

te, ut Porphyrogenitus capite ſequenti habet, in Emathia regione, quam Irenopolim ab Irene Imperatrice dictam ſcribit Cedrenus, & de qua etiam loquitur Anna Comnena pag. 18.

Ἐπαρχία Μυσία, ὑφ' ἡγεμόνα πόλεις ιε'.) Sic in MS. Codice: in Editis vero *πόλεις ιδ'*. Hierocles autem hanc appellat Præfecturam Scythiæ, & in ea ſub Duce Urbes quindecim recenſet, & quatuordecim eædem ſunt, quæ apud Porphyrogenitum, quinta decima vero quæ apud Porphyrogenitum deſideratur eſt Conſtantiana. Præfectura autem hæc, quæ Myſiæ ſeu Mœſiæ, Scriptori noſtro dicitur, Hierocli Scythiæ, uti diximus, appellatur; quæ etiam Zoſimo lib. VI. Scythia Thracenſis nuncupatur; qui in ea Tomin urbem ſitam memorat; hanc tamen Ovidius vates, cujus exilio nobilitata eſt, Miletida vocat I. de Triſt. IX.

Κωνσταντιάνα) Hanc urbem quintam decimam, quæ in Porphyrogenito deſideratur, ex Hierocle reponimus; ſed fortaſſis quiſpiam pro *Conſtantiana* legendum putaret *Conſtantia*, quæ a Niceta in Thracia Rhodopei territorii recenſetur.

Ζίλπα) Hierocli *Ζιλδοπα* & *Ζιλδίπα*. *Zelpa*, inquit Morellus, an *Zerinea* ex Theopompi Philippicor. XII.

Τρόπαιος) Tropæus, inquit Morellus, an eadem quæ *Trpos* a Procopio dicitur, & *Trparum* lib. IV. de Ædif. Ptolemæus certe *Tapirin* urbem in Thracia collocat, quæ in Concil. opere primæ Macedoniæ adſcribitur: & *Paſo* vocatur a Sophiano. *Δόβηρον*, *Doberi* meminit Thucydides.

Τρώσμις) Troſmis dicitur & Antonino, qui Legionem I. Joviam Scythicam adjungit; cum Notitiæ lib. legionem II. Herculanam ei tribuat. Ptolemæo *Τρώσμις* appellatur Inferioris Myſiæ oppidum.

Ἀλμυρίς) Halmyris, inquit Morellus, quin eadem civitas ſit atque Halmydiſſus Melæ & Plinio, ac *Σαλμυδησσὸς* Xenophonti, & Salmoduris Antonino, non eſt quod *quisquam* dubitet.

59. *Ἕως ὧδε τὸ τῆς Θρᾴκης θέμα*, &c.) Nimirum, *hucuſque Thraciæ Thema, ut habetur in Hieroclis Comitis peregrinationis.*

Καὶ μετὰ ταῦτα) Sic in MS. in Editis vero, *καὶ μετ' ταῦτα*, &c. quod perperam Morellus interpretatur, *& poſtillu Macedoniæ Thema, quod ſub Illyrico, & locorum ſitu, qui inde obſervatur, collocatum eſt.*

Ἀπὸ Μακεδόνος, τοῦ Διός) Perperam olim apud Stephanum Byzantium legebatur, *ἀπὸ Μακεδόνιας* pro *ἀπὸ Μακεδόνος*, ut pridem viri docti animadverterunt.

Ὡς φησιν Ἡσίοδος ὁ ποιητής) Verſus quos hic laudat Scriptor noſter tanquam Heſiodi, in operibus quæ proſtant ejuſdem Poetæ non reperiuntur.

Ὡς Ἑλλάνικος ἱερειῶν πρώτῃ τῶν ἐν Ἄργει) Nimirum, ut auctor eſt *Hellanicus lib. I. de Sacris quæ in Argo.* Perperam hæc interpretatur Meurſius ſic: *Ut auctor eſt Hellanicus, Hieron. lib. primo eorum qui in Argo*: quippe idem Porphyrogenitus infra Themate decimo laudat Stephani Grammatici, hoc eſt, Byzantii locum, qui in Epitome quæ ſupereſt ejuſdem Stephani non reperitur; Stephanus autem ibi loquens de Sicilia citat Hellanicum ſic, *ὡς φησιν Ἑλλάνικος, ἱερειῶν τῆς Ἥρας β'*. at *Hellanicus ait, lib. II. de Sacris Junonis.* Paſſim autem Hellanicus a Stephano citatur. Vide de hoc Scriptore Voſſium de Hiſtoricis Græcis pag. 8. 440. & ſeqq.

Λέγεται δὲ καὶ Μακεδονίας μοῖρα Μακετία) His ſimilia propemodum notantur ab Heſychio, & ab Euſtathio in Dionyſii *περιηγητὴν* ver. 427. *ὅτι Μακεδόνες λέγονται ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Διός· οἱ δὲ παῖδας Αἰόλου δύο παραδιδόασιν, ὧν εἷς Μακεδὼν φασὶν, ἐξ οὗ ἡ Μακεδονία. ἦν δὲ τι μοῖρα Μακεδονίας, Μακετία λεγομένη, ἐξ ἧς καὶ ἡ Μακεδονία Μακετία ἐλέγετο.* Gellius item l. IX. N. Att. c. III. *Philippus Amyntæ, terræ Macetiæ Rex, cujus virtute induſtriaque Macetæ locupletiſſimo imperio aucti, gentium nationumque multarum potiri cœperant.*
Edit. Pariſ. pag. 23.
Præterea Auſonius de clar. urb. Car. 12.

Et vos ite pares, Macetumque attollite nomen.

De ſitu autem Macedoniæ & priſca Macedonum origine Marcianus Heracl. *περιηγήσεως* ver. 617. ita canit:

Τινὲς τὰ Τέμπη δ' ἐστὶν ἡ τῶν Μακεδόνων
Χώρα περὶ τὸν Ὄλυμπον ἐξῆς κειμένη,
Ἧς φασιν βασιλεῦσαι Μακεδόνας γεγονότας
Tempe ſupra ſtat Macedonum Provincia,
Quæ circa Olympum ordine eſt collem ſita,
Huic imperabant Macedones terra ſati.

Ὡς Μαρσύας) Marſyas Pellæus præter alia libros decem rerum Macedonicarum edidit, ut ſcribit Svidas.

Καὶ τὴν Ἡρίσταν) In Editis legitur *Ἡρκίας.* 60.
Verum, inquit Morellus, Eriſtea *τὸ πάντων* num præſtaret *Ἐρετρίας* reponere? Eretria Thucydidi, Polybio, Straboni urbs non alia ab Eretriis, quas Ptolemæus in Phthiotide recenſet: nec procul diſtat a Malliaco ſinu, qui Macedoniam alluit. Sic laudatus Morellus. At ipſe puto hic pro *Ἡρίσταν*, ſeu *Ἡρκίας* legendum fortaſſis eſſe *Ἠμαθίας*: quippe Regio illa *Emathia* antea dicebatur, ut eſt apud Plinium, Trogum, & alios Scriptores.

Κλείδημος) At non Clidemus, ſed Clitodemus citatur a Pauſania in Phocicis, tanquam antiquiſſimus eorum, qui res Atticas conſcripſerunt: *Κλειτόδημος δὲ, ὁπόσοι τὰ Ἀθηναίων ἐπιχώρια ἔγραψαν, ὁ ἀρχαιότατος. Clitodemus eorum, qui res Atticas tractarunt, vetuſtiſſimus auctor.* Ab Harpocratione vero in *Μελανιππεῖον* Clidemus laudatur tanquam rerum Atticarum Scriptor, quemadmodum & ab Athenæo lib. VI. Verum viri docti non abs re ambigunt, an non ibi legatur *Clitodemus*, unde *Clidemus* fecerit librarius.

Καὶ ὅλον αὐτὸν τὸν χαρακτῆρα ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ) Sic ex MS Codice. In Editis legitur, *περὶ ὅλον αὐτοῦ τὸν χαρακτῆρα*, &c. Hanc autem ſtatuam Herculis, quæ ſtabat in Hippodromo Conſtantinopolitano, pluribus deſcribit Nicetas Choniates in tractatu de ſtatuis Conſtantinopolitanis, quas Latini capta urbe in monetam conflaverunt; quem quidem tractatum habes lib. VI. Antiquitatum CP. a nobis primum editum. Vide quæ ibi adnotavimus.

Καὶ μάργαρον τὰ ἐγκαλλωπιζόμενα) Sic ex MS. Codice. In Editis locus hic mutilus in textu Græco; qui quidem paſſim lacunis plenus apparet ac mendis ſcatet.

Τὸ νόμισμα τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου) Ejuſmodi nummi Alexandri Magni obvii ſunt.

Εἰ ὑπερέχοντα) Sic in MS. Codice. In Editis legitur, *εἰ ὑπερέχει.* 61.

Ἀπὸ τοῦ πρώτου υἱοῦ Ἡρακλέους Καρανοῦ) Marſyas Pellæus, cujus ſupra meminit Scriptor noſter, hiſtoriam rerum Macedonicarum a primo Macedoniæ rege Carano orditur, ac terminat Alexandri in Syriam ingreſſu, ut auctor eſt Svidas. Pauſanias in Bœoticis tradit Caranum olim in Macedonia regnaſſe, & victoria de Ciſſeo finitimæ Provinciæ principe reportata, trophæum Argivorum more legibusque erexiſſe: quod poſtea leo ex Olympo egreſſus evertit ac diſſipavit: eoque malo omine tum percuſſum Regem ſibi poſteriſque ſuis, Macedoniæ regibus præſcripſiſſe, caviſſeque ne trophæum unquam erigerent; cujus quidem conſtitutionis Philippus Amyntæ & Alexander magnus obſervantiſſimi extiterunt. Livius etiam lib. XLV. Caranum primum Macedoniæ Regem aſſerit.

Κατακλεῖσαι δὲ εἰς Περσέα) Titus Livius lib. XLV. *Quadriennium*, inquit, *continuum bellatum fuit inter Romanos ac Perſes: idemque belli finis & inclyti per Europæ pleraque, atque Aſiam omnem regni, Viceſimum ab Carano, qui primus regnavit, Perſea numerabant. Perſeus Q. Fulvio, L. Manlio Coſſ. regnum accepit: a Senatu Rex eſt appellatus.* pag. 24.

Τοῦ Αἰμιλίου ἀνδρωθέντος) Perſeus qui M. Junio, A. Manlio Coſſ. a Senatu Rex appellatus fuerat, victus deinde ac captus fuit ab Æmilio

Paulo Conſule, ut ſcribit idem Livius. non vero Proconſule ἀνθυπάτῳ, ut ait hic Porphyrogenitus. Pauli autem concio ad ſuos coram Perſeo in tabernaculum introducto habita, legitur apud laudatum Livium: *Exemplum inſigne cernitis mutationis rerum humanarum: vobis hoc præcipue dico, juvenes; ideo in ſecundis rebus nihil in quemquam ſuperbe ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cum quid veſper ferat, incertum ſit. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet.*

Εἰς τὴν Ῥώμην ἀπήχθη) Perſeus in catenis cum tribus filiis ante currum Æmilii Pauli victoris per urbem deductus eſt, ut tradit laudatus Livius.

Ὥστε ἀπὸ βασιλείας εἰς ἐπαρχίαν τὸ σχῆμα μεταβαλεῖν) Victo ac capto Perſeo Macedoniæ regnum in Provinciæ formam redactam fuiſſe ſcribit idem Livius paulo ſuperius citato loco.

Ἐπαρχία Μακεδονίας ὑπὸ κονσιλιάριον) In MSS. Hieroclis, legitur pro ὑπὸ κονσιλιάριον, ὑπὸ κονσιλιάριον & ὑπὸ κονσουλάριον nimirum *ſub Conſulari*. At legendum ubique ὑπὸ κονσουλάριον; quippe Porphyrogenitus ſupra eum de Thraciæ Præfectura, docet id expreſſis verbis inquiens, ὑπὸ κονσουλάριον, τουτέστι βουλευτῇ.

62. Πόλεις λβ'.) In MS. & in Hierocle legitur, πόλεις λβ'. at urbes XXXI. tantum utrobique recenſentur. Fortaſſis trigeſima ſecunda Caſſandria, quæ inter celeberrimas urbes fuit, olim Potidæa dicta, numeranda eſt; & hanc prætermiſſam puto potius librarii incuria, quam μνημονικῷ auctoris ἁμαρτήματι. Urbes autem quæ hic recenſentur conferendæ cum Hierocle, apud quem pleræque diverſæ. Cæterum pleræque harum urbium reperiuntur apud Livium lib. XLV ubi Amphipolis primæ regionis caput fuiſſe dicitur; Theſſalonice, caput ſecundæ: Pelle, tertiæ: quartæ, Pelagonia.

Πρίσβανα) In MS. Codice legitur, Πρίβανα.

Ἐπαρχία Θεσσαλίας, ὑπὸ τὸν αὐτόν, πόλεις ιζ'.) Sic ex MS. Codice. Perperam in Editis habetur, πόλεις ιϛ'. quippe urbes decem & ſeptem numerantur: totidem & Hierocles apud Holſtenium recenſet; apud vero Carolum a S. P. urbes decem & octo numerantur.

Βεραμίνσιος) Sic MS. Codex. Editi habent, Βαρδαμίνσιος. Vide Hieroclem.

63. Τὸ δὲ θέμα τοῦ Στρυμόνος.) Strymon fluvius, qui Macedoniam a Thracia dividit, ut ſcribit Scylax, pluribus a tranquillitate curſus laudatur a Baſilio M. in Epiſtola ad Gregorium Nazianzenum de ſolitudine Pontica: Ὥστε τὸ πεδίον τοῦτο ἐμπλατύνεσθαι ταῖς ὄψεσι, καὶ ἐκ ταῖς μονῆς ἐξέχον, ἃ τὸ ποταμὸς περιῤῥέοντα καθορᾷ. οὐκ ἐλάττονα τέρψιν, ἐμοίγε δοκεῖ, παρεχόμενον, ἢ τοῖς ἐκ τῆς Ἀμφιπόλεως τὸν Στρυμόνα καταμανθάνουσι. ὁ μὲν γὰρ ἠρεμαιότερος τῷ ῥεύματι περιλιμνάζων μικροῦ δεῖ καὶ τὸ ποταμὸς εἶναι ὑπὸ τῆς ἡσυχίας ἀφίησι.

Ἵνα μὴ λέγω τοὺς ἔξωθεν, καὶ παλαιούς) Hic externos & antiquos appellat Porphyrogenitus, more SS. Patrum, gentiles ſeu ethnicos Scriptores, nimirum Ptolemæum, Marcianum Heracl. Strabonem, &c.

Ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολος Παῦλος) Hæc habentur Act. 27. 2. non a D. Paulo, ſed a S. Luca ſcripta. Ariſtarchum autem IV. ad Coloſſ. appellat D. Paulus συνέκδημον, συναιχμάλωτον, συνεργόν.

64. Τῇ θυγατρὶ ἐκ τῇ πόλει) Excerpta ex libro ſeptimo Strabonis, hanc urbem inſtauratam fuiſſe perhibent a Caſſandro Philippi ſocero, qui ab uxore Theſſalonica Alexandri Magni ſorore nomen eidem urbi impoſuit, cum antea Therme vocaretur: Ὅτι μετὰ τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν, ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶ πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο· κτίσμα δ' ἐστὶ

Edit. Pariſ. pag. 25. Κασσάνδρου. ὃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, παιδὸς δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ὠνόμασε. *Pone flumen Axium urbs eſt Theſſalonice, antea Therme nuncupata; quam quidem inſtauravit Caſſander, qui a nomine uxoris, filiæ Philippi Amyntæ filii, eidem nomen impoſuit.* Vide Diodorum lib. XIX.

Ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος) Vide Strabonem lib. IX. Thucydidem lib. I. qui eadem ferme habent. Stephanus vero loquens de urbe ejuſdem nominis ait, ἔκτισε ὑπὸ Ἕλληνος, ὁ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλὰ τῆς Φθίας, καὶ Χρυσίππης τῆς Ἴρου.

Ἔχει δὲ τὸ θέμα τῆς Ἑλλάδος πόλεις οθ'.) Hæ ſeptuaginta novem urbes in Provincia ſeu Præfectura Helladis ὑπὸ ἀνθύπατον, *ſub Proconſule* recenſentur ab Hierocle, ut videre eſt apud eundem hic a nobis editum. 65.

Πρώτην μὲν Σκαρφείαν) Sic & laudatus Hierocles. Strabo lib. IX. Σκαρφίαν vocat: Euſtathius vero Σκαρφεῖαν.

Καὶ νῆσον τὴν Εὔβοιαν, ἣν τινες Χάλκιν ἢ Χαλκίδα) De Eubœæ inſulæ ſitu, gemina appellatione, urbibus & incolis ſic Marcianus Heracl. ver. 595.

Τὸ Σούνιον κάμψαντι δ' ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς
Εὔβοια κεῖται νῆσος ἡ καλουμένη
Διὰ τὴν φύσιν τὸ πρότερον, ὥς φησιν Μάκρις.
Ἔπειτ' ἀπὸ τῆς λεγομένης Ἀσπίδος
Χρόνῳ λαβοῦσα τοὔνομα, Εὔβοια πάλιν.
Πρώτους δ' ἐν αὐτῇ φασὶν οἰκῆσαι πρὸ τοῦ
Μιγάδας συνοικοῦντας Λέλεγας, ἐκ τῆς δ' Ἀττικῆς
Τὸν Ἐρεχθέως διαβάντα Πάνδωρον κτίσαι
Πόλιν μεγίστην τὴν ἐν αὐτῇ Χαλκίδα,
Αἴκλον τ' Ἐρέτριαν τ' Ἀθηναίων γένει.
Flectenti ab Attica ad cacumen Sunii
Eubœa propoſita vocatur inſula
Propter loci naturam, ut affirmat Macris.
Poſt idea ab Aſpide vocata, temporis
Lapſu, retinuit nomen Eubœæ prius.
Sedes in hac fixiſſe primos autumant
Promiſcuos Leleges, ab urbique Attica
Tranſiſſe Erechtheo ſatum Pandorum, ibi
Struxiſſe maximum oppidum, hoc eſt Chalcidem;
Æclumque Eretriam Athenienſem origine.

Hæc appoſite & conſulto hic adjeci, inquit Morellus, ut ex hoc antiquiſſimo Geographo conſtet Chalcida maximam Eubœæ urbem & quaſi metropolin fuiſſe, ut nihil mirum ſit nonnullos inſulæ nomen ejus civitatis tribuiſſe, ut hic ſcribit Imperator.

Ἐν ᾧ τόπῳ Λεωνίδης, &c.) Vide Herodotum lib. VII. Plutarchum in Lacon. Tullium I. Tuſc. qu. Diodorum Bibl. XI. Cæterum in hos trecentos Lacedæmonios, qui in Thermopylis occiderant, Simonides hoc epitap diſtichum ſcripſit.

Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.
Dic hoſpes Spartæ, nos te hic vidiſſe jacentes,
Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.

Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι τοὺς τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντας, Ἀχαιοὺς ὀνομάζουσι) Peloponneſus quæ hodie *Morea* dicitur, olim Scriptoribus Latinis Achaia vocabatur: ſic Oroſius I. cap. 2. Apulejus item 6. Aſini: ubi Lacedæmona nobilem Achajæ civitatem vocat, & 10 ejuſdem, Corinthum ejus caput nuncupat. Peloponneſi autem ſitum pluribus deſcribit Marcianus Heracl. ver. 510. 66.

Ἔστι δὲ πᾶσα ἡ νῆσος) Peloponneſus peninſula, non vero inſula, ut nemo ignorat. *pag. 26.*

Πόλεις ἔχουσα μ'.) Hierocles a nobis hic editus ſub Corintho, quæ olim Ephyra dicebatur, Metropoli totius Hellados urbes triginta tres recenſet.

Δηλοῦσι δὲ πλατάνου φύλλῳ) Plinius & Mela Dionyſio in hoc conſentiunt; licet Plinius Tauricam Cherroneſum hederæ folio ſimilem eſſe ſcribat. Vide Morelli Notas. 67.

Ἐδωριάζετο τότε ἡ Πελοπόννησος) Thucidides lib. I. ſcribit Dores cum Heraclidis LXXX. anno poſt excidium Trojæ Peloponneſum tenuiſſe, cum Dorienſes altero oraculo moniti, per anguſtias Criſæi ſinus udorti Heraclidus dominantes fugarunt: qui poſtea in Peloponneſum ſunt reverſi duce Carano.

Ἀφ' ἧς περ ὑπ' ἀμφοτέρων) Hanc victoriam, quam de Perſis Græci reportarunt, fuiſſe κοινὸν τὸ κατόρθωμα Ἑλλήνων ſcribit Plutarchus in Ariſtide.

Ὅτε Μαρδόνιος) De Mardonii cæde conſtat ex

eodem Plutarcho ab Armineſto Spartiata patratam eſſe, qui ſaxo caput Mardonii contrivit; ut ex Amphiarai oraculo præmonitum fuerat.

68. *Διεκρίθησαν ἐπ' ἀμφοτέροις ὁ πόλεμος ἔτη κζ΄. καθὼς Θουκυδίδης*, &c.) Vide Thucydidem lib. v.

Ἐσθλαβώθη) Σθλαβόω, & σκλαβόω; *in ſervitutem redigere*. Paſſim autem occurrit hæc vox apud Scriptores Byzantinos; quæ quidem latebat Morellum, ut ipſe ingenue in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum fatetur; ſed quæ ibi ipſe adfert ad explicationem hujus vocis, una & riſum & ſtomachum movent.

Ὅτε ὁ λοιμικὸς θάνατος) De hac peſtilentia, quæ imperante Copronymo in omnem terrarum orbem graſſata eſt, mentionem faciunt Scriptores illius ævi, & imprimis Sanctus Nicephorus Patriarcha CP. in Operibus MSS. quæ propediem a nobis edentur.

69. *Γαρασδοειδὴς ὄψιν*) Γαρασδοειδὴς Græcis recentioribus fortaſſis pro γεροντώδης. Terentius, *Vetus vietus veternoſus ſenex*.

Κωνσταντῖνος ὁ τῇ κόπρῳ ἐπώνυμος) Zonaræ lib. xv. n. 4. Κοπρώνυμος dicitur.

Ἦν δὲ ἐκεῖνος Νικήτας, ὁ πατρίκιος, &c.) Quis fuerit, inquit Morellus, hic Nicetas Chriſtophori ſocer compertum non habeo. At Nicetæ hujus Patricii, Chriſtophori ſoceri præter Porphyrogenitum, meminit & Leo Grammaticus pag. 494. E. R.

70. *Καὶ αὐτὴ Κέρκυρα*) Dionyſius περιηγ. v. 494. καὶ λιπαρὴ Κέρκυρα φίλον πέδον Ἀλκινόοιο. ubi Euſtathius monet in antiquis Codicibus ἀμφιβόλως ἔχειν τὴν ἐν τούτῳ τοῖς γραφήν, ambigue ſcribi Cercyram & Corcyram, & quadrifariam vocari, Phæaciam, Scheriam, Drepanon & Argon.

Τοῦ Ἀλκίνου βασιλεύοντος, ὥσπερ Ὅμηρος) Hic Alcinous Homero appellatur βασιλεὺς θεοειδὴς, *Rex Deiformis*.

Πόλεις δώδεκα) In Præfectura veteris Epiri urbes item duodecim numerantur ab Hierocle hic a nobis edito, & ſingulæ ibi ab eodem recenſentur.

71. *Καὶ ἐνίκησεν ὁ Καῖσαρ τὸν Ἀντώνιον*) Navalis hæc ad Actium victoria contigit, ut Dio teſtatur, Cæſare tertium & Meſſala Coſſ. Urbis conditæ 723. Julianæ editionis 15. die 2. imo 3. Septembris.

Ἰνδικτιῶνος ἐκλήθη) Quæ hic tradit Porphyrogenitus ex Heſychio de Indictionibus nugæ ſunt ac aniles fabulæ. Vide quæ de Indictionibus ſcripſimus lib. primo Comment. in Antiquitates CP. pag. 473. num. 21. De Heſychio Mileſio autem ac ejus ſcriptis pluribus agit Joannes Meurſius initio Notarum ad librum de Viris Claris, auctore eodem Heſychio.

Ἡ μυσταγωγὸς καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος;) Locus hic Nazianzeni laudatus a Porphyrogenito habetur in panegyrico ejuſdem, εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων, non procul ab initio; ubi ſic habet: *Ποῦ θήσεις Ἑκάτης τὰ φοβερὰ καὶ ἀποτρόπαια φάσματα, καὶ Τροφωνίου κατὰ γῆς τερθρεύματα καὶ μαντεύματα; ἢ Δωδωναίας δρυὸς ληρήματα; ἢ τρίποδος Δελφικοῦ σοφίσματα; ἢ Κασταλίας μαντικὸν πόμα; τοῦτο μόνον οὐ μαντευόμενον, τὴν σιωπὴν αὐτῶν.* *Quo pones loco terribilem & caliginoſam Hecates moſtellariam; aut Trophonii ſubterranea ludicra & vaticinia; aut Dodonææ quercus deliramenta, aut Delphicæ Tripodis captioſas voces, aut fatidicum Caſtalii fontis hauſtum?* Græca, inquit Morellus, ita ſunt ἔμμετρα, & poeticis epithetis inſignita, ut ἀποσπάσματα quædam Tragici Dramatis videantur: quin ultimum membrum, ut e Codice Regio edidimus, Senario jambico conſtat, ideoque primum Trimetris jambicis Lat. vertere libuerat.

Edit. Pariſ. pag. 27.

72. *Ἐκεῖσε γὰρ ἦν ἡ πηγὴ Κασταλίας*) Scholiaſtes Græcus prædicti Panegyrici ſancti Gregorii Nazianzeni ſic habet: *Κασταλία πηγὴ περὶ τὴν Ἀντιοχείαν, ἐν ᾗ καὶ Ἀπόλλων ἐφρούρει. μαντεῖα δέ τινα ἐξέπεμπε χρησμῶν ποικίλων, ἢ τοῖς ῥήμασι, ἢ κατὰ θυσίαν. οὐ γὰρ φωνή τις ἐξηχεῖτο· ἀλλ' ἁπλῶς ἦχος τινὸς καὶ ποδίσματος ἀναδιδομένου, ἐξέκραζε. οἱ ἄτοποι ἱερεῖς, καὶ ἐποίουν τὰ σύμβολα ταῦτα, ἔλεγον ταῦτα.* Verum Caſtalius fons, (qui & Caballinus & Libethris dicitur,) de quo hic loquitur Scriptor noſter, eſt in radicibus Parnaſi Muſis ſacer, ita dictus a virgine Caſtalia, quæ Apollinem fugiens præcipitata, & in fontem verſa eſt.

Δυῤῥάχιον, ἡ ποτε Ἐπίδαμνος) Hierocles habet: *Ἐπαρχία τῆς νέας Ἠπείρου ὑπὸ Κονσουλάριον πόλεις θ΄. Δυῤῥάχιον ἡ ποτε Ἐπίδαμνος.*

Σκάμπτα) In Editis, Σκάμπα. In MSS. Hieroclis, Σκάπτα, & Σκάμπα.

Σκευντῶν) Apud Hieroclem legitur Σκεπών.

Ἐπαρχία Δακίας μεσογαίου, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις πέντε) At urbes tantum quatuor numerantur apud Conſtantinum, omiſſa fortaſſis quinta ſcribæ incuria, ſed ſuppleri poteſt ex Hierocle: a quo quidem primo loco ponitur Σαρδικὴ μητρόπ.

Ναϊσσός) Ναϊσσὸς Νασσὸς & Ναϊσσὸς ſcribitur hoc nomen; at Ναϊσὸς per σ ſimplex ſcribendum ait Holſtenius, quod in Hierocle ita ſcribatur, & gentiles ΝΑΙΣΙΤΑΝΟΙ, dicantur in nummo vel ſigillo plumbeo, quod apud Equitem Gualdum Romæ viderat idem Holſtenius. Quod vero ait Porphyrogenitus Naiſum Patriam Conſtantini Magni eſſe, id hauſiſſe videtur ex Stephano Byzantio, qui eadem ſcribit; quamvis de patria Conſtantini magni controverſia ſit inter Scriptores: alii quippe eum natum fuiſſe ajunt Naiſi oppido Daciæ, alii Traſi; alii Drepani Bithyniæ urbe ad Nicomedienſem ſinum; alii vero in Galliis; alii denique in Britannia.

Ῥεμισιάνα) Sic ex Hierocle emendo. Perperam in Editis & in MS. Conſtantini legitur Νεμισιάνα: nam præter Hieroclem, habetur *Remiſiana* in Antonini Itinerario.

Ἐπαρχία τῆς παλαιᾶς) Locus corruptus, ni fallor, & hic & apud Hieroclem ubi ſic legitur: *Ἐπαρχία τῆς παρὰ … ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ε΄.* Quæ ſic Holſtenius interpretatur, ac emendat: *Provincia quæ eſt ad* ..... (nempe *ripam Danubii*, eſtque Dacia Ripenſis) *ſub Conſulari. Urbes quinque*, & ita fortaſſis legendum etiam hic. Urbes autem illæ quinque recenſentur ab Hierocle; & ſunt *Rhazaria Metropolis*, *Beaopia*, ſeu *Moaopia*, *Acænes*, *Caſtra Martis*, & *Idsas* ſeu *Iſcus*.

Ἐπαρχία Δαρδανίας, ὑφ' ἡγεμόνα, πόλεις γ΄.) Nimirum, *Scapon*, *Merion* & *Ulpianæ*, ut ait Hierocles.

Ἐπαρχία Παννονίας, ὑπὸ τὸν αὐτὸν, πόλεις β΄.) *Sermium* videlicet & *Baſiana*, ut habetur apud eundem Hieroclem.

Δυῤῥάχιον πόλις Ἐλλωνική, &c.) Hic pro Ἐλλωνικὴ ſcribendum puto Ἰλλυρική, ut habet Stephanus Byzantinus, Δυῤῥάχιον πόλις Ἰλλυρική, *Dyrrhachium urbs Illyrica*. Dyrrachium autem urbem Illyricam fuiſſe & olim Epidamnum dictam ſcribit & Mela lib. 2. cap. 3. *Urbium prima* (Illyricorum) *eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnus ante erat, Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id viſum eſt.* De Dyrrhachii ſitu vide Joannis Voſſii Obſervationes ad Pomponium Melam, & Jacobi Palmerii Deſcriptionem Illyrici, ubi, præter urbis ſitum, conditores etiam, ac memorabilia fuſius commemorantur. 73.

pag. 28.

Καὶ Ἐπίδαμνος ἐκλήθη ὑπὸ Ἐπιδάμνου τοῦ ἀρχαίου ἥρωος) Eadem ferme Dio Caſſius lib. xli. *Τὸ δὲ Δυῤῥάχιον ἐν τῇ γῇ τῇ πρότερον μὲν Ἰλλυριῶν τῶν Παρθινῶν, νῦν δὲ, καὶ τότε γε, ἤδη Μακεδονίας νομιζομένῃ κεῖται. καὶ εὖ πεπόλισται, εἴτε οὖν ἡ Ἐπίδαμνος, καὶ ἡ τῶν Κερκυραίων, εἴτε ἑτέρα τις οὖσα. καὶ οἱ μὲν τοῦτο γράψαντες, τὴν τε κτίσιν αὐτῆς καὶ τὸ ὄνομα ἐς Δυῤῥάχιον ἥρωα ἀναφέρουσι.* *Dyrrhachium in terra Illyriorum Parthinorum (ita enim primum vocabatur, nunc, ut iſto quoque tempore, Macedoniæ annumeratur) poſitum eſt, admodum opportune ſita; ſive ea, Epidamnus, urbſque Corcyreanſium ſit, ſive alia quædam. Qui enim Dyrrhachium ab Epidamno diverſam faciunt urbem, ii illam conditam, nomenque duxiſſe a Dyrrhacho quodam heroe aſſerunt.* Appianus Alexandrinus lib. 11. Civil. ſcribit, regem quendam Barbarorum Epidamnum nuncupatum fuiſſe, ac eundem urbi nomen dediſſe. Thucydides Dyrrha-

chium non noverat, cam de Epidamno pluribus loquitur lib. I. ubi tradit hanc urbem a Corcyræis miſſa colonia conditam: Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δ' ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, τῶν ἀφ' Ἡρακλέους, &c. *Epidamnus eſt urbs ſita ad dextram naviganti Jonium Sinum; juxta habitant Taulantii Barbari, gens Illyrica; hanc Corcyræi quidem miſſa colonia condiderunt; coloniæ vero dux fuit, Phalius Eratoclidæ, Corinthius genere, ab Hercule oriundus*, &c. Epidamnum a Corcyræis conditam ſcribit & Strabo lib. VII. Sed de hujus urbis conditore ac ſitu videndi ſunt Scriptores paulo ſuperius citati.

Τοῦ θυγάτηρ Μέλισσα) De hujus patre inter mythologos non convenit. Vide Apollod. lib. II. & Pauſan. in Corinthiacis.

Ἡ καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ὁ Δυῤῥάχιος) Sic ex Stephano emendamus; ex cujus quidem opera integro hauſit Scriptor noſter, quæ hic de Dyrrhachio tradit. Perperam enim legitur hic in MSS. Porphyrogeniti; ἐκ θρέψεν Ποσειδῶνος ὁ Δυῤῥάχιος, ὑφ' οὗ ἐστι τόπος, &c. At Thomas de Pinedo in Notis ad Stephanum, hunc Stephani locum emendare, aut potius corrumpere conatur Porphyrogeniti lectione, ſeu potius ſcribæ mendo. Quod autem ſcribit Stephanus, & ex eo Porphyrogenitus de Dyrrhachii appellatione, fabulas ſapit; potior fides adhibenda Plinio, qui lib. 3. cap. 23. ait Dyrrhachium propter inauſpicatum nomen Epidamni a Romanis eo colonia deducta, nuncupatum fuiſſe. Eadem Livius & Strabo; quin & Pomponius Mela, qui lib. II. ſic habet: *Urbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnus ante erat. Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id viſum eſt.* Ad hoc etiam videtur alludere Plautus in Menæchmis Act. II. Scen. I.

Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum eſt,
Quia nemo ferme huc ſine damno divortitur.
ME. Ego iſtuc cavebo; cedo dum mihi huc marſupium.
MES. Quid eo vis? ME. Jam abs te metuo de verbis tuis.
MES. Quid metuis? ME. Ne mihi damnum in Epidamno duis.

His etiam aſſentitur Dio Caſſius lib. XLI. Ita tamen ut ſubdubitet num duo diverſa ſint oppida; quod quidem Appianus Alexandrinus lib. II. Civil. omnino affirmat inquiens, Epidamnum paulum remotum a mari; Dyrrhachium vero prope ipſum mare; Epidamnique navale eſſe dicit: additque hoc falſo a quibuſdam Epidamnum dictum. Poſtea tamen ſic nominatum a Corcyrenſibus, quod Dyrrhachii nomen ominoſum haberetur, vetuſtam autem appellationem viciſſe, & Dyrrhachii nomen manere. Sic diſcrepat a cæteris omnibus Appianus; ille quippe Dyrrhachii nomen ominoſum, cæteri Epidamni faciunt; ille nominis mutationem Corcyrenſibus, cæteri Romanis adſcribunt. Præterea

Edit. Pariſ. pag. 19. Dyrrhachium dictum fuiſſe nonnulli contendunt a nomine illius qui urbi portum adjecit. Alii Dyſrachium appellarunt, ut Alexander in ſua Europæ deſcriptione apud Stephanum:

Δυσράχιον τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλῳ χθονὶ αὐτοῖς.
Dyſrachiique Epidamnus in maritima terra ora ſita eſt.

Euſtathius item in Commentariis ad Dionyſium de Situ Orbis inde etiam nominis etymologiam deducit, inquiens: Περὶ δ' (ſcilicet Κεραυνίων) καὶ τὰ ἐκεῖ τῆς νέας Ἠπείρου μητρόπολις, ἡ ποτὲ καλουμένη Ἐπίδαμνος, ἥτοι τὸ Δυῤῥάχιον. δηλοῖ ἐκ τοῦ τοπικοῦ τὴν τοῦ τόπου τραχύτητα. δυσράχιον γάρ ἐστιν, ὃ ἐστι δύσβατον. τραπέντος δὲ τοῦ σ εἰς ρ, Δυῤῥάχιον καλεῖται, καθὰ καὶ τὸ Τυρσηνοὶ, Τυῤῥηνοὶ, &c. Vide quæ hanc in rem habet Dion Nicæus lib. XLI. Cæterum Holſtenius in Notis ad Stephanum laudat Collectionem nominum Geograph. ex MS. Cod. Vat. ubi ſic de hujus nominis etymologia: Δυῤῥάχιον, πόλις καλουμένη πρότερον Ἐπίδαμνος. ὠνομάσθη δὲ Δυῤῥάχιον διὰ τὸ τοῦ τόπου προέχοντος ἄκρως γεωλόφου τὸ κῦμα προσπῖπτον καὶ σχιζόμενον ῥαχίαν ποιεῖν μεγάλην. ὅθεν διὰ τὴν ῥαχίαν καὶ τὸ δύσορμον οὕτως ὠνομάσθη.

Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν λιμένα, &c.) Totidem verbis hæc habet Strabo lib. VII. niſi quod ibi legitur, μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον; quod quidem in Conſtantino ſubintelligitur; unde aut hæc Philonem quem hic laudat Porphyrogenitus, hauſiſſe ex Strabone dicendum eſt, aut Strabonem ex Philone; ſed quis iſte Philo ſit, & quo tempore vixerit, non liquet, cum plures fuerint Philones, ut patet ex Voſſio de Hiſtoricis Græcis; & hic quidem laudatur a Stephano Philo ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς, medicus ille fortaſſis Tarſenſis vetuſtiſſimus, qui a Galeno citatur. Et alibi paſſim laudatur ab eodem Stephano Philo Byblius, qui Trajani tempore vixit. Sed de Philonibus plura, ut dixi, Voſſius. Cæterum quemadmodum dicitur Corinthus & Acrocorinthus, ita Liſſus & Acroliſſus; quippe ut Corintho Acrocorinthus, ſic Liſſo Acroliſſus adjacet in alta rupe ædificata. Polybius id docet lib. VIII. hiſce verbis: Θεωρῶν δὲ τόν τε τῆς Λίσσου περίβολον, καὶ τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ, καὶ τὰ πρὸς τὴν μεσόγαιαν, ἐσφαλισμένον διαφερόντως καὶ φύσει καὶ κατασκευῇ, τόν τε παρακείμενον Ἀκρόλισσον αὐτῇ, καὶ διὰ τὴν πρὸς ὕψος ἀνάτασιν, καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἐρυμνότητα, τοιαύτην ἔχοντα φαντασίαν, ὥστε μηδ' ἂν ἐλπίσαι μηδένα κατὰ κράτος ἑλεῖν, &c.

Ὁμωνύμως τῇ Χεῤῥονήσῳ) Epidamnum in iſthmo peninſulæ cujuſdam ſitum docet & Thucydides. Cæterum ex hoc Philonis loco apparet etiam Dyrrhachium a loci aſperitate, in quo ſitum eſt, nomen ſumpſiſſe.

Δέξιππος ἐν Χεῤῥονήσῳ δεκάτῳ) Dexippi Herennii Athenienſis, qui, ut ſcribit Eunapius in Porphyrio, vixit circa Aureliani ac Probi tempora, crebra mentio occurrit apud Scriptores, qui poſt illa tempora floruerunt. Vide quæ de eo ac ejus Operibus ſcribit Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. II. Cæterum licet etiam in MS. legatur ἐν Χεῤῥονήσῳ δεκάτῳ, legendum puto cum Henrico Valeſio ἐν Χρονικῶν δεκάτῳ; cum idem liber decimus Chronicorum Dexippi citetur etiam a Stephano in Σηγχαῖα & duodecimus in Ἐλιμίᾳ, &c.

Καὶ Μακεδόνων Ἐπίδαμνον) Nimirum; *Et Macedonum Epidamnum, quæ poſtea Dyrrhachium nominata eſt, urbem Macedoniæ magnam ac beatam vi capiunt.* Perperam autem hæc Dexippi verba ſic interpretatur Morellus: *Et Macedones Epidamnum, quæ poſtea Dyrrachium nominata eſt, & Macedoniæ magna ac beata civitas erat, capiunt.*

Οὕτω γὰρ ἐμέρισεν ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος) De hac diviſione Imperii Romani pluribus Scriptores. 74.

Ἡ δὲ Δαλματία τῆς Ἰταλίας ἐστὶ χώρα) De Dalmatia ac ejus populis pluribus agit idem Conſtantinus 75. lib. de Adm. Imp. cap. XXIX. & ſeqq. Sed quod ait hic Dalmatiam Italiæ regionem eſſe, id hauſit ex Stephano Byzantio, ex quo & pleraque alia ad verbum, ut ajunt, exſcripſit, uti & alibi monuimus. Dalmatiam autem pro Italica regione hinc puto pag. 30. ſumptam a Scriptoribus Byzantinis, quod Dalmatia tum fuerit pars Italicæ Præfecturæ. Vide quid hac de re Ortelius; licet Berkelius in Notis ad Stephanum id pro nugis habeat, quemadmodum & Holſtenius in ſuis Annotationibus ad Ortelium. Verum ipſe puto Berkelium nugas etiam nugari, dum hunc Stefani locum explicare conatur.

Ἐξ ἧσπερ ἐβλάστησεν, &c.) De patria Diocletiani Imperatoris, de qua controverſia eſt inter Scriptores, pluribus alibi loquimur.

Καθὼς ὁ γραμματικὸς Στέφανος) Hæc in Epitome 76. Stephani non extant, & miror cur Berkelius qui & alia, quæ ex Stephani calamo profecta erant, & conſervata ſunt apud Scriptorem noſtrum legitimo auctori reſtituit, hæc eidem non reſtituerit.

Ὡς φησιν Ἑλλάνικος, ἱερείας τῆς Ἥρας β'.) Citat eundem Hellanicum Scriptor noſter ſupra cum de Macedoniæ Themate, ubi vide quæ de eo adnotavimus.

77. Ἄλεξις ὁ κωμικός) Hic Poeta aliis Scriptoribus Alexis dicitur. Vide Voſſium de Poetis Græcis.

79. Ἡ δὲ Λογγιβαρδία) Poſtremis temporibus Lougobardiæ nomine ea potiſſimum Italiæ pars a Græcis donata fuit, quæ in eorum Imperio remanſit, nimirum Calabria atque pars regni Neapolitani, ut manifeſto apparet ex iis quæ hic ſcribit Porphyrogenitus. Olim autem ſub Carolo Magno Longobardiæ nomen tam late patuit, ut univerſa Italia hoc vocabulo intelligeretur, ut conſtat ex Charta ejuſdem Caroli Magni pro diviſione Imperii: *Italiam vero, quæ & Longobardia dicitur*, &c. Quænam vero Italiæ pars Loogobardiæ nomine hodie donetur, nemo ignorat.

Καὶ τὸ Λέυβιον ὄρος) Sic in MS. At Morellus Οὐεσούβιον ὄρος emendat. Sed vide Ortelium verbo, *Veſvvius*.

Καὶ ὁ ἐν αὐτῷ Πυρχάνος) Ecquis hujus, inquit Morellus, meminit? nunquid Ætnæ κρατῆρος πυρφόρου congruit? an Pauſilypo, an Piano, an Taburno, an Purgio, an Puteolis? an peregrina vox eſt, & ἀντὶ τοῦ Ἀόρνου loco Averni irrepſit? an uſquequaque explodendum videtur a monte Veſuvio Πυρχάνου nomen, cujus etymon πυρὸς χάσμα, hiatum ignis præ ſe fert? equidem ἐπέχω. cedo ὕδωρ ἐν αἴθρῃ.

Βουτιλῖνος) De hac re pluribus Agathias Scholaſticus lib. II. Hiſtoriæ de rebus geſtis Juſtiniani Imperatoris; qui quidem Scriptor Butilinum hunc Francorum ducem vocat; eumque & fratrem ejus Leutherim antea cum Gotthis ſocietatem iniiſſe ait, invito etiam Thaodobaldo Rege. Vide eundem Agathiam lib. I. Sigonius autem lib. XX. de Occid. Imp. ducem hunc Bucellinum nuncupat, & hanc Francorum cladem in agro Campano contigiſſe ſcribit, ad Caſilinum ſeu Caſudinum fluvium: is idem videtur eſſe, inquit Morellus, cum Vulturno, qui nunc *Sanguino* ab hac fortaſſe ſtrage indigetatur, & ex Apennino monte fluit.

82. Καθὼς τὸ ἐπίγραμμα λέγει) Epigramma quod hic Porphyrogenitus refert depravatum ac corruptum (quod quidem non dubito ſcribæ inſcitia factum) habetur & apud Agathiam lib. II. De quo ſic ille: ἐμοὶ δέ τις τῶν ἐπιχωρίων, καὶ ἐλεγεῖόν τι ἔφη ἐν κίονι που λιθίνῳ ὑπὸ τοῦ γεγράφθαι, ἀμφὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένῳ, ὧδέ πη ἔχον. *Mihi vero quidam ex indigenis retulit, Carmen quoddam tabulæ ſaxeæ a quopiam inſcriptum fuiſſe, ad ripas fluminis poſitæ; quod ſic habet.* Cæterum viſum eſt, textui Porphyrogeniti adſcribere Epigramma illud emendatum ac integrum, quomodo habetur apud Agathiam; & hic idem prout habetur in MSS. Porphyrogeniti exhibere; ſic igitur habet:

Ρεῖθρα Κασουλίνου ποταμοῦ βεβαπτισμένα νεκροῖς
 Δεξατο Τυρρηνὶς αἰχ * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * * *
 Ὀππότε Σαλαὶς πῦθοντο Βουτιλίνῳ.
Edit. Pariſ. pag. 31. Ὄλβιον τοῦτο ῥεῖθρα, καὶ ἔσσεται ἀντὶ τροπαίου.
 Αἵματι βαρβαρικῷ δεῖπνον ἰαινόμενον.

Λογγιβαρδία) De Themate Longobardiæ, ejuſque principatibus ac ducatibus, pluribus agit Scriptor noſter infra lib. de Adm. Imp. cap. XXVII.

Ἔχων στόλον) De hac expeditione Saracenorum contra Dalmatiam & Italiam pluribus agit Porphyrogenitus infra lib. de Adm. Imp. cap. XXIX. ubi vide quæ adnotamus.

83. Καθὼς Αἰσχύλος) Hi verſus, inquit Morellus, quos emendatiores quam in Codice Regio exarati ſint, edidimus, enuntiantur a Prometheo vinculis aſtricto, apud Æſchylum: idcirco in Græc. addidi τὸ δεσμώτῃ, quod a Cod. Reg. aberat: ſed fieri quoque poteſt, ut jam ipſo Conſtantini noſtri ævo Æſchyli Prometheus λυόμενος, *Solutus*, deſideraretur; qui tamen a veteribus laudatur, uta Strabone lib. I. & Arriano in Periplo Ponti.

Στράβων δὲ ἐν δεκάτῳ τῶν γεωγραφικῶν) At nihil tale apud hodiernum Strabonem lib. X. legitur; ſed ſic ille lib. VII. Ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου τοῖς τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ἡ τῶν Χερσονησιτῶν πόλις ὑπήκοος μέχρι νῦν ἐστί. *Ex eo tempore ad hunc uſque diem Cherſoneſitarum civitas Boſporianis Dynaſtis, ſeu principibus, dicto fuit audiens*: poſt victoriam nimirum, qua Mithridates Eupatoris Cherſoneſo Boſporoque potitus eſt.

Εὑρίσκομεν μητρόπολιν τὸ Παντικάπαιον) Sic cum Morello ex Strabone & aliis emendamus: perperam quippe in MS. Conſtantini legitur Μαντικαίτων pro Παντικάπαιον.

84. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Φλέγων) Perperam in Editis ſcribitur, ὁ Φλέγων cum articulo. De Phlegonte Tralliano, Hadriani, ut ajunt, liberto, vide ex recentioribus Voſſium, Meurſium, Morellum, &c.

Κότυν τῷ Βοσπόρου βασιλεῖ) Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Cotyn βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου ab Adriano Imperatore diadema & urbes pleraſque accepiſſe narrat.

Εἷς μέν, ὁ Κιμμέριος καλούμενος) Sic ex MS Codice.

Τὸ ἐπίγραμμα) Hoc ipſum Epigramma habetur & apud Heſychium Mileſium in Originibus CP. ac Anthologiæ lib. III. tit. XII. de Mulieribus; necnon etiam apud Codinum in Originibus CP. Emendatum autem ea Heſychio textui inſeruimus; quippe ſic in MS. Conſtantini legitur:

Ἰναχίης βοὸς οὐκ εἰμὶ τύπος, οὐδ᾽ ἀπ᾽ ἐμεῖο
 Βοσπόρου ἀντωπὸν κέκληται πέλαγος.
Κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρης
 Ἐς Φάρον. ἥδε ἐγὼ Κεκροπίς εἰμι νέκυς.
Εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος, ἔπλεον δὲ ὅτ᾽ ἔπλεεν ἐνθάδε
 Τῇ δὲ Φιλιππείων ἀντίπαλος κατέων.
Βοίδιον δὲ καλούμην ἐγὼ. νῦν δὲ Χάρητος
 Εὐνέτις, ὀνήσεις τέρπομαι ἀμφοτέρων.

85. Τὸ Βυζάντιον καλούμενον) Euſtathius, inquit Morellus, in Dionyſii περιηγήσεως v. 140. Τῷ δ᾽ ἐπὶ Θρηικίῳ στόμα Βοσπόρου. huic loco affinia tractat, & commenti lepidi lacunam, quæ lacrymam forte an quibuſdam parceret, expiet, cum ita ſcribit: Ὁ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ λιμὴν ὅπως ὕστερον ἐκλήθη, κατὰ παραγραμματισμόν, ἢ μᾶλλον κατὰ τὸ παρὰ τοῖς ῥήτορσι λεγόμενον παραφθορὰν, Φώσφορον ὄφειλον καλεῖσθαι, ὥς φασιν οἱ παλαιοί. Φιλίππου γὰρ ἐν πολιορκίᾳ διορύξαντος ὑπόνομον κρυπτόν, δι᾽ οὗ ὀρύσσοντες ἔμελλον ἀφανεῖς ἐξαναδύναι τοῦ ὀρύγματος, ἡ Ἑκάτη φωσφόρος οὖσα δᾳδας ἐπιδεῖν ἔφηνε τοῖς πολίταις, καὶ οὕτω τῆς πολιορκίας οὕτω φυγόντες, Φωσφόριον οἱ ἐγχώριοι τὸν τόπον ἐκάλεσαν. Quæ ſic Latine reddo ad explendam verſionem hujus Thematis. *Portus circa Byzantium (nempe Boſphorium) vocatus eſt per alliterationem, aut eam potius figuram, quam dicendi magiſtri Depravationem nominant, cum Phoſphorium quaſi Luciferum appellari debuiſſet, ut veteres ajant. Enimvero cum Philippus in obſidione urbis meatum occultum* pag. 32. *effodiſſet, quo iis qui fodiebant clam e foſſa egredi liceret, Hecate quæ Lucifera ſeu Lucina eſt, faces inde oſtendit civibus: indigenæ vero ſic evitata ſolutaque obſidione, Phoſphorium hunc locum a facibus nuncuparant.* Hæc fere ad verbum translata reperiuntur in ἐπιτομῇ τῶν ἐθνικῶν Stephani Byzantii in Βόσπορος, ubi ſcribendum τοῦ ὀρύγματος ἀναδῦναι, vel ἐξαναδῦναι, ut apud Euſtathium, qui mox illuſtratur ſacula vocolæ φάνηρ, in his Stephani, δᾳδας ἐποίησε φανῆναι τοῖς πολίταις φανῆναι, &c.

ANIMADVERSIONES
IN
CONSTANTINI PORPHYROGENITI
LIBRUM DE ADMINISTRANDO IMPERIO.

87. MEτ' ἀβολίας) Perperam in MSS. ſcribitur μετ' ἀβολίας. Græci quippe recentiores diphthongos & vocales mire confundunt; ex quo ipſis barbaries, literatis vero dubium quomodo diphthongi & vocales pronuntiandæ. Hoc autem ſemel monuiſſe ſufficiat; nam nulla appoſita adnotatione, veluti ſcribæ mendum caſtigamus.

Μεγαλοεπίβουλοι) Ita Codices Regg. corrupte vero in Cod. Palatino μεγαλοπίβουλοι ſcribitur; ſed optime in Notis Meurſius emendat.

Διδασκαλίαν) Sic MS. Reg. Perperam in editis, διδασκαλίας; ſed optime Meurſius caſtigat.

Συνετισθέντα περὶ τὰς βελτίστας βουλὰς, &c.) Perperam in MSS. συνετισθέντι. Hæc Meurſius diverſimode intelligit: *Ecce*, inquit, *expono tibi doctrinam, ut ejus uſu & cognitione peritus, circa ea quæ conſulto optima, & publice utilia ſunt, ne erres.*

Σφαλλόμενος δυνήσεται) Sic MS. Codex. Perperam legitur in Editis σφαλίσαι δυνατοὶ; quod quidem librarii mendum eſſe minime dubito.

88. Γενεαλογίας τε ἐθνῶν) Perperam in Palatino, γενεαλογίας ἢ ἐθνῶν.

Καὶ ταδισμοὺ πρὸς τούτους) Meurſius, ac ſi legeretur τασισμοὺ pro ταδισμοὺ, hæc ita interpretatur, *ſeditioſi motus*. Verum in MSS. Regiis & in Palatino non ſolum hic, verum etiam cap. XLII. circa finem legitur ταδισμοὶ, ubi Meurſius perperam emendat ταξισμοὶ pro ταδισμοὶ; quippe idem Porphyrogenitus lib. I. de Them ubi de Themate ſecundo Armeniaco, ſic habet, ὅτι Μίλιον τοῦ ταδισμοὺς δ' ἄλλους συναμένης ἀναγραψάμενος, ubi Vulcanius ταδισμοὺς interpretatur dimenſionem per ſtadia. Addatur itaque hæc vox Gloſſario Græc. Ducangii.

Καὶ ἀντιτάσσεσθαι) In editis ἀντιτάσσεσθαι corrupte; ſed optime Meurſius in Notis caſtigat.

Ὁ παντοκράτωρ) Perperam in editis, ὁ παντοκράτων.

89. Καὶ συντηρεῖ σε, &c.) Mendoſe in Codice Reg. ſcriptum reperi συντηρήσασι πλείσασι.

Ὡς σκηνὴν) Optime etiam Meurſius, nam σκήνος Cod. Palatinus habet.

90. Πρὸ προσώπου αὐτοῦ πεσοῦνται πολέμιοι) Meurſius perperam hæc ſegregando intelligit πρὸ προσώπου αὐτοῦ. πεσοῦνται, &c. *Cadent hoſtes, & terram lingent inimici ejus*. Ipſa vero conjunctim ſcribo & reddo. *Coram eo procident hoſtes, & inimici ejus terram lingent.*

Πολυχρονίοις φύλλοις) Male editi, πολυχρονίας φύλλοις.

Περὶ τῶν Πατζινακιτῶν, &c.) De Patzinacitis Scythica gente qui etiam Patzinacæ aliis dicuntur, pluribus agit Scriptor noſter capitibus ſequentibus, ubi de eorum regione, vitæ inſtituto, gentibus quæ ipſis conterminæ ſunt multis loquitur. Vide quæ de ipſis habet Ortelius.

Edit. Pariſ. pag. 33.

Διαπερῶντας) Mendoſe in MSS. ſcribitur, διαπερῶντος.

91. Καὶ τοῦ δερμάτων) Perperam in editis habetur, δερματίων.

Καὶ ὑψηλοῦ) Ita & Meurſius legit; nam in MS. καὶ ὑψηλὸν legitur.

Ἀποκρισιαρίου) Id eſt, Legatum; paſſim quidem hac ſignificatione occurrit apud Scriptores mediæ & infimæ Græcitatis ac Latinitatis, vide Ducangii utrumque Gloſſarium; unde Noſtrates Legatum Pocriſiar appellant. Incepit autem hoc nomen & munus Conſtantini magni tempore, ut ſcribit Hincmarus epiſt. XLI. cap. XXXI. Nec ab origine pro quovis legato ſumebatur, ſed qui Eccleſiæ negotia tractabat legatus, Apocriſiarius dicebatur, poſteriori autem ævo pro quovis legato indifferenter uſurpatum eſt.

Ηττα ὄψιδας) Ὄψις multiplici ſignificatione apud Scriptores occurrit, quemadmodum etiam apud eumdem Conſtantinum; hoc ipſomet quippe libro de Adm. Imp. cap. 53. ὄψις pro *vultu* accipitur: καὶ ἴδετε ἀπὸ Χαρίσματος τὰ πάντα αὐτοῦ εἶχε πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν ὄψιν πρὸς τοὺς ἰδίους, ἐγὼ δὲ τὴν ὄψιν μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὰ πάντα πρὸς ἐναντίον. In Tacticis apud Mauricium ὄψις pro *exercitus fronte* uſurpatur. At in præſentiarum ὄψ eſt purum putum latinum, *obſes*: qua notione accipitur etiam c. 7. ejuſdem libri de Adm. Imp. καὶ ἀπαιτοῦσιν ὄψιδας καὶ δουλείας; necnon cap. 8. & 45.

92. Ὅτι γειτονιάζει τὰ τοιοῦτον ἔθνος, &c.) Ex illis quæ in ſequentibus habet Scriptor noſter facile eorum regionis limites dignoſci poſſunt.

Καὶ κουρσεύειν) Id eſt *curſare, prædari, excurſiones facere*. Hac notione ſæpe occurrit apud Theophanem, & alios Scriptores; necnon eumdem Conſtantinum in Tacticis. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Καὶ τὰ λεγόμενα κλίματα) Interpretatus ſum *Regiones* exemplo Edit. Lat. Canonum Eccleſiæ Afric. Can. 107. ἐν τῇ Χαλκηδόνι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ δευτέρου κλίματος. *In Baſilica Regionis ſecundæ*. Cæterum apud eumdem Conſtantinum ſcribitur κλίμα & κλίμα, cum ε. cap. hoc primo; cum ι. cap. 37. & c. 42. ejuſdem libri de Adm. Imp. & ita varie ſcriptum, eadem tamen notione paſſim reperitur apud Auctores.

Καὶ τοῖς Ῥῶς οἱ Πατζινακῖται γείτονες) De Ruſſis & Ruſſia pluribus loquitur infra Scriptor noſter. De Ruſſis autem Symeon Logotheta in Chronico MS. ſic loquitur: *Ῥῶς δὲ οἱ καὶ Δρομῖται, φερώνυμοι, ἀπὸ Ῥῶς τινὸς σφοδροῦ διαδραμόντος ἀποχήματος τῶν χρησαμένων ἐξ ὑποθήκης ἢ θεοκλυδίας τινὸς, ἐξ ὑπερεχόντων αὐτῶν, ἐπικέκληνται. Δρομῖται δὲ ἀπὸ τοῦ ὀξέως τρέχειν αὐτοῖς προσεγένετο. ἐκ γένους δὲ τῶν Φράγγων καθίστανται.*

Πρὸς ἀλλήλους) Hæc ita ex MS. Codice reponimus.

Πραιδεύουσι τὴν Ῥωσίαν) Id eſt, prædantur: hoc verbo utitur Conſtantinus etiam cap. 10. 13. 30. 32. 44. 45. & in Tacticis nonnumquam. Apud alios item Scriptores Byzantinos paſſim occurrit hoc verbum eadem notione.

93. Δυνατοὶ) Ita in MSS. Editi vero habent, δυνατώ.

Καὶ τὸ βέλτιον καταπολεμοῦσιν) Optime Meurſius reſtituit vice καταπολεμοῦσιν.

Μετὰ τῶν πλοίων) Sic ex MS. In editis perperam, μετὰ τῶν πλοίων.

Εἰς τοὺς φραγμοὺς τοῦ ποταμοῦ) Nimirum, *ad loca fluminis prærupta*. Perperam hæc interpretatur Meurſius, *in fluminis munimentis*; quippe in Danubio, Danapri & Danaſtri fluminibus nulla munimenta arte facta, quæ navigationem impediant, reperiuntur; loca vero prærupta, ſeu rupes tranſverſæ, quæ navigiis permeari nequeant, frequentiſſimæ in laudatis fluviis occurrunt. Nomina autem locorum præruptorum, quæ in illis fluminibus reperiuntur, recenſentur a Porphyrogenito paulo infra cap. IX. ubi agit de Ruſſis a Ruſſia Conſtantinopolim in lintribus venientibus.

94. Καὶ διὰ τὸ ἀεὶ φοβεροὶ τοῖς Τούρκοις, &c.) Id eſt, *Ideoque Turcis Patzinacitæ ſemper formidoloſi ſunt, ab iiſque*

Digitized by Google

Edit. Pariſ. pag. 34. *iiſque coercentur*. Diverſimode hæc Meurſius interpretatur.

Οἱ Πατζινακῖται) In MSS. *οἱ δὲ Πατζινακῖται*. At *δὲ* redundare videtur.

Ἐκ τῶ γὰρ πολλάκις ὑπ' αὐτῶν καταπολεμηθῆναι)
96. Perperam in editis *καταπολεμηθῆναι*. Quid [illegible] ſupra expoſuimus.

97. *Καὶ ἕτεροι λαοὶ τῶν τοιούτων Πατζινακιτῶν*, &c.) Vide quid de Patzinaticis ſcribat idem Porphyrogenitus infra cap. XXXVII. Gens autem Patzinacitarum dividitur in XIII. tribus, & eſt magna & populoſa, cui nulla Scythica reſiſtere poteſt, ut ſcribit Cedrenus; qui quandam harum tribuum *Belemarnin*, & aliam *Pagumanin* appellat. In horum vero Patzinacitarum ſive Patzinacarum tractu, inquit Ortelius, hodie Podolia & Moldavia viſitur.

Εἰς τὴν Ῥωσίαν) De Ruſſis ac Ruſſia pluribus infra cap. IX. loquitur idem Scriptor; ubi vide quid obſervemus.

Καὶ Χαζαρίας) De Chazaris & Chazaria vide quid Conſtantinus cap. X. XI. & XII. necnon alibi obiter. Perperam vero in editis ſcribitur *Χαζαρίας*.

Καὶ τὴν Ζιχίαν) Regio ad Pontum Euxinum. Pluribus de Zichia loquitur Porphyrogenitus infra cap. XLII. & Gyllius in Boſporo Thracio. Vide Notas ad hiſtoriam Ducæ pag. 232. Xylander in Notis ad Cedrenum nomen fluminis eſſe ait.

Πλουσιωτέρων ὄντων) Sic MS. Editi, *συμπεθερευμένων*.

Βλαττία) *Blattia* vel *Blatta* eſt idem quod Purpura in L. c. C. Quæ res venund. non poſſ. *Purpuræ, quæ Blatta, vel Oxyblatta, atque hyacinthina dicitur*. Hinc conſtat triplicis coloris fuiſſe Blattam, purpuream nempe, quæ mero Blattæ vocabulo intelligitur, alteram intenſioris & vividioris coloris, quam *Ὀξύβλατταν* nuncupant; vel *Βλάττην ὀξεῖαν* ut Cedrenus in Tiberio: tertiam denique violaceam, ſive hyacinthinam. Fuit olim in pretio *Blatta Neapolitana & Byzantiana*, ut patet ex Anaſtaſio Bibliothec. in Leone III. & in Paſchali. *Blattam* vero Tyriam commendat Sidonius carm. 5.

Pontus Caſtorea, Blattam Tyrus, æra Corinthus.

Recentiores vero Græci, *Βλαττίον*, pro ſerico uſurparunt. Vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. item Ducangii utrumque Gloſſ.

Πράνδεα) *Prandea* & *Brandea*, ſcriptum reperitur. Brandeum multiplici ſignificatione apud Scriptores occurrit; aliquando enim accipitur pro palla ſerica, vel lintea, qua divorum reliquiæ, vel corpora involvi a Chriſtianis ſolebant. Hincmarus in Vita S. Remigii: *Ipſum corpus Sanctiſſimum, ſicut in anteriori tranſlatione, ab Epiſcopis Remorum diœceſeos integrum inventum eſt, & brandeo rubro involutum*. *Prandeum* ſeu *Brandeum* accipitur etiam pro zona, faſcia, cingulo. Apud Iſidorum in Gloſſis, *Prandeum, genus zonarum* fuiſſe dicitur, ubi quidam temere *Brandeum* reponunt, ignorantes quod Prandeum ſcriptum reperiatur apud plures Scriptores Latinos eadem pariter notione qua *Πράνδιον* apud Græcos. Theoph. an. Juſtiniani 31. de Avaribus. *Εἶχον γὰρ τὰς κόμας ὄπισθεν μακρὰς πάνυ δεδεμένας πρανδίοις καὶ πεπλεγμένας*. Conſtantinus *Prandea* eadem ſignificatione hic accipit, ſcilicet pro zona, faſcia ſeu cingulo. Vide Ducangii utrumque Gloſſ. necnon Notas ad Theophanem, pag. 397. E. R.

Χειρίζια) Ita MSS. omnes. At Meurſius in Notis emendat, *χειρίδια* ut ſint *armillæ*. Verum Zoſimus Panopolita MS de rotundandis margaritis, docet eſſe *pannum variorem*: *ἔστι δὲ τὸ* [illegible] *χειρίζια*.

Σίγματα) *Σίγματα* eſſe purum putum Latinum *Segmentum* ſcribit Meurſius in Notis, nec diſſentio; ſed quid hic Segmentum ſignificet non aperit. Segmentum ſiquidem multiplici apud Latinos ſignificatione gaudet. Ovidius de arte amandi tertio:

Quid de veſte loquar? nec enim ſegmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Hoc quidem loco ſegmenta & purpuream veſtem eodem ſenſu Ovidius uſurpat, quo Græci auctores *χρυσὸν καὶ πορφύραν* mulieres in luctu depoſuiſſe ſcribunt. Ita etiam accipiendus Juvenalis lib. 1. Sat. II. de veſte Gracchi: pag. 35.

Segmenta & longos habitus & flammea ſumit.

Quibus verbis muliebrem veſtem deſignavit, quam Gracchus induerat, & quæ ſegmentis ad guttur ornata fuit, hoc eſt, aureis faſciis. *Segmentum* vero apud Valerium Maximum eſt ornamentum colli quod monile vocatur lib. 5. c. 2. in Coriolani mentione; *Veturia mater & Volumnia uxor nefarium opus ſ aequis precibus ſuis paſſæ non ſunt. In quarum honorem Senatus matronarum ordinem benigniſſimis decretis adornavit. Sanxit namque, &c. Permiſit quoque his purpurea veſte & aureis uti ſegmentis*. Eadem notione uſurpavit Servius: *colloque monile: ornamentum gutturis, quod & ſegmentum dicunt*. Idem habet Iſidorus. Et hac etiam ſignificatione ſegmenta in præſentiarum accipiendum eſſe puto: hiſce quoque temporibus illarum regionum fœminæ collum pluribus monilibus exornant, digitos annulis complent. Cæterum recentiores Græci *ſegmenta, σίγματα*, ut *pigmenta πίγματα*, dixerunt.

Δερμάτια ἀληθινὰ) Corrupte ſcribitur in MSS. *ἀληθινά*. Cæterum *ἀληθινὸς*, *Purpureus* Græcis; nonnunquam tamen apud Scriptores Latinos eamdem vocem uſurpatam reperio eadem notione. Anaſtaſius Biblioth. in S. Zacharia. *Simulque & vela ſerica alithina quatuor*. Occurrit paſſim apud eumdem Scriptorem. Alii vero Auctores chlamydes purpureas *veri luminis* vocant. Sicuti enim Græci *ἀληθινὸν χρῶμα* dixere pro purpureo vel coccineo, ita *κατ' ἐξοχὴν* Latinis verus color eſt purpureus. Ideirco *δερμάτια ἀληθινὰ παρδίων* pelles Pardorum purpureas, interpretati ſumus. Vide Salmaſii Notas in Trebellium Pollionem, & Ducangii utramque Gloſſ.

Πλεῖον συμφωνεῖν, ὃ πεζῇ) Perperam ſcriptum reperi in Codd. Regiis, *πλεῖον συμφωνῶν, ὃ πεζῇ*.

Περὶ τῶν ἀποστελλομένων) Codd. Regii, *περὶ τῶν ἀπὸ*
Χερσῶνος ἀποστελλομένων βασιλικῶν ἐν Πατζινακίᾳ. 98.

Βασιλικοὶ) *Βασιλικοὶ* id eſt *Cæſarianus*, ſic interpretatus ſum exemplo Cujacii, qui ad Nov. 8. Juſtiniani *Cæſarianum* interpretatur, ſive *officialem Cæſaris*. Divus vero Hieronymus in illo Joannis 4. v. 46. *ἦν τις βασιλικὸς*, Interpretatur. *Erat quidam Palatinus*. Ducangius, *Βασιλικοὶ*, inquit, iidem qui *Μανδάτορες*, *qui* ſcilicet, *Imperatoris mandata perferebant*. Vide ejuſdem Gloſſ. med. Græc. v. *Βασιλικοὶ*, necnon med. Lat. v. *Baſilicus*.

Καὶ διασώστας) Id eſt, *Duces viæ*: ita & Meurſius interpretatur. Sæpiſſime hac voce utuntur eadem notione Græci recentiores. Vide Suicerum in *Διασώζω*, necnon Ducangii utrumque Gloſſ. v. Diaſoſtes & conducere, &c.

Ξενίαν) *Ξενίαν* hic & cap. 43. ejuſdem libri, idem ſignificat, quod apud veteres Græcos, *ξένιον*. Cæterum perperam in MSS. ſcribitur *ἐνδύμεναι* pro *ἐνδύονται*.

Μετὰ χελανδίων) *Χελάνδιον*, Navigii ſpecies, cujus frequens mentio occurrit apud Byzantinos Scriptores, necnon apud eumdem Conſtantinum cap. 29. 41. & 51. ejuſdem lib. de Adm. Imp. Vide Ducangii Gloſſ. med. Lat. v. Chelandium. 99.

Καὶ Δανάπρεως, καὶ Δάναστρις) Non ſolum Porphyrogenito, verum etiam Cedreno pag. 464. E. R. Danaper & Danaſter duo ſunt flumina diverſa; & quidem Danaſter fluvius idem qui Boryſthenes, Sarmatiæ Europæ fluvius, qui etiam a Jornande Danaſter appellatur; unde Danaprum & Danaſtrum pro eodem flumine Geographi paſſim uſurpant. Sed num Danaſter idem qui Marcellino Danaſtus fluvius diverſus a Boryſthene, quem idem Scriptor inter Danubium & Boryſthenem ponit? Martinus Cromerius autem de rebus Polo-

Digitized by Google

Edit. Pariſ. pag. 36. norum pag. 8. ſic habet *Danaſter vero, qui Jornandi Boriſthenes eſt, ut fallor, alibi vera Tyras, qui e Sarmaticis montibus profluens, etiamnum Neſter ſive Dneſter ab accolis dicitur, & ipſe in Sarmatia eſt.* & pag. 111. *Ac ſi quidem Danaſter Boriſthenes eſt, ut Jornandes velle videtur, & nos ante diximus (quem nos Neprum ſeu Dneprum vocamus) Valachi ac Podolii nunc ea loca tenent: ſin Neſter ſive Deneſter, ut etiam nunc ab accolis Ruſſis & Moldavis appellatur, qui veteribus Græcis & Latinis Tyras eſt, ſoli Valachi ab eo ad Pontum ac Danubium extenduntur.*

100. Διὰ ἀνθρώπου αὐτοῦ) Ἄνθρωπος hic pro *famulo* accipitur, ut apud Codinum de Offic. aulæ Conſtantinop. cap. 7. n. 15. & apud Joannem Glycam de Vanitate vitæ.

Κατὰ τὸ ζάκανα) Vox Illyrica corrupte ſcripta, uti paſſim apud Græcos recentiores voces occurrunt alienigenæ corruptæ; Zakon quippe in ſingulari numero, ſeu ut Noſtrates ſcribunt Sakun vel Sacon *legem* ſignificat tam ſcriptam, quam non ſcriptam, hoc eſt *legem & conſuetudinem*; & in plurali Zakona ſeu Sakona *leges & conſuetudines*. Eadem voce utitur etiam cap. 38. ejuſdem libri: ἐν τῷ ἄρχοντα, κατὰ τὸ τῶν Χαζάρων ἔθος & ζάκανον, ποιοῦσιν, ἀναβάσαντες αὐτὸν εἰς σκουτάριον. ubi perperam in editis legitur ἔθνος pro ἔθος. Corrige Ducangii Gloſſ. Med. Græc. v. Ζάκανον.

102. Καὶ κακὰ παιδία εἰσί) Interpretatus ſum, *& admodum pugnaces ſunt*; Meurſius ad verbum, *& mali pueri ſunt*. Sed perperam idem Meurſius in Notis ad hunc Porphyrogeniti locum laudat Epimenidis verſum, qui habetur apud D. Paulum, ſic:

> Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ παιδία, γαστέρες ἀργαί.

Nam ibi non κακὰ παιδία, ſed κακὰ θηρία legitur.

Καλλοκαιρίζουσι) Καλλοκαιρίζειν ſignificat *æſtatem tranſigere*: καλοκαίριον quippe apud eumdem cap. 19. de Adm. Imp. eſt *æſtas*: ἔχει καὶ τὸ τοιοῦτον καιρὸν κυνήγιον αὐτοῦ ὀρνίθων, διὰ τὸ μόνῳ καλοκαιρίῳ ἐλθεῖν τὸν ἥλιον διὰ τὸ μεσουρανεῖν, τῷ δὲ χειμῶνι οὐδαμῶς. Vide Meurſii Gloſſ. Med. Græc. necnon Ducangii.

Μετὰ τῶν μονοξύλων) Μονόξυλα ſunt lintres minores ex unico ligno confectæ. Vegetius lib. 3. cap. 7. *Scaphas de ſingulis trabibus excavatas appellat.* Unde a Latinis *Trabariæ* dictæ, *quæ ex ſingulis trabibus cavantur*, ut eſt apud Iſidorum lib. 19. Orig. cap. 1. Hæ propriæ erant Scytharum, Bulgarorum, Ruſſorum, cæterorumque ad Septemtrionem populorum, quibus Iſtrum & majora flumina trajiciebant. Claudianus in 4. Conſul Honorii:

> *Auſi Danubium quondam tranſnare Gruthungi,*
> *In lintres fregere nemus, cum mille ruebant*
> *Per fluvium plenæ cuneis immanibus alni.*

His quoque temporibus lintribus illarum regionum populi utuntur, quas patria lingua *Goltze* vocant, ut etiam & noſtrates. Ejuſmodi μονοξύλων frequens mentio occurrit apud Scriptores Byzantinos, nec non in Tacticis Leonis & Conſtantini Imperatoris. Vide Ducangii Gloſſ. med. Lat. in Lintex, ac med. Græc. v. μονόξυλα.

Ἀπὸ τοῦ Νεμογαρδᾶς) Puto hic pro Nemogardu legendum Novogardia, quæ & Novogorod appellatur.

Σφενδοσθλάβου) Wenceslaum ita efferunt Græci Scriptores. Sphendoſthlabi hujus Ruſſorum principis mentio occurrit apud Cedrenum pag. 660. 674. 675. 677. 682. & 683. E. R. necnon apud Zonaram pag. 115. E. R.

Εἰσὶ δὲ & ἀπὸ τὸ κάστρον, &c.) Sic etiam in MS. pro ἀπὸ τοῦ κάστρου τ, &c.

Καὶ Τζερνιγώγαν) Czernichous oppidum in finibus Ruſſiæ & Lithuaniæ celebre; quæ quidem ab incolis Czernichow nuncupatur.

Ἐπὶ τὸ κάστρον τὸ Κιοάβα) Et paulo infra hanc ipſam urbem Κιάβα & Κιάβος vel Κιαβον appellat; quæ quidem aliis Κυάβα dicitur, nimirum Kiowia, Ruſſiæ olim Metropolis, ad Boryſthenem, cujus amplitudo pluribus deſcribitur ac prædicatur a Ditmaro lib. 7. extremo, Adamo Bremenſi cap. 66. Mathia Michovienſi lib. 2. cap. 18. Alex. Gagoino & aliis. Cæterum legendum εἰς τὸ κάστρον, ut in MS. pag. 37.

103. Οἱ πακτιῶται αὐτῶν) Meurſius πακτιῶται *fœderati* interpretatur; Ducangius *tributarii*. Sic iſthic Porphyrogenitus; καὶ λοιπαὶ Σκλαβίαι, οἵτινές εἰσι πακτιῶται τῶν Ῥῶς.

Τὸ καιροῦ ἀνοιγομένου, ἡνίκα διαλυθῇ ὁ παγετὸς) Sic MS. Veteribus autem hieme maria claudebantur, vere aperiebantur. Theodoretus de provident. Serm. 1. τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος λήγοντος, καὶ τοῦ ἔαρος ὑπολάμποντος, αὐτίκα πλωτὰ τῶν ἀνθρώπων αἱ περὶ τὴν ἐργασίαν πόνοι, ὁδοιπορίαι, τε & ἐνδημίαι, καὶ ἀπὸ λιμένων ἀναγωγαί, & θάλαττα ὁρμισμένη, καὶ τῆς χειμερινῆς ἀπαλλαγεῖσα τραχύτητος, &c. Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium: *Tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad Eccleſias ſuas Epiſcopis, & ipſa vota cum eis ac deſideria navigavit.* Claudebantur vero maria apud Græcos quidem ſub occaſum Pleiadum. Heſiodus lib. 11.

> Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρεῖ,
> Εὖτ' ἂν πληϊάδες σθένος ὄβριμον Ὠρίωνος
> Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
> Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θυίουσιν ἀῆται,
> Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

Et quæ ſequuntur. Dicebaturque nautis id tempus πανδυσία. Proclus ad illum locum: & οἱ γε ναυτικοὶ πανδυσίαν καλοῦσι τοῦτον τὸν καιρόν. Aperiebanturque Bacchanalibus. Patet ex Theophraſto in Charactere ἀδολεσχίας, & τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι. Et tunc Dianæ ſacerdotes rudem carinam deæ dedicabant, & commeatus primitias libabant. Apulejus Mileſ. XI. ex perſona Dianæ: *Diem, qui dies ex iſta nocte naſcetur, æterna mihi nuncupavit religio: quo ſedatis hibernis tempeſtatibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus, navigabili jam pelago, rudem dedicantes carinam primitias commeatus libant mei ſacerdotes.* Apud Romanos claudebantur III. Id. Novembr. & aperiebantur VI. Id. Mart. Vegetius de rem milit lib. IV. cap. XXXIX. *Ex die igitur III. Id Novemb. uſque in diem VI. Id. Mart. maria clauduntur.* Et dies aperiendi itidem feſtus erat, ſolennique certamine, & publico ſpectaculo celebrari ſolebat, ut diſcimus ex eodem Vegetio ibidem. Iſthæc Meurſius in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum.

Εἰσέρχονται & ἀνέρχονται εἰς τὸ Κιόβα) Sic MS Editi vero, εἰσέρχονται εἰς τὸ Κιόβα. Paulo ſuperius hanc ipſam urbem Κιάβα appellat idem Conſtantinus, uti monuimus.

Καὶ πίλας) Πίλα inter inſtrumenta navalia hic recenſetur. Videntur intelligi *Palæ*, inquit Ducangius, quibus undæ ex navigiis ſubinde ejiciuntur, nos etiamnum *Palas* dicimus.

Καὶ σκαρμοὺς) Σκαρμὸς & σκαλμὸς Græcis recentioribus *Scalmus*, lignum quo alligatur remus. Noſtrates lingua patria etiamnum illud lignum *Scaram* appellant.

Διὰ τοῦ ποταμοῦ Δανάπρεως) Sic ex MS. Codice.

104. Ἐσσουπῆ) Hanc vocem Ruſſorum Sclavorumque lingua inquit Conſtantinus ſignificare, *non dormire* unde pro ἐσσουπῆ ſcribendum eſſe puto Νεσουπῆ, *Neſſupi*, vel *Neſupi* quæ vox noſtratibus ſignificat *non dormitare*. Cæterum perperam legitur in Editis, & ἐμπλωθέντες pro ἐμπλωθῶσι, & paulo infra Σκλαβινικῇ pro Σκλαβινικῇ.

Ὅσον τὸ πλάτος τοῦ Τζυκανιστηρίου) De Tzycaniſterio pluribus ſupra in Commentariis noſtris ad Antiquitates Conſtantinop.

Ἀλλὰ πλησίον σκαλώσαντες) Σκαλώνειν *Enſcendere & Appellere* ſignificat, inquit Meurſius, & ex eo Ducang. Hac voce utitur etiam paulo infra Conſtan. eadem notione. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii.

Οἱ μὲν πλώρην) Πλώρη pro πρώρα, *prora*; Græ-

ci enim recentiores ρ & λ inter ſe confundere ſolent.

Edit. Pariſ. pag. 38. Μετὰ κουταρίων κουτοβουλήμενοι) Meurſius ait ſcribendum κουτοβουλεύμενοι, vel certe κουτάλισμενοι. Nam κουτώνω, eſt, propter incedere, appropinquare. Gloſſæ Græco-barbaræ: ἐπλησίον βαίνω. ὅπου ἔρχεται. ὅπου κοντεύω. Iterum alibi, παραθαλάσσιος, ὅπου κοντεύει τῆς θαλάσσης. Occurrit illic pluries.

105. Οστροβουνίπραχ, &c.) Oſtrobuniprag dicitur noſtratibus *acutum collis limen*; nec dubito quin ita ſit ſcribendum, quippe Græci exteras voces paſſim corruptas ac depravatas proferunt.

· Ο ἐμμλανοῦντες) Legendum ut in MS. ὁ ἐμπλανοῦντες.

Σχελαίνουσι ἄνωθεν) Σχελαίνειν quid ſignificet paulo ſuperius monuimus.

Φυλάττουσι τὴν βίγλαν) Βίγλα; *Vigilia, Excubiæ*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

106. Αγρύπνως φυλάττουσι) Sic MS. Perperam in Editis legitur, ἀγρύπνοι φυλάττουσι.

Τὰ ψυχάρια μετὰ τῶν ἀλύσεων) Ψυχάριον Græcis recentioribus *Mancipium* ſignificat. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii.

Πετζιμέντα) Πετζιμέντον e Latino eſt, *impedimentum*, vox alibi nuſquam neque Meurſio neque Ducangio, ut ipſi fatentur, lecta.

Βιρούτζη) Sic MS. Editi vero habent, Βερούτζη.

Βράσμα νερὸ) Νερὸν, *Aqua*. Vide Meurſium & Ducangium.

107. Καὶ διαβαίνοντας) Sic cum Meurſio emendamus. In MSS. legitur, καὶ διαβαίνοντες.

Ωσὰν τὸ Ἱπποδρομίου) Vide quid de Hippodromo Conſtantinopolitano monuimus lib. III. Commentariorum in Antiquitates CP. ubi ejuſdem Hippodromi figuram exhibemus.

Εως ὅτε παρακύπτουσιν οἱ ὀφθαλμοί) Nimirum, *quantum oculi perſpicere poſſunt*. In Editis & in MSS. legitur φίλοι pro ὀφθαλμοί, ſed non dubito quin hæc vox depravata fuerit a librariis. Meurſius φίλοι legit, & ſic interpretatur: *Altitudine vero, ab inferiori parte ad illum locum, ubi deſpiciunt amici, quantum ſagittæ jactus pertingere poſſit*. Cæterum σαγίττα vox Latina, qua paſſim Græci recentiores utuntur.

108. Ρίπτουσι δὲ καὶ σουρφίον) Σουρφίον, *Sors*. Portius: Σουρφία, *Sors*, κλῆρος. Σουρφεία, habet Uiaceus. Sic Ducangius.

Εἴτε καὶ φαγεῖν) In MS. εἴτε σφάξουσιν αὐτούς, εἴτε καὶ φαγεῖν, εἴτε καὶ ζῶντας ἐάσουσιν αὐτούς.

Ανὰ δὲ τοῦ ποιεῖν τοῦτο Πατζινακίτας οἱ Ῥῶς ὁ φοβοῦνται) Sic MS. Editi vero habent omnino contraria; ἀπὸ δὲ τοῦ ποιεῖν τοῦτο Πατζινακίτας οἱ Ῥῶς φοβοῦνται.

Εν ᾗ ἐστὶ καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου Αἰθερίου) Sic paulo infra; at hic perperam habetur tum in Editis, cum in MSS. Εθερίου pro Αἰθερίου

109. Καιρὸς ἐπιτήδειος) Sic cum Meurſio emendamus. Perperam legitur in MSS. παρὸς ἐπιτήδειος: quod ſcribæ mendum eſſe nemo non videt.

Ασπρον) Ασπρον Græcis recentioribus *Album*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Παρακλάδιον) Nihil aliud eſt παρακλάδιον, inquit Meurſius, quam quod *Divergium* dixit Siculus Flaccus de condit. agror. & Auctores De Limit. Ducangius vero inquit, εἰς τὸ τοῦ Δανούβιου ποταμοῦ παρακλάδιον, id eſt; *ubi Danubius in ramos funditur*.

Εἰς Κωνσταντίας) Vide quæ de Conſtantia monuimus lib. I. Commentariorum in Antiquitates Conſtantinop.

Εἰς τὰ τῆς Μεσημβρίας μέρη) Meurſius, *ad partes meridionales*, interpretatur.

110. Από τὸν Κίαβον καὶ ἀνέρχονται) Sic paſſim Græci recentiores pro ἀπὸ τοῦ Κιάβου. Perperam legitur in Editis ἀπὸ τοῦ Κιάβου ποταμοῦ; quippe vox ποταμοῦ deſideratur in MS. unde puto, eandem urbem, quam ſuperius Scriptor noſter Κιοάβα & Κιάβα appellavit, hic Κίαβον nuncupare; quod quidem manifeſto ex contextu liquet; nam etiam paulo infra Κίαβον habet, neque ſermo eſt de flumine, ſed de urbe Kiowia; de qua vide quid ſupra adnotavimus.

Εἰς τὰ πολύδια) Sic in MS. At Meurſius πολύδρομα legendum monet. Πολύδρομα legitur in Gloſſ. Græc. Latin. Phavorinus: πολύχρονα, πολύδρομα, πόλεις. pag. 39.

Ρωμανίαν) Perperam legitur in Editis Ῥωμαίων pro Ῥωμανίαν. Romania apud Scriptores Græcos recentiores nonnunquam pro *Imperio Orientali* & interdum pro *Provinciis Aſiaticis* accipitur. Vide Ducangii utrumque Gloſſarium.

Οτι οἱ Οὖζοι) Vide quæ de Uzia & Uzis habet Porphyrogenitus infra cap. XXXVII. & cap. XLII. Sunt autem Uzi ſeu Uſi, Scythici populi & Hunnici, Patzinacis & generis præſtantia & multitudine haud inferiores. *Huſi* Raimondo *de Agiles* & Tudebodo lib. 2. dicti. De his agunt Zonaras in Conſt. Duca & Romano Diog. Scylitzes in Monomacho, aliique hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores.

Τῇ Αλανίᾳ παράκεινται) De Alania & Chazaria pluribus Scriptor noſter infra cap. XXXVII. & cap. XLII. 111.

Καὶ δαίνονται) Sic MS. Codex. Perperam legitur in Editis, καὶ δαίνονται.

Ταῦτα φουσσᾶτα) Quid φουσσᾶτα ſupra monuimus.

Μετὰ φουσσάτου) Φουσσᾶτον *exercitus*; qua ſignificatione paſſim occurrit apud Scriptores Byzantinos, necnon apud Tacticos. Latini quoque recentiores *foſſatum* pro *exercitu* dixere. 112.

Η Φραγγία, &c.) De Francia, Moravia & Chrobatis pluribus infra agit idem Conſtantinus; de Sphendopluco autem Moraviæ principe cap. XLI. ubi vide quæ adnotamus. De hac Francia vide quæ obſervat Ducangius in Notis ad Chronicon Paſchale pag. 548. E. R. 113.

Η στεμμάτων) Στέμμα hic pro *corona* ſumitur; ſeu ut verius dicam pro *Camelaucio* illo Conſtantinianeo, quo Imperatores Conſtantinopolitani caput redimiti cernuntur, tum in eorum numiſmatibus, tum in eorum figuris. 115.

Α παρ' ἡμῶν καμελαύκια λέγονται) Ita ex contextu reſtituimus: in MSS. corrupte legitur: ἅπερ ὑμεῖς καμελαύκια λέγεται; in editis vero habetur λέγετε. Ex contextu, inquam, ita emendavimus, paulo ſuperius quippe habet, καὶ τὰ στέμματα ἃ παρ' ἡμῶν καμελαύκια ὀνομάζονται. Ubi perperam ſcribit Meurſius παρ' ὑμῶν pro παρ' ἡμῶν. Nam quamplurimi populi ex illis gentibus Borealibus ac Scythicis, de quibus loquitur Porphyrogenitus laudato loco, Illyrica lingua utebantur, nec alia ab illa, qua noſtrates; & qua quidem Europæ haud minima pars nunc utitur. Igitur καμελαύκιον cum non ſit vox Illyrica, ut liquet ex Suida: Καμελαύκιον, inquit ille, Ῥωμαίων ἡ λέξις, ῥηθείη δ' ἂν ἐξ Ἑλλήνων, παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν, Καμηλαύκιον. Eadem habet Lexicon Cyrilli & Gloſſæ Baſilic. non videtur quidem ſcribendum παρ' ὑμῶν, ſed utrobique παρ' ἡμῶν. Quid autem ſit camelaucium paulo ſuperius monuimus.

Αλλ' ὅτε δημοτελεῖς, &c.) Vide Codinum de Offic. aulæ Conſtantinop. 116.

Αποθεν τῆς ἁγίας τραπέζης) De ſacra menſa ædis Sophianæ pluribus lib. IV. Commentariorum in Antiquitates CP.

Τὰ δὲ λοιπὰ ἱμάτια καὶ σαγία) Sic in MS. perperam in Editis, τὰ δὲ λοιπὰ ἱμάτια σαγία, &c. Σαγίον, σάγο & σάγος vox Latina, *Sagum*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Τὸ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ) Coronam autem hanc Imperatoris lapillis ornatam depoſitam fuiſſe in Æde Sophiana, alii volunt, ab Heraclio, alii a Mauricio; alii denique ab ipſo Conſtantino Magno, ut hic videtur innuere Scriptor noſter.

Αναθεματίζοντας, &c.) Perperam in Editis habetur, ἀναθεματίζεσθαι, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρύττεσθαι. 117.

Καουκνάκιον ἐπιρρίψει τὸ ξύλον.) Sic in MS. Codice, niſi quod pro καυκνάκιον ſcribitur καυκὶ νάκιον. At ſcribendum καυκνάκιον docemur ex Vita Sancti Stephani Junioris edita a doctiſſimo D. Bernardo de Montfaucon noſtro, pag. 515. καυκνάκιον πα- 118.

φάδω τὸ ζῆν ἀναλαβεῖν. & pag. 529. κακωνιζων τὸ ζῆν ἀπέῤῥηξεν εἰς ἀτελεύτητον παραπεμφθεῖσα κόλασιν. Perperam autem in Editis legitur, κακῶς κακῶς ἀπεῤῥήξατο ζῶν. Meurſius legendum ait, κακῶς κακοῖς ἀπεῤῥήξατο ζωήν. Quæ vero hic narrat Por-

Edit. Pariſ. pag. 40. phyrogenitus de morte Leonis Chazari, ſatis conveniunt cum iis, quæ de eo habent reliqui Scriptores Byzantini. Verum fallitur Scriptor noſter, dum hujus uxorem a Chazaria fuiſſe paulo ſuperius dixit, uti infra oſtendemus, ubi Scriptor noſter eadem tradit.

Διὰ τῶν σιφώνων) De ejuſmodi ſiphonibus, qui ignem Græcum ejaculabantur, pluribus agit Ducangius in Notis ad Villharduinum, & ad Joinvillam, necnon in Gloſſ. Græc.

Ἀρχὴν Καλλινίκου) Idem Porphyrogenitus infra cap. XLVIII. ait, ignem Græcum ejuſque uſum primum Callinicum quemdam illo adveniſſe Conſtantinopolitanos docuiſſe, temporibus Conſtantini Pogonati. Et Theophanes ad annum IV. ejuſdem Auguſti ſic de igne Græco loquitur: Ὁ δὲ προλεχθεὶς Κωνσταντῖνος ὁ ἐπιγνοὺς τῶν θεομάχων κατὰ ΚΠ. ἐγχείρησιν, κατεσκεύασε καὶ αὐτὸς διήρεις εὐμεγέθεις κακκαβοπυρφόρους καὶ δρόμωνας σιφωνοφόρους· καὶ τούτους προσορμίσας ἐκέλευσεν ἐν τῷ Προκλιανησίῳ τῶν Καισαρίου λιμένι. *Memoratus autem Conſtantinus comperto Dei adverſariorum in CP. propoſito, biremes etiam cacabos Porphyreticos igne oppletos ferentes, & dromones ſiphonibus eundem ignem ſpirantes, ad Proclianiſium Cæſarii portum in hoſtes impreſſionem facturos præparari juſſit.* Vide quid de igne Græco habet Nicetas in Iſaacio Angelo lib. I.

120. Τὸν τοιοῦτο ἐγχειρισμῶν τὰ ποιεῖν) Sic in MSS. In Editis legitur τὸν τοιοῦτον. At Meurſius pro τὸν τοιοῦτον legendum ait, τὸν τοιοῦτο ἐγχειρισμῶν τι, &c.

Καὶ ἐκτίσῃ τῷ χαλεπῷ, &c.) Sic in MS. Reg. ne fortaſſis legendum, καὶ ἐκπίστῳ καὶ χαλεπῷ, nimirum *atrociſſima ac dira morte*. In MS. Pal. legitur, καὶ ἐκτεν τῷ χαλεπῷ, &c. Meurſius emendat, καὶ ἀθλίῳ τῷ χαλεπῷ, quam lectionem in verſione ſequimur.

121. Χρὴ οὖν τοιούτοις ῥήμασι, &c.) Sic cum Meurſio lego. Perperam in MS. habetur, χρήσεις τοιούτοις ῥήμασιν, &c. Et paulo infra perperam in Editis legitur λέγοντι pro λέγοντα; ſed optime Meurſius emendat.

122. Ὅτι δὲ αὐτοῖς τὴν γένεσιν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἔχει μερῶν) At diſſentiunt alii Hiſtorici; & quidem idem Porphyrogenitus ſecum ipſe pugnare videtur; quippe lib. II. de Them. cap. IX. Conſtantinum in urbe Naiſſo Daciæ natum fuiſſe ſcribit. Jul. Firmicus lib. I. Math. cap. X. eum ortum fuiſſe ait Traſi. Nicephorus Calliſti Drepani Bithyniæ urbe ad Nicomedienſem Sinum, quam poſtmodum urbem Helenopolim de matris nomine appellavit, ut tradunt Scriptor Chronici Alexandrini & Theophanes. Alii denique Conſtantinum in Britannia natum fuiſſe volunt hoc præſertim fulti argumento, quod Auctor Panegyrici Maximiano & Conſtantino dicti, hæc de Conſtantino dicat: *Liberavit ille Britannias ſervitute, tu etiam nobiles illic oriendo feciſti.* At quod ait alibi Eumenius: *O fortunata & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti!* certe de Cæſaris dignitate Conſtantino, dum in Britannia moraretur, collata probabilius intelligendum.

123. Καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα ἐδέξατο) Fallitur Porphyrogenitus, uti paulo ſuperius monuimus, dum Leoni Chazaro, Chazaria oriundam uxorem adſcribit; quippe hic Chazarus cognominatus fuit propter maternam originem; Irene enim prima Copronymi uxor, Chazarorum Chagani filia fuit, quæ Chriſtiana facta, Catholicam fidem, quoad vixit, incolumem ſervavit. Leo autem Copronymi filius Irenem Athenis oriundam in matrimonium duxit; quæ quidem poſt conjugis exceſſum, cum filio Conſtantino impubere imperium per annos decem adminiſtravit; qui ſuæ ætatis factus, matrem in ordinem redegit: at illa comprehenſo filio, oculiſque privato, totam rurſus imperii auctoritatem in ſe tranſtulit; tandem a Nicephoro Generali comprehenſa, imperio eſt exuta, & in inſulam Proten deinde in Leſbon deportata, ubi haud multo poſt fato functa eſt.

Καὶ ἑαυτῷ προσεποιήσατο) Sic MS. In Editis legitur, καὶ ἑαυτῷ προσεποιήσατο.

Ἀπέστειλεν αὐτὸ λογιζόμενος) Sic emendamus. Per- pag. 41.
peram in Editis & in MS. legitur αὐτῷ pro αὐτό: 124.
& paulo infra ἐγκεῖται pro ἐκκεῖται.

Τῷ κυρίῳ Πέτρῳ τῷ Βουλγάρῳ) Petrus Bulgariæ Rex, Symeonis filius pace cum Romanis compoſita, Conſtantinopolim venit, & a Romano Lacapeno perhonorifice exceptus, Mariam ex Chriſtophoro Cæſaris filio neptem uxorem duxit.

Στοιχεῖν) Sic emendo. In Editis & in MS. le- 125.
gitur, εὐχεῖν.

Ἀλλὰ τρίτου καὶ ἐσχάτου, &c.) Sic a principio imperii tertio loco Chriſtophorus nominabatur; at ubi Chriſtophorus, Stephanus & Conſtantinus Romani Lacapeni filii Auguſtali dignitate donati fuerunt, eo proceſſit hominis impudentia, ut filium Chriſtophorum Conſtantino in conſeſſibus & acclamationibus publicis præponi voluerit, ut patet ex Luithp. lib. 3. cap. 9. Scyl. pag. 626. Nov. Romani Senior.

Περιγίνεσθαι τίθησι) Sic in MS. In Editis legi- 127.
tur, περιγίνεσθαι τίθησι. Meurſius legendum ait, περιγίνεσθαι ποιῆσαι.

Φιλεῖ ἀνεργάζεσθαι) Sic in MS. In Editis legitur, φιλεῖν ἀνεργάζεται. Meurſius ſcribendum ait, φιλεῖ ἀνεργάζεται.

Ἐπελθὸν αὐτῷ τέλος) Quippe Romani in Porphyrogenitum perfidiam vindicavit Deus per ipſummet Stephani filii impietatem, qui patrem imperio dejectum, & in Monachum detonſum, in Monaſterium Protes inſulæ ablegavit, ubi reliquum vitæ exegit Romanus, licet non omni abdicata recuperandæ poteſtatis ſpe, ut ſcribit Leo Grammaticus.

Χρεῶν δὲ) Sic in MS. perperam legitur in Editis, χρεὼν δὲ. Sed optime Meurſius emendat.

Καὶ ἰδίοις καὶ ξένοις) Ita legitur in Codice MS. 128.

Καὶ τελευταῖ) Occurrit etiam cap. I. hæc vox, ubi vide quæ adnotavimus. Meurſius hic legendum ait τελευτᾷ pro τελευταῖ.

Δυσφημοῦνται) Sic cum Meurſio emendamus. In Editis legitur, δυσφημοῦνται; in MS. vero, δυσφημοῦνται.

Ζήνωνι γὰρ ὁ τοῦ Ἰσμαήλ, &c.) Qui Porphyrogenito Ζήνωνι dicitur, Theophani, Anaſtaſio, Cedreno, Landulpho Sagaci, & Anonymo in Saracenis Νίζαρος, ſive Νίζαρος vocatur. Quæ vero hic habet Scriptor noſter de Mahometis genealogia, fere omnia ad verbum, ut ajunt, ex Theophane exſcripſit; unde iſthæc conferenda iis, quæ de Mahomete habet idem Theophanes ad annum XXI. imperii Heraclii Auguſti; comparandus inſuper Scriptori noſtro Abraham Ecchellenſis.

Πατὴρ αὐτῶν ἀναγορευθέντα.) Theophanes, πατὴρ πάντων αὐτῶν ἀναγορευθέντων; ſed perperam legitur in Cedreno, περὶ πάντων αὐτῶν ἀναγορευόντων. Nec dubito quin ſcriba indoctus pro πὴρ fecerit περὶ, uti optime monuit & Meurſius.

Μουνδάρος καὶ Ραβίας) Ita habet & Anaſtaſius 129.
Bibliothecarius: *Hic gignit filios duos, Mundarum ſcilicet, & Rhabiam.* Sed qui Scriptori noſtro, Theophani & aliis hiſtoricis dicitur *Mundarus*, Cedreno appellatur *Mudarus*, Landulpho Sagaci *Muhdar*; & fortaſſis idem qui apud Abrahamum Ecchellenſem *Maſſarus* nuncupatur. Qui autem Porphyrogenito, Anaſtaſio & Cedreno *Rhabia* dicitur, *Arabia* appellatur a Theophane Anonymo in Saracenicis, & Cyrillo in Epitome Chronica; apud vero Abrahamum Ecchellenſem *Rabiba* vocatur.

Κίσουρος καὶ Καίσων) Theophanes pro Κίσουρος habet Κουρασων; Landulphus vero Sagax, *Elez*. Sed perperam legitur apud Theophanem, καὶ Ἰεω pro

Κάϊσον, & apud Cedrenum & Anonymum in Saracenicis Καΐσον. Apud Abrahamum Ecchellenſem Caiſus hic appellatur. Cæterum Coraſus, inquit Jacobus Goar in Notis ad Theophanem, ille idem, me judice qui Ecchellenſi *Coralſcitus*, *a*
Edit. Pariſ. pag. 42. *quo Coralſcitæ Mahometi Pſeudoprophetæ cognati, & hoſtes dicti ſunt*: qua fit facie admiranti unde Saracenus hic Catabas Mahometi contribules prodiderit ad necem: hoſtis enim Mahometici ſanguinis extitit infenſiſſimus.

Καὶ Θυμαίμην) Theophanes & Anonymus in Saracenicis Θυμαίμην; Cedrenus Θυμαίνην: Anaſtaſius vero & Landulphus Sagax hunc *Theominem* appellant.

Καὶ Ἀσσάδου) Hunc Theophanes, Anaſtaſius, & Anonymus in Saracenicis *Aſadum* appellant; Cedrenus *Aſſadum*; Landulphus vero Sagax *Aſydum*.

Καὶ ἄλλους τινὰς ὠνομασμένους) Sic habetur etiam in MS. At legendum eſt, καὶ ἄλλους τινὰς ἀνωνύμους, id eſt, *& alios quorum nomina non extant*, vel, *& alios quorum nomen ignoratur*, ut eſt apud Cedrenum & Anonymum ſæpius a nobis laudatum. Theophanes habet, καὶ ἄλλους ἀγνοουμένους. Ita & Landulphus dum ſcribit, *& alios ignotos*.

Ἀλλὰ τ̃ Ἰεσσαὶ, &c.) Landulphus lib. XVIII. *Non ſunt de tribu ipſorum, ſed ex Gethem, videlicet hi qui vocantur Amonitæ.* Theophanes & ex eo Cedrenus, οἱ λεγόμενοι Ἀμανῖται, τουτέστιν Ὁμηρῖται. Homeritæ iidem videntur qui Ecchellenſi Aamaritæ, *qui relictis ſedibus in Arabiam Felicem ſeceſſerunt, hacque de cauſa ejus regionis incolis ipſorum poſteri aſcripti ſunt.* Homeritæ vero Ptolomæo & Philo Arabiæ Felicis populi. Procopio autem lib. I. de bello Perſico Auzomitæ appellantur.

Κεκλημένη Χαδίγα) Anonymus in Saracenicis, εἰσῆλθε πρός τινα γυναῖκα πλουσίαν, μαθητεύουσαν αὐτῷ συγγενίδα αὐτοῦ οὖσαν καλουμένην Χαδίγαν, πρὸς τὸ καμηλεύειν καὶ πραγματεύεσθαι μετὰ τῶν ὑποζυγίων αὐτῆς. Hiſtoria Longobardica: *Quædam autem matrona nomine Cadigam, quæ præerat cuidam provinciæ*, &c. Landulphus Sagax hanc ipſam matronam *Eadigam* appellat.

130. Ἀρειανοῦ τινὸς μοναχοῦ) Anonymus in Saracenicis, hunc Monachum Arianum Conſtantinopoli e Monaſterio Calliſtrati ob pravos in fide ſenſus ejectum fuiſſe ſcribit: ἐπεὶ δὲ, συνετύχησε πρὸς ἀνδρὶ μοναχῷ τινι Ἀρειανῷ ψευδωνύμῳ, διὰ τὴν κακόνοιαν αὐτοῦ ἐξορισθέντος ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῆς μονῆς τοῦ Καλλιστράτου μετ' αἰσχύνης. Nomen huic Monacho Sergius fuit, ut teſtantur variæ Lectiones Theophanis, & Hiſtoria Longobardica. *Fuit quidam Monachus qui Mahometum inſtruxit, nomine Sergius, qui in errorem Neſtorii incidens, dum a Monachis fuiſſet expulſus, in Arabiam venit, & Mahometo adhæſit.* Cæterum perperam ſcribitur in Chronico Monachi Altiſſiodorenſis *Selgi Monachi* pro *Sergii Monachi*.

Καὶ οὕτως ἡ γυνὴ, &c.) Theophanes pluribus rem totam narrat, & hæc ita habet: αὕτη δὲ πρώτη δεξαμένη τὸν λόγον τοῦ ψευδαββᾶ, ἐπίστευσεν αὐτῷ, καὶ ἐκήρυξεν ἄλλαις γυναιξὶν ὁμοφύλοις αὐτῆς προφήτην αὐτὸν εἶναι. καὶ οὕτως ἀπὸ γυναικῶν ἦλθε, καὶ εἰς ἄνδρας πρῶτον Ἀβουβάχαρον, ὃν καὶ διάδοχον κατέλιπε. *Ipſa itaque cæteris prior Pſeudabbatis verbis credula viro deinceps adhibuit fidem, ac inter alias fæminas contribules eam Prophetam eſſe diſſeminavit: & hoc pacto a fæminis in viros res propagata eſt, ante alios vero ad Abubacharum, quem ille poſtea ſucceſſorem reliquit.* Cedrenus qui paſſim Theophanem ad verbum, ut ajunt, exſcribit, hic ab eodem in multis differt, ut videre eſt ad annum XXI. imperii Heraclii Aug.

Εἰς ἄνδρας φυλάρχους) Ita lego cum Meurſio, & ita habetur apud Anonymum in Saracenicis. In MSS legitur, οἱ ἄνδρες φύλαρχοι. Φύλαρχοι autem recentioribus Græcis dicti fuere ut plurimum Saracenorum Principes: hi quippe diviſi erant in Tribus, quæ ſuos habebant Phylarchos, ut ſcribit Sozomenus lib. 6. cap. 38. extr. Procopius lib. I. de bello Perſico cap. 17. Σαρακηνοῖς ἡγεῖσθαι, οἱ Φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Βουβάχαρ) Varie hoc nomen ſcriptum reperi. Theophanes Ἀβουβάχαρον; Anaſtaſius & Cedrenus Ἀβουβάχαρ; Anonymus in Saracenicis Βουβάχαρ. Landulphus *Eububezer*. Cæterum Theophanes & Cedrenus hanc rem diverſo modo narrant, καὶ οὕτως καὶ ἐκ γυναικῶν ἦλθε, καὶ εἰς ἄνδρας πρῶτον Ἀβουβάχαρον, ὃν καὶ διάδοχον κατέλιπε.

Καὶ κατέσχεν ἡ [illegible] πλάνη) Pluribus hac de re Scriptor noſter infra cap. XVII. quæ quidem omnia ad verbum, ut ajunt, ex Theophane exſcripſit. pag. 43.
Cedrenus vero impii Mahometis dogmata fuſius exponit, ut videre eſt ad annum XXI. Heraclii Auguſti

Προσδέχονται δὲ καὶ εἰς τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄστρον) Cedrenus rem pluribus exponit inquiens: Πάλαι μὲν γὰρ εἰδωλολατροῦντες, καὶ τῇ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτῃ λεγομένῃ, τουτέστι τῇ ἡδονῇ προσκυνοῦντες, καὶ τὸν ἀστέρα ταύτης τὸν ἑωσφόρον εἶναι μυθολογοῦντες, ὃν δὲ καὶ Κουβὰρ τῇ ἑαυτῶν κακεμφάτῳ γλώσσῃ ὀνομάσαντες, ὅπερ ἐστὶ μεγάλην, διέμενον ἕως ἄρτι τὴν Ἀφροδίτην Θεὸν ὀνομάζοντες. Ἵνα δὲ μὴ δόξωμέν τισι ψευδολογεῖν, σαφηνίσομεν τὸ μέγα αὐτῶν μυστήριον. ἔχει δὲ ἡ λέξις τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν καὶ παμβεβήλου προσευχῆς οὕτως· ἀλλὰ, ἀλλὰ οὐὰ κουβὰρ, ἀλλά. ἡ μὲν οὖν ἀλλὰ ἀλλὰ, ἑρμηνεύεται ὁ Θεὸς, ὁ Θεός· τὸ δὲ οὐὰ, μείζων. τὸ δὲ κουβὰρ, μεγάλη, ἤτοι σελήνη καὶ Ἀφροδίτη. ὅπερ ἐστὶν οὕτως, ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς μείζων καὶ ἡ μεγάλη, ἤγουν Ἀφροδίτη Θεός. καὶ τοῦτο σαφηνίζει ὁ ἐπαγόμενος τῷ τελευταίῳ ἀλλᾶ. ἅπερ ἅπαντα ἐπικεκρυμμένως τῇ ἰδιότητι τῆς ἑαυτῶν γλώττης λαλοῦσιν. 131.
Cum enim antiquitus falſa ſuperſtitione ſeduli Venerem Græcorum, id eſt, voluptatem, divinis honoribus coluerint, ſtellamque ejus Luciferum eſſe fabulati ſint, quam etiam a magnitudine Kubar ſua inepta lingua appellaverunt: in hunc uſque diem Veneri nomen Dei tribuunt. Quod ne cui videamur fingere, explicabimus magnum eorum myſterium. Verba obſcœnæ eorum & profaniſſimæ precationis hæc ſunt: Alla, Alla, Va, Kubar, Alla. Alla, Alla ſi interpreteris, eſt Deus, Deus. Va, major. Kubar, magna, ſive Luna & Venus. Ita ergo habet: Deus Deus major & magna, nimirum Venus Deus. Atque hoc Alla in fine adjectum indicat; quæ omnia proprietate ſui ſermonis occultata pronunciant. Anonymus vero in Saracenicis inquit Mahometanos Veneris effigiem in magno lapide poſitam colere, credentes in eo Abraham cum Agar coiiſſe, aut camelum ei alligaſſe, cum Iſaac ſacrificaturus eſſet: ἐν ᾧ φασι κεῖσθαι λίθον μέγαν, ἐγγεγλυμμένον τὴν Ἀφροδίτην ἔχοντα. τιμᾶσθαι δὲ τοῦτον, ὡς ἐπ' αὐτῷ τῇ Ἄγαρ συγγενομένου τοῦ Ἀβραάμ. ἢ ὡς αὐτῷ τὴν κάμηλον προσδήσαντος; ἡνίκα τὸν Ἰσαὰκ ἔμελλε θύειν. Eadem refert Euthymius Zygabenus Panopliæ tit. XXVIII. Cætera autem quæ habentur in hoc capite conferenda ſunt cum Cedreno, Euthymio Zygabeno, & Anonymo in Saracenicis.

Ὁ Θεὸς καὶ Ἀφροδίτη) Sic lego cum Meurſio. In MSS. perperam legitur, ὁ Θεὸς ἡ Ἀφροδίτη: nam infra ſtatim dicit; τὸ δὲ σὺν ἀντὶ τοῦ καὶ συνδέσμου τίθησι.

Πρὸς τὰ βορειότερα μέρη τοῦ Μίκα) Meurſius Mica, inquit, ſive Μάκα, aut Μακοχ, vel Βακχα quoque, locus erat, in quo domum orationis ab Abrahamo & Iſmaele ſtructam Mahomet fabulatur. Catecheſis Saracenorum: ἀναθεματίζω τὴν μυθοποιΐαν τοῦ Μωάμεδ, ἥν φησι γενέσθαι τῷ Θεῷ οἶκον προσευχῆς παρὰ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ εἰς τὸ Βάκχα, ἤτοι τὸ Μέκα, ἢ Μάκοχ. ὃν ὀνομάζει προσκυνητήριον τῆς παρατολμήσεως. καὶ προσεύχεσθαι. ἔσω δὲ εἰσιὼν καὶ ἐρχόμενος, τρίβουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν πρὸς τὸ μέρος ἐκεῖνο. Erant autem illic ſeptem lapides qui a Saracenis jaciebantur contra Chriſtianos. Eadem Catecheſis alibi: ἀναθεματίζω καὶ αὐτὸ τὸ Μέκα, καὶ τὴν περιοχὴν αὐτοῦ πᾶσαν, καὶ τοὺς παρὰ τῶν Σαρακηνῶν ἐκεῖ ῥιπτομένους ἑπτὰ λίθους κατὰ τῶν Χριστιανῶν. Hiſtoria Longobardica: *Semel autem per ſingulos annos cauſa recogitionis ad domum Dei, quæ eſt*

in Mecha ire præcipiuntur, & ibi adorare, eamque inconſutilibus tegumentis circumire, & lapides per media foramina pro diabolo lapidando jactare. Quam domum dicunt Adam conſtruxiſſe, omnibuſque filiis ejus & Abrahami & Iſmaelis locum orationis fuiſſe. Demum Mahometum eam domum ſibi cunctiſque gentibus ſuis tradidiſſe affirmant. Landalphus Sagax appellat *locum blaſphemiæ* lib. XXII.

132. Καὶ πολλὰς πόλεις καὶ χώρας, &c.) Sic ex Cod. MS.

Εἰσὶ γὰρ ἐνδρομούμενοι) Perperam in Editis legitur, ἐνδρομούμενοι.

Οἱ καβαλλικεύοντες, &c.) Καβαλλικεύειν, *Equitare*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Περιβόλαια ῥαπτά) In Editis habetur, περιβόλαια ῥαπτά; ſed Meurſius legendum putat, περιβόλαια ῥυτιδωτά, nimirum *amicula corrugata*.

Edit. Pariſ. pag. 44. Ἐκ τοῦ κανόνος οὗ ἐθεμάτισε Στέφανος ὁ μαθηματικός) Stephanus hic Mathematicus Alexandrinus erat, teſte Cedreno ad annum XXI. imperii Heraclii, ubi rem pluribus narrat hiſce verbis: Τῷ ιβ'. ἔτει, ὄντι τῷ ϛρλά. ἀπὸ κτίσεως κόσμου, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ γ'. ἡμέρᾳ ε'. ἐγένετο θεμάτιον τῶν Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως ταῦτον κατοπτεύσαντα, κρατῆσαι ἰσχυϊ μὲν ἔτη τθ'. ἐν δὲ συνχρονῇ καὶ ἀκαταστασίᾳ καὶ συμφορᾷ, ἕτερα ἔτη νϛ'. ὡς εἶναι τὴν διακράτησιν αὐτῶν ἅπασαν ἐπιτυχοῦσαν καὶ δυστυχοῦσαν, ἔτη τξε'. *Anno XII. qui fuit ab initio mundi 6131. tertia die menſis Septembris, feria quinta, Stephanus Alexandrinus Saracenis ex aſtris petita divinandi ratione vaticinatus eſt, fore eorum potentiam ac dominationem validam per annos trecentos novem, inde alios LVI. cum turbis, tumultibus ac calamitatibus recturum iri: rerum itaque eos potituros annos in univerſum utraque fortuna* CCCLXV. Quæ ſequuntur in Cedreno mutila mihi ac depravata videntur. Cæterum perperam Meurſius interpretatur hunc titulum ſic: *Excerptum canonis quem poſuit Stephanus Mathematicus de Saracenorum cultu, quo tempore fuerit, & quo Romanorum Imperatore*. Nam hic ἐθεμάτισεν non *poſuit* tantum ſignificat, ſed *poſuit vaticinando ex aſtris*. Θεματίζειν, *futura prænuntiare ex aſtris* ſignificat. Vetus Scheda a Seldeno edita lib. 3. de Jure Gentium cap. 20. ἐθεμάτισεν ὁ Κωνσταντῖνος πόλις παρὰ Οὐάλεντος Ἀστρολόγου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐγκαινίων αὐτῆς, &c. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

133. Ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛρλ'.) De Æra Arabum ſeu Mahometanorum, quos *Hegiras*, hoc eſt διωγμοῦ *perſecutionis* annos appellant, conſulendi ſunt Scaliger, Calviſius, Petavius, Pagius aliique. Quæ autem in Editis hic ſtatim ſequuntur, nimirum νῦν δὲ ἐστιν ϛωο'. ἰνδικτιῶνος δεκάτης πέμπτης ὡς εἶναι ἀπὸ τούτου ἕως τοῦ χρόνου ψμ'. *Nunc autem eſt 6870. Indictionis decimæ quintæ; ita ut ab illo tempore ad hunc uſque diem ſint anni 740.* verba nequaquam Conſtantini noſtri ſunt, ſed potius gloſſema, ut ajunt; quippe in Codice Regio membranaceo, charactere duodecimi ſeculi conſcripto, prædicta verba non habentur in textu, ſed ad marginem recenti admodum manu exarata. Unde ad locum hunc optime Meurſius, qui non viderat Codicem illum Regium, ſic monet: Aut numeri hic vitiati ſunt, aut caput hoc inſititium eſt, neque a noſtro Conſtantino; quippe ad quem ab Heraclio uſque anni tantum computantur plus minus trecenti. Atqui hic inveniuntur anni 740. ab ejus imperio, id eſt, plures 400. poſt Conſtantinum noſtrum. Ergo manifeſtus error, & alterutrum verum quod cenſemus.

Τὸ δὲ θεμάτιν) Hic τὸ θεμάτιν pro θεμάτιον, ut habet Cedr. ad annum XII. imperii Heraclii; ἐγένετο θεμάτιον τῶν Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως τοῦτον κατοπτεύσαντος, &c. ubi interpres ſic habet, *Stephanus Alexandrinus Saracenis ex aſtris petita divinandi ratione vaticinatus eſt*, &c. Quid autem θεμάτιον proprie ſignificet pluribus monuimus ſupra lib. V. Comment. pag. 783.

Ὃν οἱ Ἄραβες καλοῦσι Μεχζέμετ) Sic in Cod. MS. legitur. Cedren. ad annum XXI. imperii Heraclii, ὅτι ὁ Μωάμεδ, ὁ καὶ Μεχζέμετ, &c.

Τῷ τρίτῳ ἔτει, ὄντι ϛρλθ'. ἀπέθανε Μωάμεδ) Optime Conſtantinus Mahometi mortem hoc anno conſignavit, qui fuit imperii Heraclii XXII. Obiit quippe Mahomet die 17. Junii feria ſecunda, menſis Rabie die 12. nono anno quam imperare cœperat, cum vixiſſet annos Lunares ſive Arabicos ſexaginta tres. Theophanes autem Mahometi mortem ad annum XXI. ejuſdem Auguſti refert. Sed comparandus huic Theophani Conſtantiniano Theophanes ipſe editus typis Regiis pag. 276. & 277. ubi pluribus hæc omnia narrantur; unde iſthæc excerpta tantum eſſe ex Theophane, non vero Theophanis ipſiſſima verba, ut nonnulli arbitrati ſunt, manifeſto apparet.

Τοῦ θανάτου Μωάμεθ) In Theophane edito poſt hæc verba legitur: ἦσαν δὲ τῷ ἀριθμῷ δέκα οἱ τοῦτο πεποιηκότες, καὶ σὺν αὐτῷ διῆγον ἄχρι τῆς σφαγῆς αὐτοῦ. *Erant numero decem, qui facinus hujuſmodi perpetraverunt, qui ad cædis ejus diem ipſi adhæſerunt.* 134.

At puto hic pro ἄχρι τῆς σφαγῆς αὐτοῦ legendum ἄχρι τῆς φαγῆς αὐτοῦ; & ſic vertendus locus hic Theophanis: *Erant numero decem, qui facinus ejuſmodi perpetraverunt; qui quidem ipſi adhæſerunt donec ipſum comedentem viderunt.* Φαγὴ quippe & φαγί, ut ſcribit Ducangius in Gloſſ. Græc. Græcis recentioribus, *cibum*, ſeu *edulium* ſignificat; at hic φαγὴ pro ipſo comedendi actu accipitur, ut ex ſequentibus intelligi facile poteſt. Corrigendus etiam eſt Cedrenus, ac ipſius interpres; qui eadem ferme habet ad annum XXI. Heraclii. pag. 45.

Θεωρήσαντες δὲ αὐτὸν ἀπὸ καμήλου ἐσθίοντα) Ita habet & Theophanes, ſed perperam ipſius interpres ſic iſta vertit: *Cameli vero carnes eo deguſtare conſpecto, quem arbitrabantur eum non eſſe decreverunt.* Sic interpretor: *Cum autem vidiſſent eum e camelo comedentem, cognoverunt non eſſe eum, quem putaverant.* Ita etiam corrigendus interpres Cedreni, qui eadem habet.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ὃν ἐνόμιζον. ἐδίδαξαν, &c.) Hæc mutila videntur & revera ſunt, ſi Theophanem ſpectes, qui ſic habet: ἔγνωσαν, ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ὃν ἐνόμιζον, καὶ ἠπόρουν τί πρᾶξαι, καὶ ἀφεῖναι αὐτοῦ τὴν θρησκείαν δειλιῶντες οἱ τάλανες, ἐδίδαξαν αὐτὸν ἀθέμιτα καθ' ἡμῶν Χριστιανῶν· καὶ διῆγον σὺν αὐτῷ. *Cognoverunt non eſſe eum, quem putaverant: quid autem agerent, hærebant dubii: at cum ejus ſuperſtitionem deſerere miſelli vererentur, nefanda in Chriſtianos moliri eum edocent: interim ſocietatem cum eo tenuere.* Deinde pergit Theophanes Mahometis genealogiam texere; ex qua quidem Theophanis narratione Porphyrogenitus cap. XIV. *De genealogia Mahometis* adornavit.

Ἐκράτησαν δὲ οἱ αἱρετοὶ αὐτοῦ, &c.) Hinc corrigendus eſt Theophanes editus, qui perperam habet; καὶ ἐκράτησεν ἡ αἵρεσις αὐτοῦ τὰ μέρη τῆς Αἰθριβοῦ διὰ πολέμου τὸ ἔσχατον; delendum quippe illud διὰ πολέμου τὸ ἔσχατον.

135. Ἐδίδαξε δὲ τοὺς ἑαυτοῦ ὑπηκόους) Similia habet & Theophanes; at Cedrenus pluribus veſanam impii Mahometis doctrinam exponit.

136. Καὶ διηνεκῶς κατὰ εἶδος) Theophanes habet, καὶ διηνεκῶς τῶν εἰδῶν.

Διήνυσεν ἀρχηγὸς τῶν Ἀράβων Ἀβουβάχαρ ἔτη γ'.) Sic in MS. Codice titulus hic legitur. Abubacharus autem principatum Arabum tenuit annis duobus & dimidio, ut tradunt Theophanes, Cedrenus, Anaſtaſius, aliique. Perperam in Notis ſcribit Meurſius, Theophanem Abubacharo biennium tantum aſſignare; quippe tabulæ Theophanis eidem annos tres adſcribunt, & ad annum XXIV. Heraclii ſcribit idem Theophanes Abubacharum extinctum fuiſſe, poſtquam regnaſſet annis duobus & dimidio: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀβουβάχαρος τελευτᾷ ἀμηρεύσας δύο ἔτη ἥμισυ.

Λαμβάνει τὴν πόλιν Γάζαν) Anno ſecundo ſui principatus, XXIII. Heraclii miſit Abubacharus duces quatuor, qui Heram, & univerſam Gazæ regionem cepere, ut ſcribit Theophanes eodem loco.

Καὶ ἐκράτει τῶν Ἀράβων ἔτη δώδεκα) Totidem Umaro annos adſcribit & Theophanes.

Λόγον ἔλαβε παρ' αὐτοῦ) Nimirum, *fidem ab illo accepit*. Vide Theophanem anno xxv. Heraclii, Umari principatus II.

137. *Οὗτος τὸν ναὸν ἔκτισεν τῶν Ἰουδαίων*) Anno decimo ſui principatus templum Hieroſolymis reſtaurare aggreſſus eſt Umarus, ut tradit Theophanes eodem loco.

Καὶ συγχέουσι φόρον μετὰ τῶν Ἀφρῶν ὑπέστρεψαν) Principatus Uthmani anno II. Conſtantis vero imperii anno VI. Saraceni in Africam expeditione ſuſcepta, ac pugna cum tyranno Gregorio commiſſa, eum in fugam verterunt, ejuſque exercitum deleverunt, ac vectigalibus ex pacto Africæ impoſitis reverſi ſunt. Vide Theophanem ad annum VI. ejuſdem Auguſti.

Καὶ πορθήσας Κύπρον τὴν νῆσον) Mavias armata claſſe mille & ſeptingentis navigiis expeditionem in Cyprum ſuſcepit; Conſtantiam civitatem cepit, univerſam ſubegit inſulam, eamque magna clade affecit. Vide Theophanem anno VII. imperii Conſtantis; Uthmani vero principatus anno III.

Edit. Pariſ. pag. 46.

Καὶ νῆσον τὴν Ἄραδον) Mavias bis Aradum obſidione cingit; primum anno III. principatus Uthma-

138. ni, ſed fruſtra, nam conatibus licet ſtrenuis cum nihil proficeret, & jam hyems inſtaret, irrita obſidione, Damaſcum ſe recepit; anno vero ſequenti arma iterum adverſus Aradum convertit; eamque ea conditione cepit, ut oppidani, ubi libuiſſet, habitare poſſent; urbem vero igne vaſtavit, mœnia evertit, & uſque in hodiernum diem effecit inſulam incolis omnibus deſertam. Vide Theophanem eodem loco.

Μετὰ χίλια τξ. ἔτη τῆς αὐτοῦ ἱδρύσεως) Rhodum occupant Saraceni, & Coloſſum evertunt anno XII. imperii Conſtantis, Uthmani vero principatus anno VIII. ut ſcribit Theophanes. Ex his autem, inquit Jacobus Goar, quando Coloſſus Rhodius fuerit erectus, collige. Anno a mundi condito 5145. & a Chriſti ortu 645. æs quo conflatum erat pretio diſtractum fuit, annis poſt eundem erectum mille trecentis & ſexaginta. Erectus eſt itaque anno a mundi conditu 4785. quo ex Georgii Syncelli (cujus continuator Theophanes) computo Ezechias regni numerabat vigeſimum. Rurſum vero: Annus Abraham 2015. Chriſti natalitiis apud Euſebium conſecratur. His adde poſt ortum annos 645. occurret ab Abrahamo in lucem profecto annus 2660. detractis mox 1360. ſupereſt 1300. ſumma: quæ apud Euſebium inter Abrahami annos habet Ezechiæ quintum ac vigeſimum ſibi adjunctum. Aliter iterum: Anno poſt Chriſtum 645. Coloſſi Rhodii æs venit 1360. annis poſtquam erectus eſt: annis itaque ante Chriſtum 715. quibus apud Petavium de doct. Temp. lib. 13. pag. 547. adnectitur Ezechiæ regnantis annus 13. cui ſeptem aliis (quos Theophanis computo deeſſe contendit, de quo alibi) appoſitis, vigeſimus Ezechiæ conſurgit, qui jam ex Syncello collectus eſt. Summatim dico: circa Ezechiæ annum 20 vel proximum aliquem Coloſſus Rhodio portui impoſitus eſt.

Ἐννακοσίαις καμήλοις ἐφόρτωσεν αὐτοῦ τὸν χαλκόν) Sic ex Theophane & ex MS. Regio vetuſtiore, ubi non ſolum capite hoc, ſed etiam ſequenti, in quo loquitur etiam de Coloſſo Rhodio, nota numeralis nongentorum ϡ depravata videtur, & manu recentiori nota interlinearis comparet, *τριάκοντα χιλιάδας*, hoc capite XX. capite vero ſequenti prima manu ſcriptum erat ϡπ'. nimirum *ἐννακοσίας ὀγδοήκοντα nongentos & octoginta*; poſtmodum vero manu recentiori nota numeralis nongentorum mutata fuit in λ. ſubſcriptum; quod quidem ſignificat *triginta millia*, & ad marginem charactere recentiori legitur, *τριάκοντα χιλιάδας καὶ ὀγδοήκοντα*, nimirum *triginta millia & octoginta*. Cæterum *φορτόω* Græcis recentioribus *Onerare*, ſeu *Onus imponere* ſignificat. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii; cui addendus erit locus hic Conſtantini, necnon etiam ipſius Theophanis; qui de hac re agit ad annum XII. Conſtantis.

Ἔτη εἴκοσι τέσσαρα) Sic MS. perperam in Editis legitur, *ἔτη εἴκοσι δύο*. Theophanes quippe Maviæ annos viginti quatuor adſcribit.

Ἐκ τῆς χώρας Θεοφίλου, &c.) De excurſione Mardaitarum in Libanum loquitur Theophanes anno IX. Conſtantini Pogonati: *Τούτῳ τῷ ἔτει εἰσῆλθον Μαρδαῖται εἰς τὸν Λίβανον*, &c. qui fuit annus ab orbe condito, prout Græci recentiores computant, 6184. unde manifeſto liquet, numerum annorum ab orbe condito huic titulo appoſitum, corruptum ac depravatum eſſe a ſcriba indocto, & ſic reſtituendum ,ςρπδ'. De Mardaitis autem ſic Jacobus Goar: De his voce & ſcriptis deſideratus Ecchellenſis pag. 156. *Cognatio Moradaitarum appellatione dignoſcitur, ita dicta a Mabeado F. Cablavi, quæ regionem Syriæ conterminam longe lateque habitat, & ad quam referendæ quoque ſunt innumeræ propemodum hujus nominis familiæ, quæ plures Arabiæ felicis occupant urbes & agros. Hi præ omnibus Arabibus genus armorum ſplendore ac virtute præclarum reddiderunt: ſed multo magis Chriſtiana religione, cujus propugnatores acerrimi fuere.* Ipſe Ecchellenſis Libanita Mardaitam ſe jactabat, & eo nomine ac Chriſtiani gloriabatur.

Τοῦ ὀρθοδόξου υἱοῦ, τοῦ Πωγωνάτου) Sic in MS. le- pag. 47.

gitur, nimirum *ab Imperatore Conſtantino Pogonato orthodoxo filio* ſcilicet Conſtantis. In Editis 139.

perperam habetur, *παρὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ὀρθοδόξου υἱοῦ Πωγωνάτου*; ſed optime Meurſius in Notis monet ſcribendum, *παρὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ὀρθοδόξου τοῦ Πωγωνάτου*: quippe hæc acciderunt non ſub Pogonati filio, ſed ſub ipſo Pogonato.

Πετζιγαυδίας) Sic in MS. In Editis legitur, *Πετζονίδας*; in Theophane *Πετζηγαυδίας*: in Cedreno, *Πετζιγαυδίας*.

Χρυσίου χιλιάδας τρεῖς) Ita & Theophanes ad annum IX. Pogonati, cui etiam conſentit & Landulphus; Cedrenus vero habet, *χρυσίου χιλιάδας ι.* nimirum, *auri millia decem*. Scribit Jacobus Goar in Notis ad hunc Theophanis locum: Et quid hæc ex tanto? Vide Peyrez. Codicem χιλιάδας ση'. numerum recte tribuit ſuperius jam penſum pag. 288. ad annum Conſtantis 27. deinceps adhuc pendendum Conſtantini hujus anno 16. pag. 301.

Καὶ ἀνδρας αἰχμαλώτους ω.) Cedrenus habet, *καὶ ἄνδρας αἰχμαλώτους ϛ'.* Peyrez. Codex MS. continens Chronographiam Theophanis, laudatus a Goaro, *ὀκτὼ χιλιάδας* habet.

140. *Καὶ ἵππους εὐγενεῖς ν.*) De iis omnibus, quæ huc uſque narravit Scriptor noſter, loquitur Theophanes anno IX. Pogonati, ſed diverſis verbis, & lane pluribus ita ut iſthæc non Theophanis verba, ſed excerpta Conſtantini ex Theophane dici verius poſſint.

Ἐπὶ τούτῳ διῃρέθη ἡ τῶν Ἀράβων ἀρχή, &c.) Nimirum, *Diviſus fuit Arabum principatus duas in partes ſic*, &c. Perperam Meurſius hic *ἐπὶ τούτῳ* interpretatur *interea*; quippe diſſidium hoc inter Arabes, nimirum inter Alim & Maviam non Conſtantini Pogonati temporibus, ſed Conſtantis ejus patris accidit. Sic de hoc diſſidio habet Theophanes ad annum XXV. ejuſdem Conſtantis: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐδολοφονήθη Οὐθμὰν ὁ τῶν Σαρακηνῶν στρατηγὸς ὑπὸ τῶν ἐν Ἐθρίβῳ ἀμηρεύσας ἔτη ι. γέγονε δὲ ἀναστασία μέσον αὐτῶν. ὅσοι γὰρ κατὰ τὴν ἔρημον ὑπῆρχον τὸν Ἀλὶ ἤθελον ἀναξίαν τοῦ Ἀλὶ γαμβρὸν ὄντα τοῦ Μουαμέδ. οἱ δὲ κατὰ Συρίαν, καὶ Αἴγυπτον, τὸν Μαυίαν ἤθελον. ὃς καὶ ἐνίκησε καὶ ἐκράτησεν ἔτη κδ'. Hoc anno Uthmanus Saracenorum Dux Ameræ provincia decem annos functus ab Ethribenſibus dolo appetitus interiit. Diſſidium autem inter Arabes exortum eſt. Qui enim deſerti loca tenuere Alim alterius Alim nepotem, Muamed generum, deſiderabant principem: qui vero Syriam & Ægyptum incoluere Maviam promovebant: cujus pars ſuperior extitit, & imperium obtinuit annos viginti quatuor.*

Ὁ δὲ Μαυίας ἀνθωπλίσατο, &c.) De hoc bello inter Alim & Maviam ſic ſcribit Theophanes

anno

anno xv. imperii Conſtantis: Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπεστράτευσε Μαυίας κατὰ Ἀλὴ. καὶ συναπαντῶσιν ἀμφότεροι εἰς τὸ πεδίον Βαρβαλισσοῦ, εἰς τὸ Καισάρειον πλησίον τοῦ Εὐφράτου. οἱ δὲ τοῦ Μαυίου ἐπικρατέστεροι γεγονότες τοῦ ὕδατος ἐκράτησαν. ὡς δὲ ἐπῆλθον οἱ τοῦ Ἀλὴ ἐλειποτάκτησαν. Μαυίας δὲ οὐκ ἠθέλησε πολεμῆσαι. ἀλλ' ἀπόνως τὴν νίκην ἤρατο. *Hoc anno Mavias bellum adverſus Alim movit: & in media Barbaliſſi planitie ad Cæſarium juxta Euphratem uterque exercitum eduxit. Maviæ acies victoria ſuperior effecta omnis fluenta occupat: ſed vero aciem Alis invadente, milites aquarum penuria virium & animi deliquium patiebantur. Mavias itaque prælium detrectans abſque ullo labore victoriam tulit.*

Ἐκράτησε δὲ ὁ αὐτὸς γενεὰ ἔτη π'.) Optime convenit hic numerus annorum; nam a morte Maviæ, quæ accidit anno xx. Imperii Conſtantini Pogonati, Chriſti 678. ad annum VIII. Conſtantini Copronimi, Chriſti 748. quo Choraſanitæ & Maurophori adverſus Maruam expeditionem moverunt, anni intercedunt ſeptuaginta: de qua quidem expeditione pluribus agit Theophanes ad annum VIII. ejuſdem Copronymi.

141. Διεπέρασαν εἰς τὴν Ισπανίαν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου, οὐχὶ δὲ τοῦ Πωγωνάτου) Maruam a Maurophoris occiſo, ejus filii ac reliqui affines calamitatibus ſuperſtites, ex Ægypto migraverunt in Africam; inde maris anguſti fretum Libyam ab

Edit. Pariſ. pag. 48. Europa juxta Oceanum diſterminans trajicientes (Septe loco nomen factum eſt) Hiſpaniam Europæ partem ad hoc uſque tempus tenuerunt; alii licet ſuperſtitionis ejuſdem, & ex eadem ſtirpe nati, quos nimirum navibus deportatos illuc expulſit Mavias, eam regionem prius incoluerunt. Sic Theophanes anno IX. Imperii Conſtantini Copronymi: Οἱ δὲ περισωθέντες ὑπὸ τοῦ καὶ συγγενεῖς τοῦ Μαρουὰμ ἐλθόντες ἀπ' Αἰγύπτου εἰς Ἀφρικὴν, περάσαντες τὸ διορίζον μεταξὺ Λιβύης καὶ Εὐρώπης ἐκ κατὰ τὸν Ὠκεανὸν στενὸν θαλάσσης τὸ λεγόμενον Σέπτας, τὴν Εὐρώπης Σπανίαν ᾤκησαν μέχρι τῆδε τοῦ χρόνου, ἔχοντες τινὰς ὁμοφύλους προκατοικήσαντας εἰς τὰ ... ὑπὸ Μαυίου πλοίοις ἐκπεμφθέντας ... συγγενεῖς αὐτῶν, καὶ τὰς αὐτῶν θρησκείας. Ex quibus apparet Scriptorem noſtrum hic confundere expeditionem primam, quam Arabes in Africam fecere cum hac ſecunda, quæ accidit interfecto Maruam a Maurophoris; de qua quidem loquitur Theophanes anno IX. Imperii Conſtantini Copronymi.

Καὶ οὐδεὶς τῶν ἱστορικῶν, &c.) De Maviæ poſteris, qui in Hiſpania regnarunt, vide Rodericum Toletanum in Hiſtoria Arabum.

Ἀπέθανεν οὖν ὁ Μαβίας) Theophanes Maviæ mortem anno XX. Conſtantini Pogonati tradit: Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπέθανε Μαυίας τῶν Σαρακηνῶν πρῶτος βασιλεὺς μηνὶ Ἀρτεμισίῳ ς'. ἰνδικτιῶνι α'. γέγονε δὲ στρατηγὸς ἔτη κ'. καὶ ἀμηρεύσας ἔτη κδ'. *Hoc anno menſis Aprilis die ſexto, Indictione prima, Mavias primus Saracenorum rex letho extinctus eſt. Gentis ſuæ Ducem ſe geſſit annos viginti, Ameram ſe renunciavit annis viginti quatuor.*

Γεγονὼς στρατηγὸς ἔτη κε'.) Theophanes Editus ex Codice Regio habet, ἔτη κ'. ita & Miſcella. Codices Theophanis, Palatini & Peyreſiani habent ut Scriptor noſter, ἔτη κε'.

Καὶ ἐκράτησε τὴν ἀρχὴν τῶν Ἀράβων Ἰζὶδ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη γ'.) Sic MS. Codex. Tabulæ Theophanis Izid annos tres adſcribunt. Hic autem Izid Cedreno Ἐζὶδ, & Landulpho *Gizid* dicitur.

Τοῦτο τελευτήσαντι ἐστασίασαν οἱ Ἄραβες τῆς Αἰθρίβου) De hac re loquitur Theophanes anno XV. Imperii Conſtantini Pogonati, ſed diverſis verbis.

Πρὸς Οὐσὰν Ἀμηρᾶν Παλαιστίνης) In Theophane legitur, πρὸς Ἀσὰν Ἀμηρᾶν Παλαιστίνης.

142. Ἐν τούτοις τελευτᾷ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς ὁ υἱὸς τοῦ Πωγωνάτου) Non inter hæc, ſed annis ferme duobus poſt moritur Conſtantinus; non quidem filius Pogonati, ſed Pogonatus ipſe anno imperii ſui decimo ſeptimo. Unde hic & ſupra a ſcriba indocto adjunctum fuiſſe puto illud ὁ υἱὸς τοῦ Πωγωνάτου. Lege igitur ὁ Πωγωνάτος.

Ἐκράτησε τὴν ἀρχὴν τῶν Ἀράβων, οὐκ ἐκ τοῦ γένους ὢν τοῦ Μουχαμὲδ, ἀλλ', &c.) Hæc in Editis deſiderantur, & ex MS. Regio ſuppleta ſunt.

Ἐχειροτονήθη στρατηγὸς καὶ φύλαρχος παρὰ Οὐθμάν) Mavias primum ab Umaro, non vero ab Uthmano (quemadmodum tradit hic Scriptor noſter) creatus fuit Dux & Ameras Saracenorum. Auctor eſt Theophanes ad annum XXVIII. Heraclii ubi ſic ille: Τούτῳ τῷ ἔτει παρέλαβον οἱ Ἄραβες τὴν Ἀντιόχειαν. καὶ ἐπέμφθη Μαυίας ὑπὸ Οὐμάρου στρατηγὸς, καὶ ἀμηρεύσας τῆς ὑπὸ Σαρακηνοὺς χώρας ἀπὸ Αἰγύπτου, ἕως τοῦ Εὐφράτου. *Hoc anno Arabes Antiochiam armis expugnarunt. Mavias vero ab Umaro Dux & Ameras Saracenorum ditionis univerſæ ab Ægypto uſque ad Euphratem protenſæ inſtitutus eſt.*

Καὶ κατασφάττονται ὑπὸ αὐ'.) Sic legitur in Codice MS.

143. Ἐλθὼν δὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ) De hac expeditione Maviæ contra Rhodum & altera poſtmodum contra Conſtantinopolim loquitur etiam capite præcedenti Scriptor noſter. Sed Rhodum occupant Saraceni & Coloſſum Rhodium evertunt anno XII. Imperii Conſtantis, ut tradit Theophanes eodem loco; Conſtantinopolitanæ vero urbis ſeptennem obſidionem refert idem Scriptor ad annum V. Conſtantini Pogonati, ubi de hac pluribus agit.

Ἄγαλμα ἦν τὸ τοῦ ἡλίου χαλκοῦν) De hoc Coloſſo Rhodio ſic ſcribit Eudoxia Macrembolitiſſa, uxor Diogenis Romani, in Ioniis MSS. cujus quidem opus in Commentariis noſtris paſſim laudamus, & pag. 49.
præſertim lib. II. ubi integrum indicem capitum quæ in eodem Opere continentur, exhibemus: Ἡ Ῥόδος, inquit illa, ἄλλα τείχη θαυμαστά, ἐν τῷ τοῦ Ἡλίου δὲ κολοσσὸν, Χάρητος ἔργον, ἀνδρὸς Λινδίου. ὁ δὲ Λίνδος πόλις ἐν Ῥόδῳ, Κορυφὸ τοῦ Ἡλίου ἐξ Καδίστου τοῦ Ὀρχίου δυοῖν πήχεων ... πηχῶν ἑβδομήκοντα, καὶ ἦν καὶ αὐτὸς ἐν τῶν ἑπτὰ θαυμάτων. Ἐπὶ Σελεύκου καὶ γὰρ τοῦ Νικάνορος οἱ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες, ἀνέστησαν τοῦτον τὸν χαλκοῦν ἀνδριάντα· ἐν δὲ τῷ μεγέθει ἐκάλεσαν Κολοσσόν, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ Κολοσσαεῖς ὠνομάσθησαν οἱ ἐκ μεγάλου παρασήμου. Ἐπὶ δὲ Κώνσταντος ἐγγόνου Ἡρακλείου οἱ Σαρακηνοὶ τὴν Ἀσίαν γῆν πᾶσαν, καὶ Δαμασκὸν, καὶ τὴν χώραν πᾶσαν τῆς Φοινίκης κατέσχον. ὅτε καὶ τοσοκρατεῖς γενόμενοι τῆς Ἀσίας γῆς ἐπέστη, καὶ σφόδρα πλεονάσαντες ἐκ τεσσαράκοντα, ἐξέπλευσε πλοῖα πολλὰ Μαυίας ὁ τούτων ἀρχηγὸς, καὶ τὴν Ῥόδον καταλαβὼν, τὸν Κολοσσὸν μετὰ ... ἔτη τῆς αὐτοῦ ἱδρύσεως καθεῖλεν. ὃν Ἰουδαῖός τις ὠνησάμενος, ἐννακοσίας καμήλους ἐφόρτωσε τὸν χαλκὸν Κολοσσοῦ. Τινὲς δέ φασιν κλασθέντα ἀπὸ τῶν γονάτων ὑπὸ σεισμοῦ πεπτωκέναι. Vide quæ de Coloſſo Rhodio paulo ſuperius monuimus, & quæ adnotat Leo Allatius ad libellum de VII. orbis miraculis.

Ἐχον ὕψος πήχεις π'.) Sic & Cedrenus, ſed Inſcriptionem paulo diverſam adfert. Καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες, ἀνέστησαν ἀνδριάντα χαλκοῦν τῷ ἡλίῳ, πηχῶν π'. ὡς λέγει τὸ ἐν αὐτῷ ἐπίγραμμα.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Λάχης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

Etenim Rhodii maris imperium obtinens, æream Soli ſtatuam poſuerunt altam cubitos LXXX. quod inſcriptio.

Qui ſtat Rhodi coloſſus, octies decem
Fecit Laches hunc altum cubitis Lindius.

Τὸ ἐπίγραμμα τὸ περὶ τὴν βάσιν τῶν ποδῶν αὐτοῦ γεγραμμένον, ἔχον οὕτως) Sic ex MS. Codice.

Ἐδεσηνὸς ὁ Εὐσεβής) Sic habetur etiam in MS. At capite præcedenti hunc ipſum Judæum Edeſſenum fuiſſe ait; & ſic quidem legendum, nam hic Ἐδεσσηνὸς dicitur & Theophani, uti ad laudatum locum monuimus.

Ἐπιβιβάσας καμήλους ἀνὰ ... ἐννακοσίας καὶ ὀγδοήκοντα) Sic ſcriptum erat prima manu in Codice Regio vetuſtiori, uti ad caput antecedens pluribus monuimus.

Ἐπολιορκήθη ... ὑπὸ τοῦ Οὐθμάν) Vide Theopha-

nem ad annum XIV. Imperii Conſtantis.

144. *Ἐν τούτοις καὶ ταῖς ἡμέραις διηρέθησαν*, &c.) De hoc diſſidio inter Arabes, nimirum inter Alim & Maviam loquitur etiam ſupra Scriptor noſter circa initium hujuſce capitis, ubi vide quæ adnotavimus.

Ἀμφοτέρων τῶν διαφερόντων) Sic in Codice MS. legitur.

145. Οἱ ἐκεῖνοι λέγουσι Καδῆ) Καδῆς & Καδῆς apud Turcas *Judex* ſignificat, qui de cauſis litigantium aliquo in oppido vel Urbe, vel Provincia cognoſcit, ut eſt apud Leunclavium in Pand. Turc. num. 29. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii.

Εἶτα δὲ ὁ τοῦ Μασαλμᾶ γενόμενος πρὸς τὸν ... τοῦ Ἀλῆ, &c.) Sic ex MS. Codice. In Editis hæc mutila ac depravata ſunt.

Συνεφρόνησαν) Sic in MS. Perperam in Editis legitur, *εἰς ἐσωφρόνησαν*; ſed Meurſius legendum ait; *εἰσὶ συμφρονοῦν*.

147. Ἐκτίσθη τὸ τῶν Σαρακηνῶν μαγίσδιον, &c.) Μαγίσδιον & Μασγίδιον, *Moſchea*, *Meſchita*, Templum Saracenicum. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. At fallitur idem Ducangius dum lib. 1. CP. Chriſt. pag. 164. ſic habet: *Conſtantinus Porphyrogenitas lib. de Adm. Imp. cap. XXI. auctor eſt Saracenorum templum, ſeu ſacellum ritui ac religioni Saracenicæ addictum, in urbe demum ædificatum, Michaele Balbo imperante, Maſalmæ, præcipui Valid Sultani, vel Cholyphæ Copiarum Ducis rogatu, qui ea tempeſtate urbem obſidione cinxerat.* Sic Ducangius proferens ſubinde hunc ipſum Conſtantini locum. Verum Conſtantinus loquitur hoc loco de obſidione Urbis Conſtantinopolitanæ, quæ accidit ſub Leone Iſauro; de qua quidem re pluribus agit Theophanes ad annum primum ejuſdem Auguſti; unde non ſub Michaele Balbo, ſed multo tempore antea templum Saracenorum in urbe extructum fuit, teſte ipſo Porphyrogenito. Cæterum Saracenorum Sacellum in Prætorio ſtatuit & Nicetas Choniates, & in quadam ſeditione everſum, Alexio Angelo imperante, tradit idem Scriptor in ejus Vita lib. III. n. V. *Ἐπειδὴ τὰς Π... ἀ... πολλοὺς ἀνέσω τοῖς ... , ... Χριστιανικὸν ναὸν, τὸ δὲ τῶν Σαρακηνῶν συναγωγὴν ἀνατρέπουσιν ἐκ βάθρων αὐτῶν. Prætorii foribus effractis, & captivis libertate donatis, Chriſtianorum quæ ibi ſtabat ædem ſpoliaut, Saracenorum vero Sacellum ab ipſis fundamentis evertunt.* Edit. Pariſ. pag. 30.

Ὑπεστρέφοντο κατὰ τὸ μετ' αἰχμαλωσίας, &c.) Sic in MS. Codice legitur.

148. Καὶ ἐν τῷ ... Σολεμμάν, &c.) De hac Saracenorum ſtrage pluribus loquitur Theophanes anno II. Imperii Leonis Iſauri; quæ quidem accidit, ut idem Scriptor tradit, mortuo Soleemane, & principatum Arabum jam Umaro obtinente. Unde verba illa poſtrema, nimirum; *ἐν ᾧ ... ἀρχηγὸς ... Σολεμμὰν ... καὶ τὸ ὑποστατικὸν*, non eſſe Conſtantini puto, ſed poſtmodum ab indocto ſcriba appoſita. Vide Cedrenum eodem loco.

Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινότμητος) Hæc ſcribenda videntur in linea, vel depravata ſunt. Juſtinianus autem Rhinotmetus, qui & II. ac Junior dicitur, à nonnullis Juſtinus III. appellatur.

Αὕτη ἐστὶν ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ) Hæc ita intelligenda ſunt, nimirum; *Hoc imperii ejus initium eſt; mittit Abimelech ad Juſtinianum legatos, qui hac conditione firmam pacem ſtabilirent*, &c. quippe Theophanes, cujus hæc excerpta ſunt, ſic ad annum primum Juſtiniani incipit: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπέστειλεν Ἀβιμέλεχ πρὸς Ἰουστινιανὸν*, &c.

Καὶ πάλιν ἀπεστάλησαν ἐξεβλήθη Λεόντιος καὶ Ἀψίμαρος) Tiberius Apſimarus ſtatim occupato imperio, Leontium naribus mutilatum in Dalmati Monaſterium relegavit, non vero in Dalmatiam, ut perperam ſcribunt recentes Hiſtoriarum Scriptores. Vide Theophanem ad annum III. ejuſdem Leontii.

Καὶ ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ θριαμβεύσας καὶ ἀνελών) Nimirum, *& utrumque in Hippodromum triumphans duxit & occidit.* At non in Hippodromo occiſi fuere, licet in triumphum ducti, ſed in Cynegio capite plexi fuere. Sic Theophanes anno I. Juſtiniani ſecundo Imperatoris: *Τὸν δὲ Ἀψίμαρον καὶ Λεόντιον ἁλύσεσι δεδεμένους εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν πομπεύεσθαι ποιήσας, καὶ τῶν ἱππικῶν ἀγομένων, ἐν τῷ σελλίῳ καθεζόμενος ἔχων αὐτοὺς ὑπὸ τοὺς πόδας, ... ὑποπιεζομένους αὐτῷ. καὶ ἐπάτει τὸν τράχηλον αὐτῶν, ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου, τοῦ δήμου βοῶντος· ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπέβης, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. καὶ τούτους ἀποστείλας ἐν τῷ Κυνηγίῳ ἀπεκεφάλισεν. Apſimarum autem & Leontium catenis vinctos per univerſas Urbis regiones ignominioſe traduci mandavit: & Circenſibus ludis celebratis, ipſo propria ſibi ſede compoſito, illi publice cum dedecore tracti, ſunt ad pedes ejus proſternendi humili more projectis pedibus. Inclinatorum & pronorum in terram cervices calcabat Juſtinianus, donec Circus primum exhiberetur, populo vociferante: ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulaſti, & conculcaſti leonem & draconem. Demum in Cynegium miſſis caput amputari præcepit.*

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπέστειλε, &c.) Sic in MS. Codice legitur; Editi vero habent, *τούτῳ τῷ ἔτει ‚ςρη'*. *Eo ipſo anno* 6108. At numerus hic annorum ab orbe condito in MS. in textu non habetur, ſed margini utrique, manu alia atque alia adſcriptus eſt. Et quidem corruptus ac depravatus eſt numerus ille; vel igitur reponendus eſt ille quem ab orbe condito præferunt tabulæ Theophanis ad annum primum Juſtiniani Rhinotmeti, nimirum *‚ςρπ'*. vel hic alter quo Græci recentiore utuntur *‚ςρϞγ'*. 6193. cui quadrat cum anno primo ejuſdem Juſtiniani. Cæterum de hac legatione Abimelech ad Juſtinianum II. pluribus agit Theophanes anno primo imperii ejuſdem Auguſti. 149.

Καθ' ἑκάστην) Theophanes, *καθ' ἑκάστην ἡμέραν*. pag. 31.

Καὶ Αἰθίοπα δοῦλον ἕνα) In Editis hæc deſiderantur. Theophanes vero habet, *ἐξ ἵππον, καὶ δοῦλον*.

Παιδὸς τοῦ Μαγιστριανοῦ) *Μαγιστριανός*, *Agens in rebus*, Officialis Magiſtri Officiorum. Gloſſæ Lat. Gr. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Διὰ τῆς ἐφόδου τῶν Μαρδαϊτῶν, &c.) Perperam in Theophane legitur, *διὰ τῆς ἐφόδου τῶν Μαρδαϊτῶν τῶν παρακειμένων. ταῦτα ...*, &c. Ex Scriptore noſtro & textus Græcus Theophanis, & verſio Latina emendari poſſunt. 150.

Ἡ Ῥωμανία) *Imperium Orientale*, & interdum *Provinciæ Aſiaticæ*. Vide Ducangii utrumque Gloſſarium.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἀπελθὼν ὁ βασιλεὺς) Hæc anno 15 Juſtiniani Rhinotmeti refert Theophanes.

Ἐδέξατο τοὺς ἐν τῷ Λιβάνῳ Μαρδαΐτας, &c.) Interpretatus ſum hæc ad literam, ut ajunt; ſed melius fortaſſis Theophanis interpres: *Imperator autem in Armeniam profectus Mardaitarum agmen, aereum illum Imperii Romani murum in Libano prius conſiſtentem, & a ſe everſam illic ſuſcepit.*

Ὑπὸ τὸ οἰκεῖο πατρὸς ὀρδίνου, &c.) *Ἐνορδίνως*, *Ordinario* interpretatus Ducangius; vide ejuſdem Gloſſ. Græc. v. *Ὀρδινον*.

Ἐν πρωτευόντος τοῦ Ἀβιμέλεχ, &c.) Sic in MS. in Editis legitur, *ἐν τοῖς πρωτεύουσι τοῦ Ἀβιμέλεχ*; &c. Vide Theophanem ad annum III. Leontii, qui fuit principatus Abimelech quintus decimus. *Ταξάτιον* vero, *Præſidium militare*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Λεόντιος δὲ ἐν τῷ τότε χρόνῳ ἐκβληθέντος τοῦ Ἰουστινιανοῦ, &c.) Perperam Meurſius interpretatur; quippe pro *ἐκράτησεν* lego *ἐκράτει*, & ſic verto: *Tunc autem Leontius, dejecto Juſtiniano, & in Cherſonem relegato, Imperium tenebat.* Nam illa Arabum in Africam impreſſio accidit an. III. Leontii.

Τίθησιν Ἀβιμέλεχ) Anno nimirum ſeptimo Apſimari, Chriſti 704. vel ſequenti.

Ἐκράτησεν Οὐαλὴδ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ἐννέα) Totidem huic annos attribuit & Theophanes.

151. *Καὶ μετὰ δύναμιν καὶ ἀμφοῖν ταύτην διακυβερνῶν, τοὺς Ἄραβας*, &c.) Nullam mentionem de hiſce Arabum

Digitized by Google

geſtis in Africa, Juſtiniano Rhinotmeto ſecundo imperante facit Theophanes.

Τοῦτο τοῦ Μαβία ἔγγονος, &c.) Eadem ferme capite præcedenti refert Scriptor noſter. Sed fallitur, nam id accidit non ſub Juſtiniano Rhinotmeto, ſed ſub Conſtantino Copronymo. Vide Theophanem qui totam rem pluribus exponit anno sx. ejuſdam Conſtantini.

Μετὰ ὀλίγους τινὰς λαοὺς) Sic MS. Codex. Editi vero habent, μετ' ὀλίγους τρεῖς. Sed præferenda MS. lectio, nam, ut ſcribit Theophanes loco paulo ſuperius citato, Maruam a Maurophoris occiſo, ejus filii ac reliqui affines calamitatibus illis ſuperſtites, ex Ægypto migraverunt in Africam; inde vero in Hiſpaniam; quam ad hoc uſque tempus tenuerunt.

Καὶ ἡ τοῦ Θωμᾶ ἀποστασία ἐγίνετο, &c.) De expeditione Afrorum ſeu Arabum contra Cretam, & inſulas Cycladas, Michaela Balbo imperante, necnon de Thoma contra Michaelem imperium affectante conſule Leonem Grammaticum in Vita ejuſdem Auguſti, Cedrenum item ac Zonaram. Cæterum in hunc Thomam Iambos ſcripſit Ignatius Diaconus, Auctor Vitarum Sanctorum Taraſii & Nicephori Patriarcharum CP. ut tradit Suidas: Ἰγνάτιος, Διάκονος καὶ Σκευοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ γεγονὼς μητροπολίτης Νικαίας, γραμματικός· ἔγραψε βίους Ταρασίου καὶ Νικηφόρου τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατριαρχῶν· ἐπιτυμβίους ὀλίγους, ἐπιστολάς, ἰάμβους εἰς Θωμᾶν τὸν ἀντάρτην, ἅπερ ὀνομάζονται τὰ κατὰ Θωμᾶν, καὶ ἄλλα πολλά.

152. Τὸν δὲ Οὐαλὶδ διαδέχεται ὁ Σουλεϊμάν) Repetit hic Scriptor noſter ea, de quibus capite præcedenti circa finem egit; & proſequitur Arabum Principum ſeriem.

Edit. Pariſ. pag. 52.

Τὸν δὲ Οὔμαρ διαδέχεται Ἀζίδ) Hic Arabum princeps dicitur Theophani Ἰζίδ.

Τοῦ τελευτήσαντος κρατεῖ τῆς ἀρχῆς Μαρουὰμ) Mortuo Iſam Valid Arabum princeps numeratur a Theophane, qui annum unum eidem adſcribit. Vide eundem Theophanem ad annum III. Conſtantini Copronymi.

Ἀβδελᾶς τις τῶν Ἀράβων ἀρχὴν κύριος γίνεται καὶ κρατεῖ ἔτη κα΄.) Theophanes poſt Maruam Muamed recenſet, eique annos quinque attribuit, ut patet ex iis, quæ habet idem Scriptor ad annum XIV. Conſtantini Copronymi. Perperam vero ejuſdem Tabulæ ipſi Muamed annos IX. adſcribunt. Sed in Tabulis prædictis numeri annorum paſſim corrupti occurrunt; hinc fit, ut recentiores Hiſtoriarum Scriptores dum Tabulas illas tantum conſulunt, & non Theophanis textum, paſſim in errorem deferantur. Cæterum Abdelas hic frater fuit Muamed, ut ſcribit Theophanes paulo ſuperius citato loco, eique annos principatus XXI. aſſignat. Obiit is eodem menſe quo impius Copronymus, ut tradit idem Scriptor anno XXXV. ejuſdem Auguſti.

Μαδὶς, &c. ἐννέα) Μαδὶς dicitur & Theophani, qui totidem ipſi annos adtribuit. In Editis legitur, Μάδυς.

Ἀαρὼν τις τῶν Ἀράβων, &c. ἔτη κγ΄.) Anno XV. Irenes & Conſtantini obiit Mades, ſeu Madi, & ipſius filius Moſes principatum obtinuit; qui cum imperaſſet annum circiter unum obiit, & in ejus locum Aaron frater ſuffectus eſt. Vide Theophanem anno VI. Conſtantini & Irenes.

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἄγουσι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς Εἰρήνης καὶ Κωνσταντίνου, ὄντος ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςτιη΄.) Sic in MS. Codice legitur: Editi vero habent ita: ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἄγουσι ,ςτπη΄. τῆς τῶν Ῥωμαίων, &c. Numerus autem hic primus annorum ab orbe condito in MS. habetur margini adſcriptus alia manu & rubris literis: habetur & interlinearis ſed manu admodum recenti. Atqui mora Aaronis Arabum principis, & diſſidium illud inter Arabes neque ſub Conſtantino & Irene, neque an. 6288. ab orbe condito accidit, ſed anno VII. Imperii Nicephori Generalis, Chriſti 808. ut habet Theophanes hoc ipſo anno, qui rem totam iiſdem ferme verbis refert: unde loco Irenes & Conſtantini, ſcribendum eſt Nicephori Generalis; & annus ab orbe condito reponendus, vel prout computat Theophanes, nimirum ἔτει 6301. vel ut numerant Græci recentiores ,ςτις΄. 6316.

Εἰς τὴν ἐνδοτέραν Περσίδα, τὴν καλουμένην Χωρασάν) Sic MS. Codex, necnon etiam Theophanes. 153.
Editi habent, εἰς τὴν ἐνδοτέραν Περσίδα δὲ τὴν καλουμένην Χωρασάν. Subjungit Theophanes, μηνὶ Μαρτίῳ, ἰνδικτιῶνι β΄.

Ἔνθα δὲ καὶ αἱ κατὰ τῆς ἁγίας, &c.) Sic in MS. In Editis, ἔνθεν δὲ καὶ αἱ τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως ἐκκλησίαι ἠρήμωνται. Theophanes vero, ἔνθα δὲ καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν, &c.

Τά τε μοναστήρια τῶν δύο μεγάλων Λαυρῶν) Quid Lauræ, & quodnam diſcrimen inter Lauras & Cœnobia pluribus docet Ducangius in utroque Gloſſario.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Χαρίτωνος) De Charitone Monaſteriorum & Laurarum conditore Pauli Eremitæ diſcipulo Menæum Septembris 28. In Anthologio Arcudii: αὐτὸς δὲ τὸ παλαιὸν ἐκκλησίαν ποιήσας, καὶ πλῆθος μοναχῶν συναγαγὼν, εἰς μονὴν ἀνεπαύσατο. Vixit hic Charito temporibus Imperatoris Aureliani, hujuſque Λαύρα παλαιὰ citatur a Georgio Syncello in Chronico pag. 107. eaque non longe a Bethleem & a Rachelis tumulo extitiſſe videtur: Ταύτης ἐγὼ τὴν λάρνακα τῆς γῆς ὑπερανεχομένην πολλάκις ἐκεῖσε παροδεύων τῆς Βηθλεὲμ, καὶ τὴν παλαιὰν Λαύραν τοῦ ὁσίου Χαρίτωνος ἑώρακα. Hujus ego tumulum terra extantem, verſus Bethleem & antiquam beati Charitonis Lauram iter faciens conſpexi. De eadem agit præterea Vita MS. ejuſdem ſancti Charitonis Eremitæ: Διὰ ταῦτα καὶ ἑτέραν ὁμοίως κατασκευάζει Λαύραν ὁ θαυμαστὸς οὗτος Χαρίτων, ἥνπερ ὅτι μὲν τῇ Σύρων γλώττῃ Σουκὰν ὀνομάζουσιν, ἄλλοι δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν Παλαιὰν λαύραν ἀναπτυκάζουσιν, ἄλλοι δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν Παλαιὰν λαύραν ἀναπτυκάζουσιν. *pag. 53.*

Καὶ Κυριακοῦ) Naſcitur Corinthi ſub Theodoſio magno, patre presbytero illius Eccleſiæ; anno ætatis XVIII. lector creatur, & poſtmodum Lauræ Charitonis præfuit aliquandiu. Vide Anthologium Arcudii.

Καὶ τοῦ ἁγίου Σάβα) Vixit ſub Theodoſio juniore. Feſtus ei dies V. Decembris. De hoc pluribus egimus lib. V. Comment. in Antiquit. CP.

Εὐδοξίας) Vixit ſub Trajano. Vide Menæa XX. Januarii.

Καὶ Θεοδοσίου) Dies ei conſecratus XI. Januarii.

Ἔτη πέντε) In Theophane numerus annorum deſideratur, ideoque hinc ſupplendus.

Ἐν οἷς ἐκοιμήθη τοῖς χρόνοις τῶν Ἀράβων ὁ ἐν ἁγίοις Θεοφάνης, &c.) Sic in MS. Perperam legitur in 154.
Editis: ἐν οἷς ἐκοιμήθη τοῖς χρόνοις τῶν Ἀράβων ὁ ἐν ἁγίοις Ἐπιφάνιος, &c. Quod autem legendum ſit hic Θεοφάνης & non Ἐπιφάνιος, non eſt neceſſe pluribus probari, cum nemo ignoret, Theophanem Chronographum, ex quo plura capita ferme integra, quæ ad hiſtoriam Arabum pertinent, hic exſcripſit Porphyrogenitus, & præcipue caput præſens, condidiſſe Monaſterium Magni Agri dictum, in eoque repoſitum fuiſſe ipſius corpus. Vide Menæa menſis Martii die XII. Epiphanii autem Scriptoris rerum Saracenicarum nemo ex Scriptoribus meminit. Sed hæc plus ſatis dicta ſint de re tam manifeſta. Cæterum corrigendus eſt Ducangius in Vita Leonis Philoſophi, qui Zoen Carbonopſinam, quartam uxorem ejuſdem Leonis, ſororem fuiſſe ſcribit, ex Porphyrogenito, ſancti Epiphanii Magni Agri Abbatis.

Μητράδελφος τυγχάνων τοῦ μεγάλου, &c.) Μητράδελφος. Avunculus interpretatus ſum, ita ut Zoe Carbonopſina quarta Leonis Philoſophi uxor ſoror ſit Theophanis. Atqui id annorum ſpatium non patitur; cum Theophanes mortuus dicatur ſub Leone Armeno circa finem ejus imperii. Unde μητράδελφος non ſolum *avunculus* fortaſſis dicitur, ſed & *magnus avunculus*, ut vulgo appellatur, nimirum matris avunculus.

Πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις) Sic in Epitome

Stephani in Μαστιανοί, ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις; at in Ἰβηρίας legitur, πρὸς ταῖς Ἡρακλείοις στήλαις.

Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς β'.) Sic ex MS. Codice. Perperam in Editis legitur, αὐτὸ λαδω. Apollodori Geographi ſæpe meminit Stephanus in Ἀβαῖοι, Αὔγιλα, & in Ταυχείρηλα. De eodem videtur loqui Tzetzes Chil. XII. Hiſtor. c. inquiens: Ἀπολλόδωρός φησι ταύτην τὴν ἱστορίαν, ἐν τῷ περὶ νήσων, πόλεων, ἐθνῶν, ἐν βιβλίῳ. *Apollodorus refert hanc hiſtoriam eo in libro, quem conſignavit de inſulis, urbibus, & populis.* De Apollodoris vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis.

155. Ταύτην δὲ εἰς πολλά, &c.) Sic cum Berkelio emendamus: perperam quippe in Editis & in MS. habetur, ταύτης δὲ πολλά, &c.

Ἡρόδωρος ἐν τῇ δεκάτῃ) Sic emendamus. Perperam in Editis, & in MS. legitur Ἡρόδοτος: quippe hujus Herodori liber etiam decimus de Hercule citatur a Stephano in Κυνητικόν. Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. III.

Γέγραφεν ἱστορίῃ) Ita in MS. Codice. Perperam in Editis, γέγραφεν ἱστορία.

Τὰ παράλια τὰ δυτικά) Perperam in Editis legitur, τὰ παράλια τὰ ἄδηρ.

Τὰ πρὸς δυσμέων) Sic legitur in MS. Codice.

Μετὰ δὲ Ἐλβυσινίους, &c.) Sic cum Berkelio emendamus. In MSS. legitur, μετὰ δὲ, Ἐλευσίνιοι, μετὰ δὲ, Μαστινοί, μετὰ δὲ οἱ Καλκοηνοί. ἔπειτα δὲ ὁ Δωνόδανος. Liquet ex hoc Herodori loco, inquit Berkelius, *Elbyſinios* & *Maſtienos*, qui etiam *Maſtiani* vocantur ab aliis, gentes eſſe Iberiæ. Philiſtus Elbyſinios apud noſtrum *Elbeſtios* Ἐλβεστίους vocat (ſi locus alioquin mendo careat, de quo vehementer ambigo) quos non in Hiſpania, ſed ſimul cum *Maſtienis* in Libya collocat. Et alio in loco Stephanus ex Hecatæi Europa, *Maſtianis* prope columnas Herculeas ſedem aſſignat, adeo ut de his gentibus contraria ſtatuere videatur.
Edit. Pariſ. pag. 34. Verum, ut quod res eſt dicamus, tempore Hannibalis cum Africæ ſecuritati proſpiceret, ex Hiſpania in Africam, & ex Africa in Hiſpaniam milites trajici ſolebant, ut ſic fidem & amicitiam utrorumque populorum mutuo vinculo ſanciret. Inter illos fuere *Terſitæ*, *Olcades*, *Maſtiani* (& fortaſſis *Elbyſinii* ſive *Elbeſtii* eorum vicini) quos cum Philiſtus audiret in Africa præclarum aliquod facinus edidiſſe, exiſtimavit indigenas eſſe, cum revera patriam & incunabula Hiſpaniæ deberent. Videſis Polybium lib. III. ubi refert, ſupra nominatos populos Hannibalis conſilio in Africam tranſiretaſſe.

Καλκοηνοί) An legendum Κέλται, quorum regionem ſubſequitur ea quam Rhodanus alluit?

Σπανία καλεῖται) Multi ex veteribus Spaniam pro Hiſpania dixere.

Πρῶτον μὲν ἐπαρχία) Hæc ita proprio marte reſtituit Berkelius; cum hæc verba deſint in Editis & in MS.

156. Λέγεται δὲ καὶ Ἰβηρῖται) Sine dubio, inquit Berkelius, temporum iniquitate vel tranſcriptorum negligentia hic locus mutilus ad nos pervenit, excidit enim, τὸ ἐθνικὸν Ἴβηρ. Quibus ſubnectendum optimo ſenſu, λέγεται καὶ Ἰβηρῖται.

Παρθένιος) De Parthenio & Artemidoro vide Indicem Pinedi ad Scriptores citatos in Stephano Byzantio.

Η δ' ἑτέρα Ἰβηρία πρὸς Πέρσαις ἐστί) De hac Iberia pluribus agit infra Porphyrogenitus cap. XLV. & XLVI. Hanc ponit Agathemerus lib. II. Geog. inter Colchidem & Albaniam: Τέτακται δὲ τῇ Σαρματίᾳ πρὸς μὲν τῷ Πόντῳ ἡ Κολχική, πρὸς δὲ τῇ Κασπίᾳ ἡ Ἀλβανία, ἐν μεταξὺ κεῖται ἡ Ἰβηρία. Vide Dionyſium de ſitu Orbis & Strabonem lib. I. & XI.

Διονύσιος) Non eſt ſequens verſiculus, inquit Berkelius, deſumptus ex Dionyſio Alexandrino de ſitu Orbis. Imo in illo verſu non videtur mentio fieri de Iberis Orientalibus, ſed de Occidentalibus, ἀγχὶ στηλάων, *prope columnas Herculeas* habitantibus. Verum verſiculus mox ſequuturus, ex quo uſum τοῦ Ἰβηρικὸς confirmat, ex Dionyſio Alexand. tranſcripſit Stephanus noſter.

Γραμματικῇ δὲ χρῶνται) Strabo lib. III. narrat, Hiſpanorum doctiſſimos olim Turdetanos fuiſſe, qui præter Grammaticæ uſum, etiam conſcripta ſervabant antiquitatis monumenta, poemata, & leges metris incluſas. Cæterum iiſdem literis quibus Itali utebantur. Vide Voſſium de arte Grammatica.

Πόντος μὲν πρώτιστα) Sic ex Dionyſio emendat Berkelius, nomen auctoris adjungens. 157.

Πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο, &c.) Sic in MS. In Editis vero; πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο διῃρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, νῦν δὲ εἰς τρία, Βαιτικήν, Σπανίαν, καὶ Ταρρακωνησίαν. At neſcio unde Berkelius ſic ſcribit: πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο ἐπαρχίας διῃρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, νυνὶ δὲ εἰς τρεῖς, εἰς Σπανίαν Βαιτικήν, Σπανίαν Λυσιτανίαν, καὶ Ταρρακωνησίαν, & hanc lectionem in verſione expreſſimus. Salmaſius vero in Plinianis Exercit. ait ſe in veteri Codice hunc locum ſic ſcriptum reperiſſe: Πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο διῃρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, νυνὶ δὲ εἰς τρία, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ Περίπλῳ αὐτοῦ, Βαιτικήν, Λυσιτανίαν καὶ Ταρρακωνησίαν. Certum quidem eſt, primum Romanos Hiſpaniam in citeriorem & ulteriorem diviſiſſe; de quo Plinius & alii: deinde vero cum tota regione eſſent potiti, in tres partiti ſunt provincias. Marcianus quem hic Porphyrogenitus laudat ſic habet in Periplo cap. de Iberia & Hiſpania: Πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία διῃρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς ἐπαρχίας δύο, νυνὶ δὲ εἰς τρεῖς, εἰς Σπανίαν Βαιτικήν, καὶ εἰς Σπανίαν Λυσιτανίαν, καὶ Σπανίαν Ταρρακωνησίαν. Agathemerus lib. II. Hiſpanias item tres recenſet; Σπανίας τρεῖς ἐν Ἰβηρίας πρότερον ἐκάλουν· καὶ ἔστιν ἡ μὲν Λυσιτανία πρὸς τῷ δυτικῷ Ὠκεανῷ· ἡ δὲ Βαιτικὴ μετὰ τῆς ἐντὸς θαλάσσης, ὀλίγον τι καὶ τοῦ ἔξω μετὰ τὸν πορθμὸν ἐπιλαμβάνουσα. ἡ δὲ Ταρρακωνησία ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἔσω θαλάσσης ἐπὶ τὴν ἐντὸς θάλασσαν. Sic quidem ante Conſtantinum magnum; at poſt illum univerſa illa regio in ſex provincias diviſa fuit, ut patet ex Scriptoribus.

Παράγει) Deeſt hoc verbum in Editis & in MS. pag. 35.
& proprio marte reponitur a Berkelio.

Τὸ μὲν Ἴβηρ) Sic Berkelius, neſcio unde. In Editis & in MS. Porphyrogeniti legitur, τὸ μὲν ὕδωρ, &c.

Χαρόποιο τ' ἄνακτος) Χαρόποιο τ' ἄνακτος, & υἱὸς Τροιζήνοιο ſunt fragmenta verſuum Homeri.

Δειπνοσοφιστῶν β'.) Locus hic Philarchi apud Athenæum paullo diverſus eſt. Sic ibi ille: φησὶ δὲ τοῖς Ἴβηρσι πάντας ὑδροποτεῖν, καίτοι πλουσιωτάτους ἀνθρώπων ὄντας. μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς αἰεὶ λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐσθῆτας δὲ φορεῖν πολυτελεστάτας. Eadem refert Euſtathius ad Periegetæ v. 282. 158.

Ἀπὸ Ἱσπάνου γίγαντος) Hiſpania, quæ primum dicta fuit Iberia, ut ex præcedenti capite liquet, & deinde Heſperia ab Heſpero ſtella lucidiſſima, quæ veſpertino tempore in Occidente apparet, ſolem ſubſequens; poſtmodum nuncupata eſt Hiſpalia ab Hiſpali, urbe ad fretum Atlanticum ſita, quam hodie Siviliam vocant; unaque denique litera immutata Hiſpania appellata fuit. 159.

Ἱσπανίας δύο τοῖς Ἰταλοῖς ἐπαρχίαι) Diviſa fuit olim a Romanis univerſa Hiſpania in citeriorem & ulteriorem, uti ad caput præcedens adnotavimus.

Χάραξ ἐν ι'. χρονικῶν) Χρονικὰ Characis Pergameni paſſim citantur a Stephano. Vide Voſſium de Hiſt. Græc. lib. III.

Τὸν Οὐρίαθον) Viriathus qui ex venatore latro, ex latrone ſubito dux atque Imperator, Romanum exercitum non ſemel profligavit: primum Vetilium Prætorem fuſis ejus copiis captum trucidavit; in cujus locum cum miſſus eſſet C. Lælius, egregie cum eo pugnavit. Deinde Q. Fabius Maximus Æmilianus Proconſul reſtituta militari diſciplina eundem devicit. Tum Q. Fabius Maximus Servilianus Conſul, alterius frater, fuſum fugatumque in Luſitaniam compulit anno

V. C. 612. Sequenti vero cum a Viriatho circumventus opprimi poſſet, pacem præoptans læquis conditionibus dedit. Et de hac quidem Viriathi contra Q. Fabium Maximum Servilianum expeditione videtur hic loqui Charax: nam Q. Servilius Cæpio anno 614. neglecto fœdere, repente Viriathum adortus, corruptis ejus legatis, dolo illum ſuſtulit, majore populi Romani dedecore, quam operæ pretio. Vide Livium de bello Viriathico, Florum, Appianum, &c.

Ταύτην κεκλῆσθαι φησὶν Ἱσπανίαν ἐν Χρονικῶν γ'.) Sic in MS. Codice. Perperam in Editis: *Ταύτην κεκλῆσθαι φησὶν Ἱσπανίαν. ἐν δ' Χρονικῶν γ'.*) Hoc autem intelligit de eodem Charace, qui Svida teſte, condidit hiſtoriarum Græcarum libros XL. in quorum ſecundo Auguſti Cæſaris memoriam celebrat; in ſecundo item Neronis, & ſucceſſorum. Cæterum Characis librum ſecundum *Χρονικῶν* citat Stephanus Byzantius in *Ἀδρίανα*, & *Ταυᾶσος*. Unde facile crederem, & ex eo quod in Stephani Epitome de Hiſpania habetur, Porphyrogenitum hoc integrum caput de Hiſpania exſcripſiſſe, quemadmodum & præcedens caput, ex Opere integro Stephani; & miror cur Berkelius hæc item Stephano non reddiderit.

Τὴν πρωτηγορίαν μεμαθηκότες) Ita MS. Codex. Perperam in Editis legitur, *τὴν πρωτηγορίαν μεμαθηκότες*.

Τῶν πάντων ἕνα καλοῦντι) Sic ex MS. Codice. Locus mutilus in Editis.

Τινὲς δὲ φασὶν αὐτὴν μετακεκλῆσθαι Πανίαν.) Sic emendamus; quippe in MSS. Porphyrogeniti ac Stephani corrupte legitur *Πανωνία* pro *Πανία*. Soſthenes enim lib. XIII. Ibericorum apud Plutarchum de fluminibus teſtatur Iberiam *Paniam* appellatam fuiſſe a Pane ejuſdem regionis Præfecto: *Νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων, δι' ὃ χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν, ἣν οἱ μεταγενέστεροι παραγωγῶς Σπανίαν προσηγόρευσαν, καθώς ἱστορεῖ Σωσθένης ἐν ιγ'. Ἰβηρικῶν.* *Devicta Iberia Panem illorum locorum Præſidem reliquit, qui regionem a ſe ipſe Paniam nominavit, quam poſteri ſequuti derivationem, Spaniam tandem appellarunt, ut refert Soſthenes libro XIII. rerum Ibericarum.* Vide & Plinium lib. III. cap. I. Edit. Pariſ. pag. 56.

160. *Ἐκ τῆς ἱστορίας τοῦ ὁσίου Θεοφάνους τοῦ Σιγγριανοῦ*) Nimirum, *Ex hiſtoria ſancti Theophanis Singrianæ Monachi*. Perperam hunc titulum interpretatur Meurſius ſic: *Ex hiſtoria ſancti Theophanis Sigriana*. Nullam quippe hiſtoriam Sigrianam conſcripſit Theophanes; ſed Singrianæ montis Monachus fuit, unde paſſim a Scriptoribus dicitur *τοῦ Σιγγριανοῦ*. Officium Theophanis, quod fronti ejuſdem Operum præfixit Combefiſius, ſic habet: *Τῷ αὐτῷ μηνὶ ιβ'. τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνους τοῦ ὁμολογητοῦ τοῦ Σιγγριανοῦ. Menſis (Martii) die 12. Sancti Patris noſtri Theophanis Confeſſoris Singrianæ Monachi*.

Τούτῳ τῷ ἔτει Οὐανδάλοι ... μόνον Βρεττανίαν καὶ Γαλλίαν, &c.) Sic in MS. Codice, & in Theophane. In Editis corrupta ac depravata ſic habent: *Τούτῳ τῷ ἔτει Οὐανδάλοι ... μόνον Βρεττανίαν ... καὶ Γαλλίαν καὶ Ἱσπανίαν ... ἀλλὰ τὴν Ἑσπερίαν Λιβύην ...* Theophanes hanc Vandalorum in Africam irruptionem refert anno XXXI. Imperii Theodoſii Junioris: Scriptor vero Chronici Alexandrini, Proſper Idatius, aliique id ad annum XXI. vel XXVII. ejuſdem Auguſti aſſignant, nimirum Coſſ. Fl. Tauro & Fl. Felice, anno Chriſti 428. Vide Procopium lib. I. de bello Vandalico, unde Theophanes, quæ hic habet de Vandalorum in Africam irruptione, mutuatus eſt; quæ quidem ſummatim ab ipſo collecta hiſtorice potius quam chronice, ad annum XXXI. Theodoſii Junioris referuntur.

Βονιφάτιος δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἑσπερίας Λιβύης λαβόντες, &c.) Sic ex Theophane. Perperam in MS. & in Editis Conſtantini legitur, *Βονιφάτιος δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἑσπερίας Λιβύης λαβὼν, &c.*

161. *Ὅτι ἐὰν παρακληθῇς παραγενέσθαι μὴ θελήσῃς*) Theophanes; *ἐὰν μετακληθῇς, παραγενέσθαι μὴ θελήσῃς*. *Si accerſitus fueris, ne de reditu cogitato*.

Μέχρι τῆς Δακίας) In Theophane legitur, *πέραν τῆς Δακίας*.

Τούτων δὲ ἀξιολογώτεροι εἰσι, &c. Theophanes ſic habet: *τούτων δὲ ἀξιολογώτεροι εἰσι τέσσαρα, Γότθοι, Υπσίγοτθοι, Γήπαιδες, & Οὐανδῆλοι ἐν ὀνόματι μόνῳ*, &c. Sed alia lectio Theophanis pro *Υπσίγοτθοι* habet *Ισίγοτθοι*.

Οἱ δὲ Ἰσίγοτθοι μετὰ Ἀλλαρίχου, &c.) In Editis & in Theophane legitur, *μετὰ Ἀλλαρίχον*. Unde ejus interpres ſic vertit, *Vviſigotthi poſt illatas ab Alaricho clades Roma devaſtata, in Galliam ſecedentes, varias obtinuerant provincias*. Meurſius legendum ſic monet; *οἱ δὲ Οὐισίγοτθοι μετὰ Ἀλλαρίχου*. In MS. ſcribitur *Ἡσίγοτθοι*; *Ἰσίγοτθοι*, & *Υησίγοτθοι*. Cæterum quo anno a Gothis Roma capta fuerit, & quando ab iiſdem Galliæ occupatæ, pluribus narrant illius ævi Scriptores; qui hanc tradunt, Gothos non cum Alaricho ſed cum Athaulfo ejus ſucceſſore Gallias occupaſſe.

162. *Ἐν τῇ Θρᾴκῃ διατρίψαντες, &c.*) Sic habet MS. Codex Theophanis Pal. In textu legitur, *ἐν τῇ Θρᾴκῃ διέτριψαν, ἐκ τῆς ἑσπερίου βασιλείας ἐκράτησαν*. Sed melius codex Pal. In Editis Conſtantini corrupta hæc ac depravata ſic habent; *ἐν τῇ Θρᾴκῃ διατρίψαντες Θευδερίχου ἡγεμονεύοντος αὐτῶν, πατρικίου καὶ ὑπάτου Ζήνωνος, αὐτὰρ ἐκτρίψαντες τῆς ἑσπερίου Λιβύης βασιλείας ἐκράτησαν*. Theudericus autem hic Valameris filius e Thracia Byzantium accerſitur, Conſulque renunciatur, & Thraciæ Præfectura donatur, poſtmodum a Zenone compulſus in Italiam proficiſcitur, & Gizericho vita jam functo priuſquam ipſe Romam appelleret, urbe tandem totoque ſimul Occidente potitur. Vide Theophanem ad annum XI. imperii Zenonis.

Τὸν Ῥῆνον ποταμόν) Sic ex Theophane. In MS. & in Editis Conſtantini perperam legitur, *τὸν Σῖνον ποταμόν*.

Ἡγούμενον ἔχοντες Γοδιδίσκλον) Sic ex MS. Perperam legitur in Editis, *ἡγούμενον Γοδιδίσκλον*. Theophanes habet, *ἡγούμενον ἔχοντες Μοδιγίσκλον*; & ſic etiam Theophani paulo infra appellatur *Μοδιγίσκλος*.

Γόνθαρίν τε καὶ Γιζέριχον) Theophanes habet, *Γόνθαριν τε καὶ Γιζέριχον*. pag. 57.

163. *Ἐφ' ᾧ ἴκανον*) Perperam legitur in Theophane, *ἐφ' ᾧ ἐκάνον*.

Μέχρι Τριπόλεως τῆς κατὰ Κυρήνην) Sic ex Theophane. In MS. & in Editis Conſtantini legitur, *μέχρι Τριπόλεως τῆς κατὰ Κυρήνην*. Meurſius interpretatur, *Tripolim uſque quæ eſt ex adverſo Cyrines*.

Οἱ δὲ Ἰσίγοτθοι ἀναστάντες ἀπὸ Γαλλίας ἐκράτησαν, &c.) Nimirum, *Vviſigothi autem e Gallia moventes Hiſpaniam occuparunt*. Perperam Meurſius hæc ita interpretatur, *Iſigotthi autem moventes Gallias occuparant, & Hiſpaniam*.

164. *Καὶ δεδεμένος τῷ Ἄσπαρι*) Sic ex Theophane. In MS. & in Editis Conſtantini legitur, *καὶ δεδεμένος Ἄσπαρι*. Quæ ſic Meurſius interpretatur: *Tunc etiam Martianus miles Aſpari ſerviens, qui poſtea imperium nactus eſt, vivus a Gezericho captus fuit*.

Ἰστέον ὅτι τρεῖς Ἀμερμουμνεῖς, &c.) Sic in MS. & in Editis. At paulo infra ſcribitur *Ἀμερμουμνῆς*, idque ſic ubique ſcribendum ait Meurſius in Notis. Verum apud Scriptores Byzantinos varie hæc vox ſcripta reperitur; quod quidem factum eſt librariorum inſcitia, ut nemo dubitat. Cæterum *Ἀμερμουμνεῖς* dicti ſupremi apud Saracenos Principes, ut patet ex iis quæ hoc capite docet Scriptor noſter.

Ὁ μὲν πρῶτος καθέζεται ἐν τῷ Βαγδάδ, &c.) Sic ex MS. Codice. In Editis locus hic mutilus ac depravatus, ut optime animadverterat Meurſius. Quæ vero hic narrat Scriptor noſter de diviſione Saracenorum Imperii, conferri poſſunt cum iis, quæ in diverſis locis ſuæ Chronographiæ ſcribit Theophanes.

Δευτέραν Ἀμερμουμνὴν τὴν Ἀφρικὴν, τρίτην Ἀμερμουμνὴν τὴν Αἴγυπτον, &c.) Sic ex MS. expletur lacunula, quæ comparet in Editis.

Τὰς δὲ Ἀφρικῆς ἀποστασίας, &c.) Sic ex MS. 165

Digitized by Google

Perperam in editis, τὸ δὲ Ἀφρικῆς ἀποσπασθέντων, &c.

Καὶ Ἀμηρᾶν ἴδιον ἀναγορεύσαντες) Sic emendamus cum Meurſio. Perperam in MS. & in Editis legitur, ἀναγορευσάντων.

166. Φορῶν καὶ τὸ κουράν) Κουράν, Κουράνιον, & Κοράν, Coran, Leunclavio in Onomaſt. ad Hiſt. Turc. *Alcoranum Mahumetanorum*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Δίκην μανιακίου) Μανιάκιον, Μανιάκης & Μανιάκιν, *Torques*, *Monile*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Καὶ ἀντικαλοῦν καὶ αὐτὸν ἰσχὺν, &c.) Sic ex MS. Codice.

Ἡ γενεαλογία τοῦ περιβλέπτου ῥηγὸς Οὔγωνος) Sic ex MS. Codice. Ugo iſte ab Italis vocatus, ejecto Rodulpho, Italiæ regnum obtinuit, ſed Franciæ rex, ut paulo infra a Porphyrogenito appellatur, nuſquam fuit, ſed Comes tantum Provinciæ ſive Arelatenſis.

167. Πάντων τῶν ῥηγάτων) Ῥηγάτον Græcis recentioribus, *Regnum* ut Δουκάτον, Πριγκιπάτον, &c. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii.

Λωθάριος ὄντος) Lotharius hic Lotharii filius, Ludovici II. Imperatoris, qui quartus a Carolo Magno Imperator Occidentis numeratur, frater; ab eodem Ludovico contra Saracenos Africanos Italiam vaſtantes ad auxilium vocatus Romam adiit anno Chriſti 869. mortuo jam ante biennium Nicolao Pontifice, & ab ejus ſucceſſore Adriano II. per fraudem ac mendacium exorata venia; cum ſub communionem Dominici corporis Waldrada ſe pellice poſt interdictum abſtinuiſſe, & in poteſtate fuiſſe Nicolai Pontificis juraſſet, ſacrilegii illius in reditu pœnas dedit Placentiæ lethali morbo confectus eodem anno, ſexto Idus Auguſti, ut ſcribunt nonnulli; alii vero Julio menſe mortuum narrant, neque id cujus cauſa venerat ab Hadriano impetraſſe.

Καὶ ἐστέφθη παρὰ τοῦ τότε Πάπα) Sic ex Codice MS.

168. Μετὰ δὲ τὸ τελευτῆσαι τὸν μέγαν Λωθάριον) Diu poſt Lotharii obitum Ludovicus hic ab Adelberto Tuſciæ Marchione excitus contra Berengarium in Italiam venit; quippe Lotharius e vivis exceſſit anno Chriſti 869. uti paulo ſuperius diximus; Ludovicus vero hic in Italiam venit anno Chriſti 900. vel ſequenti.

Edit. Pariſ. pag. 58. Λοδόϊκος ὁ ἴδιος τοῦ Λοδοΐκου) Ludovicus hic, Boſonis filius, naſcitur ex Hermingarde filia Ludovici junioris Imperatoris.

Καὶ ὁ μὲν ἀπιὼν) Ludovicus in fugam conjecto Berengario, Romæ a Papa imperii donatus eſt inſignibus anno Chriſti 901.

Τρίτον δὲ ἐλθὼν εἰς Βερώνην) Anno tertio imperii Ludovicus cum eſſet Veronæ, Adelberti Marchionis, a quo vocatus fuerat in Italiam, proditione capitur a Berengario, & oculis atque imperio privatur Auguſto menſe anni Chriſti 904. ut ait Rhegino; etſi Gotfridus Viterb. & Otto Friſingenſis ſequenti anno id factum prodant.

Καὶ ἀπελθὼν ἐν Ῥώμῃ ἐστέφθη) Berengarius ſublato Ludovico rurſus Italiæ occupat regnum; ac Romam cum exercitu adiens coronam imperii a Joanne Papa violenter extorſit, & Septembri menſe anni 915. eſt inunctus, ut ex ejus diplomatibus oſtendit Sigonius lib. 6. de Reg. Ital. Sed eo Roma recedente, idem Pontifex Lambertum Auguſtum, qui a Formoſo Papa fuerat coronatus, Romam acceſſit, ubi habita Epiſcoporum Synodo, utriuſque Regis juribus examinatis, omnium Patrum ſententia Joannes Berengarii coronationem tanquam vi extortam abrogavit, & Lamberti legitimam judicavit; quod quidem comprobatum etiam fuit in Synodo Ravennate, paulo poſt ab eodem Pontifice Romano ibi congregata.

Καὶ μετὰ τοῦτο ἰδιοποιήσαντες λαὸς τὸν Ῥοδόλφον, &c.) Adelbertus Eporediæ Marchio, aliique Italiæ proceres Rodulphum Richardi filium, quem Flodoardus Galliæ Ciſalpinæ Regem, Luithprandus Burgundiæ Principem nuncupant, ad Italiæ regnum capeſſendum vocant. Nec ille cunctatus anno 922. ut ait laudatus Flodoardus, eo contendit: ac Berengarii fuſis copiis, Italiæ rex appellatur. Berengarius Veronæ, quo ſe ex inſidiis fuga receperat, Flamberti cujuſdam inſidiis occiſus eſt anno Chriſti 924. ſicque Berengarius dignas ſuſcepit pœnas, quod fœdere cum Hunnis inito, eoſdem iterum majori agmine in Italiam intuliſſet in odium Rodulphi electi Francorum Regis, a quo ante annum fuerat bello ſuperatus, ut ſcribit idem Flodoardus, qui depopulationes Italiæ pluribus recenſet. Cæterum de iis, quæ hic narrat Parphyrogenitus de iteratis ac variæ fortunæ præliis Rodulphi cum Berengario, deque diviſione regni inter eos, ac de bellica expeditione trium Marchionum e Burgundia contra Italiam, conſulendi ſunt Scriptores illius ævi; quippe apud hiſtoricos recentiores res geſtæ illis temporibus in Italia admodum obſcuræ ac confuſæ reperiuntur.

Μετὰ τῆς δορκάς αὐτοῦ) Interpretatus ſum dubius, *pelle cervina, quam ferebat, ſe contegens*, quod apud Svidam δόρκων, ἔλαφος exponitur, *Cervus* vel *Caprea*. Meurſius, *pelle ſe ſua texit*, interpretatur, quaſi legiſſet δορᾶς pro δορκάς. Heſychius: δορά, δέρμα. Apud eundem, inquit Ducangius, lego, δόρκας κόνδυς. Forte κονδύς, ut *Caſſis* intelligatur: tametſi ita etiam ſcribitur apud Phavorinum. Cæterum hac voce utitur idem Porphyrogenitus etiam infra cap. 51. οἷον σκουτάρια, δέρματα, χλαβάνια, &c. 169.

Δέδωκεν αὐτῷ μετὰ μεναύλιον) Μέναυλον, Μίναυλον, & Μεναύλιον, *Spiculum*, *Venabulum*, *haſtæ ſpecies* εἶδος ἀκοντίου, in fragmentis poſt Æliani Tactica. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Τρεῖς μαρκιώνας) Μαρκιώνες & Μαρκέσιοι, *Marchio* & Ital. *Marcheſe*. Vide Ducangii utrumque Gloſſ. 170.

Τὸ ἐκδιῶξαι τοὺς κρατοῦντας καὶ κρατοῦντας αὐτοί) Sic ex MS. In Editis hæc depravata ac mutila ita leguntur, τὸ ἐκδιῶξαι τοὺς κρατοῦντας αὐτοί.

Καὶ Οὔγων ὁ ἀδελφὸς τοῦ Βόζου) In Editis perperam legitur, καὶ Οὔγων ὁ ἀδελφὸς τοῦ Βοΐζου.

Κόπτουσι τὴν ῥῖνα αὐτοῦ, καὶ τὰ δύο ὦτα) Sic ex MS. Codice. pag. 59.

Ἀρνοῦται ἀσπάσασθαι τὰ θεῖα εὐαγγέλια, &c.) Obſervandus (inquit Meurſius in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum) mos jurandi per ſacroſancta Evangelia. Harmenopolus lib. 1. tit. VII. Ὁ ἐκ δικαστικῆς ψήφου, ἢ ἐξ αἰτήσεως τοῦ ἀντιδίκου, ὅρκον ἐπέχων ἐπ' ἐκκλησίας, τῶν ἀχράντων ἐφαπτόμενος εὐαγγελίων, ὀμνύειν δὲ μετὰ ταῦτα ἐλεγχθεὶς, γλωσσοκοπείσθω. Menander de Leg. παραχρῆμα οὖν ὁ τῆς Σιγγιδόνος πόλεως τὴν ἀρχιερωσύνην ἔχων τὰς θεοσεβεῖς βίβλους αὐτῷ διὰ τῶν ἐν μέσῳ τῆς ἀγγελίας διεπορθμευόντων ἐνεχείρισε, καὶ δὴ δολερώτατα ταύτας ὑποδεξάμενος τὸν θρόνον, ἀνέστη τε ἐκ τῆς καθέδρας, καὶ σὺν φόβῳ δῆθεν πολλῷ καὶ σεβάσματι ταῦτα προσποιησάμενος δέχεσθαι, καὶ προσκυνήσας προθυμότατα, ὤμνυε κατὰ τοῦ λαλήσαντος τὰ ἐν ταῖς ἁγίαις διφθέραις ῥήματα Θεοῦ, μηδὲν ἐννοεῖν παρ' αὐτὰ διαψεύσασθαι. Cantacuzenus Hiſtor. lib. 1. cap. XV. *Per ſacra Evangelia & venerandas ſanctorum imagines fideliter jurare jubet.*

Ἀναιροῦσιν αὐτὸν Φλαμβέρτος ὁ σύντεκνος αὐτοῦ) Interficitur Berengsrius a Flamberto, uti ſupra diximus, anno Chriſti 924. Σύντεκνος vero *Compater*, *Pater ſpiritualis*. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii. 171.

Καὶ μετὰ τοῦτο ἐμίσησεν ὁ λαὸς, &c.) Poſt Berengarii obitum, Rodulphus Italiæ regnum haud diu retinuit; quippe populorum conſpiratione Hugoni Arelatenſi ſeu Provinciæ Comiti regnum defertur anno Chriſti 926.

Καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ) Moritur Rodulphus anno Chriſti 937. ac primus Burgundiæ rex fuit, ut ait Sigebertus, ſive Jurenſis, ac Ciſalpinæ Galliæ, ut Flodoardus in Chronico ſcribit.

Ὀνόματι Ἀδέλασαν) Hanc Adelaſam Rodulphi filiam, quæ Lothario Ugonis filio nupſerat, Adeleidem Scriptores Latini appellant.

Google

Τῷ νυνὶ ὄντι Ἰταλίας ῥηγί) Lotharius Ugonis filios conſors fit regni paterni anno Chriſti 932. Regno privantur ambo a Berengario ſecundo anno 945. hac conditione, ut Hugo cum filio Lothario regis vocabulo contentus, regni uſum, ac rerum ſummam Berengario permitteret. Sic Lothario filio in Italia relicto, in Provinciam Hugo rediit anno 947. biennio vero poſt moritur Lotharius, & regis titulum aſſumit Berengarius una cum Adalberto filio, anno 950. Hinc ergo facile eſt cognoſcere, quando iſthæc Porphyrogenitus ſcribebat, dum ait, *δίδωσι Λοθαρίῳ τῷ νυνὶ ὄντι Ἰταλίας ῥηγί*.

Ἥτοι ἡ θυγάτηρ τοῦ αὐτοῦ προσλεχθέντος ῥηγὸς Οὔγωνος) Bertha hæc quæ Romano Porphyrogeniti filio nupſit, Hugonis quidem Italiæ regis erat filia, ſed notha & illegitima, quam ipſe ex Bezola concubina ſuſcepit. Vide Luith. lib. 4. cap. 6 & lib. 5. cap. 5. & 9. Sed pudebat proculdubio Conſtantinum hanc ſuæ familiæ ignominioſam notam ſcripto conſignare. Cæterum Bertha a Sigefrido Parmenſi Epiſcopo deducta fuit Conſtantinopolim ſub annum 943. Indict. II. Romano Lacapeno Imperii clavum adhuc obtinente, quo & nuptiæ celebratæ ſunt menſe Septembri, cum nondum ætatis annum XIV. attigiſſet Romanus.

Ἐβασίλευσεν ἔτη) Numerus annorum, quibus Magna Bertha poſt Adelberti conjugis obitum regnavit, deſideratur cum in Editis, tum in MSS.

172. *Μετωνομάσθη δὲ Εὐδοκία*, &c.) Berthæ nomen in Eudociam mutatum fuit a Græcis in aviæ & ſororis Conſtantini memoriam, ut ipſe ſcribit. Sed ex quanam uxore, cum quatuor habuerit Leo, filiam Eudociam ſuſceperit, pluribus diximus lib. VI. Commen. in Antiquitate Conſtantinupolit. num. 150. unde ne actum agere videar eo lectorem mitto. Hanc autem Eudoxiam pro Eudocia perperam appellat Luithpr. lib. 5. cap. 9. Vixit vero Eudocia cum conjuge per annos quinque, obiitque intacta ac virgo, ut ſcribit Scylitzes.

Καὶ Γαϊνᾶ) Male in MSS & in Editis, *Γαϊνῆ*, ſed optime Meurſius legendum ait, *Γαΐνη*, vel *Γαΐνου*.

173. *[illegible]*) MS. Codex habet, *[illegible]*.

Edit. Pariſ. pag. 60. *Ἐν δὲ τοῖς καιροῖς Εἰρήνης τῆς βασιλίδος*) Sic habetur & in MSS. At mendam hic eſſe oſcitanter exſcribentis librarii nemo non videt; quippe id accidit Juſtino imperante, ideoque Sophia tunc Auguſta fuit non Irene, ut & Papa Joannes tertius, non Zacharias. Sunt autem qui hanc Longobardicæ irruptionis auctore Narſete Patricio ſpadone hiſtoriam, inter fabulas rejiciant. In his eſt Eminentiſſimus Cardinalis Baronius, ſed venia quidem eſt dignus, non ſolum quia ætas unius hominis non eſt ſatis, ad ſingulas res ſedulo perpendendas, verum etiam quia quampiurima monumenta antiqua poſt tanti viri obitum in lucem prodiere. Plurimi autem ſunt qui hanc hiſtoriam Narſetis veram ac genuinam eſſe arbitrantur, & facile Baronii difficultates eliminant, cum plures Narſetes illis temporibus floruiſſe, ex hiſtoricis oſtendant. Præter Petavium in Rationario temporum, pluribus veritatem hujus hiſtoriæ aſſerit Pagius ad annum Chriſti 567. cujus verba non abs re hic deſcribere libet. Sic igitur ille: Paulus Diaconus lib. 2. de Geſtis Langobard. cap. 5. Anaſtaſius in vita Joannis III. Papæ, Fredegarius in Epitome cap. 65 Sigebertus, Marianus Scotus, Hermannus Contractus, aliique Scriptores Latini ſcripſere, *Narſetem* a Sophia Auguſta territum, ut regredi ultra Conſtantinopolim non auderet, Langobardos, ut in Italiam venirent, invitaſſe. Baronius hoc inter fabulas rejicit, exiſtimatque, *Narſetem* ante Juſtini Imperium ex Italia a Juſtiniano revocatum fuiſſe, quod in Corippo legiſſet, ipſo Juſtini initio Narſetem Ducem celeberrimum Conſtantinopoli ejus inaugurationi interfuiſſe, & Curopalatem tunc fuiſſe, quæ ſumma Palatii dignitas haberi cœpit, ex quo *Juſtinus* Juſtiniani nepos eam geſſit. Verum imperante Juſtino tres Narſetes claruere, iique Perſarmeni. De duobus prioribus loquitur Procopius lib. 2. de Bello Goth. cap. 13. *Erat is*, inquit, *Narſes ſpado, & Sacrarum Largitionum Comes, & Juſtinus Dux Illyricorum, & Narſes alter, qui ex Armeniis Perſæ ſubditis ad Romanos transfugerat olim cum Aratio fratre*. Primus, Præfectus Italiæ fuerat, & de eo loquitur Marius citatus. Secundus, qui frater erat Aratii & Iſacii, periit in bello Perſico, imperante Juſtino geſto, ut refert Procopius lib. 2. de Bello Perſ. cap. 15. qui & alibi ſæpe ejus mentionem facit. Tertius, Narſes ille eſt, de quo Corippus loquitur, & hæc a Baronio numero XI. recitata cecinit:

> *Armiger interea, Domini veſtigia luſtrans.*
> *Eminet excelſus ſuper omnia vertice Narſes*
> *Agmina, & Auguſtam cultu præfulgurat Aulam*
> *Comptus cæſarie, formaque inſignis & ore.*

At *Narſes* iſte, de quo loquitur Poeta, non eſt is, qui tantas res in Italia geſſit, quique in offenſionem *Sophiæ* Auguſtæ incurrit. Neque enim Narſes eunuchus forma inſignis fuit & ore, neque etiam juvenis, ſed ſenex. *Narſes* itaque de quo Corippus, ſub Mauricio Dux militum fuit, & triginta circiter annis poſt priorem adhuc floruit, tantoque Perſis terrori fuit, ut Perſarum infantes audito ſolo *Narſetis* nomine tremerent. De eo fuſe Theophylactus in Hiſtoria Mauriciana. Baronius anno DLXVIII. num. XIII. & ſeq. de iſto *Narſete* loquitur, conclud itque, ſe hanc ſuam opinionem conſiderandam potius propoſuiſſe, quam hiſtorica lege credendam. Dubitat ibidem Cardinalis doctiſſimus, an *Narſes* ille, de quo loquitur Paulus lib. 2. cap. 4. quem ſcribit, exilio damnaſſe *Vitalem* Epiſcopum Altinæ Civitatis, diverſus ſit a Narſete Eunucho; ſed certum eſt, illum eundem eſſe: cum ibidem Paulus ſermonem habeat de peſte, quæ Narſetis tempore Italiam vaſtavit, ipſo nempe fine Imperii Juſtiniani, ut ſupra oſtendimus. Præterea Narſes, de quo Theophanes ad annum VI. Juſtini Jun. ſcribit: *Hoc anno Narſes Cubicularius & Protoſpatharius, qui Juſtino Imperatore adeo charus fuit, ut ejus gratia ludibriis reſpergeretur, domum Narſetis conſtruxit, & Catharorum Monaſterium*, Narſes, inquam, iſte, ille eſt de quo verba pag. 61.
facit Corippus, qui Cubiculariis & Eunuchis præſidebat; horum enim ſeriem & miniſteria deſcribit Corippus lib. 3. Hunc etiam Narſetem Protoſpatharium fuiſſe, ſeu *Protectorum Comitem*, enſe armatum, turmæque ſibi ſubditæ ſignum gerentem, manifeſte oſtendunt verſus Corippi lib. 4. quos recitat Baronius hoc anno num. XX. quorum initium eſt,

> *Necnon cunctipotens membrorum robore conſtans, &c.*

Cæterum an *Narſes* Eunuchus Longobardos in Italiam accerſiverit, ab Auctoribus Græcis diſcere non poſſumus, ex quibus nec Theophanes, nec Cedrenus, nec Zonaras, ne quidem irruptionis Longobardorum in Italiam mentionem faciunt; cum contra plerique Hiſtorici Latini, apud quos res geſta, ejus diſerte meminerint. Extat in Bibliotheca Colbertina Mellitì *Arevis temporum expoſitio* manuſcripta, cujus initio profitetur hic Auctor ſe in medium adducere, quæ ab antiquioribus Scriptoribus accepit, & temporum ſummam *ab exordio mundi uſque ad Auguſti Heraclii, vel Siſenuti Regis Principatum* breviter notare. Is cum ad Juſtinum Minorem pervenit, ait: *Narſes Patricius poſtquam ſub Juſtiniano Auguſto Turilane Gothorum Regem in Italia ſuperavit, Sophiæ Auguſtæ Juſtini conjugis minis perterritus Longobardos a Pannoniis invitavit, eoſque in Italiam perduxit*. Ita Mellitus de verbo ad verbum, qui teſtatur ſe Opus ſuum abſolvere *anno Heraclii Imperatoris* V. & IV. *Siſebuti*, anno ſcilicet

Digitized by Google

Chriſti DCXIV. aut inſequenti: quem Hiſpanum fuiſſe, *Siſebuti* Regis mentio in tam parvo Chronico oſtendit. Habemus itaque Auctorem coævum, qui nihil ſcribit, quod ab antiquioribus non acceperit. Codex ab octingentis circiter annis exaratus. Idem habet ſanctus Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, Auctor etiam coætaneus in brevi ſuo Chronico nuper a Scheleſtratio ex Bibliotheca Urbino-Vaticana publicato. Sic laudatus Pagius, qui tamen fallitur dum ait, neminem ex Auctoribus Græcis hujus Hiſtoriæ Narſetis mentionem facere, cum fuſe de ea Porphyrogenitus loquatur, Scriptor Græcus decimi ſeculi fide digniſſimus.

174\. *Τὰ διανομιζόμενα πάκτα*) Πάκτον, *Tributum ex pacto indictum, quævis penſitatio*. Utitur frequenter hac voce eadem ſignificatione Scriptor noſter. Reperitur & apud alios Scriptores Byzantinos eadem ſignificatione. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Οἱ δὲ Λογγίβαρδοι τῷ τότε καιρῷ κατῴκουν εἰς Παννονίαν) Habitarunt in Pannonia, inquit Meurſius, Longobardi annos XLII. nempe ab anno Chriſti DXXVI. ad DLXVIII. Vide Diaconum de geſt. Longob. lib. II. cap. VII.

175\. *Καὶ ἀποστείλας ὁ πατρίκιος Ναρσῆς πρὸς αὐτοὺς ὀπώρας παντοίας*) Paulus Diaconus De geſtis Longobar. lib. II. cap. V. *Itaque odio metuque exagitatus (Narſes) in Neapolitanam civitatem ſecedens, legatos mox ad Longobardorum gentem dirigit, mandans ut pauperrima Pannoniæ rura deſererent, & ad Italiam cunctis refertam divitiis poſſidendam venirent. Simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum ſpecies, quarum Italia ferax eſt, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos poſſet illicere.* Et Anaſtaſius Bibliothecarius in Joanne III. *Tunc egreſſus Narſes de Roma venit Campaniam; & ſcripſit genti Longobardorum, ut venirent, & poſſiderent Italiam.*

Σζιβεταρίζα) Sic ex MS. Codice. In Editis legitur, *Τζιβὰ τάζα*.

Ἀνάλωτ πάντα, καὶ κατέχων τὸ κάστρον) Ita MS. Perperam Editi habent, *ἀπέλωτ πάντα; καὶ κατέχει τὸ κάστρον*.

176\. *Τὸ πριγκιπᾶτον*) Πριγκιπάτον, *Principatus*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Ὁ Σίκων, καὶ ὁ Σίκαρδος) De Sico & Sicardo vide Camillum Peregrinum in hiſtoria Principum Longobardorum.

Καὶ τὸ Σιπενδὸν) Non dubito quin hic pro *Sipendi* legendum ſit *Sipunti*. Sipontum quippe Apuliæ Dauniæ urbs eſt, & colonia Romana. Eadem Straboni Σιπιοῦς dicitur, Σιποῦς Ptolemæo, & Σιποῦς Stephano.

Edit. Pariſ. pag. 62. *Καὶ πάλιν τῷ Ἀρμενίῳ ὑπερχομένῳ*) Sic cum Meurſio emendo; perperam quippe in MSS. legitur,

177\. *ὁ Ἀρμενίῳ ὑπερχομένῳ*.

Καπυανὸν) Sic legitur & in MSS. ſed perperam; quippe hæc urbs quam Landulphus Epiſcopus ad pontem Caſilinum fluminis Vulturni ædificaverat, appellatur a Scriptoribus Latinis *Capua Nova*; unde hic legendum videtur pro Καπυανὸν, Κάπυαν νέαν nam & paulo infra hæc ipſa urbs a Landulpho Epiſcopo conſtructa, dicitur eidem Porphyrogenito Κάπυα, ut ea mox dicendis patebit.

Ἀφ' οὗ δὲ ἐκτίσθη ἡ αὐτὴ Κάπυα εἰσὶν ἔτη ογ'.) Hæc Capua nova a Landulpho Epiſcopo conſtructa fuit anno Chriſti 856. diſtatque a veteri duobus milliaribus; ibi & Cathedralem Eccleſiam ædificavit, ut videre eſt in convexo pariete Chori, muſivo opere adornato. Et in eadem urbe nova idem Landulphus evaſit Comes anno 862. Vide Ughellum de Epiſcopis Capuanis pag. 380. Ex verbis autem illis Porphyrogeniti: *Ex quo autem hæc Capua conſtructa fuit anni ſunt 73.* colligitur Porphyrogenitum hæc ſcripſiſſe anno Chriſti 929. imperii ſui 18. quippe Capua nova conſtructa fuit a Landulpho anno 856. cui numero annorum ſi addantur anni 73. invenietur proculdubio annus 929.

Μαγιστρομίλης ἐπιλεγόμενος τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ κατεπάνω τοῦ στρατοῦ) Μαγιστρομίλης & Μαγιστρομίλιος, *Magiſter militum*. Ita appellabatur Urbis Neapolis in Italia Præfectus ſupremus, inquit Ducangius, citans hunc Porphyrogeniti locum. Venetiis item hæc dignitas in uſu erat: Andreas Dandulus in Chronico MS. ſic habet de prima Magiſtri Militum creatione: *Anno Domini* DCCXXXVII. *Leonis vero* XXIII. *Dominicus Leo Magiſter Militum præſidere cœpit, quia Veneti, occiſo eorum Duce, in novi Ducis promotione diſcordes, annualem Rectorem ſibi præeſſe ſtatuerunt, quem Magiſtrum Militum appellarunt; quæ quidem dignitas ſecundum Græcorum uſum Tribunatu major ſuper eos, & cunctum populum poteſtatem obtinet*. De hac autem dignitate agit pluribus Ducangius cum in Gloſſ. Græc. tum in Gloſſario med. Lat. in v. *Magiſter militum*. Κατεπάνω autem *Capitaneus*, hoc eſt, *Præfectus exercitus*. Vide utrumque ejuſdem viri doctiſſimi Gloſſarium.

Ἐνετικοὶ) Sic cum Meurſio emendamus; quippe in MSS. legitur, *Αἰνετικοί*: & paulo infra perperam, *Αἰνετικῶν* pro *Ἐνετικῶν*. Euſtathius ad Dionyſium: *τοὺς δὲ ῥηθέντας Ἐνετίας καὶ μὴν Βενετίας φασί*. Et Arrianus: *καὶ τῇ ἐπιχωρίῳ γλώττῃ Βενετοὶ ἀντὶ τοῦ Ἐνετοὶ ὀνομάζονται*.

Ἰουστινιάνα) Puto hic pro *Juſtiniana* legendum *Juſtinopolis*, quæ hodie Italis dicitur *Capo d'Iſtria*.

Κάστρον τὸ Νόβον) Hodie *Nonum*, vel *Ad Nonam*, teſte Cluverio. 178.

Ἐνετίας ἐν πρώτοις) Perperam in MSS legebatur, *ἐνετίας ἐν πρώτοις*; ſed optime Meurſius emendat.

Κάστρον Κογράδον) Hic pro *Cogradum* Gradum legendum eſſe nemo non videt; Gradus quippe (vulgo *Grado* & Venetis *Grao*) Inſula eſt ora, ſeu Ducatus Veneti confinium. Hujus autem inſulæ celebre eſt nomen ob Patriarchas Gradenſes; ſed de origine hujus Patriarchatus multa tradunt.

Ἐν ᾗ ἡ μητρόπολις ἐστὶ μεγάλη) Sic in MSS. legitur, & quidem recte; ſed perperam Meurſius legit, *ἀκρόπολις* pro *μητρόπολις*; quippe ſequentia ſuadent *μητρόπολιν* ibi potius legendum, quam *ἀκρόπολιν* ſeu *arcem*, dum ait, *καὶ πολλὰ λείψανα ἁγίων ἐν ταύτῃ ἀπόκεινται*, *in qua multæ Sanctorum reliquiæ depoſitæ jacent*. Μητρόπολις autem hic ſignificat *Eccleſiam Metropolitanam*; in qua quidem aſſervari reliquias Sanctorum verius dixeris, quam in Acropoli ſeu *arce*. Gradus autem Civitas Metropolitica facta a Carolo Magno, teſtibus Eginartho & Rheginone. Poſtmodum vero anno Chriſti 967. Joannes XIII. in Concilio Romæ habito, Othone Magno præſente, Venetis legatis petentibus, ſtatuit Eccleſiam Gradenſem Venetiæ totius Metropolim eſſe. Vide quæ de Gradenſi Patriarchatu, & Patriarchis habet Ughellus tom. V. Italiæ Sacræ pag. pag. 63.
1264. & ſeqq.

Κάστρον Ῥιβαλενσέσ) Rhibalenſes, fortaſſis *Ripaltenſes* legendum.

Λουλιανός) Lulianum, at puto ſcribendum *Sanctus Julianus*.

Βινιόλα) Biniola. Puto *Olivola* legendum ubi templum ſancti Petri.

Βρόνιον) Bronium, fortaſſis *Breonia* inſula ad Polæ portum.

Μαδαύκον) Madaucum, *Metamaucon* legendum.

Κάστρον Κλουγία) Clugia, Scriptoribus *Foſſa Clodia* dicta.

Κάστρον Βρουνδον) Brundum, fortaſſis *Brondola*.

Κάστρον Φολαῶν) Pholaon, forſan *Foſcellam* vel *Foſſone* flumen.

Κάστρον Λαυρέτον) Laariton, Scriptoribus *Lauretum*.

Κάπραι) Capræ, fortaſſis *Caprale*.

Αἴκουλον) Æculum, fortaſſis *Equilium*. 179.

Αμμαῶας) Aimaoas, *Ammianum* forſan ſcribendum.

Μουράν) Murao, *Maranum* Scriptoribus, ſive *Murianum*.

Ῥιβάντον) Rhibantum, *Ripalta* ſive *Rivus Altus*.

Διάγουσι ταῖς κατοικίαις ἃ νῦν καλοῦνται Βενετία)

Quo-

Quomodo conditæ fuerint Venetiæ & quando, pluribus narrant præter alios, Scriptores Veneti; inprimis autem Andreas Dandulus Sereniſſimus Dux Venetiarum, qui quarto decimæ ſeculo & literis & armis floruit; & ad quem extant quamplurimæ epiſtolæ cum editæ tum ineditæ a Francisco Petrarcha, qui illa tempeſtate florebat, conſcriptæ. Hujus autem viri Chronicon Venetum cum ineditum ſit, nec cuilibet obvium, libet ex eo hic exſcribere ea, quæ ad Originem Venetiarum pertinent. Sic igitur ille:

„ Poſt vero multa tempora imperante Honorio Auguſto in Occidente, Theodoſio vero in Oriente, Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti cccc. die xxv. menſis Martii Primates, & populi urbium Venetiæ Provinciæ ex Barbatorum incurſu exinaniti, & inſtantis invaſionis perterriti, declinare ad maritimas civitates, & receptacula refugii conſtruere decreverunt. Primus namque Galienus de Fontana, Simeon de Glancoonibus, & Antonius Calicus de Luntanis Conſules Patavii, ſuæ Urbis invaſionis nec immemores, hoc perficere ſtatuentes, ad maritimam oram pervenerunt, & circa oſtia fluminis Palti Inſulam ſive tumbam ad opus meditatum faſis habilem eligentes, felicis Urbis Rivoalti nova fundamenta jactitarunt, decretumque eſt, ut quicumque operi vel exercitio navali utilis exiſteret, in hac urbe habitationem eligeret, immunitatibuſque gauderet, exceptis ſervis ac proditione vel falſitate damnatis; in qua urbe poſt modicum vir quidam Architector nomine, natione Græcus, Magiſter navium habitationem elegerat, de cujus domo ignis emanans manſiones quatuor & viginti concremavit, cumque inextinguibilis videretur, idem cum compatriotis in oratione poſitis, Deo & B. Jacobo Apoſtolo votum exhibuit, conſtruendi in ejus nomine & gloria Eccleſiam novam in loco incendii exorti, ſtatimque ignis extinctus eſt: perfectoque voto Eccleſia conſecrata eſt per Severinum Epiſcopum Paduanum, Jocundum Epiſcopum Tarviſinum, Ambroſium Epiſcopum Altinatum, & Eponem Epiſcopum Opitergiuum: Felixque Presbyter vir Catholicus pro Sacramentis Eccleſiaſticis exhibendis in ea deputatus eſt.

Populi Venetiæ Provinciæ ad oram maritimam veniunt.

„ Monteſilienſes Populi, & cæteri circa Montaneas degentes ob eandem cladem ad maritima venientes in littoribus Mathemauci Albiolam, Paleſtinam & Clugiam pariter condiderunt. Eo tempore Urbis Aquilejæ Proceres ad Aquas venium Gradatas, & in littore Caſtrum ſpectabile conſtruxerunt, quod ab aquarum nomine appellatur; tandem Metropolis novæ Venetiæ efficitur.

Edit. Pariſ. pag. 64.

De Aquilejenſibus Gradum fugientibus timore Attilæ.

„ Anno Domini ccccxxxv. Aquilejenſes obſeſſi ab Attila Hunnorum Rege, non valentes ſe defendere, muros civitatis ſuæ ſtatuis munierunt, & ſic decepto Attila & inadvertente, quaſi omnes Gradum cum omnibus mulieribus, & parvulis ac ſuis bonis fugerunt, ibique perpetuo deinceps habitantes, Veneti quaſi advenæ ſuus nominati, unde inter Gradenſes, qui priores fuerant habitatores ipſius loci, & Aquilejenſes de Patriarchatu uſque hodie controverſia verſatur.

De Altinenſibus in diverſa loca timore Attilæ fugientibus.

Poſt hæc Attila Altinum tranſiit, quod prius vocabatur Antenoride, quia ab Antenore primo ædificatur; & ii ſimiliter parvulos cum matribus & theſauris miſerunt ad Inſulas maris; tandem non valentes reſiſtere noctu illinc fugerunt, civitaſque præfata in ſolitudinem redacta eſt: erat enim civitas magna habens ſex portas, quarum uniuſcujuſque incolæ Inſulam apprehendentes, propriis portarum nominibus eas vocarunt, ut Torcelum, Maiorbium, Buranum, Amorianum, Conſtantinianum, & Arvianum. Aliqui ex hujus urbis cives ceſſante perſequutione incolatum Padum & Tarviſii elegerunt, a quibus illarum porta quædam ubi degebant Altina vel Atilia nuncupata eſt. „

De Rege, & civibus Paduanis timore Attilæ in Rivoalto & Mathemautico ſe reducentibus.

Idem Attila tranſivit Paduam: Rex vero Civitatis jam miſerat Reginam cum filiis, mulieribus & parvulis, & omni theſauro in Rivoalto; Attila autem urbem impugnans Paduam deſtruxit: cives vero qui evaſerant, in Rivoalto & Mathemauco pervenerunt. Cum itaque tanta multitudine præfatæ Inſulæ non ſufficerent, tumbam non longe ab eis extare in oſtio portus proſpexerunt, in qua antiquiſſima mœnia videbantur affuiſſe: compertumque eſt hanc eſſe illam, in qua Trojani duce Antenore poſt Trojæ excidium in ſinu Adriatico primitus habitarunt, vocata prius Troja, poſtea vero Pagos, id eſt Caſtrum, Olivolos latine dicitur, quod plenum ubi non eſt dare vacuum: & in ea profugum pars non minima ſua firmavit domicilia: Eccleſiaque ſub vocabulo Sergii & Bacchi ibi poſtea conſtructa eſt per Nobiles Tribunos Venetos Strivacales nominatos, qui nunc Cavotorta dicuntur. „

Καὶ βελτιῶδες) Βελτιῶδες, *Palaſtrio*. Hæc vox eadem ſignificatione reperitur non ſemel apud Annam Comnenam. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Οἱ δ᾽ οὖν καλούμενοι Βετύκαι ὑπάρχοντες Φράγγοι, &c.) Vide quæ de Francis habet ipſe Scriptor noſter cap. xxx. & ſequentibus.

Ἠρξαντο φεύγειν μὲ πάντες οἱ Φράγγοι, &c.) Sic ex MS. In Editis hæc corrupta ac mutila habentur. 180.

Μετὰ χρόνους πολλοὺς) Pipinus Venetias obſidione cingit anno Chriſti 810.

Εἰς τόπον λεγόμενον Αἰβόλας) Locus hic qui a Porphyrogenito Aibola appellatur, Dandulo Albiola dicitur. 181.

Πρὸς τὴν νῆσον τοῦ Μαδαμαύκου) Sic in MS. In Editis legitur, πρὸς τὴν νῆσον τοῦ Δαμαύκου. At Dandulus locum hunc Mathemaucum appellat, ut videre eſt ex iis, quæ de Origine Venetiarum paulo ſuperius ex Danduli Chronico MS. propoſuimus.

Βαλόντες κεραταίας) Κεραταίας, *Antennæ*, Græcis κέρατα, ut apud Heſychium: & κεραία, ſcilicet τὸ ἐπὶ τοῦ ἱστοῦ διδεμένον πλάγιον ξύλον, ᾧ ἐξάπτεται ἡ ὀθόνη, ut eſt apud Scholiaſtem Homeri Iliad. Σ. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Καὶ μενταυρίων) Μενταύριον, *Miſſile Spiculum*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Ἐπὶ πολὺ δὲ βουλεύσαντες οἱ Βενέτικοι) De belli hujus Pipini cum Venetis exitu varii varia prodiderunt, & præſertim Veneti Scriptores: ſed ut alios miſſos faciam, unius ex illis Andreæ Danduli Venetiarum Ducis hac de re verba, maxime cum ejus Chronicon non ſit editum, libet hic proſcire. Sic igitur ille: Anno Domini dcccx. Caroli vero vi. ts. Pipinus Rex Italiæ juſſu patris rupto fœdere cum exercitu ad Venetiæ Provinciam ſubjugandam per littora veni qui cum portas dividentes littorum Inſulas cum reſiſtentia difficillima pertranſiiſſet, fugatis Brundulen- 182. *pag. 65.*

„ ſibus, Clugenſibus, & Peleſtrinenſibus ad locum quemdam qui Albiola vocatur in ripa Mathemaucenſis portus tandem pervenit, & nulla ratione prætendere in ante greſſum valuit: putans tamen Venetos brevi tempore famis inedia poſſe artere. Veneti vero hoc audientes, panum & paximatum multitudine machinis projecta axercitum verberant, ne famis opinione omnino excludatur. Francorum tunc recalaſcentibus viribus, Veneti Mathemauco Urbe relicta in Rivoalto venerunt; quos cum qualiter remittere poſſet Rex Pipinus ſubtilites indagarat, cujuſdam verulæ altutæ functus conſilio, pontum ex lignaminibus, vaſculis & viminibus conneais ſuper asidas aquas conſtrui fecit, putans abſque obſtaculo Rivoaltum introite. Statuta itaque hora equites cum fiducia pontem aſcendunt. Tunc Veneti hujus conſilii nec ignati, cum multis præparatis navigiis elandeſtine obviam exirrunt in augumento aquarum, inſultantes eos, de quibus, aa diſſolutione lignaminum ſubmerſis fere omnibus qui pontem aſcenderant, victoriam optatam habuerant. Rex autem conſternatus videns amodo intentum ſunm complere non poſſa, adjacentia quæ potuit loca vaſtavit, & uſque ad Eccleſiam S. Michaelis omnia comburendo pervenit, & ut quidam ſcribunt, Provinciam Nichiphoro Conſtantinopolitano Imperatori juxta ſodus cenſuit relinquendam, & non multo poſt Pipinus Rex Mediolani moritur. Fallitur itaque Scriptor indoctus Libelli, cui titulus (Squitinio della Libertà Vaneta,) dum ait, recentiores rerum Venetarum Scriprotes tantum, belli quod contra Venetos Pipinus geſſit, a parte Venetorum ſtetiſſe victoriam aſſerere; quippe Andreas Dandulus quarto decimo ſeculo florebat, unus ex primis rerum Venetarum Scriptoribus, vir probus & literis & armis conſpicuus, uti teſtatur Franciſcus Petrarcha, qui eodem ævo florebat in ſuis Epiſtolis, cum aditis, tum ineditis, quæ in Bibliorheca Regia, & Colbertina aſſervantur; ex quibus ſane quam plurimas eidem Dandulo Petrarcha conſcripſerat. „

Sequentes vero duas antiquas inſcriptiones, quæ olim ad portum Epidauri rupi inſcriptæ cernebantur, hodieque, ſive temporum diuturnitate, ſive fluctibus maris exeſæ fuerint, non comparent, ad me tranſmiſit vir eruditiſſimus, ac rei antiquariæ ſtudioſiſſimus Joannes Natali Allesi maritus ſororis meæ; quas quidem ille exſcripſit ex libro Statutorum Reipublicæ Raguſinæ; & quod ibi exeſæ illæ eſſent, contulit cum altero Codice, recentiori manu conſcripto, qui aſſervatur cum multis aliis Codicibus MSS. in Bibliotheca Illuſtriſſimi Seraphini Bona Patricii Raguſini, ac Senatoris ampliſſimi, viri eruditiſſimi ac literarum literatorumque patroni. Prima autem inſcriptio ſic habet:

LARTIDIA RECEPTA
CLARIDI CRISPI
COH. VIII. VOLVNT ANN.
XXVII. PATRONVS POSVIT
H. S. E.

Altera vero ſic:

TERTIA.
ISMARIENSIS
ANN. XI.
H. S. E.

Sed de Epidauro ac ejus Antiquitatibus agemus pluribus alio & loco & tempore.

Κρατοῦντο δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα κάστρα) Quo tempore Epidaurus ac reliquæ urbes Dalmatiæ maritimæ ab

ab Abaribus, ſeu Slavis everſæ fuerint, pluribus ſcribit Joannes Lucius Dalmatinus in Opere edito *De Regno Dalmatiæ & Croatiæ*, cap. VIII. & IX.

Μικρὸν δ᾽ ἔχων, &c.) Sic ex MS. in Editis vero legitur, μικρὸν δ᾽ ἔχει, &c. Quomodo ampliata fuerit urbs Raguſina narrat Ludovicus Tubero lib. V. Comment. de temporibus ſuis, ſic: *Verum natura munitior locus viſus, licet urbis amplificandæ haud ſatis eſſet commodus, ubi nunc Rhacuſa ſita eſt, quoniam præterquam quod editus eſſet, atque magna ex parte præruptus a circumfuſo inſuper mari pene undique ex tempeſtate in peninſulæ modum alluebatur. Campum enim illum qui nunc publicis frequens tabernis, rerum venalium forum eſt, poſt conditam urbem deducto inde humore conſtratum eſſe conſtat. Rex igitur priuſquam urbis jaceret fundamenta, arcem in prealtis rupibus, mari ſubjecto imminentibus, ubi nunc divæ Virginis ædes eſt, ac Monaſterium, quod ſacræ Virgines incolunt, ædificavit munimentum, & adverſus hoſtes ſuum, & urbanis facilius in officio continendis; locum Rhacuſani* Divam Mariam Caſtellanam *vocant* --- *Ductis deinde duobus muri utrinque brachiis, regionem Poſternam nunc appellatam, & quidquid inde recta ad occidentem ſolem editioris loci erat, protenſis munitionibus ad rupes Zephyro objectas mœnibus circumdant, planitie omni extra munitiones relicta; quam partim ſylva, partim paluſtre ſolum id temporis obtinebant; nam quidquid urbi inde adjectum eſt, id totum poſtea cives auctis fortunis extruxere.* Deinde quinto decimo ſeculo pars illa urbis Raguſinæ, quæ Septentrionem ſpectat munita fuit, ſtructuram curante Sigiſmundo Malateſta Arimini Domino, ut ſcribit Jacobus Luccari lib. III. Annalium: *Et havendo n quel tempo il Senato poſto mano di fortificare la loro Città, il Malateſta s'offerì loro per ingegniero della fabrica, e per Commiſſario delle fortezze, e ſubito fu accettato dal Senato* --- *Et eſſendo queſto Signor unico in queſta profeſſione d'ingegniero, all'ora per opera ſua ſi fortificò Rauſa dalla parte di Tramontana, & ſi riparò aſſai alle coſe di Stagno.*

Edit. Pariſ. pag. 80.

Ἐκ δὲ τῶν μετοικησάντων τὸ Ῥαούσιν εἰσὶν οὗτοι) Sic MS. habet; & ideo interpretati ſumus: *Ex iis autem qui aliunde demigrarunt Raguſium, hi ſunt*. In Editis vero legitur; ἐκ δὲ τῶν κατοικησάντων αὐτὸ Ῥαούσιν, &c. Nimirum; *Ex iis vero qui Rauſium habitarunt, hi ſunt.*

Βελιττοῦς ὁ πατὴρ τοῦ πρωτοσπαθαρίου Στεφάνου) In MS. legitur, Βεριττοῦς; in Editis vero Βευττοῦς. At utrobique corruptam vocem hanc puto, & lego, Βελιττοῦς. Perperam item legitur in Editis τοῦ ἁγίου pro τοῦ πρωτοσπαθαρίου; nec dubito quin in MS. quo Meurſius uſus fuerat ad ſuam Editionem Conſtantini adornandam, ſcriberetur hæc vox contracta, ſeu, ut vulgo dicitur, abbreviata nimirum litera α cum ϑ ſuperſcripto; quod quidem ſignificat Πρωτοσπαθάριον, uti infra in Notis ad cap. 42. pluribus demonſtrabimus, & etiam in ſequentibus, ubi hæc ipſa vox ſæpius occurrit eodem modo contracta, nec a Meurſio lecta.

Ἀφ᾽ ὃ δὲ ἀπὸ Σαλῶνα μετῳκήσαν εἰς Ῥαούσιν) Sic ex MS. unde interpretatus ſum ac ſi legeretur, ἀφ᾽ ὅ δὲ οἱ ἀπὸ Σαλῶνα, &c. *Ex quo autem cives Salonitani Rauſium demigrarunt, anni ſunt D. in hunc uſque diem, Indictione VII. anni 6457. (Chriſti 949.)* Hinc manifeſto liquet recenſitos a Porphyrogenito paulo ſuperius viros, qui Raguſium demigrarunt, fuiſſe Cives Salonitanos, ibique optime legi in MS. ἐκ δὲ τῶν μετοικησάντων, &c. non vero κατοικησάντων, &c. ut habetur in Editis, quemadmodum paulo ſuperius adnotavimus. In Editis vero hic legitur, ἀφ᾽ ὃ δὲ ἀπὸ Σαλῶνα μετῴκησαν εἰς Ῥαούσιν, &c. Quod Meurſius interpretatur: *Ex quo autem Salona tranſiit Rhaguſium anni ſunt D. in hunc uſque diem, Indictione VII. anni*, &c. Quæ ſequuntur in Meurſii verſione corrupta ac depravata ſunt; quod quidem factum puto Librarii & non interpretis negligentia ac incitia. Hanc autem Meurſii verſionem cum ſequutus eſſet Joannes Lucius *De regno Dalmatiæ*, &c. cap. XIV. ex his Porphyrogeniti verbis ſic ratiocinatur. *At Rauſina civitas, quamvis in Regno Dalmatiæ, de quo tractandum eſt, incluſa non fuerit, ſub nomine tamen Dalmatiæ continebatur; ſed ſicuti Dalmatia in Orientalem, & Occidentalem diviſa, Orientalis Serviorum cenſebatur, Occidentalis vero Croatorum, ita Rauſium in Orientali parte ſitum a cæteris Dalmatis diviſum, jus quoque ſeparatum habuiſſe, innuere videtur Porphyrogenitus; nam ait loco ſupra citato:* Salonam tranſiiſſe Rauſium, *id eſt, loco Salonæ, totius antiquæ Dalmatiæ Metropolis, Rauſium partis Orientalis Dalmatiæ maritimæ, quæ Græcis parebat in Metropolim ſucceſſiſſe.* Atqui Porphyrogenitus hæc ita non intelligit, uti ſupra demonſtravimus; licet urbs Rauſium Metropolis ac Regina Dalmatiæ fuerit, hodieque ſit, ut tradit Cedrenus, loquens de Saracenorum in Dalmatiam impreſſione: ἀρχομένων δὲ κατὰ τοῦ τῆς πραγμάτων τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ἄλλας τε καὶ ὑπὸ τὸ ἔθνος μητρόπολιν, ἣ Ῥαούσιν λέγεται. *Ita proſpere ſuccedentibus rebus Agareni Rauſium quoque totius gentis Metropolim aggreſſi ſunt*. Raguſinam urbem Metropolim univerſæ Nationis appellat & ipſe Porphyrogenitus in avi Vita n. XXXVIII. ubi de eadem Saracenorum in Dalmatiam impreſſione. Numerum autem hunc quingentorum annorum quem ponit Porphyrogenitus ab anno Chriſti 949. quo hæc ſcribebat, ad illud tempus quo Salonitani cives Rauſium tranſierunt, corruptum fuiſſe a librario, vel perperam Conſtantinum ſupputaſſe, putat Joannes Lucius, cum Salonæ everſio nullo modo ad Attilæ tempora referenda ſit; utpote quæ ſuperſtes fuit Juſtiniani tempore, maximaque commoda Juſtiniani Ducibus bello Gothico præbuit. Quomodo autem Dalmatia a variis Barbaris vexata, ac poſſeſſa, & Juſtiniano ſimul cum Italia recuperata fuerit: quomodo eadem Dalmatia a Slavis populata: denique quando Dalmatia ab Abaribus, vel Slavis occupata, & Civitates maritimæ deſtructæ fuerint; pluribus iſthæc omnia a Joanne Lucio in tractatu *de Regno Dalmatiæ & Croatiæ* cap. VII. VIII. & IX. pertractantur; ſed ita tamen, ut non omnem ſcrupulum mihi demat. Quæ omnia cum plus otii nactus fuero, vel fortaſſis cum res patriæ meæ ſcriptis illuſtrabo, ad trutinam revocabo. Quæ vero de Origine urbis Raguſinæ Maurus Orbinus & Petrus Luccari conterranei mei tradiderunt, non omnino ſpernenda ſunt; ſed quo tempore vixerit Michael Salonitanus, cujus tractatum de Dalmatia uterque laudat; & quam fidem ipſius ſcripta mereantur non ſatis liquet; eundem tamen Porphyrogenito recentiorem fuiſſe facile crediderim. Verum Ludovicus Tubero Abbas Meliteuſis, vir alias doctiſſimus lib. V. Commentariorum de temporibus ſuis, dum in conſcribenda Urbis Raguſinæ origine Diocleatem authorem ſequitur, nugas nugari videtur. Hujus Scriptoris excerpta de Origine urbis Raguſinæ habentur in uno ex Codicibus MSS. viri doctiſſimi Stephani Baluzii, cum epiſtola ejuſdem Ludovici Tuberonis eleganter conſcripta, qua Mario Bono rationem reddit, cur ea quæ ad urbis Raguſinæ originem ſpectant, ex lib. V. Commentariorum de temporibus ſuis excerpſerit; eaque ejus cenſuræ, ac Michaelis Bucignolæ ſubmiſerit: quam quidem epiſtolam, cum non ſit edita, hic exſcribi curavimus. Excerpta vero illa de Urbe Raguſina, eadem ſunt quæ lib. V. Commentariorum de temporibus ſuis in Editis leguntur; ideoque hic minime exſcribenda. Cæterum epiſtola illa ſic habet:

pag. 81.

LODOVICUS CERVARIUS TUBERO
MARIO BONO
Jupani Boni ex filio nepoti
S. D.

Rogata Bernardi Bamphii Baelenſis Eccleſiæ Archidiaconi exſcripſi ex commentariis temporum meorum originem, & primordia Urbis "

„ Rhacuſæ. Quom enim eſſem Baciæ aliquot an-
„ te annis apud Gregorium Fregepanem Colocien-
„ ſium Antiſtitem: & ille ſeſe ferret a Rhacuſa
„ oriundum, ſæpius mecum egit, ut id negotii in
„ ejus gratiam ſubirem. Nempe ardebat non me-
„ diocri cupiditate homo, licet inter Hungaros
„ ſatis honeſtus, ut majores ſuos etiam inter Dal-
„ matas claros extitiſſe oſtenderet; malebat au-
„ tem ſe Rhacuſanum eſſe, quam quempiam a-
„ lium ejus regionis: quando illum non fugeret,
„ Rhacuſanos inter ipſos Dalmatas opibus longe
„ eminere. Quare quom tandem in animum in-
„ duxiſſem ei morem gerere; nec Turcaicis ar-
„ mis per Sirmium vagantibus ſcripta ad illum
„ mittere liceret, juſſi Rhacuſam noſtram ad te di-
„ vertere. Quam ubi ſeveritate tibi inſita paulo re-
„ miſſa, ſeu potius rejecta, comi hoſpitio ſuſcepe-
„ ris; volo enim te eſſe interdum leniorem: quan-
„ do ingenio longe propenſiore ſis ad benignita-
„ tem, quam ad blanditias: adhibito Michaele
„ Bucignola noſtro, legere non gravaberis: &
„ ſi quid mutandum aut addendum, ſeu demen-
„ dum cenſueris, me admonebis: libenter enim
„ quom in cæteris rebus, tum in his tua uſurus
„ ſum cenſura. Vale.

201. *Ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Στεφάνου τῷ ὄντι μέσον τοῦ αὐτοῦ κάστρου*) Hanc ædem ſancti Stephani ædificatam fuiſſe a Polymiro Rege; in eaque reliquias Nerei, Achillæi & Pancratii Martyrum, necnon Petronellæ ac Domitillæ Virginum, ab eodem rege Roma aſportatas, repoſitas fuiſſe, ſcribit Ludovicus Tubero lib. v. Comment. de temporibus ſuis; cujus quidem verba hic libenter exſcribam: *In medio fere oppidi, regionem hanc nunc incolæ Puſternam vocant, Polymirus Divi Stephani protomartyris erigit templum, reliquiisque Nerei, Achillæi & Pancratii martyrum, Petronellæque & Domitillæ virginum, argento incluſas, ſecumque Roma aſportatas ibi condit: attributa templi cura quibuſdam clientis ſuis, e familia a Cruce denominata, quæ jam majorum ignavia pene extincta eſt.* Templum autem hoc ſancti Stephani cum aliis omnibus templis ac ædificiis urbis Raguſinæ everſum fuit illo horrendo terræmotu, qui anno Chriſti 1667 accidit.

Edit Pariſ. pag 82.

Ὅτι τὸ Ἀσπάλαθον κάστρον) Urbs Spalatum ſive Aſpalatum, quæ olim Diocletiani palatium fuit, habitari cœpta eſt a Salonitanis civibus poſtquam Salona a Slavis ſeu Gothis everſa fuit, ut ſcribit Thomas Archidiaconus Spalatenſis in hiſtoria Salonitana cap. x. Vide & hiſtoriam Michæ Madii editam apud Lucium cap. xv.

Τὸ ἐπισκοπεῖον τοῦ κάστρου) Ἐπισκοπεῖον hic non ſignificat *Ædem ſacram Epiſcopalem*; ut Ducangius exiſtimavit in Gloſſ. Græc. ubi laudat hunc Porphyrogeniti locum; ſed *domum Epiſcopalem*, quæ prius erat domicilium Severi Salonitani civis, qui quod cæteris majore auctoritate polleret, magnus Severus appellabatur, ut ſcribit Thomas Archidiaconus in Hiſtoria Salonitana cap. x. Et idem Scriptor cap. xi. ſic de Epiſcopio habet: *Tunc prænominatus Severus domicilium ſuum, quod in Spalato ſortitus fuerat, quando de Inſulis redierant, donavit Eccleſiæ cum Turri angulari & palatio, Epiſcopium ibi fieri ſtatuens. Ibique venerabilis præſul Joannes primitus habitare cœpit.* De Æde vero ſacra Epiſcopali ſic idem Archidiaconus ſubjungit: *Videns ergo populum in divini cultus amore ſuccreſcere, ſtatim aggredi cœpit opus laudabile, & templum Jovis, quod in ipſo Auguſtali ædificio excelſioribus fuerat ſtructuris erectum, ab Idolorum mundavit figmentis, januas in eo, ſeraſque conſtituens. Tunc ſolemnitate dedicationis indicta, magnus undique populus coadunatus eſt. Fecit ergo ex fano illo Eccleſiam, conſecrans etiam in magna devotione, & tripudio omnium, qui convenerant, ad honorem Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ. Clerum autem ibi ſtatuit, qui divini cultus obſequia diebus ſingulis exerceret.*

Καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου Δόμνου, ἐν ᾧ, &c.) Corpus ſancti Domni, ſeu Domnii & corpus ſancti Anaſtaſii Martyris, de quo loquitur paulo infra Scriptor noſter Salona tranſlata fuerunt Spalatum, & in Eccleſia Dei Genitrici ſacra, quæ prius fuerat Jovis delubrum, repoſita fuere, ut tradit laudatus Archidiaconus cap. xii. Hiſtoriæ Salonitanæ: *Eodem tempore Reverendus Antiſtes cœpit tractare cum Civibus, ut corpus B. Domnii Pontificis, quod Salonæ remanſerat, levaretur, tranſlatumque in Eccleſia, quæ nuper dedicata fuerat, locaretur, & valde placuit omnibus; explorata itaque temporum vice, quando poſſent hoc commode attentare, abierunt Salonam, ingredientesque Baſilicam Epiſcopii, confuſa, & diſſipata omnia repererunt: repletus enim erat locus ille ruinoſis tectis, congeſtique incendiorum cineres vepres jam, & virgulta produxerunt; ita ut quamvis adhuc aliqui ſupereſſent, qui locum ſciebant; tamen quia tumba ipſius ſubterraneis fornicibus abſconſa latuerat, non facile diſcerni poterat, unde corpus B. Domnii tolleretur; effodientes autem terram, locumque diſcooperientes, arcam, quæ primo apparuit, levaverunt, & metuentes, ne forte impedirentur a Sclavis cum celeritate magna Spalatum detulerunt, qui in aperientes non corpus B. Domnii, ſed corpus B. Anaſtaſii Martyris invenerunt. Protinus ergo die ſequente revertentes Salonam de eodem loco Sarcophagum B. Domnii effoderunt, & cum ſumma feſtinatione Spalatum transferentes devotione nimia amborum Martyrum pignora pretioſa locaverunt in prænominata Dei Genitricis Eccleſia, ubi dante Domino uſque hodie requieſcunt.*


Εἰλημένας καμάρας) Εἰλημένος, *Rotundus, Volubilis, Cameratus*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. Hac autem voce utitur pluribus infra Scriptor noſter, eadem ſignificatione.

Τὸ τεῖχος τὸ τοιοῦτο κάστρου) Sic ex MS Codice. Editi habent, *τὸ αὐτὸ κάστρον, ὅτι*, &c. Horum autem murorum, inquit Lucius cap. x de Regno Dalmatiæ & Croatiæ, pars major integra extans, magnificentiam Romanam teſtatur; ex iiſdemque cognoſcitur, quam facile a Slavis Salonitanorum reliquiæ ſe defendere poſſent. Urbis vero Spalatenſis Deſcriptionem exhibuit Jacobus Sponius in ſuo Itinerario; cujus quidem verba ab eo Gallice edita hic eodem idiomate proferre libet:

L'abord de Spalatro par mer eſt fort agreable, „ pag. 83.
& il eſt ſitué au fond d'un grand Port fait en de- „
mi lune. La Ville eſt quarrée, & n'a pas plus d' „
un mille de tour. Dans les monumens anciens „
de trois ou quatre cens ans, elle eſt appellée *Spa-* „
letum, Spalatum & Aſpalatum, & de cette ma- „
niere *Spalate* me ſembleroit plus conforme à l' „
origine que *Spalatro*, quoique ce dernier ſoit plus „
en uſage. Ce nom là luy peut être venu du mot „
Latin *Palatium*, parce que ce n'étoit anciennne- „
ment qu'un Palais de l'Empereur Diocletien, „
natif de Salone, qui n'eſt éloignée de Spalatro „
que d'une lieuë, comme on l'apprend par la „
tradition du lieu, & par ce qu'en a dit Conſtan- „
tin Porphyrogenete, qui remarque que ce Palais „
étoit tout bâti de grandes pierres de taille. Ceux „
qui l'ont pris pour l'ancienne ville d'Epetium, „
ſe ſont écartez de ſix ou ſept milles, car on „
en voit les ruines plus au delà vers l'embouchû- „
re de la petite riviere de Zernoviſſa. Spalatro „
eſt fortifié de bons baſtions de pierre de taille „
dont il y en a trois entiers du côté de la terre, „
& deux demi vers la mer. Mais ce qui la rend „
plus foible, c'eſt que le terroir d'alentour eſt „
plus haut, & que la colline au Couchant où „
eſt le Faux-bourg, commande toute la Ville.—— „
Le Dôme de Spalatro étoit autrefois un petit Tem- „
ple au milieu du Palais de Diocletien. Il eſt „
octogone au dehors, & rond au dedans, tout „
bâti de belles pierres de taille horſmis la voûte „
qui eſt de brique, au deſſous de laquelle eſt une „
galerie ſoûtenuë de huit colonnes Corinthiennes „
de porphyre & de granite. Entre le cul de lam- „
pe & cette galerie, il y a une friſe chargée de „
differens animaux, de feſtons, de maſcarons, „
& de quelques têtes, que les gens du pays en- „
têtez du nom de Diocletien, prennent pour des „

„ têtes de cet Empereur. Au debors du Temple regne à moitié de ſa bauteur un corridor couvert de pierres de taille travaillées en compartiment, & ſûtenuës de huit colonnes Corinthiennes de marbre, avec une friſe bien travaillée. On y montoit par un autre tẽple quarré long, qui donnoit auſſi l' entrée à un autre Temple rond au fond, & en avoit un autre plus petit à main droit, qu' on appelle maintenant ſaint Jean-Baptiſte. La place & la diſpoſition de l' ouvrage étoit de quelque bon maître, mais dans le detail les cornicbes, les feüillages & les chapiteaua n' étoient pas de ſi bonne maniere que du temps des premiers Empereurs. Depuisque ce Temple a été changé en Egliſe, on l' a percé pour y faire un chœur, & on y a fait quelques jours; car anparavant il ne recevoit de jour que par la porte. Les Payens faiſoient preſque tous leurs Temples obſcurs, pour ne pas profaner aua yeua des mortels les myſteres de leurs Dieux, & de-là vint l' uſage des flambeaux & des lampes qu' on y allumoit. On a auſſi ajoûté au devant de la porte ſur l'eſcalier un tres-besu Clocher, percé de quantité de fenêtragea, dont les materiaux de marbre ou de belle pierre, ont été tirez des ruines de Salone, parmi leſquelles nous trouvâmes quelques Inſcripiions qui parlent de eette Ville. Appien & Gruter en citent une dans ce Temple quarré proche d' une Idole de Cybele, J' y vis l' inſcription; mais cette prétenduë Idole n' eſt antre choſe qu' un Sphina de marbre granite d' Egypte. Les colonnes qui ſont là autour ſont auſſi de la même pierre. Les murailles du Palais de Diocletien qui embraſſent les deux tiers de la Ville, ſont preſque entieres, & ſont un quarré juſte, avec une porre au milieu de chaque face. Il en reſte trois d' une architecture auſſi belle que ſolide. Les pierres ſous l' arc ſont entées en mortaiſe les unes ſur les autres, eeua qui bâtiſſoient alors prétendant da cette maniere rendre leur voûte plus aſſurée. Aux côtez de chaque porte il y avoit deua petites Tours exagones, qui gardoient l'entrée, & y ajoûtoient quelque embelliſſement. Tout ce quartier de la Ville enferme dans cette enceinte eſt voûté en pluſieurs endroits, & a quantité de maſures antiques. Du côté de la Marine il y avoit un corridor entre le Palais, & un mur élevé à même hauteur, mais percé de fenêtres qui luy laiſſoient la vûë de la mer. Ces fenêtres ont des entre-colonnes, & une friſe d'ordre Dorique aſſez bien proportionné. Nous y trouvâmes une douzaine d'Inſcriprions, qui peuvent avoir été portées de Salone, & dans l' Egliſe de S. François un bas relief avec 25. figures ou environ, qui paroiſſoit être la victoire de Conſtantin ſur Maxence qui ſe noya dans le Tybre. Vers la pointe Occidentale du Porr il y a une Egliſe de S. George, qui eſt apparemment l' endroit appellé *Ad Dianam*, dans la Table de Peutinger, à cauſe de quelque temple de Diane qui y étoit. *Edit. Pariſ pag. 84.*

Idem Sponius profert ibidem tabellam urbem Spalati, ſeu potius monumenta quæ ex ædificio Diocletiani adhuc ſuperſunt repræſentantem, quam quidem tabellam majorem in formam redactam, & accuratius delineatam ære denuo incidi curavimus, atque hic exhibemus.



1. 2. 3. 4. Portes du Palais. 5. Milieu de tout l'edifice. 6. Temple quarré découvert. 7. Temple Octogone 8. Temple Rond. 9. Petit Temple quarré.

Edit. Pariſ. pag. 85. Nonnullas item inſcriptiones Spalati repertas profert idem Sponius Tom. III. Itinerarii pag. 79. & ſeqq. ſed illæ ad Salonam potius quam ad Spalatum pertinent. Cæterum qui res Salonitanas ac Spalatenſes accuratius diſcere cupit, conſulat Lucii eruditiſſimum Opus de Regno Dalmatiæ ac Croatiæ.

Οὔτε ἀπὸ βησάλου ἐστιν ἐκτισμένον, ὅτε ἀπὸ ἐγχόρηγος) Βήσαλον *Later*. Vide lib. IV. Comment. in Antiq. CP. num. 206. Quid vero ἐγχόρηγος vide lib. I. eorundem Comment. num. 12.

202. Ἔχοντες ἐπάνω κοσμίτας) Κοσμίτης, juxta Goarum ad Cedrenum, & ad Euchologium, Architectis eſt *tota Epiſtelii compages ex Coronide, Zophoro, & ei ſubjecta trabe coagmentata*, ſic dicta quod columnatum ædificium κοσμεῖ, *ornat*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Ὅλη, καὶ ποιῆσαι τὰ παλάτια αὐτοῦ, ἢ πάντα τὰ οἰκήματα τοῦ κάστρου) Sic ex MS. Codice; quippe hæc omnia deſiderantur in texto Græco edito.

Τὸ κάστρον Τετραγγούριον) Tetrangurium & Tetranguria, Plinio & Ptolemæo *Tragurium*, & ita hodie appellatur; ſed vulgo *Trau* dicitur. Tragurium vero, inquit Lucius, in peninſula tunc exiſtens, tenui Iſthmo continenti jungebatur, ideo facile a parte continenti obverſa muniri potuit, & ex proxima Inſula, Boa dicta, portum efficiente, ipſique ſupereminente defendi. Quando autem effoſſo Iſthmo in inſulam redactum fuerit Tragurium, nulla memoria reperitur: tempore tamen, quo Bela IV. Rex Ungariæ a Tartaris fugatus eodem ſeceſſerat, inſulam fuiſſe teſtatur Archidiaconus Spalatenſis cap. 40. Tragurium Joannis Lucii patria, quam ille & ſcriptis & natalibus illuſtravit.


203. Ὁ ἅγιος μάρτυς Λαυρέντιος) Reliquiæ ſancti Laurentii Martyris perpetuo in urbe Roma aſſervatæ fuerant, hodieque permanent.

Τὸ κάστρον τῶν Διαδώρων) At idem Porphyrogenitus paulo ſuperius hoc ipſo capite hanc urbem τὸ κάστρον τῶν Διαδώρων appellat. Vide quæ ibi adnotavimus. Cæterum hanc urbem alii Aſcrivium, ſeu Aſcruvium appellant; alii vero eam diverſam ab Aſcrivio eſſe arbitrantur; ſed ab Aſcrivii ruinis hanc creviſſe ajunt.

Ἰάδερα) *Jadera* & hodie *Jadra* urbs & Colonia antiquiſſima: COL. CLAVDIA. AVGVSTA FELIX. IADERA. Notat ex nummo Claudii Ligorius. Italis dicitur *Zara*; Slavis vero Zadar. Pluribus de hac urbe agit Lucius in tractatu eruditiſſimo de Regno Dalmatiæ & Croatiæ. In hac autem urbe ſuperſunt quamplurima monumenta teſtes ipſius antiquitatis nobilitatiſque. Jacobus Sponius antiquorum monumentorum curioſus indagator ſic de ea in ſuo Itinerario loquitur:

„ Zara s'appelloit anciennement *Jadera*, & joüiſſoit des droits de Colonie Romaine. J'y lus une inſcription antique, où l'Empereur Auguſte eſt qualifié du titre de Pere de cette Colonie, & il y eſt ajoûté qu'il en avoit fait bâtir les tours & les murailles. Proche de l'Egliſe des Grecs appellée S. Helie, je vis deux belles colonnes canelées d'ordre Corinthien, dont la baſe, le plinthe, le chapiteau & l'architrave ſont également de bonne maniere. On juge que c'eſt le reſte d'un Temple de Junon, par une inſcription qu'on a trouvée proche de là, & que je vis dans l'ancienne Egliſe de S. Donat. La porte de S. Chryſogone eſt compoſée d'une partie d'Arc antique, tranſporté d'un quart de lieuë au-delà. L'inſcription nous apprend que cet Arc étoit chargé de quelques ſtatues, qu'il y avoit en cet endroit là un marché, & qu'une certaine *Melia Anniana* l'avoit érigé à l'honneur de ſon mari, *Læpicius Baſſus*; ce qui donne à connoître que la ville avoit alors beaucoup plus d'étenduë, qu'elle n'a preſentement, le tour de ſes murailles ne faiſant pas plus de deux mille d'Italie, & le nombre de ſes habitans ne pouvant guere monter qu'à cinq ou ſix mille. Dans l'encente d'une demi-lune il y avoit un reſte d'Amphitheâtre, dont on ne voit maintenant aucun veſtige, ayant été detruit pour regler la fortification. Les Romains ne pourvoyoient pas tant au divertiſſement qu'ils ne pourvûſſent davantage au neceſſaire. L'eau manquoit à la Ville, & même preſentement il n'y a que des citernes. Pour remedier à ce défaut ils avoient fait un aqueduc, qui menoit l'eau de dix lieuës loin de-là. Il en reſte quelques mazures, proche deſquelles Monſieur l'Archidiacre nous aſſûra qu'on avoit trouvé un fragment d'Inſcription de l'Empereur Trajan, qu'on jugeoit par-là en avoir été l'Auteur. „ *pag. 86.*

Profert idem Sponius partem arcus antiqui a Melia Anniana in memoriam Q. Læpicii Baſſi mariti ipſius erecti; quam quidem tabellam in gratiam lectoris accuratius in æra incidi curavimus, hicque exhibemus.



Has autem antiquas Inſcriptiones Jaderæ reperit laudatus Sponius:

1.
Q. ASISIENO Q. F.
TRO. AGRIPPAE
AED. II VIRO
PONTIFICI
EX AERE CONLATO
DECVRIONES ET PLEPS.

2.
IMP. CAESAR DIVI F. AVG.
PARENS COLONIAE MVRVM
ET TVPPIS DEDIT
TI. IVLIVS OPTATVS TVRRES
VETVSTATE CONSVMPTAS
IMPENSA SVA RESTITVIT

Sic laudatus Sponius; at melius Lucius hanc ipſam inſcriptionem legit ſic:

IMP CAES D. F. AVG
PARENS COLONIAE MVRVM
ET TVRRIS CIRCVMDEDIT
T. IVLIVS OPTATVS TVRRIS
VETVSTATE CORRVPTAS
IMPENSA SVA RESTITVIT.

Edit Pariſ. pag. 87.

3.
ISIDI SERAPI LIBER.
LIBERAE VOTO
SVSCEPTO PRO SALVTE
SCAPVLAE FILI SVI
P. QVINCTIVS PARIS
S. L. M.

4.
TI. CAESAR DIVI AVG. F.
AVGVSTVS IMP PONTIF. MAX.
TRIB POTEST. XX. COS. III.
DESIG. IIII. LEG. XI.
P. CORNEL. DOLABELLA
LEG. PR. PR.

Sic Sponius; at Lucius hanc ipſam inſcriptionem ſic proponit:

TIB CAES D AVG F AVG IMP PONT MAX
TRIB POTEST XX COS III LEG IX LEG XI
P CORNELIO DOLABELLA LEG PROPR.

5.
IVNONI AVGVSTAE
APPVLEIA M. F. QVINTA
SVO ET L. TVRPILII BROCCHI
LICINIANI FILII NOMINE

Ἀνάρης ἤτου) Ητου pro ὦ, occurrit ſæpe apud Anonymum de bello ſacro, & Demetrium Zenum in Batrachom.

Η δὲ κοινῇ συνηθείᾳ καλεῖ αὐτὸ Διάδωρα) Notandum quod hic ait Porphyrogenitus urbem hanc Jaderam ſeu Jadram vulgariter appellari Diadoram.

204. Η ἁγία Ἀναστασία ἡ παρθένος, θυγάτηρ, &c.) Sic ex MS. Codice.

Ομοιοι τῷ Χαλκοπρατείων ναῷ) De æde Deiparæ ſacra, quæ erat in Chalcopratiis pluribus egimus ſupra lib. II. Comment. num. 76.

Ἐξ ὑλογραφίας ἀρχαίας) Sic ex MS. Codice. Perperam legitur in Editis, ἐξ ὑλογραφίας ἀρχαίας; ubi Meurſius ἐκ γλυπτογραφίας legendum ait, ſcilicet *ſculptura vetuſta*; & Salmaſius ad Plinium pag. 1219. ξυλογραφίαις. Sed perperam uterque cum legi debeat, ut in MS. Cod. Regio habetur, ἐξ ὑλογραφίας ἀρχαίας. Recentiores quippe Scriptores ὑλογραφίαν pro κηρογραφίαν dixere, ut hanc diſtinguant a muſivaria; duplicem enim picturam ſtatuunt, alteram διὰ κηροχύτου ὕλης, id eſt cum cera & coloribus in quavis materia; alteram διὰ ψηφίδων, ſive opere Muſivario. Theodoſius Epiſcopus Amorii in Synodo VII. Act. 4. αἱ ἁγίαι καὶ σεβάσμιαι εἰκόνες καὶ ζωγραφίαι, ἡ ὑλογραφίαι, ἢ διὰ μουσείου, &c. Theophanes anno 27. Copronymi: τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει Νικήτας ὁ ψευδώνυμος Πατριάρχης τὰς ἐν τῷ Πατριαρχείῳ εἰκόνας τοῦ μικροῦ Σεκρέτου διὰ μουσίου οὔσας ἔξεσε, καὶ τοῦ μεγάλου Σεκρέτου τὰς τρουλλικὰς ἐξ ὑλογραφίας οὔσας ἔξεσεν. Ubi S. Nicephorus Conſtantinopolitanus loco laudato habet ἐξ κηροχύτου ὕλης. Vide quæ habet Ducangius in Gloſſ. Græc. v. Κηρόχυτος γραφή, ubi de Pictura, quæ fit reſolutis igne ceris, cum penicillo, pluribus agit.

Ο δὲ ναὸς αὐτὸς ἐστιν ἀπὸ συγκοπτῆς, &c.) Perperam legitur in Editis, ὁ δὲ ναὸς αὐτός, &c. Συγκοπτή, *Opus teſſellatum* ſignificat. Continuator Theophanis lib. 3. num. 7. ἐκ συγκοπτῶν δὲ καὶ διαφόρων χρωμάτων τὸ ἔδαφος ποιεῖ.

Μέχρι Βενεβενδοῦ) Quaſi Beneventum ad mare Adriaticum ſitum ſit; verum trium ferme dierum itinere ab eo diſtat, & a Neapoli 32. milliaribus.

Τὸ κάστρον ἡ Βέκλα) Quæ Porphyrogenito Becla appellatur Οὐεγία Ptolemæo dicitur; Plinio vero *Vegiam*; *Veglia* hodie nuncupatur. Italis *Veglia*, Slavis *Kirk*.

Ἄρβη) Arbum hodie nuncupatur, & Arba; Italis *Arbe*, Slavis *Rab*.

Ὄψαρα) Hodie Abſarus vocatur. Dicta fuit olim hæc Inſula & urbs ejuſdem nominis *Abſorus* & *Abſyrtium*. Italis *Oſero* dicitur. 205.

Λουμβρικάτον) Hodie Vergada nuncupatur, & a Slavis *Loucat* dicitur. *Pag. 88*

Πιζύχ) Nunc *Sale* appellatam ait Lucius.

Σελβο') Selva hodie nuncupatur.

Σκερδα) Sic in MS. Codice. Perperam in Editis Σκορδα legitur. *Scberda* etiamnum appellatur, at ſcribit Lucius.

Αλουν) Nunc Lucio appellatur.

Σκυρδάκισσα) Id eſt Scirda, nunc Scberda Ciſſa, nunc Pagus, inquit Lucius.

Μελετά) Hodie hanc Meladam dici ſcribit laudatus Lucius.

Εστινίζ) Nunc Seſtrum nuncupatur.

Περὶ τῆς προμένων Σκλάβων) Sic ex MS. Codice.

206. Εκ παλαιὰ μὲν ταῖνα ἡ Δελματία) Dalmatia hic a Porphyrogenito pro univerſo Occidentali Illyrico, præter Noricos ſumitur, ut optime animadvertit Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 1. cap. VI. qui ſane Scriptor pluribus hoc ipſo libro loquitur de Illyrico, Liburnia ac Dalmatia, & de variis terminis ac nominibus, quæ diverſis temporibus obtinebant. Dalmatia autem maritima, inquit idem Lucius, ſicut tempore Monatchiæ Romanæ in Japidiam, Liburniam, & Dalmatiam diſtinguebatur; Japidia ab Iſtria, Arſia; a Liburnia, Tedavio: Liburnia a Dalmatia, Titio; Dalmatia a Macedonia, Drino fluminibus diſterminatis; Ita quando a Slavis occupata fuit ſublatis his diſtinctionibus, ab Oriente Dyrrachio, ſive Drino flumine, ab Occidente Iſtria, ſive Arſia flumine, a Septentrione Albio, Bebio, & Ardio montibus, a Meridie mari Adriatico, ſive Dalmatico terminabatur. Poſtmodum vero cum ferme tota Dalmatia occupata eſſet a Slavis, in Sclavoniam, ſive Croatiam, Serviam, & ipſam Dalmatiam diſtincta fuit: poſterioribus autem temporibus Servia in Ramam, Raſciam, Boſnam, ipſamque Serviam diviſa fuit, quæ ſingulæ, diverſis tamen temporibus, Regio nomine decoratæ fuere. A recentioribus vero Scriptoribus ſicuti Savia, Sclavonia nuncupatur, ita apud Italos Dalmatiæ maritimæ nomen, cum Sclavonia confunditur, quæ, quomodo, quandove ſecuta ſint, ingagandum erit. Cæterum Dalmatiæ fines ac partitiones ſic recenſet Andreas Dandulus in Chronico MS. anno 854. ubi de Suetopulo Rege Dalmatiæ: *Eſt autem Dalmatia*, inquit, *prima Provinciarum Græciæ, quæ habet ab Oriente Macedoniam, ab Occaſu Iſtriam, a Meridie mare Adriaticum, & inſulas Liburnicas, & a Septentrione Pannoniam, quæ eſt pars Myſiæ. A plano itaque Dalmatiæ uſque Iſtriam Croatiam Albam vocavit, & a dicto plano uſque Dyrrachium Croatiam Rubeam, & verſus montana a flumine Drino uſque Macedoniam, Raſiam; & a dicto flumine citra, Boſnam nominavit.* Et mox: *Moderni autem maritimam totam vocant Dalmatiam: Montana autem Croatiam.*

Περὶ τῆς Σκλαβινικῶν ἰδεῶν τούτων τούδε) Quomodo a Slavis occupata fuerit Dalmatia narrat & capite præcedenti, unde hæc cum illis conferenda ſunt. Quando autem Salona ac reliquæ Dalmatiæ urbes a Slavis captæ fuerint, pluribus tradit Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 2.

207. Ανὰ τῆς Σκλαίνας) Sic ex MS. Codice. Perperam habetur in Editis, ἀνὰ τὸ Σκλάινα.

Εοδε αρτίως είσιν οἱ Τούρκοι ἰουκαδα βίον ζῶντες) Hodie Unni ſeu Hungari. De Turcis autem pluribus Porphyrogenitus infra.

208. Οἱ μέντοι οὐδε ἀκόσμιον) Sic MS. Editi habent, οἱ μέντοι οὐδε ἐκ ἱκοτιμον, &c.

Ηνοιξαν τὰς πόρτας) Πόρτα, purum putum Latinum eſt, *Porta*: & paſſim occurrit apud Scriptores Græcos recentiores.

210 Οἱ δὲ Χρωβάτοι κατώκουν τὸ τηνικαῦτα ἐκεῖσε Βαγιβαρείας) Βαγιβαρείας, ſeu Βαγιβαρεία eſt Slavum vocabulum, Græce detortum; id eſt Βαβαγορια, id eſt *Babii montes* Slave *Babii Gore* videlicet Vetulæ, vel vetularum montes, quo nomine Carpatii montes Poloniam ab Ungaria diſterminantes, ab aliquibus nuncupantur. Ex his apparet, Chrobatos a Sarmatia, nunc Polonia dicta, vel Bohemia veniſſe. Sed de Chrobatia, & terra quam

Edit. Pariſ. pag. 89.

illo tempore habitabant pluribus agit Porphyrogenitus capite ſequenti; ubi vide quæ adnotamus.

Εκ τοῖς τῆς Αβάρων) Locus corruptus, niſi pro ἐκ τοῖς τῆς Αβάρων legendum ſit ἐθνος τῶν Αβάρων.

Οἱ δὲ λοιποὶ Χρωβάτοι ἔμειναν πρὸς Φραγγίαν, καὶ λέγονται ἄρτιως Βελοχρωβάτοι, &c.) Hic Franciam Porphyrogenitus pro hodierna Germania ſumit, ut ad caput ſequens adnotabimus. Belochrobatos autem, nimirum *Albos Chrobatos* ex *Beli Hruati* apte deducit, cum *Beli*, vel *Bili*, ſive ut noſtrates, *Bieli* Slave *Albos* ſignificet.

Ρηγὶ Φραγγίας τε καὶ Σαξίας) Sic & in MSS. habetur; at ſunt qui hæc ita legenda putent, ῥηγὶ Φραγγίας τε καὶ Σαξίας, nimirum *Regi Franciæ & Saxoniæ*.

Καὶ τὴν Παννονίαν) Ita emendamus. Perperam in Editis & in MSS. legitur, καὶ τὴν Παννονίαν. Hic autem Porphyrogenitus, inquit Lucius, Illyricum a Pannonia ſejungit, cum ſupra Dalmatiam uſque ad Danubium extendendo, Pannonias in Dalmatia incluſerit, ut dictum eſt. Ideo hic Illyricum pro Dalmatia; Pannonia vero, pro Pannonia Savia, ſumenda eſt, cum reliquas Pannonias tunc, & poſterioribus temporibus Avares poſſederint, ut patebit; tuncque Croatos e Dalmatia recedentes, eam partem Pannoniæ occupaſſe, quæ olim Savia, ſive Interamnia dicebatur, inter flumina ſcilicet Sava, & Drava, nomenque regioni, a generali nomine Slavorum particulare Slavoniæ indidiſſe cenſendum eſt, quod hodie etiam ſervant, & communi lingua utuntur. 211.

Καὶ ἀπῆλθον τοὺς Φράγγους ταῦτα, &c.) Hæc Porphyrogenitus, inquit Lucius, de Croatis jugum Francorum excutientibus & baptiſmum ſuſcipientibus, tempore ejuſdem Heraclii Senioris, ſcripta reliquit; cum vero Francorum hiſtorici de Croatis mentionem non faciant, ſed quædam tantum de Slavis ſcribant, tempore Heraclii geſta, ideo referenda ſunt. Dagobertum enim Francorum Regem Avares, & Slavos ſuæ ditioni ſubegiſſe, regni ejus anno 7. geſtorum ejus Scriptor tradit; ſed ſicuti Avares tunc Pannonias incoluiſſe conſtat; ita Slavos Francis in Germania a Septentrione, in Illyrico vero ab Oriente conterminos fuiſſe paret. De quibus autem Slavis hæc intelligi debeant, an de Septentrionalibus, vel de Orientalibus incompertum eſt. Similiter ea, quæ idem auctor tradit, Longobardos ad ſolatium Dagoberti 9. ejus anno hoſtiliter in Slavos perrexiſſe, & victoriam obtinuiſſe, ad quos Slavos referenda ſint, non conſtat: tamen de Orientalibus, qui Longobardis proximi, Forojulienſique eorum Ducatui contermini erant, intelligi debere videtur; qui nomine Carantanorum, ſive Carantanorum nuncupati; nunc autem in Carnos, Stirios, & Carinthios diſtincti ſunt, quos ſubditos fuiſſe Francorum Imperio, & in Regno Bojoariæ comprehenſos Wolfangus Lazius poſt alios tradit, quibus Croati addi poſſunt, quos ex Porphyrogenito tunc Franciæ ſubditos fuiſſe argui poteſt; ſed ipſorum jugum excuſſiſſe, & Baptiſmum ſuſcepiſſe imperante eodem Heraclio, temporibus examinatis, evenire non potuit. At ſicuti Heraclium expeditionibus Aſiaticis impeditum in Illyrico aliquid egiſſe, nullus præter Porphyrogenitum ſcribit, ita de Heraclio Juniore ante ejus expulſionem Zonaras: *Cum Bulgaris fœdus cepit; neque tributum quod pater Conſtantinus Pogonatus ignominioſum nomini Romano pepigerat, ſolvit; ſed expeditione in plagas Occidentales ſuſcepta, multas Slavicas gentes partim in deditionem accepit, partim bello domuit, unde novas legiones conſcripſit, delectis fortiſſimorum juvenum circiter 30. millibus, quos populum acquiſitum appellavit.* Paucis verbis multa complectitur Zonaras, ſed clarius Cedrenus: *Anno ſecundo profectus in Armeniam, recepit Mardaitas, in Libano degentes, aheneum murum deſtruens. Pacem quoque cum Bulgaris fa-* 212

ctam confudit, formam a patre conſcriptam perturbans, & equeſtres exercitus in Thraciam traduxit. Anno tertio Juſtinianus expeditionem in Slavinos, & Bulgaros ſuſcepit, atque hos quidem obviam ſibi factos cum repuliſſet, excurſione ad Theſſalonicam uſque facta, multas Slavinorum multitudines partim ad ſe deficientes, partim bello ſuperatas ſubegit, inque Opſicianam regionem deportavit, in reditu autem a Bulgaris intra fauces anguſtiarum interceptus, multis ſuorum amiſſis ægre evaſit. Ideo ſi Heraclii junioris tempore ſecutum poneretur Croatorum baptiſmum, rectius temporibus congruerent, quæ idem Porphyrogenitus de Croatis Francorum jugum excutientibus, baptiſmumque ſuſcipientibus, refert loco citato: quæ cum ſupra relatis ex Zonara & Cedreno convenire poſſunt: Croatoſque, & Serblos primos ex Slavis fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe conjectari poteſt. Roma autem acceſſitos Sacerdotes, qui Croatos baptizarunt, ut Porphyrogenitus ait, Latinus ritus ipſorum demonſtrat, & Archiepiſcopum ex ipſis conſtitutum fuiſſe concordat Porphyrogenitus cum Archidiacono Spalatenſi, qui Joannem Legatum Summi Pontificis, patria Ravennatem, primum electum Spalati Archiepiſcopum tradit cap. 12. qui olim Solonitanus, Dalmatiæ, totiuſque Croatiæ Primas, ad hodiernum uſque diem nuncupatur, ut clarius poſtea patebit; tempora autem non tradit; ideo ſi ad hæc tempora Archiepiſcopi Electio poneretur, suppleretur, quod Archidiacono ſimul, & Porphyrogenito deeſt: ſed ſicuti Roma acceſſitum Archiepiſcopum, ita e Dalmatia Epiſcopum, & Presbyteros jam gnaros linguæ Slavæ, Croatis datos fuiſſe, par eſt credere; Croatoſque baptizatos inde mitiores redditos, ut Porphyrogenitus ait. Ad hæcque tempora connubia inter Slavos, & Dalmatas juncta dicendum eſt, ut Archidiaconus aſſerit de Spalato, quod ad reliquas quoque Dalmatarum Civitates extendi debere, auctorum ſilentium ſuadet conjectari. Cæterum de Baptiſmo Croatorum pluribus agit capite ſequenti Porphyrogenitus.

Edit. Pariſ. pag. 90.

212. *Καὶ ἐβάπτισαν αὐτούς*) Perperam in Editis legitur, *καὶ ἐβάπτιζαν αὐτούς*.

Διαμερίζεται ἡ χώρα αὐτῶν εἰς Ζουπανίας) *Zuppa* Slava vox *Regionem* ſignificat; & a Zupa deducitur, quod populum, vel regionem aliquam habitatam ſignificat. Hinc autem *Zupanus*, ſeu *Jupanus*, dignitas apud Servios, Hungaros, & univerſim apud Slavicam gentem: *Præfectus Provinciæ vel alicujus territorii, aut Civitatis*. Scriptor noſter capite 29. *ἄρχοντας δὲ ὥς φασι ταῦτα τὰ ἔθνη μὴ ἔχειν, πλὴν ζουπάνους γέροντας, καθὼς καὶ αἱ λοιπαὶ Σκλαβινίαι ἔχουσι τύπον*. *Principes vero, ut ajunt, hæ gentes non habent, præter Zupanos ſenes, quemadmodum etiam reliqui Sclavorum populi*. Pactum Boemundi cum Alexio Imperatore apud Annam Comnenam libro 13. ſubſcribit *Ζουπάνος ὁ Πέρης*, alter e legatis Regis Ungariæ. Dicitur & *Μέγας Ζουπάνος* in Salutat. Epiſtol. Pontiſ. qui *Ἀρχιζουπάνος* apud Nicetam in Manuele Comneno libro 2. num. 7. & Joannem Cinnamum libro 3. num. 7. *Magnus* autem *Zupanus* appellatur Innocentio III. Pap. libro 1. & 2. Epiſtol. & in Actis ejuſdem. Ita porro appellatus Serviæ Princeps. Vide Ducangii Gloſſarium med. Latinitatis necnon Græcit. & Notas ejuſdem ad Alexiadem, pag. 347. Ed. Reg.

Χλεβίανα) Chlebiana hodie *Hliuno* nuncupatur.

Τζέντζηνα) Tzentzena hodie *Cetina* dicitur.

Ημοτα) Emota nunc *Imota* vocatus.

Πλέβα) Pleba forſan *Plieva* in Boſna.

Πσάυεντα) Poſtea in Diœceſi Tininien. inquit Lucius.

Παραθαλασσία) Latine *Maritima*; Slave *Primorye*.

Βρεβέρη) Brebera hodie vulgo *Bribir*.

Νόνα) Nona Slave *Nin*.

Τνῆνα) Latine *Tinninium*, Slave *Knin*.

Σίδραγα) Poſtea in Diœceſi Scardonen.

Νῖνα) Nina niſi ſit idem ac Nona, & in duas Zupanias diviſa, inquit Lucius De regno Dalmatiæ & Croatiæ.

Καὶ ὁ Βοάνος) Latine *Banus* idem quod Dux, Slave *Ban*. pag. 91.

Κρίβασα) Cribaſa Slave nuncupatur *Karbava*.

Λίτζαν) Litza Slave *Lika*.

Γουτζηκά) In MS. legitur, *Γουτζησκά*. Poſtea in Diœceſi Signien. Cæterum in relatis Zupaniis, inquit Lucius, maritimæ ut plurimum regiones numerantur, ideo vel Duces, ſive Bani a Porphyrogenito nominati, maritimam tantum Croatiam poſſederunt, vel ipſe in rebus Occidentalibus parum verſatus, multa omiſit.

Ἡ δὲ Διόκλεια) De Diocletianis, & eorum regione, de Terbuniatis, Zachlumis & Paganis loquitur pluribus infra Scriptor noſter.

Ῥασούτζαι) Eadem fortaſſis quæ hodie Slave *Rat*, regio ſub ditione Reipublicæ Raguſinæ. 213.

Μοκρόν) Slave *Mocro*.

Δαλέν) Eadem fortaſſis quæ Dalluntum Antonino, niſi ibi pro Dalluntum legendum ſit Dalminium, ut Ortelius ſuſpicatur.

Αἵτινες καὶ σαγήνας ἔχουσιν) & *Σαγήνη* & *σαγήνιο*, *Sagena*, Navigii genus. Occurrit pluries apud Porphyrogenitum hic & in lib. Them. *Sagena* hac ſignificatione reperitur & apud Scriptores Latinos recentiores. Ludovicus II. Imperator in Epiſtola ad Baſilium Macedonem Imp. Conſtantinop. *Unde ſi capiantur ſagenæ maxima ex parte Saraceni—— conſtringentur*.

Μέλετα) Latine *Melita*, Slave *Mliet*.

Κούρκρα) Hæc ipſa inſula infra cap. xxxi. dicitur Porphyrogenito, *ἡ Κούρκρα*. Latine *Corcira*, Slave *Karkar*; noſtratibus vero *Cortiula* appellatur.

Βράτζη) Eadem inſula paulo ſuperius citato loco vocatur *ὁ Βράτζης* Porphyrogenito. Latine autem *Brachia* dicitur, Slave *Brac*.

Φάρος) Hanc inſulam, *τὸ Φάρον* Porphyrogenitus vocat laudato loco. Latine dicitur *Pharo*, Slave *Hvar*.

Ἡ χώρα τῆς Χρωβατίας) Hic deſcribit Porphyrogenitus regionem Croatorum, qui in Dalmatiæ Occidentali parte, tam maritima, quam mediterranea ſedem fixere, & regioni illi Croatiæ ſive Hrvatiæ cognomen dederunt; quod etiamnum in parte retinet. Hos autem veros terminos Croatiæ fuiſſe oſtendit Lucius lib. 11. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ.

Ἀπὸ Λάδοι τριάκοντα α'.) Sic in MS. In Editis legitur, *Ἀπὸ Λάδοι τριάκοντα β'*. 215.

Ὡς ὁμοῦ ψ̄ λ̄.) Sic in MS. Codice & hæc quidem nota *χιλιάδας* ſignificat. Editi habent, *εἰς ὁμοῦ χιλιάδας ψ̄ λ̄*.

Τὸ δὲ κάστρον τοῦ Ῥαούσιον) At non longe poſt Porphyrogeniti tempora Raguſina Reſpublica a Serviæ Principibus terras & inſulas obtinens, territorium terra marique dilatavit, ut ſcribit Jacobus Luccari in Annalibus Raguſinis.

Τὸ δὲ Χρωβάτοι τῇ τῶν Σκλάβων διαλέκτῳ, &c.) 216. Animadvertendum eſt, inquit Lucius, Porphyrogeniti *Χρωβάτοι* Græce *Hrouati* exprimi, Latina autem verſione *Chrobati*, qui Slave *Hrvati* indigitantur; & ſicuti Græci aſperitatem vitantes *ο* tantum addentes *Hrouati* pronunciant, ita Latini cum *χ* non habeant, prout Græci, & Slavi loco ipſius *ch* ponentes, non recte aſpirationem *χ* exprimant, ideo vox diverſificatur, & eo magis quod *β* Græcum in *b* Latinum ut plurimum vertitur, quod hic in *u* verti deberet, ut cum Slavorum *Hrvati* propria prolatione conveniret; ſed commune eſt omnibus nationibus, ut altera, alterius voces in ſuam linguam vertendo, characteres addendo, minuendo, vel mutando, diverſa a propria prolatione exprimat. Quod autem Chrobati dicantur lingua Slavorum *terram poſſidentes*, dictio Slava *Hrvati* nomen proprium Nationis eſt, nihil aliud ſignificans. Ex iis vero quæ ſupra cap.

30.

30. refert: *Cæteri vero Chrobati verſus Franciam commorabantur, & appellantur hodie* Βελοχρωβάτοι ἤγουν ἄσπροι Χρωβάτοι, *Belochrobati ſive Albi Chrobati;* Albos Chrobatos ex *Beli Hruati* apte dedu- Edit. Pariſ. pag. 92.
cit cum *Beli*, vel *Bili* Slave *Albos* ſignificet: ita idem verbum *Beli b* in *v* verſo *Veli* magnor ſignificat: quod clarius ſe explicando Porphyrogenitus ſubdit cap. 31. in fine: *Magna autem Chrobatia, quæ etiam Alba cognominatur*, & cap. 32. in principio: *Magna Chrobatia Baptiſmi expers, & Alba quoque nuncupata*. Sic magnor Hruator, vel magnam Hruatiam pro Sarmatia, quæ ampliſſima Provincia eſt, ſumens, recte verbum *Veli* Slavum Græce appropriando, multas terras poſſidere Chrobatos Sarmatas ſcribit; ob id ſupra cap. 30. ait: *Chrobati vero tunc habitabant ultra* Βαγιβαρείας *ubi nunc ſunt Belochrobati*; Bagibarias enim vocabulum Slavum eſt, Græce detortum; id eſt Βαβαγορία (babia oria) id eſt Babii montes, Slave *Babie Gort* id eſt Vetulæ, vel vetularum montes, quo nomine Carpatii montes Poloniam ab Ungaria diſterminantes, ab aliquibus vocantur; & cum Porphyrogenitus Franciam pro hodierna Germania, & Turciam pro Ungaria ſumat, Chrobatos a Sarmatia, nunc Polonia dicta, vel Bohemia veniſſe, innuere videtur: cui opitulantur Scriptores rerum Bohemicarum, & Polonicarum, a Cromero relati. Tamen probabilior videtur opinio ejuſdem Cromeri, qui Serbos ex Sarmatia Aſiatica, cum Bulgaris vicinis in Europam tranſiiſſe narrat, eo magis quod Slavorum, qui Bohemiam, Poloniam, Lithuaniam, Carinthiam, Styriam & Carniolam habitant, dialectus diverſa eſt ab iis, qui Slavoniam, Croatiam, Boſnam, & Serviam incolunt, quorum ſermo Bulgaris, cæteriſque Orientalibus Slavis ſimilior eſt & purior, præſertim Boſnenſium. Sed cum de origine Nationum non inquiratur, ideo in his, prout in incertis, non eſt immorandum, neque expendendum, an ante Mauritii tempora Slavi Illyricum utrumque, partemve habitaverint? Cum Cromerus ex diverſitate nominum a Slavis inductorum circa Mauritii tempora ex Oriente eos adveniſſe ſcribat: alii vero ex Jornande & aliis Slavos, aliis nominibus dictos, circa Iſtrum habitaſſe credunt, & ſicuti Serbos in Sarmatia Aſiatica prope Volgam ponit Ptolemæus, ex quibus Serbos, vel Servios Cromerus non improbabili conjectura cum vicinis Bulgaris, a Volga ita dictis, in Europam tranſiiſſe ſcribit: ita cum Crobizos Herodotus lib. 4. Schimnus lib. 7. Strabo lib. 5. & Ptolemæus cap. 9. in Alyſia ponant, citra Iſtrum; qui, an iidem cum noſtris Chrobatis ſint, & a Bulgaris ſuis ſedibus pulſi, gradatim alios expellentes, ſimul cum Beſſis regiones Croatiæ, & Boſnæ, quas hodie tenent occupaverint, cum nullus hucuſque dixerit, non affirmatur, neque ſi aliquis aſſereret, negaretur; cum non videatur impoſſibile, Slavos aliis nominibus dictos, ab antiquo ſicut ultra Iſtrum ita etiam citra habitaſſe; neque Iſtrum impermeabile fuiſſe, vel tanta religione cuſtoditum, ut pro temporum varietate eædem Nationes citra & ultra habitare non potuerint. Sed ne in re incerta amplius vagetur, cum Croatos Dalmatiæ partem occupaſſe nomen hodiernum regionis comprobet, idque nullus Scriptor præter Porphyrogenitum referat, ipſi deferendum eſt, etiam ſi multa æquivocare potuerit circa eorum originem, quæ ex auctorum inopia corrigi non poſſunt.

Προσῆξη οὖν τοῦ βασιλέως Ηρακλείου) Quando Dalmatia ab Abaribus, vel Slavis occupata fuerit pluribus agit Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 1. cap. 1x. De baptiſmo autem Croatorum diximus nonnulla ſupra ad cap. xxx. & laudatus Lucius loquitur pluribus de eodem cap. x1. citati libri. 217.

Ἀρχιεπίσκοπον, καὶ ἐπίσκοπον, &c.) Sic ex MS. Codice.

Οἱ τοιοῦτοι Χρωβάτοι ἄρχοντα τὸν Ποργά) Sic ex MS. Codice. Chrobati igitur ſub Porino Duce, Porgæ patre Abares ex Dalmatia expulerunt tempore Heraclii, ut Porphyrogenitus hic paulo ſuperius, & capite præcedenti narrat; deinde Porga eorum Duce baptizatos eoſdem Chrobatos fuiſſe ait: 218.

Κατὰ τὴν τῶν αὐτῶν Χρωβάτων χώραν) Sic ex MS. Codice. 219. pag. 93.

Καὶ εἶπας αὐτοῖς, &c.) Sic ex MS. In Editis legitur, ἔς εἶπας αὐτῷ, &c.

Τερπημέρη τοῦ ἄρχοντος, τοῦ πατρὸς τοῦ ἄρχοντος Κρασημέρη) De Croatorum Ducibus & eorum ſtirpe pluribus agit Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 11. cap. 1. cujus quidem integrum caput hic exſcribere libet:

„ Croatorum Duces aliqui ſuperiori Libro nominati fuerunt, qui Regibus Italiæ ſub juriſdictione Ducis Forojulienſis, & Pannoniæ inferioris Præfecti parebant. At Marchia hac limitanea a Ludovico Pio in quatuor Comites diviſa, & exinde debilitata, ſuccedentibus etiam in Imperio Francorum diviſionibus, Croatos jugum excuſſiſſe conſtat; quæ quomodo, quandove evenerint nemo præter Porphyrogenitum memorat; ſed adeo parce ea tradit, temporaque confundit, ut vix quædam diſtingui poſſint. Accedit Porphyrogenito Thomas Archidiaconus Spalat. qui in referendis Ducibus Croatorum ab eo diſcrepat: ea, qualia ſunt, tradenda, examinanda, & ex Scripturarum collatione certioranda ſunt: proponetur ergo utriuſque Scriptoris Catalogus Ducum, & ex eorundem Privilegiis aliqui addentur, diverſitaſque, quoad fieri poterit, conciliabitur; ſed ſicut Porphyrogenitus in eorum recenſione annos omiſit, ita Archidiaconus ex Archiepiſcoporum Catalogo ipſos deducens, cum Regibus confundit. Ideo Reges ejuſdem ſimul cum Ducibus ponuntur, ne ex repetitione Lector tædio afficiatur. „

Duces Croatorum ex Porphyrogenito.	Duces, & Reg. Croat. ex Archidiacono.	Duces Croat. ex Auctoribus, & Privil.
N. qui & PORINVS		PORINVS
PORGA		PORGA
	BRANIMIR	
		818. BORNA Dux Dalmat. & Liburniæ.
		825. LADASCLAWS MISLAWS
	914. TAMISLAWS	
	970. DIRCISLAWS Rex Dalmat. & Croatiæ.	
TERPEMER	990. TIRPIMIR Rex	838. TIRPIMIRVS
		892. MVCIMIRVS
		840. VNVSCLAWS & DIODVRVS
CRASEMERE		DOMINICVS vel DEMOGOY & INICVS
		879. SEDESCLAWS
		880. BRANIMIRVS Comes
		890. BRAZLAVON
MYROSTLABVS	MVCIMIR Rex	920. MICHAEL Banus.

PRIBVNIVS Boeanus 1015. CRESIMIR Patritius, & Chroatorum Rex
1060. STEPHANVS Rex
CHRESIMIR Rex
ZVONIMIR Rex
ultimus.

,, Primum Ducem Croatorum Porphyrogenitus cap. 31. Aoonymum, Porgæ patrem, ponit, quam cap. 30. Porinum nominaverat, & Abares expuliſſe tempore Heraclii aſſerit, ut dictum eſt ſupra lib. 1. cap. 11. Secundum Porgam ejus filium, cujus tempore Croatos baptizatos, & poſt baptiſmum pacificos redditos ſcribit.

Edit. Pariſ. pag. 94. Bornam, & poſt eum Ladaſclavum Fraocorum Aonales nominant, qui deinde ponendi ſunt ut multi anni Porphyrogeniti aote Tirpimirum vacui ooo relinquantur. Ex Privilegio ejuſdem Tirpimiri, infra ponendo, conſtat, Mirlaum Ducem ipſum anteceſſiſſe, quem Veneti Mium vocant, & tempore Petri Tradonici eorum Ducis ponunt: hic debet eſſe is, quem Archidiaconus Tamiſlavum vocat, quamvis Branimiro poſtponat & ex Archiepiſcoporum collatione anno 914. ponat, ſed cum Tirpimirum quoque, Dirciſlavo poſtponendo, Regem fuiſſe aſſerat, ſimiliter, & Mucimirum, quot Duces fuiſſe, & ante Reges ex eorundem Privilegiir conſtat, neque ullius Turpimiri vel Mucimiri Regum, memoria reperiatut; ideo ordo, & anni Archidiaconi non ſunt attendendi, cum in rebus ſe antiquioribus (communi illorum temporum vitio) non fuerit diligens ſupputator, prout in contemporaneis accuratus, & veridicus Scriptor. Tirpimirum poſt Mislavum ponendum, Privilegium ejus ſupra citatum teſtatur, & cum tempora congruant eundem eſſe cum Porph. Terpemere quamvis in filio noo conveniant, dicendum eſt. Uniſclavum quoque, & Diudurum Sclavorum Principet Annales Danduli memorant, ejuſdem Ducis Tradonici tempore.

,, Dominicum, vel Demogoy, & Inicum Principes Slavorum tempore Urſi Participatii Duc. Ven. eorumdem Hiſtorici referunt. Ideo hos Duces Croatorum circa eadem tempora fuiſſe, diviſionemque tunc inter Croatos ſecutam dicendum eſt cum Porphyrogenito. Sebeſclavum enim, ejectis filiis Demogoy, ſucceſſiſſe; eoque occiſo, Branimirum Ducem Croatorum Comitemve memorat Dandulus, quem ex Epiſtolis Joaonis Papæ VIII. inferius ponendis Ducem Croatum fuiſſe patebit, annis ſcilicet 879. & 881. hunc Archidiaconus Ducem Sclavoniæ tempore Caroli Regis ponit, ſcilicet poſt anoum 842. quod congruere poteſt, oam Caroium dictum Craſſum regnaſſe anno 879. & Coronam Imperii anno 881. ſumpſiſſe conſtat. ,,

Mucimirum Tirpimiri filium deinda ponendum ex ejuſdem Privilegio, infra ponendo, upparet, ſcilicet uono 892. ,,

236. Χώρα μία ὑπάρχει) Eandem terram eſſe Terbunitarum & Canalitarum docet Porphyrogenitus & ſupra capite xxx. ubi Terbuniæ principatus terminos deſcribit his verbis: Ἀπὸ δὲ τοῦ κάστρου τῶν Δεκατέρων ἄρχεται ἡ ἀρχοντία Τερβουνίας, καὶ παρατείνεται μέχρι τοῦ Ῥαουσίου· πρὸς δὲ τὰ ὀρεινὰ αὐτῆς πλησιάζει τῇ Σερβλίᾳ. *A Decateris vero incipit Terbuniæ principatus, porrigitque ſe Rauſium uſque; at verſus montana Serbliæ adjacet.* At hodie Terbuniæ principatus Turcis paret; Epiſcopus vero Terbuniæ, unus e ſuffraganeis Archiepiſcopatus Raguſini, eligitur a Senatu Raguſino; fortaſſis quod Mercanenſis Epiſcopatus cum Terbunienſi junctus eſſet, & Mercana ſit ſub ditione Reipublicæ Raguſinæ. Hodie autem Terbunienſem Epiſcopatum obtinet Illuſtriſſimus Antonius Reghius conſobrinus meus, vir a pietate & a ſtudiis omnino laudabilis.

237. Ἐστὶ καὶ ἑτέρα χώρα) Sic cum Meurſio emendamus. Perperam legitur in MSS. ἐστὶ καὶ ἑτέρα χωρία.

Τὸ δὲ Κανάλι ἑρμηνεύεται, &c.) Canale ſeu Canalis ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ; olim ager Epidaurius; neque Canale ſeu Canalis regio illa dicta eſt, ut putat hic Porphyrogenitus, quod Canale Serblorum idiomate *viam plauſtri* ſignificet; nam, inquit ille, propter loci planitiem ſervitutes omnes plauſtris præſtant; cum nulla hodie ibi ſint plauſtra. Sed regio illa ab aquæ ductu lingua Epidauria Canalis appellatur ut ſcribit Ludovicus Tubero noſter, Abbas Melitenſis lib. v. Comment. de Temporibus ſuis: *Iiſdem fere temporibus*, inquit ille, *ager Epidaurius addita Vitalia, & tota regione quæ ab aqua ductu lingua Epidauria Canalis appellatur, poſt ſexingentos circiter annos ab excidio Epidauri, pretio quibuſdam accolis regulis Boſſinatibus ſoluto recuperatus eſt, viritimque inter cives magna veterum poſſeſſorum invidia atque contentione diviſus. Quod autem Canalenſis ager territorii Epidaurii fuerit, argumento eſt opus mirabili ſtructura effectum, quo a vigeſimo prope milliario, aqua in urbem perducta eſt, partim ſubterraneo rivo, partim ſubſtructione, partim opere arcuato. Cujus quidem operis a Slovinis proculdubio everſi, adhuc extant veſtigia, atque quibuſdam in locis inſcriptiones Latinis literis nomina Curatorum indicantes.*

Ὅτι ἡ Διοκλείας χώρα) Diocleæ regionis terminos deſcribit Porphyrogenitus ſupra capite xxx. his verbis. Ἡ δὲ Διόκλεια πλησιάζει πρὸς τὰ κάστρα τοῦ Δυρραχίου, ἤγουν πρὸς τὸν Ἐλισσόν, καὶ πρὸς τὸ Ἐλκύνιον, καὶ τὸ Ἀντίβαριν, καὶ ἔρχεται μέχρι τῶν Δεκατέρων, πρὸς τὰ ὀρεινὰ δὲ πλησιάζει τῇ Σερβλίᾳ. *Dioclea vero propinqua eſt Dyrrachii oppidis Eliſſo, Helcynio, Antibari, extenditurque uſque Decatera; montana autem Serbliæ finitima ſunt.* pag. 151.

Καὶ πάλιν ἐπὶ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως ἐρημώθη) Sub Heraclio Imperatore a Serblis occupata fuit hæc regio, ut ſcribit ſupra Porphyrogenitus.

238. Ὅτι ἐκτίσθη ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανὸς) Atqui longe ante Diocletianum Imperatorem Dioclea urbs extabat cum hujus meminerint Ptolemæus & Plinius. Non igitur huic urbi nomen Diocletianus dedit; ſed potius ille ab ea nomen accepit, quod in ea natus eſt, & a matre Dioclea pariter appellata, ut ſcribit Sex. Aurel. Victor: *Diocletianus Dalmata, Anulini Senatoris libertinus, matre pariter atque oppido nomine Dioclea, quorum vocabulis, donec imperium ſumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Romanum morem convertit*, &c. Similia habet & Paulus Diaconus lib. 10. Diocles vero Diocletianus ante imperium dicitur & Lactantio, ſeu potius Lucio Cæcilio de Mortib. perſecut. c. 9. & 19. ubi vide quæ hac de re doceat eruditiſſimus vir noſtrique amantiſſimus Nicolaus le Nourry ſodalis noſter.

Νυνὶ δὲ ἔστιν ἐρημόκαστρον, &c.) Dioclea ſeu Dioclea urbs everſa e fundamentis fuit circa finem decimi ſeculi a Samuele Bulgarorum rege; ejuſque veſtigia ac ruinæ marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur in lacu Lygniſtri ad quem ſita fuit, ut ſcribit Ludovicus Tubero lib. VIII. Comment. de Temporibus ſuis: *E quibus ſane Maracini in juſtam pene auctus fluvium eo ipſo accipitur lacu, quo Dioclea (quam & ipſam erumpentibus ſubito aquis abſorptam eſſe credunt) veſtigia ac ruinæ, marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur.* Falluntur ergo Scriptores illi, qui Diocleam hodie *Antibarim*, aut *Medon* aut *Catarum* appellant; cum primum deſtructa fuerit Dioclea a Slavis, deinde a Bulgaris, tandem erumpentibus ſubito aquis abſorpta. Dioclea autem urbe a Bulgaris, uti jam diximus, everſa circa finem decimi ſeculi, Joannes Archiepiſcopus Diocleenſis Raguſium ſe contulit; atque ab eo tempore Eccleſia Raguſina Archiepiſcopalem dignitatem accepit a Benedicto V. Pontifice Max. ut ſcribit Seraphinus Razzius Florentinus Ordinis S. Dominici, in Hiſtoria Archiepiſcoporum Raguſinorum, quæ Italico idiomate conſcripta, aſſervatur manuſcripta, in Bibliotheca S. Marci Florentiæ: cujus quidem verba a nobis Latine facta hic proferre libet: *Devaſtata a Gothis atque fere a fundamentis everſa circa annum noſtræ Salutis 404. Epidauro nobiliſſima Dalmatiæ urbe, Joannes Epidaurius Civis & Archiepiſcopus fuga ſibi conſulens Tribunium petiit, ibique translata ſede atque titulo ſuæ Eccleſiæ diu commoratus eſt. At oppugnata Raſcia, ſubactaque Boſona cum finitimis ab infidelium, ſchiſmaticorumque tyrannide diu Eccleſia illa viduata manſit paſtore. Anno vero 863. temporibus Nicolai Papæ I. cum ad fidem Catholicam Bulgarorum Imperator veniſſet, conſenſu Pontificis Tribunienſis Archiepiſcopatus Docleam transfertur. Denique anno circiter 980. propter everſionem quoque Dicleæ a Bulgaris & Græcis factam coactus fuit primam ſedem repetere, atque ſcopulum Mercanenſe haud plus quatuor milliaribus ab Epidauro diſſitum, nec diu incoluit: illis quippe temporibus a Saracenis Adriatico mari infeſtato inſulani atque maritimi in magno periculo verſabantur; ratus itaque neque illic tutam ſibi fore ſtationem, Raguſium novum mœnibus arteque munitum proficiſcitur: ubi perurbane excepitur, ac Benedicti V. Pontificis Maximi auctoritate, titulo ſedeque illuc deportata; a Patribus decima, aliique proventus, qui ad Epiſcopum ſpecta-*

bant , illi attribuuntur , atque ab eodem Pontifice ſuffraganei deſignantur , videlicet , Cattarenſis , Antibarenſis , Dulcignenſis, Corcyrenſis, aliique, quanquam hodiernis temporibus Stagnenſem , atque Mercanenſem dumtaxat habeat . Et neſcio quidem quo fato evenit , ut quemadmodum ultimus Epidaurias appella-
Edit. Pariſ. pag. 512. *tus fuit Joannes , ita primus Raguſinas nuncuparetur . Joannes itaque Primas Archiepiſcopus Raguſinus , patria Dioclenſis ſanctiſſime ſuam rexit Eccleſiam annis fere triginta ; ibique cum extremum diem obiiſſet , in Eccleſia ſancti Stephani Protomartyris tumulatus fuit . Nec parum a vero aberrant qui eum Vitarum ſanctorum Martyrum Andreæ , Petri & Laurentii authorem faciunt , quorum corpora Raguſii aſſervantur , cum Joannem II. Archiepiſcopum tertium decimum , patria Venetum , revera illarum auctorem extitiſſe pro comperto habeatur .*

Τὸ Ναυγραδὸν) Sic in MS. Codice : in Editis vero legitur , τὸ του Γραδο .

Ἡ χώρα ἣν ἐπὶ τοὺς οἰκοῦσιν οἱ Παγανοὶ) Terminos Paganiæ deſcribit Porphyrogenitus ſupra capite xxx. Ab Orontio flumine , inquit , Pagania incipit , procurritque ad Zentinam flumen, &c. Ex quibus Porphyrogeniti verbis conſtat Narentanos , ſive Paganos eam partem continentis Dalmatiæ obtinuiſſe , quæ a Cetina Naronem verſus protenditur . Flumen , & Zupanias tres habet .

739. *Διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι αὐτοὺς τῷ τότε καιρῷ βαπτισθῆναι , &c.*) Chrobati ac Serbli , uti ſupra ad caput xxx. adnotavimus , fidem Chriſti ſuſceperunt Heraclio Juniore imperante ; Pagani vero ſive Arentani baptizati fuere ſub Baſilio Macedone , ut idem Porphyrogenitus ſcribit ſupra cap. xxix. quemadmodum etiam plures alii ex Slavis, qui Dalmatiam incolebant, ut ipſe tradit eodem loco, & in Vita Baſilii num. LIV. ex editione Regia . Quod quidem congruit cum Platina , qui Adriani ſecundi Pontificis , & Suetopoli principis Dalmatiæ Sclavos Chriſti fidem ſuſcepiſſe ait in vita Joannis XIII. quem pro XIV. ponit . Hæc autem Platinam ex Blondo , Blondum vero ex Chronico MS. Andreæ Danduli exſcripſiſſe ajunt ; ubi ſic legitur : *Hujus autem B. Cyrilli prædicatione Suetopolis Rex Dalmatiæ , qui ab Odrillo germano Totilæ Regis Gothorum originem duxerat , cum toto ſuo populo fidem Catholicam ſuſcepit .* Verum Dandulus hæc ſub Michaele contigiſſe ſcribit , Platina vero ſub Baſilio Macedone . Neque ſoli Arentani ac nonnulli alii ex Slavis Dalmatiæ accolis ſub Baſilio Macedone baptiſmum ſuſceperunt ; verum & Bulgaros ad meliorem frugem revocavit idem Imperator , Ruſſiſque perſuaſit , ut ſacrum Baptiſma ſuſciperent , quemadmodum narrat laudatus Porphyrogenitus in avi Vita num. XCV. & XCVI. De Ruſſorum autem ad fidem Chriſti converſione libet hic proferre hiſtoriam , quæ a principio mutila eſt ; quam quidem reperi in Codice MS. Colbertino recenti manu conſcripto n. 4432. & Latinam fecimus . Sic igitur habet .

Et quæ ad religionem eorum pertinent accurate ediſcerent . Illi vero ſciſcitandi ſtudio cupidi , Romam ſe conferunt : iſticque omnia perſcrutantur & exquirunt , ac curioſiſſime diſpiciunt cum ſanctorum templorum decorem , tum ſacerdotum & pontificum ordinem . Imo etiam Patriarcham eorum , quem Papam vocant , inviſunt ; a quo verbis & doctrina ad utilitatem ſuam ſpectante inſtituti , revertuntur ad regionem ſuam repetunt , hinc ſeſe magno Regi ſiſtunt ; ipſique omnia quæ viderant & audierant ſeduło recenſent . Adfirmabant porro , magna illa & veriſſima exiſtere , nec ulteriori perquiſitione & perſcrutatione opus eſſe . Quod ſi velis , inquiunt , illuſtriſſime & glorioſiſſime Domine princepsque noſter , ipſorum fidem amplecti , id ipſis ſignificato , atque eorum myſteriis rite initiare . Quibus auditis proceres qui cum rege erant , maximeque ii , qui ipſi talis propoſiti auctores fuerant , rurſus
pag. 213. ipſum ita compellant : Non videtur nobis id agendum eſſe , niſi prius iidem ipſi Conſtantinopolitanos ritus explorent & ediſcant . Fama quippe eſt eam urbem magnam , imo præſtantiorem eſſe . Demumque e re fuerit , ut iidem hujus quoque religionem & cultum examinent ac experiantur : & ſic poſtea ex his duabus meliorem deligemus . Tum Rex ille prudens & conſpicuus , hoc conſilium admiſit & amplexus eſt . Quamobrem quatuor illos ſæpe memoratos viros , Conſtantinopolim mittit , ut omnia quæ ad religionem ſpectabant explorarent ac experirentur . In hanc vero illi urbem nec ſine magno labore concedunt , atque Baſilio Macedoni , tunc Romanorum ſceptra moderanti ſe ſiſtunt , ipſique tanti ſuſcepti itineris cauſam renuntiant . Is vero ingenti gaudio hos excipiens , mox viros illis eruditos & præclaros adjungit , qui omnia in urbe pulcherrima monſtrarent , quique rogata eorum recte intelligere poſſent , iiſque ſatisfacere . Hi au-

A Καὶ τὰ τοῦ σεβάσματος τούτων ἀκριβῶς καταμάθωσιν. οἱ δὲ τὸ τοῦ λόγου εἰπεῖν πτερωτοὶ (ſic) γενόμενοι, τὴν Ῥώμην καταλαμβάνουσι, καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα ἐρευνῶσι καὶ σκοποῦσι (ſic) καὶ ἀκριβῶς περιεργάζονται τὴν τε θείων ναῶν τὴν εὐπρέπειαν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς. οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν πατριάρχην αὐτὸν ὁρῶσι, τὸν καὶ Πάπαν καλούμενον, καὶ λόγους ὠφελείας παρ' αὐτοῦ πλείστους ἀκούσιν· καὶ ἔπειτα σπουδαίως παλινδρομοῦσι καὶ τὴν ἑαυτῶν καταλαμβάνουσι χώραν, καὶ πρὸς τὸν μέγαν ῥῆγαν ἑαυτοὺς ἐμφανίζουσι· καὶ ἅπερ εἶδον καὶ ἤκουσαν κἀκεῖσε ἀκριβῶς ἐξαγγέλλουσιν· εἶναι δὲ μεγάλα καὶ ἀληθῆ διεβεβαιοῦντο πάντη, καὶ οὐδὲν δέονται ἑτέρας τινὸς ἀναψηλαφήσεως καὶ ἐρεύνης. καὶ εἰ θέλεις ἔφησαν, λαμπρό-
B τατε καὶ ἐνδοξότατε ἡμῶν αὐθέντα καὶ ἄρχον, τὴν τούτων πίστιν δέξασθαι, μήνυσον αὐτοῖς, καὶ ἀκριβῶς τὰ ἐκείνων μυήθητι. ὡς δὲ οἱ σὺν ἐκείνῳ ἄρχοντες πάντα ἤκουσαν, μάλιστα δὲ οἵτινες καὶ πρώην αὐτῷ συμβουλεύσαντες, πάλιν πρὸς αὐτόν, καὶ αὖθις εἰρήκασι· οὐ καλὸν φαίνεται τοῦτο γενέσθαι πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ οἱ αὐτοὶ καὶ τὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως καλῶς δοκιμάσωσι καὶ καταμάθωσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτην πάλιν μεγάλην τινὰ καὶ κρείττονα τινὲς εἶναι ἐξφημίζουσι. λοιπὸν ἄξιόν ἐστιν ὅπως καὶ ταύτης τὸ σέβας καὶ τὴν λατρείαν οἱ αὐτοὶ ἐρευνήσωσι καὶ ἀναψηλαφήσωσι, καὶ οὕτως ἀμφοτέρων (ſic) τὸ κρεῖττον ἐκλεξόμεθα. ἤκουσε πάλιν καὶ τοῦτο ὁ ἐχέφρων καὶ περίβλεπτος ῥῆγας ἐκείνων καὶ προσήκατο, καὶ καλῶς ἀπεδέξατο.
C διὸ καὶ τοὺς δηλωθέντας πολλάκις τέσσαρας ἄνδρας πάλιν ἐκπέμπει καὶ πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ὡς ἵνα καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα κατοπτεύσωσι καὶ ἀποπειράσωνται. οἱ δὲ μετὰ πολλοῦ κόπου καὶ ταύτην καταλαμβάνουσι, καὶ τῷ τότε τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα ἰθύνοντι Βασιλείῳ φημὶ τῷ ἐκ Μακεδονίας προσέρχονται, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς αὐτῶν ἀφίξεως ἀπαγγέλλουσι. ὁ δὲ ἀσμένως καὶ περιχαρῶς τούτους ἀποδεξάμενος, ἄρχοντάς τινας παραυτὰ τῶν ἐλλογίμων αὐτοῖς ἐπιδίδωσιν, ὅπως τὰ κάλλιστα πάντα τῆς πόλεως αὐτοῖς ἐπιδείξωσι, καὶ τὰς πεύσεις αὐτῶν πάσας ἀκριβῶς διερμηνεύσωσι καὶ ἀπολογήσωνται. οἱ δὲ ἄνδρες

παραλαβόντες, καὶ πολλὰ ἐν τῇ πόλει ἀξιοθέατα ἐπιδείξαντες, εἰσῆλθον πρὸς τὸν περιβόητον καὶ μέγαν θεῖον ναὸν τὸν τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας. καὶ γὰρ ὡς ὁ λόγος κρατεῖ, ὅτε καὶ ἑορτὴ μεγάλη τις πρὸς αὐτὸν ἐτελεῖτο τὸ τότε, εἴτε δὲ τοῦ Χρυσορρήμονος, εἴτε ἡ κοίμησις τῆς ὑπεραγίας μητρὸς τοῦ Κυρίου μου, ἀκριβῶς λέγειν οὐκ ἔχω· πλὴν ἑορτὴ ἐτελεῖτο θαυμαστὴ καὶ μεγάλη. καὶ οἱ τέσσαρες ἐκεῖνοι ἄνδρες, οἱ μετὰ τῶν ἀρχόντων ἡμῶν ὄντες τὸν ναὸν πάντα περιεσκόπουν, καὶ τῆς τελουμένης ἑορτῆς τὰ πλεῖστα φῶτα βλέποντες, καὶ τὴν μελῳδίαν τῶν ᾀσμάτων ἀκούοντες, θαυμάζοντες διηπόρουν. διαβιβάσαντες οὖν ἐκεῖσε τὸν ἑσπερινὸν ὕμνον καὶ τὸν ὀρθρινὸν, καὶ πολλὰ εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες, φθάνει καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἱερᾶς καὶ θείας λειτουργίας· καὶ πάλιν οἱ ῥηθέντες ἄνδρες μετὰ καὶ τῶν τοῦ βασιλέως ἀρχόντων, εἰς τὸν σεβάσμιον καὶ μέγιστον ναὸν εἰσέρχονται, ὅπως τῆς ἀναιμάκτου καὶ θείας μυσταγωγίας θεαταὶ γενήσονται. ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος ἐκπλήττομαι τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, τοῦ θέλοντος πάντας σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. καὶ γὰρ ἐπεὶ οἱ ἐθνικοὶ καὶ βάρβαροι ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐν τῷ τρισμεγίστῳ ναῷ εἰσῆλθον ὡς εἴρηται· κἀκεῖσε ἱστάμενοι τὰ δρώμενα πάντα ἐν τῷ ναῷ ἐσκόπουν, καὶ ἀκριβῶς κατεμάνθανον· πῶς πρότερον ἡ λεγομένη μικρὰ εἴσοδος γέγονεν· εἶτα καὶ ἡ μεγάλη ὠνρεπίζετο, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι καὶ οἱ διάκονοι ἐξεπορεύοντο τοῦ ἱεροῦ βήματος, μετὰ λαμπάδων καὶ ῥιπιδίων· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἱερεῖς πλεῖστοι καὶ ἀρχιερεῖς κατὰ τὸ σύνηθες μετὰ καὶ τῶν φρικτῶν καὶ θείων μυστηρίων, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν ἀρχιερωσύνην τότε ἔχων πατριάρχης, καὶ πάντες μὲν ἐπ' ἐδάφους κατέπεσον οἱ ἐκεῖσε ὄντες, καὶ ἀρχὴν ἐξεῖπον (ſic) καὶ τὸ, Κύριε ἐλέησον· ἔκραζον· μόνοι δὲ οἱ τέσσαρες ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ ἐθνικοὶ ἀνασκαρδαμυκτὶ καὶ ἀδεῶς ἐνητένιζον, καὶ πάντων τελουμένων ἐσκόπουν· διὰ καὶ ὁ εὔσπλαγχνος ἡμῶν Θεὸς καὶ ἐλεήμων τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀνέῳξε, καὶ εἶδον φοβερά τινα καὶ παράδοξα· ἅπερ καὶ ἐρωτήσαντες τὴν ἀλήθειαν ἀκριβῶς ἔμαθον. ὡς γὰρ ἡ θεία ἐκείνη καὶ μεγάλη εἴσοδος τέλος ἔλαβε, καὶ ἐκ τῆς κατακλάσεως πάντες ἀνέστησαν, παραυθὰ οἱ τὴν ξένην ὀπτασίαν ἑωρακότες ἄνδρες, τοὺς συνέγγυς αὐτοῖς ἄρχοντας τοῦ βασιλέως ἐπὶ χεῖρας λαβόμενοι, τοιαῦτα πρὸς αὐτοὺς ἔφησαν· ὅτι φοβερὰ καὶ μεγάλα μὲν ὑπάρχον ἅπερ ἕως ἄρτι ἐβλέπομεν πάντα, οὐκ ἀρνούμεθα· τὸ δὲ νῦν ὁραθὲν ἡμῖν ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐστὶ τὴν ἀνθρωπίνην. νεανίσκους γάρ τινας ἑωράκαμεν πτερωτοὺς, στολὴν ξένην ὡραίαν ἐνδεδυμένους· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἔδαφος τοῦ ναοῦ ἐπάτουν· ἀλλ' ὑπὸ ἀέρος ἐφέροντο ψάλλοντες, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· ὅπερ πάντας ἡμᾶς πλέον πάντων τῶν ἄλλων ἐξέπληξε καὶ εἰς μεγίστην ἀμηχανίαν ἐνέβαλεν. ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσαν οἱ τοῦ βασιλέως ἄρχοντες, πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίναντο λέγοντες· καὶ τάχα πάντα ἀγνοεῖτε τὰ τῶν χριστιανῶν μυστήρια, καὶ οὐ γινώσκετε ὅλως, ὅτι ἄγγελοι ἐκ τῶν οὐρανῶν κατέρχονται καὶ λειτουργοῦσι μετὰ τῶν ἱερέων ἡμῶν; ἐκεῖνοι τοῦτο ἀκούσαντες εἶπον· παναληθὲς καὶ φανερόν ἐστι ὅπερ ἡμῖν λέγετε, καὶ ἑτέρας ἀποδείξεως οὐ δεῖται· αὐτοὶ γὰρ πάντα οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν. λοιπὸν οὖν ἐάσατε ἡμᾶς ὅπως ἵνα ταχέως ἀπέλθωμεν ὅθεν καὶ ἐστάλημεν, ὅπως καὶ τὸν κατάρχοντα ἡμῶν καλῶς πληροφορήσωμεν, καὶ βεβαιώσωμεν ἅπερ ἴδομεν καὶ ἐμάθομεν καλῶς, ὥσπερ καὶ ἀπέπεμψαν μετὰ χαρᾶς μεγάλης καὶ εὐφροσύνης πάλιν ἐκεῖσε· οἱ δὲ ἐπανακάμψαντες καὶ τὴν ἑαυτῶν καταλαβόντες χώραν, εὗρον τὸν λαμπρότατον καὶ μέγαν ῥῆγαν, καὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, ἅπερ εἶδον καὶ ἤκουσαν πάντα εἶπον καὶ διεσάφησαν

A tem cum multa ipſis in urbe ſpectaculo digna oſtendiſſent, in celebrariſſimum illum magnumque ſanctæ Sophiæ templum cum ipſis ingreſſi ſunt. Atque ut vulgo fertur, tum magna ſolennitas celebrabatur, ſive S. Chryſoſtomi, ſive Dormitionis ſanctiſſimæ Matris Domini mei; id vero non certo dicere valeo: verum tamen eſt tunc fuiſſe mirabilem magnamque celebritatem. Quatuor porro viri qui cum proceribus noſtris erant, totum templum circumſpexerunt, necnon quæ ad celebritatem ſpectabant: luminaque cernentes, ac canticorum melodiam audientes, ſtupebant attoniti. Cum illic autem veſpertini & matutini hymni tempore veniſſent, multaque dixiſſent audiviſſentque, B accedit ſacræ & divinæ liturgiæ tempus; rurſuſque laudati viri cum proceribus illis ab Imperatore miſſis in venerandum & maximum Templum ingrediuntur, ut incruenti & divini myſterii ſpectatores eſſent. Huc deducto ſermone, Dei erga homines amorem, qui vult omnes ſalvos fieri & ad cognitionem veritatis venire, ſtupens conſidero. Nam cum Ethnici & barbari illi in termaximum, ut diximus, templum intraſſent; ſtanteſque omnia quæ ibi tum gerebantur conſiderarent, curioſeque ſciſcitarentur, cur primum quem parvum vocant, ingreſſus, deinde vero magnus fieret, quare Subdiaconi & Diaconi ex ſacro bemate, cum lucernis & flabellis egrederentur, imo etiam ſacerdotes & pontifices, pro aſ- C ſueto more cum tremendis ac divinis myſteriis, necnon Patriarcha qui tunc ſedem obtinebat: ac turba in pavimento procideret, preces effunderet clamaretque, *Domine miſerere*. Illi vero quatuor gentiles ſoli, intentis oculis ſine reverentia hæc reſpiciebant: omneſque ſacros ritus conſiderabant. Quare miſericors ille & miſerator Deus noſter, iiſdem viris oculos aperuit, ut quædam tremenda & mirabilia viderent, ac poſtea ſciſcitantes, rei veritatem ediſcerent. Abſoluto quippe divino illo & magno ingreſſu, cum ſigno vocati omnes ſurrexiſſent: quamprimum viri illi qui ſtupendam viſionem conſpexerant Imperatoris proceres ſecum adſtantes, manibus arreptos ſic al- D loquuntur: Tremenda & magna eſſe quæ hactenus videramus non diffitemur: quod autem nunc vidimus humanam naturam exſuperat: juvenes quippe quoſdam conſpeximus alatos, ſpecioſo nec aſſueto amicta, qui pavimentum minime contingebant, ſed per aera ferebantur pſallentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Quod ſane nos omnes plus quam cætera in ſtuporem magnamque admirationem conjecit. Quibus auditis Imperatoris proceres ita reſpondent: Et fortaſſe omnia Chriſtianorum myſteria ignorantes, neſcitis ipſos Angelos de cœlo deſcendere, & cum Sacerdotibus noſtris miniſterium obire. Tum illi, Veriſſimum ſane & manifeſtum eſt quod vos dicitis; nec E alio argumento opus habet: omnia quippe ipſis oculis vidimus. Demum nos remittite ut eo redeamus unde legati fuimus, quo principem noſtrum de iis quæ vidimus & probe didicimus, certiorem faciamus. Quos illi tunc cum gaudio & lætitia magna dimiſerunt. Reverſi autem illi in regionem ſuam, clariſſimo & magno Regi ſe ſiſtentes, poſt ſolitum exhibitum obſequium, omnia quæ viderant & audierant ipſi renuntiarunt, talia lo-

Edit. Pariſ. pag. 114.

quentes : Magna & ſplendida quædam nos Romæ nuper vidiſſe non negamus : at quæ Conſtantinopoli viſa nobis ſunt, humanam omnem mentem obſtupefaciunt; quæ illi minutatim recenſuerunt. Magnus vero princeps rei veritatem ab ipſis edoctus, de eaque certior factus, nulla interpoſita mora, Conſtantinopolim ad piiſſimum Imperatorem legatos mittit, qui Epiſcopum peterent, ut innumeram ibi populi multitudinem doctrina imbueret & baptizaret. Tunc porro Baſilius Macedo Romanorum ſceptra moderabatur; qui exceptis cum gaudio magno hujuſmodi legatis, Epiſcopum eo miſit pietate & virtute clarum, cum comitibus duobus, Cyrillo & Athanaſio: qui & ipſi virtute, eruditione & prudentia ornatiſſimi erant: neque ſolum divinæ Scripturæ notitia repleti; ſed etiam in humanioribus literis probe exercitati, ut eorum ſcripta teſtificantur. *Edit. Pariſ. pag. 115.* Eo profecti illi, omnes edocuerunt & baptizarunt; & Chriſtianæ pietatis rudimentis inſtituerunt. Cum autem gentem eam omnino barbaram & rudem cernerent; ac nullo modo poſſent doctiſſimi viri viginti quatuor Græcorum literas ipſos edocere: ne rurſus a pia religione deflecterent, triginta quinque literas a ſe inventas & exaratas iiſdem tradiderunt, quarum nomina hæc ſunt; *As, Mpuci, Betd, Glavd, Dopro, Geeſti, Zebit, Zelo, Zeplea, I, Sei, Caco, Ludia, Mi, Nas, On, Pocoi, Ritzil, Stlobo, Nteberdo, Ec, Pherot, Cher, Ot, Tzi, Tzerbi, Saa, Sibia, Geor, Geri, Ger, Geat, Gia, Geas, Gea.* Hæ ſunt triginta quinque Ruſſorum literæ, quas hactenus omnes ediſcunt, atque rectam piæ religionis notitiam obtinent. Narrant autem quidam miraculum hujuſmodi iſtis in partibus contigiſſe. Cum enim princeps ille, optimatesque, imo tota eorum natio, priſtina adhuc ſuperſtitione teneretur; ac nuper invectum cultum, Chriſtianorumque fidem conſiderarent, Epiſcopum qui non diu advenerat evocant: quem Princeps ille interrogavit, quid contra religionem ſuam dicendum haberet, & quænam ipſe docturus eſſet. Illo autem ſacrum divini Evangelii librum protendente, narranteque miracula quædam, a Deo in humano adventu ſuo patrata: *Niſi* quid ſimile, inquit Ruſſorum turba, nos quoque videamus; maxime vero quale narras in camino trium puerorum factum eſſe, nullo modo iis quæ dicturus es credemus. Ille vero fidem habens huic veriſſimo dicto : *Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis*; &, *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, imo majora horum faciet*; reſpondit illis: Etſi non liceat tentare Dominum Deum, attamen ſi ex animo ad Deum accedere decrevistis, petite quidquid volueritis; idque Deus petitioni veſtræ obtemperans exequetur, etiamſi nos quam minimi & indigni ſimus. Illi vero ſtatim petierunt ut liber Evangeliorum in rogum ab ſe accenſum mitteretur, & ſi hic illæſus ſervaretur, ſe ad Dei, quem prædicabant, cultum acceſſuros. Accepta conditio fuit. Sacerdoteque ad Deum oculos & manus erigente, ac dicente, Spiritum ſanctum tuum glorifica Jeſu Chriſte Deus noſter: in conſpectu totius gentis liber S. Evangelii in caminum conjectus eſt. Cumque horis non paucis arſiſſet caminus, hinc igne penitus extincto, ſanctus ille liber illæſus

A τρανῶς λέγοντες καὶ τοῦτο· ὅτι μὲν μεγάλα τινὰ καὶ λαμπρὰ πρώην ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐθεασάμεθα, οὐκ ἀρνούμεθα· τὰ δὲ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ὁραθέντα πάντα νοῦν ἀνθρώπινον καταπλήττουσι, καὶ ἓν καθ' ἓν λεπτομερῶς διηγήσαντο. ὁ δὲ μέγας ἐκείνων ἄρχων ὡς τὴν ἀλήθειαν παρ' ἐκείνων ἀκριβῶς ἔμαθε καὶ ἐβεβαιώθη, μηδὲν μελλήσας, ἀλλὰ παραυτὰ, στέλλει πρὸς τὸν βασιλέα τὸν εὐσεβέστατον τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἀρχιερέα αἰτεῖ· ὡς ἵνα τὸ ἐκεῖσε μυριάριθμον ἔθνος διδάξῃ καὶ βαπτίσῃ· ἦν δὲ τότε Βασίλειος ὁ ἐκ Μακεδονίας ὁ τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα διέπων· ὃς καὶ μετὰ χαρᾶς μεγάλης τοὺς σταλέντας ἐκ τῶν ἐκεῖσε ἀνθρώπους δεξάμενος· ἀρχιερέα τινὰ αὐτοῖς ἐξέπεμψε, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ διαβόητον, καὶ σὺν αὐτῷ ἄνδρας δύο, Κύριλλον καὶ Ἀθανάσιον, ἐναρέτους καὶ αὐτοὺς ὄντας καὶ πάνυ λογιωτάτους καὶ φρονιμωτάτους, καὶ οὐ μόνον τῆς θείας γραφῆς ὄντας ἔμπλεοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω καλῶς ἐξησκημένοι· ὡς τά τε γενόμενα ὑπ' αὐτῶν γράμματα μαρτυροῦσι τοῦτο καλῶς. οὗτοι δὲ ἐκεῖσε ἀπελθόντες, πάντας ἐδίδασκον καὶ ἐβάπτιζον, καὶ πρὸς τὴν τῶν χριστιανῶν εὐσέβειαν ἦγον. βάρβαρον δὲ πάντη καὶ σόλοικον βλέποντες τὸ τοιοῦτον ἔθνος, οὐκ εἶχον οἱ ῥηθέντες λογιώτατοι ἄνδρες ὅπως καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων εἰκοσιτέσσαρα γράμματα αὐτοῖς διδάξαι, μήποτε πάλιν τῆς εὐσεβείας παρεκκλίνωσι. διὸ καὶ τριάκοντα πέντε στοιχεῖα γραμμάτων αὐτοῖς ἐνεχάραξαν καὶ ἐδίδαξαν. ὧνπερ καὶ ἡ κλῆσις ὀνομάτων ἐστὶν αὐτή· ἀς, μπούκη, βέδ, γλαώδ, δοπρώ, γέεσι, ζιβὴτ, ζελῶ, ζεπλέα, ἡ, ζεὶ, κάκω, λιυδία, μὴ, νας, ὢν, ποκόη, ῥετζὴ, σθλόβω, ντεβέρδω, ἠκ, φέρωτ, χὲρ, ὢτ, τζὴ, τζέρβη, σχά, θία, γέορ, γερῆ, γὲρ, γέατ, γία, γέας, γέα. ταῦτα μέν εἰσι τὰ λε΄ γράμματα τῶν Ῥώσων· ἅπερ καὶ ἕως τοῦ νῦν μανθάνουσι, πάντες, καὶ καλῶς τὴν εὐσέβειαν γινώσκουσι. λέγουσι δὲ καί τινες καὶ τοιοῦτόν τι θαῦμα γενέσθαι ἐν τοῖς ἐκεῖσε· ἔτι γὰρ τῇ δεισιδαιμονίᾳ κατεχόμενος αὐτός τε ὁ ἄρχων, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ ἅπαν τὸ ἔθνος, καὶ σκοπούμενοι περὶ τῆς προτέρας αὐτῶν θρησκείας καὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως, εἰσκαλοῦσι πρὸς αὐτοὺς τὸν ἄρτι φοιτήσαντα ἀρχιερέα, ὃν καὶ ἐπηρώτησεν ὁ ἄρχων· τίνα τὰ κατ' αὐτὸν ἐπαγγελλόμενα παρ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὰ τὰ διδάσκεσθαι μέλλοντα; τοῦ δὲ τὴν ἱερὰν τοῦ θείου Εὐαγγελίου προτείναντος βίβλον, καὶ τινὰ θαύματα ἐξηγουμένου τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ἐπιδημίᾳ τερατουργηθέντων· εἰ μή τι τῶν ὁμοίων, τὸ πλῆθος ἔφη τῶν Ῥώσων, καὶ ἡμεῖς θεασώμεθα, καὶ μάλιστα ὁποῖον λέγεις, ἐν τῇ καμίνῳ τῶν τριῶν παίδων γενέσθαι, οὐκ ἄν σοι ὅλως πιστεύσωμεν. ὁ δὲ τῷ ἀψευδεῖ πιστεύσας λόγῳ τοῦ εἰπόντος· ὅτι ὃ ἐὰν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου λήψεσθε· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ἔφη πρὸς αὐτούς· εἰ καὶ μὴ ἔξεστιν ἐκπειράζειν Κύριον τὸν Θεόν, ὅμως εἰ ἐκ ψυχῆς διεγνώκατε προσελθεῖν τῷ Θεῷ, αἰτήσασθε ὅπερ βούλεσθε, καὶ ποιήσει τοῦτο πάντως διὰ τὴν πίστιν ὑμῶν ὁ Θεὸς, κἂν ἡμεῖς ἐλάχιστοι καὶ ἀνάξιοι. οἱ δὲ εὐθέως ᾐτήσαντο τὴν τοῦ θείου Εὐαγγελίου πυκτίδα ἐν τῇ παρ' αὐτῶν ἀναφθείσῃ ῥιφῆναι πυρκαϊᾷ, καὶ εἰ ἀβλαβὴς αὐτὴ τηρηθείη, προσελθεῖν καὶ αὐτοὺς τῷ παρ' αὐτοῦ κηρυσσομένῳ Θεῷ. ἔδοξε ταῦτα· καὶ τοῦ ἱερέως πρὸς Θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς χεῖρας ἐπάραντος· καὶ, δόξασόν σου τὸ ἅγιον πνεῦμα Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰπόντος, ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ἔθνους παντὸς ἐρρίφη εἰς τὴν κάμινον ἡ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου βίβλος. ἐφ' ὥρας δὲ ἱκανὰς τῆς καμίνου ἐκκαιομένης, εἶτα καὶ πλέον ἐκμαρανθείσης, εὑρέθη τὸ ἱερὸν πυκτίον διαμεῖναν ἀπαθὲς καὶ ἀλώβητον, μηδεμίαν

μίαν ἀπὸ τοῦ πυρὸς δεξάμενος λύμην. ἅπερ ἰδόντες οἱ βάρβαροι καὶ τῷ μεγέθει καταπλαγέντες τοῦ θαύματος, ἀνενδοιάστως πρὸς τὸ βάπτισμα ηὐτομόλουν, καὶ καθαιρόμενοι τὸν νῦν τὸν σωτῆρα ἐδόξαζον κύριον· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.


Edit. Pariſ. pag. 526.

integerque repertus eſt, nulla ignis nota vel damno remanente. Quod conſpicati barbari, ac magnitudine miraculi perculſi, ſine mora vel dubitatione ad ſanctum baptiſma ſponte acceſſerunt, ac mente purgati Salvatorem Dominum laudibus celebrarunt: cui gloria & imperium nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.


Libet aliqua hic monere ad præfatam Anonymi hiſtoriam de Ruſſorum ad fidem Chriſti converſione. Et primo quod ait hic Scriptor Anonymus, Ruſſos adhæſiſſe ritui Græcorum, propterea quod legati Romam & Conſtantinopolim miſſi ad utrumque ritum contemplandum, ritum Græcum Romano prætulerunt; eadem ferme narrantur a Scriptoribus de converſione Wlodomiri Ruſſorum Ducis, qui fidem Chriſti ſuſcepit, Imperatoribus Baſilio & Conſtantino, qui eidem Duci ſororem Annam in matrimonium dederunt; nam & ille ritui Græco adhæſit, propterea quod legati, quos ea cauſa Conſtantinopolim miſerat, homines nimirum militares & adhuc ſemibarbari, eos vehementer commendaſſent, Latinorum vero ritus vel iidem, vel ſarinæ ejuſdem alii nuncii, haud ſatis religioſe peragi, ac templa parum eſſe ornata retuliſſent; niſi id poſtea Græci Schiſmatis propugnatores confinxerint, cum Wlodomirum ac filios pleroſque conſtet Catholicæ fidei cum primis ſtudioſos extitiſſe, quorum duo David ac Romanus, ſive Boriſſus, ac Glebus in catalogo Sanctorum a Ruſſis, etiam Romanæ Eccleſiæ unitis recenſentur. Quod autem ait de Cyrillo, is eſt ille Epiſcopus & Apoſtolus Slavorum, ſancti Methodii Olomucii in Moravia Epiſcopi, & Slavorum item Apoſtoli frater; quorum quidem memoria colitur die IX. Martii. Sanctus Cyrillus vero Theſſalonicæ natus eſt & prius dictus fuit Conſtantinus, qui propter mirabile ejus ingenium dictus fuit Philoſophus; poſtmodum vero de conſenſu Pontificis Cyrillus nuncupatus fuit, ut patet ex Vita eorundem Sanctorum Cyrilli & Methodii ex MS. Blauburano, edita in Actis Sanctorum die IX. Martii; quæ ſic habet: *Tempore Michaelis Imperatoris, fuit quidam vir genere nobilis, civitate Theſſalonica ortus, nomine Conſtantinus, qui propter mirabile ejus ingenium dictus eſt Philoſophus. Hic quinquageſimo die ante obitum ſuum, ex licentia ſummi Pontificis impoſuit ſibi nomen Cyrillus*, &c. Eadem habentur & in alia ejuſdem Vita ibidem edita: necnon in hiſtoria Regni Slavorum Presbyteri Diocleatis. Perperam autem in Breviario, quod hodie Bohemi, Moravi & Poloni utuntur, *Lect.* 5. dicitur Cyrilli & Methodii pater fuiſſe Conſtantinus cognomento Philoſophus; erat quippe hoc ipſius Cyrilli nomen, ut ex ſupra dictis patet, & ex aſſertione Anaſtaſii oculati teſtis in epiſtola ad Carolum Calvum Francorum Regem anno DCCCLXXV. data, qua nuntiat corpus ſancti Clementis Papæ a Conſtantino Philoſopho Romam allatum; atqui conſtat a Cyrillo id factum, Methodii fratre; quorum quidem pater fuit Leo Patricius, ut ſcribit Diocleates pag. 288. ex editione Joannis Lucii: ſed quæ ibi monet idem Lucius de Conſtantino Philoſopho, Cyrillo & Methodio, futilia omnino ſunt. Eadem quoque dicenda ſunt de epiſtola Joannis VIII. Papæ Suetoplucho Comiti, ejuſdem Cyrilli coævo ſcripta, in qua ait, Conſtantinum Philoſophum fuiſſe inventorem literarum Slavonicarum: *Litteras*, inquit, *Sclavonicas a Conſtantino quodam Philoſopho repertas, quibus Deo laudes debitæ reſonant jure laudamus*. Anonymus quippe hic noſter, Diocleates, Acta ſancti Cyrilli ac reliqui Scriptores Cyrillo, qui & Conſtantinus dictus fuit, uti ſupra demonſtravimus, hoc adtribuunt; quin & perpetua apud noſtrates traditio habetur, unum ex duobus Alphabetis Slavonicis *Kiurilizam* dictum ipſius Cyrilli eſſe, a *Kiuril* nomine Slavo, quod Cyrillum Latine ſonat, denominatum: alterum vero *Bukuizam* appellatum Divi Hieronymi. De his duobus Alphabetis ſic habet Joannes Palatinus in Opere Italico de arte ſcribendi: *E da ſapere che gli Illirici populi, overo Schiavoni hanno due ſorti d'alfabeti, & quelle Provincie, le quali ſono più verſo l'Oriente ſi ſervono di quello che è ſimile al Greco, del quale fu autore Cirillo, & di qui lo chiamano Chiurilizza, l'altre Provincie, le quali ſono più verſo il mezo giorno, o verſo l'Occidente, ſi ſervono di quello, del quale fu autore S. Gerolamo, & lo chiamano Buchuiza, il quale alfabeto è diſſimile à tutti gli altri del mondo. Et avete a ſapere, che il parlar del volgo è quello proprio col qual continuamente dicono i loro officii, & tutti popoli l'intendono, come intendiamo noi il volgar noſtro. E ampliſſimo di vocaboli, ma difficilliſſimo a proferire, a chi non è nudrito da putto fra loro, & ne hanno Meſſali, Breviarii, & officii della noſtra Donna, & anco la Biblia.* De Characteribus vero S. Hieronymi ſic loquitur Guillelmus Poſtellus: *Ex Græca lingua nata eſt Georgianorum & Servianorum lingua & literæ*. Atque alibi: *Tzerviani ſeu Pozn*[illegible]*ani uſi ſunt Characteribus Hieronymi ſeu Dalmaticis, ut lingua fuit communis Pannoniis, Illyribus, Dalmatis, Myſiis. Cum autem Græcis ob quædam dogmata eſſet interdictum communioni Latinorum, ſi qui Græcis erant viciniores, characteres Græcos, ut plurimum, nomine priorum ſervato, repererunt, quæ ſunt numero 30.* Et paulo poſt: *Græci ut plurimum ſunt characteres, quibus utuntur, quidam priſcam illam ſuam linguam ſcribentes, in qua omnia vulgaria & ſacrificium ipſum habent. Alii Græcam cum ſua ſcribunt. Cujuſmodi ſunt multi Valachorum, qui ad Dacos & Myſos inferiores pertinent; qui Patriarcham Conſtantinopolitanum audiunt. Plures etiam illorum, qui ad Iſtrum agunt, ut pars Lithuanorum, & incolæ Maris Pontici, Tauricæ Cherſoneſi, Paphlagoneſque utuntur ſacris more Græcorum communium Dalmatis, Illyribus, Pannoniis & Myſis. Anno circiter 300. a Chriſti nativitate, unu erat, eademque fere lingua permixta ſermone Græco, Italo, & aliquando Germanico. Quibus Hieronymus characteres reperit, ut in hac re differrent etiam a cæteris nationibus, ſicut & lingua: etiam fortaſſe, ut in hac re nomen conſecraret immortalitati. Videtur reperiſſe poſtquam perceperat literas Hebraicas & Græcas. Sunt enim multi characteres cum illis communes: omnia etiam nomina literarum ſignificativa ſunt, ut periti ejus linguæ aſſerunt. Quod cum ſolis Hebræis commune eſt. Idem Hieronymus vetus & novum inſtrumentum cum ſacrificio & precationibus traducta, eo Idiomate reliquit. Ita Sacerdotes omnes, & populus prædicat in tota Dalmatia. Excuduntur permulti admodum libri harum duarum linguarum Venetiis, ut illic diſtrahantur.* Quid vero ipſe de S. Hieronymi Alphabeto, & verſione Sacræ Scripturæ ab ipſo, ut ajunt, in Slavonicam Linguam facta, ſentiam, libenter fatebor. Nullibi in operibus Divi Hieronymi ne quidem veſtigium reperi Linguæ Slavonicæ: quam quidem ſi calluiſſet, in explanandis Scripturis, & pluries cum de nominibus Hebraicis, ea proculdubio uſus eſſet. Ubi vero Divus Hieronymus patrium ſermonem appellat, aut noſtratum linguam: id de lingua Latina, quæ tunc per univerſum Romanum orbem in uſu erat intelligendum eſſe, nemo eruditus ignorat. Nomina autem literarum Slavonicarum a ſancto Cyrillo inventarum, quæ profert hic Anonymus Scriptor, cum ſint nonnihil depravata, ut paſſim occurrit apud Scriptores Græcos, dum alienas voces proferunt, ideo hic proponere placet varia Slavorum Alphabeta, quæ etiamnum in uſu ſunt: ubi & formas literarum Slavonicarum & nomina videre licet.

pag. 117.

Alphabetum Sclavonicum




Talibus characteribus Sclavonorum Typographi in imprimendis libris utuntur. Alius eſt apud eos amanuenſium character, quo ſolent Epiſtolas, Chirographos, privilegia aliaq; complurima extempore manuſcribere, quem characterem taliter infra expreſſū habes.




Alphabetum Sclauonicum ex literis uncialibus conſtans



Alphabetum Mixtum



Alphabetum Amanuenſium in quo literæ eadem pluries diverſimode exprimuntur ad perfectam manuſcriptorum Sclavonicorum cognitionem



Alphabeti genuina pronunciatio.

A	as	buxn	Bedu	hlahol	dobro	ize	gibuit
Ѧ	а	Б	В	Г	Д	Є	Ж
Selo	Semla	ige	i	Kaxo	ludi	myslite	nach
Ѕ	З	Ї	И	К	Л	М	Н
on	покой	rci	слово	твердо	ик	ȣк	phert
О	П	Р	С	Т	Ѵ	Ѹ	Ф
xer	ot	ci	tcher	cha	chtcha	ior	iory
Х	Ѡ	Ц	Ч	Ш	Щ	Ъ	Ы
ier	iat	ie	iu	ia	o	ia	xsи	псилон
Ь	Ѣ	Є	Ю	Ꙗ	Ѻ	Ѧ	Ѯ	Ѱ
phita	ichica	слоВотитла					
Ѳ	Ѵ	҃					

Alphabetum Tzervianorum literæ ſunt 30.
A aa.
buchi. b.
vide. u. conſonans.
glagoia. g.
dobro. d.
ieſt. e.
exivit. ex. v.
zielo. z.
zziemelie. zz. tz.
ize non eſt litera, ſed numerus 10.
ii.
caco. k.
lvvide. l.
miſlite. m.
nas. n.
on. o.
pocoe. p.
reci. r.
ſlouo. s.
terdo. t.
vsch v vocalis non conſonans
phert ph
chi ch
od od
o in principio & in fine tantum
thi th
ci c craſſum, vt proferunt Florentini, Tuſcu: lanive
ciarui c.
ſcha ſch ab Hebræis.
gſcha gſch.
hier aſpirans eſt in fine dictionis poſt conſonantem, vel in medio ad tollendum hiatum
iat ia
ia ia
iu iu.
ie ie
ieſt ieſt.

Alphabetum Dalmaticum divi Hieronymi				
As a.	Vidi v conſon. vv. vt.			
buchi b. br. bo.	glagoiā g. gd. go.			
dobro d.	iest e.	exiuit x.	zielo z.	
zziema tz	iſce ige.	i vocal.	ioe i conſon.	
caco k. ko	liudi l.	miſlit m.	nas n. no.	
on o.	pocoe p p. po.	reci r.		
ſlouo s.	terdo t. tb. tu.	huchy apert.		
phert ph.	chier ch cho.	oto u	ſchia tc ou ſch.	
ci c co.	cierph.	ſcia.	ier.	iet.	ias.

Alphabetum Illyricum divi Hieronymi.

a Hás	b Búchi	uu Viddí	gama Glaggoglie	d Dobró	e Ieſt
xe Xiuitte	Szélo	z Szemglia	Isé	i Hy	gie Hie
k Chaccó	l Cliiui	m Mislite	n Nás	o On	p Poccoí
r Hérzzi	s Slow	t Térddo	u Húch	f Férth	ha Hír
Hoth	Schiá	zz Szé	c Cérf	sc Scaá	Stá
	Iér	ia Iáth	iuu Ius		

Alphabetum authore Cyrillo.

a Hás	b Búcchi Б	uu Viddi	ga Glagoglie Г	d Dobro
e Ieſt	x Xiuitte Ж	z Szemgliá	i Ii Н И	k Chacco
l Gliúdi	m Mislite М	n Nás N п	o On. О о	p Poccoí П п
r Horzzi Р	s Szlouo С с	t Térddo Т	u Húch	f Ferth Ф
ha Hír Х х	Nullæ Hoth (Ѡ ѡ)	Schiá	Pse	Sciú Ш ш
Nullæ)	Ia	Stá Ψ	iú У у	

Edit. Pariſ. pag. 120.

Cæterum quod ait hic Scriptor Anonymus, Ruſſos tandem miraculo libri Evangeliorum, qui cum in ignem conjectus eſſet, ibi illæſus ac integer repertus eſt, ad Chriſti fidem converſos fuiſſe, ſatis convenit cum iis quæ de eadem re habet Porphyrogenitus in avi Vita num. xcvi. in Editione Regia; quæ cum ſint longiuſcula hic non exſcribo.

Καὶ γὰρ Παγανοὶ τῇ τῶν Σκλάβων διαλέκτῳ ἀβάπτιστοι, &c.) Sic ea MS. Codice. In Editis locus iſte mutilus ac depravatus eſt. Eadem vero hæc repetit ſupra cap. xxix. Porphyrogenitus; ubi vide quæ adnotavimus.

Ἀρέντα καλοῦνται) Hodie regio illa Narenta & populi illius Narentani dicuntur.

Μόκρον) Mocrum Slave *Mocro* nuncupatur.

Ὀστρωκ) Slave *Oſtrog* appellatur.

Κούρκρα, ἤτοι τὸ Κίαρ) Corcira ſive Cicer Latine *Corcira*, Slava *Korkar* dicitur.

Μέλετα, ἤτοι Μαλοζεάται) Meleta, ſive Malozeatæ, Slave *Mliet*; Latine vero dicitur *Melita* Plinio. Hinc catuli Melitæi, Callimacho auctore, apud Plinium. Hujus autem inſulæ ſupremum dominium hodie eſt penes Rempublicam Raguſinam, utile vero, ut ajunt, dominium penes Monaſterium noſtrum ſanctæ Mariæ dictum. Sed quia de hac inſula, & Monaſterio noſtro alibi pluribus loquemur; ideo hic ſufficiet ea tantum exſcribere, quæ Maurus Orbinus noſter hac de re ſcribit in Opere, cui titulus, *Il Regno degli Slavi*, ubi ſic habet:

Meleda anticamente detta Melita, & Melligene, di longhezza tira circa trenta miglia, e di circuito ſeſſanta, & è diſtante da Rauſa intorno a trenta miglia. Queſta ne' tempi andati (come narra Appiano Aleſſandrino nell' Illirico) Ceſare Auguſto vinſe con gran guerra. Imperoche andavano i Melitani ſcorrendo & rubbando il mare, & fece uccider tutti i più giovani, che non havevano ancor poſto la barba, & gli altri fece vender tutti all' incanto. Produce queſta Iſola vini aſſai, e per lo più roſſi, e molto potenti; del grano non ne raccoglie à ſufficienza. Et ha da parte di mezo giorno, overo d' Oſtro un lago d' acqua marina di longhezza intorno à due miglia, & di larghezza manco d' un miglio, e di circuito ſette miglia, con una bocca, onde entra l' acqua del mare, così ſtretta, che con fatica dà ingreſſo alle picciole barche. Et quando vogliono con l' oppoſitione delle catene groſſe poſte nel mezo di quella, ſi probibiſſe etiandio à detti piccioli vaſcelli il paſſo. Et detto ameno lago è cinto dogn' intorno da pini ſalvatichi, da roveri, & altri alberi, i quali ſtanno così vicini all' acque, che non ſolamente fanno ombra la ſtate à chi lungo quello per ſuo diporto paſſeggia: ma anche ſpeſſo s'è ritrovato, che l' oſtriche ſi ſono à i verdi rami di quelli verſo l' acque inclinati, appiccate. Imperoche queſto lago contiene in ſe ogni ſorte di cochiglie marine, & è copioſo di peſce, maſſime d' Orate, Varoli, e triglie, ch' eccedono la grandezza di quelle, che ſi pigliano in altri luoghi. Poi in un ſeno del detto lago s' erge un picciolo ſcoglio, ſopra di cui è edificata una venerabile Badia, e Monaſterio dei Padri di San Benedetto negri, capo della Congregatione di detto ordine monacale, perciò Melitenſe addimandata, ove io mi ſon fatto monaco. Queſta quaſi ſempre hebbe huomini grandi nelle lettere, fra i quali fu D. Macore de Bobali; il quale, oltra che meritò per l' integrità della ſua vita havere lo ſpirito della profeſia, fù etiamdio perſona molto dotta nella ſacra ſcrittura. Seguitarono poi Chriſoſtomo Calvino che fù fatto Arciveſcovo di Rauſa, huomo dottiſſimo nella Hebrea, Greca, & Latina lingua; & Baſilio di Giadi, e poi Veſcovo di Stagno, D. Gio. au Batiſta di Giorgi, al preſente Abbate, & Preſidente della detta Congregatione; D. Benedetto di Menze, D. Cornelio Franciſco, tutti huomini di gran litteratura, & di pari cognitione della varietà delle lingue. D. Mauro Vetrani Poeta nella lingua Slava, eccellentiſſimo, & D. Euſebio Caboga, il quale ſcriſſe nella lingua latina gli Annali di Rauſa, & le vita di ſuoi Pontefici. Le quali opera, prevenuto dalla morte, non potè dar in luce: ma le laſciò in mano del Monſignor Chriſoſtomo Ragnina moderno Veſcovo di Stagno, & prima monaco di detta Congregationa Melitanſe. Nel detto lago intrano alle volte Orſi marini, & vi fanno gran danni del peſce. Onde volendo poi uſcire nel mar grande, nello ſtretto, dove hanno da paſſare, tendono loro groſſe reti: nella quali poiche ſi vedono caduti, & aſſaliti da' peſcatori, fanno maraviglioſa difeſa. Ma mentre ſtanno rinchiuſi dentro al lago, ſpeſſo vengono lungo lido, & ſi laſciano vedere ſenza alcuna paura: moſtrando con certi atti, che fanno, d' intendere tutto ciò, che vien detto loro.——Preſſo al quale, in un luogo molto ameno, chiamato Porto palazzo, lungo il mare, ſi vedono ancor hoggidì le ruine del Palazzo, fabricato già da Ageſilao Cilico, che fù ivi relegato da Severo Imperadore. Il quale havendo vinto Peſcennio, e andando per Cilicia, fù incontrato da tutti quei Baroni del paeſe, in fuor di Ageſilao. Il quale fù per ciò da lui mandato in eſſilio à Meleda: dove ſtette fino che Antonino ſucceſſe à Severo nell' Imperio. Perciocha havendo Oppiano figlivolo di Ageſilao, mentre ſtette col padre in eſſilio, fatto un belliſſimo trattato in verſo heroico ſopra la caccia de' peſci, & preſentatolo ad Antonino, meritò da lui ottenere la gratia di reſtituire il padre nella patria. Tornato adunque Ageſilao in Cilicia, il palazzo, che haveva fabricato à Meleda, fu dà Saraceni non molto dopo ruinato. Queſta Iſola ſendo con ſucceſſo di tempo venuta ſotto il dominio da' Signori di Chelmo, Deſſa Duca di Raſſia nel 1151. la donò à i Monaci della ſudetta Badia, con haverla laſciato in cura, & protettione particulare de' Signori Rauſei. La onde non v' è hoggidì alcuno nativo di quella Iſola, che egli non ſia villano ò ſuddito d' eſſi Monaci. Et perche CHI ſerve ſempre ſi duole, queſti Melitani ſpeſſo ſenza alcuna giuſta cagione ſi levano contra i ſuoi patroni, & à quelli alle volte danno di gran travagli. Due coſe hò viſto à Meleda, che mi paiono degne d' eſſere poſte in carta: una è che gli ſuoi habitatori parlano inſieme co'l fiſchio, & s' intendono beniſſimo, ancor che ſieno lontano uno dall' altro non meno che quelli, che nel parlare eſprimono la parole: l' altra è, che mi hà fatto quaſi ſtupire. Perche nel 1410. occorſe che nel caſale di Babinopoglie in detta Iſola una madre haveva un figlivolo unico, chiamato Sciurmalo, & da lei amato tenera mente. Coſtui pervenuto all' età virile preſe la moglie, & ſi partì dalla madre. La quale venendo una ſera aliquanto tardi à caſa del figlivolo, egli ſerrò le porte, perche non poteſſe entrare dentro. Onde la povera madre hormai vecchiarella il cominciò pregare, che la riceveſſe in caſa; e tanto più inſtava, che vedeva venire una gran pioggia. Ma tutte queſte coſe non furono baſtanti à mover à compaſſione lo ſpietato figlivolo verſo la propria madre. La quale vedendo ciò, ſi voltò à impetrarli contra l' ira di Dio, & frà l' altre, diſſe; ſi come hora voi non mi riceveſte in caſa voſtra, così Dio permetta, che nè la terra, ne il mare riceva l' oſſa voſtra. Cha volete altro? More il crudele figlivolo, & è ſepelito avanti la chieſa di San Pancratio: & la mattina ſeguente fù trovato fuori della ſepoltura, che la terra non l' haveva voluto ricever, il che ſi vide far ancor li due giorni ſequenti. Onde fù buttato in mare, il quale all' hora ſi trovava tutto tranquillo; ma ſubito che ricevè in ſe quel corpo maledetto, incominciò turbarſi, e quaſi in quell' iſtante lo gettò frà alcune ripe, ova quelle oſſa ſi ſono attaccate alla pietra in modo, cha con difficultà ſi poſſono indi diſtaccare etiandio con

pag. 121.

„ un ferro ben forte; ſi come io più volte hò fatto
„ prova.

Edit. Pariſ. pag. 122. Poſt Mauri Orbini obitum quamplurimi alii in ea Congregatione extiterunt viri pietate ac doctrina illuſtres; ex quibus nonnulli etiam ad Epiſcopalem dignitatem evecti fuere. Quod autem narrat laudatus Orbinus de oſſibus filii improbi ac inobſequentis, id ego centum circiter annis poſt, a quo hæc ſcribebat Orbinus, cum illac præternavigarem iter habens ad Monaſterium noſtrum Melitenſe, diu non abſque admiratione contemplatus ſum, cum oſſa illa adhuc ibi compareant, ita ſaxis impacta, ac ſi una cum ipſis creverint; neque temporis diuturnitate, neque fluctibus, qui ibi, cum agitatum eſt mare, magno cum impetu alliduntur, attrita ſunt.

Ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων) Hæc habentur in Actibus Apoſtolorum cap. XXVIII. Sed num illud Pauli naufragium acciderit prope Meltam inſulam maris Adriatici, an vero prope Meltam maris Africi inſulam, non facile ex Actibus Apoſtolorum cognoſci poteſt; & meo quidem judicio quæſtio illa inſolubilis videtur.

Φάρα) Latine etiam Phara, Slave vero *Hvar*.

Βράτζης) Bratzes Latine *Brachia*, Slave *Brac*.

Χόαρα) Antonini in itinerario Corra dicitur.

Ἰες) Ies Latine *Iſſa*, Slava vero *Vuis* nuncupatur.

Λάσταβον) Laſtobon Stephani Ladeſta, Tab. Peut. Ladeſtria. Latine *Laudeſtina* dicitur, Slave vero *Laſtovo*; paretque Reipublicæ Raguſinæ. Hæ autem quatuor magnæ inſulæ Orientales, inquit Lucius, continenti Paganorum, ſeu Narentanorum proximiores, ab ipſis occupatæ, in eorundem quoque nomen, ſimul cum poſſeſſione tranſivere, & inter Dalmaticas numerari deſiere. Iſſam autem, & Ladeſtinam cum Choara ad Pagsnos, ſeu Narentanos non pertinuiſſe Porphyrogenitus ait, ideo Dalmaticam nomen ſervaſſe, & ſimul cum Adriaticl dominio, has quoque Inſulas in alto mari ſitas, Romanos retinuiſſe; harumque Inſularum commoditate navigationem Adriatici, & dominium reliquæ Dalmatiæ continuaſſe dicendum eſt.

Οἱ Πατζινακῖται τὸ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τὸν ποταμὸν Ἀτήλ, &c.) Patzinacitæ qui & Patzinacæ a principio incoluerunt antiquam magnamque Bulgariam circa flumen *Atel* dictum, quod Theophani *Atalis* dicitur, & *Edel* Tartarice; a Rutenis vero *Volga* ſeu Wolga appellatur, olim *Rha* Ptolemæo: poſtmodum vero iidem Patzinacitæ trans Iſtrum planicies incoluerunt a Boryſthene fluvio ad Pannoniam uſque porrectas. De hujus autem regionis incolis Patzinacitis, & gentibus ipſis conterminis pluribus agit Scriptor noſter in principio hujus operis, & infra cap. XLII. ubi terminos illarum gentium aſſignat. Patzinacitæ vero quamplurima bella varia fortuna geſſerunt tam cum Romanis, quam cum aliis nationibus; tandem devicti fuere a Joanne Comneno, qui in hujus victoriæ memoriam diem feſtum inſtituit: quem quidem τῶν Πατζινάκων τελετὴν nuncupavit, ut ſcribit Choniates in ejus vita: *Τοιοῦτον τέλος τοῦ πολέμου τῷ Σκυθικῷ ὁ βασιλεὺς ἐπιθεὶς καὶ μέγιστον τρόπαιον στήσας, τὰς εὐχὰς τῷ Θεῷ ἀποδίδωσι. ἡ τῶν Πατζινάκων λεγομένη ἐν ἡμῖν τελετὴ εἰς ὑπομνήματα προσάξας τῶν πεπραγμένων καὶ χαριστήρια.* *Hac de Scythia parta victoria, & illuſtri edito facinore, Joannes vota Deo perſolvit: quod feſtum Patzinacarum noſtro tempore dicitur, in rei geſtæ monimentum, & grati animi teſtimonium.* Patzinacarum autem nomen ex Ruſſico, vel Polonico Pyeczinigorum deſumptum ſcribit Allatius, & ex eo Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. VI. cap. V. ubi ait Patzinacas, ſeu Patzinacitas poſtmodum Vlahos appellatos fuiſſe.

Ἔχοντες τοὺς τε Μαζάρους, &c.) Sic in MSS. & in Editis: ſed ſunt qui hic pro *Μαζάρους* *Χαζάρους* legendum putent, cum ſubjungat Porphyrogenitus *πρὸ ἐτῶν δὲ πεντήκοντα οἱ λεγόμενοι Οὔζ μετὰ τῶν Χαζάρων ὁμονοήσαντες*, &c. *Ante annos vero quinquaginta ii qui Uzi dicuntur cum Chazaris conſpirantes*, &c.

Εἰς θέματα ὀκτὼ διῃρέθησαν) Et paulo infra tradit idem Scriptor, hæc octo Patzinacitarum Themata dividi in partes quadraginta. Cedrenus vero pag. 773. ſcribit Patzinacitarum gentem magnam ac populoſam dividi in tredecim tribus: *Τὸ ἔθνος τῶν Πατζινακῶν, Σκυθικὸν ὑπάρχον, ὑπὸ τῶν λεγομένων Βασιλείων Σκυθῶν, μέγα τε ὂν καὶ πολυάνθρωπον, πρὸς ὃ οὐδὲ ἓν καθ' ἑαυτὸ Σκυθικὸν γένος ἀντιτάττεσθαι δύναται. διῄρηται δὲ εἰς τρισκαίδεκα γενεὰς, αἳ πᾶσαι καλοῦνται μὲν πάντα τῷ κοινῷ ὀνόματι. ἔχουσι δὲ ἑκάστη καὶ ἴδιον ἀπὸ τοῦ αὐτῆς προγόνου καὶ ἀρχηγοῦ, τὴν προσηγορίαν κληρωσάμεναι. νέμονται δὲ τὰς πέραν Ἴστρου ἀπὸ τοῦ Βορυσθένους ποταμοῦ καὶ μέχρι Παννονίας ὑπτιασμένας πεδιάδας, νομάδες τε ὄντες, καὶ τὸν σκηνίτην διαπαντὸς ἀσπαζόμενοι βίον.* *Patzinacarum gens Scythica eſt, eorum Scytharum qui Baſilii dicuntur, magna & populoſa, & cui nulla alia gens Scythica reſiſtere ſola poſſit. Dividitur autem in tredecim tribus, quæ ut univerſæ commune Patzinacitarum nomen uſurpant, ita quævis a ſuo generis principe atque auctore peculiarem ſortita eſt appellationem. Incolunt trans Iſtrum planicies a Boryſthene fluvio ad Pannoniam uſque porrectas, incertis errantes ſedibus, ſemperque in tabernaculis degentes.* In hoc autem Patzinacarum tractu hodie *Podolia*, & *Moldavia* viſuntur, ut ſcribit Ortelius. 241.

Ὄνομα τε πρώτου θέματος Ἠρτήμ) Omnia hæc Themata paulo infra compoſitis nominibus inſigniuntur, exceptis Gyla & Charoboe. Nec dubito quin plurima horum Thematum nomina corrupta ac depravata ſint, ut ſæpe accidere ſolet Scriptoribus Græcis, dum barbara nomina referunt.

Ἀπὸ τῶν ἰδίων τόπων) In MS. diverſis verbis hæc habentur, *ἀπὸ τῶν ἰδίων χωρῶν*.

Εἰς τὸ Χοπὸν τοῦ Γιαζῆ) Sic MS. Codex, in Editis vero, *τοῦ Γιαζοῦ* legitur. Et paulo infra idem Thema *Γιαζιχοπὸν* appellatur a nomine ejuſdem principis. 242.

